ANTIQVI, NOVIQVE

LATI

ORTOGRAPHICA

A

CLAVDIO DAVSQVIO

SANCTOMARIO

CANONICO TORNACI.

VOLVMEN SECVNDVM

SERIE LITERARIA DIGESTVM.

TRACTATVS I.

Å

A Praepositurae Accentus notam detrahit auctoritas Quintiliani lib. 1. c. 7. *Longis fillabis omnib. apponere apicem ineptissimum est: quia plurimae natura ipsa verbi quod scribitur patent.* Idem praecipiunt Manutius, aliique. Ita prisca Consuetudo, Libri veteres, Saxa, Ratio. Nam vltimantibus fillabis, quarum in censum monosillaba consensu referunt, Accentiunculas induunt Latini plerumque semper discriminis causa. Inde praepositurae A apicem, a quo disseparaueris? Porro discriminis causa Accentum superimponere ius sit, an vmbra iuris, disquisiuimus nō procul meta prioris Voluminis. Neque nos Priscianus frangit lib. 2. *Haec eadem* A *quando est Praepositio grauatur, & producitur, & est sine adspiratione.* Hic enim Accentus grauis, Graecorum more signari haut solet. Eaque nota destituuntur quoque in scribendo, *De*, E, *Ex*, *Ab*, *Abs*, alia, super quib. nemo rogat, nemo dubitat, an Accentu insignienda sint.

ABAGARVS. Vide *Agbarus.*

ABAGIO, ABAGIVM pro *Adagio* scripsere veteres, Varro l. 6. de LL.

ABARE, *Abam* nominare, vt *Papare*, *Papam*, B per solo scriptum lego in Ios. Scaligeri Ausonianis c. 29. At cum Latini B dagessatum, vti loquuntur Hebraeorum magistri, in *Abbas* receperint, rectius gemines, scribasque *Abbare*. Vulcanius in Philoxenum vnicum B parum consulto praescribit, cum idem in Callimachum scribendum duplici B statuat Ἄππα: vnde consequū est quoque, vt in *Abba* congreminet insona. Notissima namque vicissitudine B, & P commutant, traduntque inuicem sedes. V. *Papa*, *Abbas*.

ABBAS duplicato B, cum pater est, aut praesul eo nomine dignitatis. V. *Abare*.

ABAS pro gente, vnico. In Catalogo:

------ Ὄπιθεν κομόωντες Ἄβαντες

Occipiti comato Abantes. Val. Probus: *Abas, Abantis.* *Abas* quoque desolato B, cum est proprium Metamorphoseos 12.

Et Pholus, & Menelas, & Abas praedator aprorum.

Item Aeneide 1. 5. 10.

ABAS item quarti casus B per solo apud Herodotum in Vrania, Philostratum in Apollonij vita, Eusebium, Philonem, Strabonem, Pausaniam, Hesychium, Stephanum.

ABBIRE *etiam quidam geminata B maluerunt & dicere, & scribere, vt intermissa* D: *& in hoc nullam differentiam putat esse Lucillius, qui ait,* Abbire multum est D Si, & an B habet. Haec verbatim e Velij Longi Ortographia.

ABAZEA pro Dionysiacis perperam apud Tullium lib. 3. de Nat. deorum. *Sabazia* scriptum oportuit, quod e Silianis nostris palam fit. Neque recte *Sabasia* sigmate simplici. Contra inepte scribitur apud Hesychium Ἀπόλλων Σαβάζου pro Ἀβάζου. Apud Arnobium lib. 5. *Sebadia* quoque scribunt per E in primore sillaba, per D in tertia. Quam vocem per V loco B nobis exhibet vetus Inscriptio:

IIVIR. ITER. QQ. PATRONO. SACERDOTI. SACROR. SEVADIOR

ABELLA, AVELLA, qui non scriptura, aut significantia dispescunt, errant. Silij Italici lib. 8. certo certius per B scribendum: —— *Pauper sulci Cerealis Abella*, de qua inibi —— *Pomisque rependit aristas.* Praeiuerat Maro in 7.

Et quos maliferae despectant moenia Abellae.

Quo loco in omnibus antiquis Maronis Libris esse *Bellae* notauit Pierius. Strabo lib. 3. Νῶλα, καὶ Νουκερία, καὶ Ἀχέῤῥαι, καὶ Ἄβελλα. *Nola, & Nuceria, & Acherrae, & Abella.* Vrbs est Campaniae.

AVELLA eiusdem Silij lib. 8.

Pascuaque haut tarde redeuntia tondet Auellae.

Haec enim prata Etruriae castellis subijcit Silius, & inde sunt *Nuces Auellanae* Macrobij lib. 3. cap. 18.

ABERVNCARE proba manu scribitur. Primigenium est apud Papiam: *Eruncare, eradicare, radicitus euertere.* Item: *Runcare a terra herbas diu innatas, vel arbores euellere.* Cui rei instrumentum est *Runcina.* Simplex igitur *Runco*, compositum *Erunco*, bicompositum cum αὐξήσει *Aberunco* per B, & vnico R.

AVERRVNCO recte quoque scribitur, quod opiner esse magna vi *Auerrere, Runcare*, & ex hisce duobus nasci. Pacuuius in Medo: *Possum ego istam capite cladem auerruncassere.* Sed & hoc ipsum Marcellus ex Lucillij lib. 26. per B videtur scripsisse: *Dij monerint meliora: amentiam aberruncassint tuam.* Inde est *Auerruncus.* Quare non mirum in eo R duplicari.

ABFORE, AFORE absque secundo elemento scribi suadet Manutius libris ad Atticum, magisterio Codicum melioris notae, quibus Codicem Turnesianum annumerat. Itaque reponendum autumat apud Horat. lib. 1. Sat. 4.

—— *Vitium procul afore chartis.*

Quam scriptionem MSS. arrogat, & Tullij MS. Lambinus. Eadem Carrioni probatur Notis in lib. 3. Val. Flacci, ibi: —— *Vnum tanto afore coetu*, collato etiam Horatij loco. Idem Manutius l. 13. ad Atticum epist. 21. Codici Turnesiano adscribit *Afuerunt* pro *Absuerunt*. Obertus Gifanius in Lucretium laudat Pandectas Florentinas, quibus sit *Afore*, & *Afuit*, & Tacitum. Iubent & veteres Libri legi Aen. 7. *Nec dextrae erranti Deus afuit.* Vbi varietatem Librorum agnoscit Pierius hanc: *Afuit, Atfuit, Adfuit, Affuit.* Duo priora veterrimi Vsus reor: altera nouioris, & dubiosi. Romae in monte Mali: DOLVM. ABESSE. AFVTVRVMQVE. ESSE. Ecquis a tantis viris secessionem faciat? Budaeus clamat Pandectas Flor. lectu perdifficiles literis multis in locis exolescentibus, verbisque non interpunctis: quid igitur si B, aut E librariorum aut temporis vitio perierit? Alij in *Afore* retrusam nimis, etiam antiquatam scribendi rationem ab illis affectari incusitant. Prisco namque in Latio nullam consonam adduplicabant auctoribus Varrone, Fabio, Festo. Passeratius *Abfore, Abforem* cum B, pro *Abesse, Abessem*; *Affore, Afforem*, pro *Adfore, Adforem.* Sic inest vulgarijs Virgilij monumentis Aen. 8. —— *Nos si pellant, nihil abfore credunt.* Apud eundem passim *Afforet, Affore*, pro *Adesset, Adesse.* Vide Stewechium ad Arnob. l. 2.

ABHOMINOR, ἀπεύχομαι, Lexicum Graecolatinum, quod ego detestor. *Omen* enim, *Ominorque*, si adspires, male ominalia fuerint. Vettius: *Sacnitiaque eorum abomi-*

abominaretur ab omnibus. Adde. *Omen* quibusdam visum dictum quasi *Oremen* : *Os* autem leuatur.

ABIICIO geminante I poscunt elementa priora simplicis *Iacio*, & compositi quantitas. Par de caeteris ratio *Adjicio, Eyicio, Injicio, Rejicio. Secunda in his verbis per duo I I, non per vnum scribenda est*, inquit Gell. l. 4. c. 17. Poëtae licentius I alterum rescindunt, & saepicule scriptum Lucretio volunt *Eicit*. Lapidum, & Auctorum tenor non vnus. Vide Pierium in id, *Rejice capellas*, & Aldum. V. *Injicio, Rejicio.* Esto scriptionem horum per I vnicum velit esse ratissimam Gruterus.

ABLAQVEO per Q a prisco *Laqueo*. Rus redolet, At rusticae rei scriptorib. genuinis, primigenijsque literis perscribi placuit, vti *Sublaqueo* antiquis Inscriptionib. est. Vide *Sublacum*. Sic in Tertulliano *Oblaqueo*. Glossae ab H. Stephano: *Ablaqueata*, Διορυχθεῖσα. Rectissime per Q.

ABLIGVRIO. V. *Ligurio.*

ABNVITVRVS πεντασυλλάβως in correctissimis Sallustij editionibus: etsi *Nutum*, *Nuto* aliud postulent. Firmat Festi *Abnuitio*: *In non semper abnuitionem significat.*

ABOBRICA non praue. In Antonini tamen Itinerario, & Surita scribitur cum G *Abobriga*. Opidum est citerioris Hispaniae. Idque ex Analogia *Lacobriga, Conimbriga*, & similium. Ita *Cnossus, Cnidus*, eademque per G.

ABORTO τετρασυλλάβως, non tantum *Abortio*. Varro l. 2. c. 4. de RR. *Ne dum exsilire velit praegnans, ab ortu.*

ABROTONVM indubitanter vtraque sillaba per O. Et cum est proprium in Plutarchi Themistocle. Theophrasti lib. 6, cap. 1. edente Heinsio Ἀβρότονον, *Abrotanum*. Suidas: Ἀβρότονον, εἶδος βοτάνης. Dioscorides lib. 3.

ABSSCINDO an scribi fas? Neget Priscianus l. 1. qui *Obsessum*, & *Abssectum*, vt inconuenientia repudiat. Esto *Obs*, & *Abs*.

ABSCINDONE ex *Abs*, & *Caedo*? Ex illo peruagato fit indicina:

Abscidit tenerum lubrica testa caput.

Legunt alij lib. 3. vett. Epigr. *Abscidit heu tenerum l. t. c.* idque mihi probatius.

ABSCEDO scribit Iul. Scaliger l. 1. de Causis LL. c. 34. Taciti lib. 1. *Manibus aequis abscessum.* Liuius lib. 29. saepiusque.

ABSCONDO cum B. *qui Origini verborum propiores sunt*, scribere testatur Velius Longus in Orthogr. & Victorinus: *Ea vero, quae ✝ sonant, & non declinantur, vt supra dicta per Bs scribite, vt Abscedit, Abscidit, Abscondit, Abstrahit, Absinthium.* Contra stat Curtius Valerianus in Collectaneis, & per P *Apscondo*, *Apstineo* scribit, & Carrion in Val. Flaccum. Addit Cassiodorus, quod iure repudies: B S *nunquam coniunctas inuenies: non enim possunt facere syllabam.* Martialis:

Abscondunt spurcas haec monumenta lupas.

ABSINTHIVM, ABSYNTHIVM, ABSINTHIVS alterutra vocali scribi recte potest ex Stephani de Vrbibus dictamine: Διχῶς δὲ ἡ γραφὴ καὶ διὰ τοῦ Υ, καὶ διὰ τοῦ Ι. *Scriptura duplex & per Y, & per I.* Aretaeus l. 1. c. 1. Curationum: Ἀψινθίου χυλόν, *Apsinthij succum*: Ἀψινθίου δυσφορον πόμα Nicandri Alexipharmaca. Notauit etiam Etymologus a quibusdam Poëtarum facto S eximio scriptum Ἀπίνθιον: Ἔνιοι δὲ τῶν Κωμικῶν Ἀπίνθιον λέγουσι. Καὶ ἔστιν ἤτοι ἀπίνθιον, ὃ οὐκ ἄν τις πίῃ διὰ πικρότητα, ἢ παρὰ τὸ Ἅπτω, ὃν οὐδεὶς ἅπτεται. *Comicorum nonnulli Apinthion appellant. Et est profecto Apinthium, quod quis minime bibat ob amarorem, & ab Ἅπτω, quod est Tango, quod nemo tangat.* Eadem prope verbatim reponit Suidas. Vtraque Etymologia P, non B poscitur. In Ouidij tamen Ibide legas:

Tristia deformes pariunt absinthia campi.

Sic apud Lucretium lib. 1. S. Ambrosium lib. 3. Hexaëm. cap. 8. Plinium lib. 27. capite septimo. In positione veteres *Absinthius* quoque scriptitabant. Varro Quinquatribus *Absinthium vt bibam grauem, & castoreum.* Scribunt & Graeci Ἀψίνθιος: vnde in antiquissimo Apuleij chirographo *Absentum memorat* scriptum CL. Salmasius ad Lampridium, atque ex eo esse *Vinum absentatum*. *Absinthiatum* tamen recte scribi posse ex pleniori fonte minime negitandum est. Apicius lib. 1. cap. 3. *Absinthiatum Romanum sic facies.* Rursus apud Aëtium legas Ῥοδαψίνθατον. Ἀψίνθια in Pisidae Cosmurgia: Ἐυφραίνεις δὲ πικρότης ἀψινθίας. *Acerbitas apsinthiae pectuilis.* An Πόσιος exaudiri fas?

ABSIS, V. *Apsis.*

ABSORBVI, SORBVI secundum auctoritatem eruditissimorum, & eloquentium virorum potius, quam *Absorpsi* per P, scribendum iudicat Vel. Longus. *Cum recens haec declinatio*, inquit, *sordidi sermonis viros ceperit.*

ABSTERGEO τῷ ... Ciceroni arrogant Manutius, & Lambinus. Modius Curtio reddit l. 9. *Abstergerique inuicem remi.* Sallustio alij. Lucretius l 4. *Pabula amoris*

Abstergere sibi, atque alio conuertere mentem.

Cuius in lib. 5. *Abstergunt* scribunt pro *Abstersit*: *Natura abstergunt auctum. Abstergo* ... perquam vsitate scribas.

ABVNDO, non *Habundo*. Nota Pierij in Alexim: *Oblongus Codex Vaticanus, Longobardicus, Mediceus, & aliquot alij verbum Habundo cum adspiratione scribunt Non quod ab Habeo descendat, sed vt vox fiat incitatior.* Haec illius. At mihi videtur ea re tardior fieri: cui non? Procedit: *Ea enim de causa plerisque dictionib. veteres adspirabant, vt patet in Helmone.* Quanquam literatissimi viri scriptis prodidere praeter rationem, adspirationem praeponi huic verbo, quod ex *Ab* praepositione, & *Vndo, vndas fiat*: certe *Habundo* non euaserit Catulli facetias:

ABVOLO etiam est Galli Exemplaribus, si modo Galli. Eleg. 1.

Abuolat, & fera vix mihi nocte redit.

Non *Auolo* dumtaxat.

ABVSQVE vnica comprehensione Poëtarum peculium non est, quod volunt. Tacitus lib 15. *Volucres, & feras diuersis e terris, & animalia maris oceano abusque petiuerat.* Solin. cap. 10 *Abusque Tartesso Hispaniae.* Cicero sectim posuit lib. 2. de Diuin. *Ab heroicis vsque ducta temporibus.*

ABYLA recte. Graeci namque Ἀβύλη. Ptolem. Ἀβύλα I ad nostra Siliana. *Alyba* vero columna est opposita, cum eadem uichrona. Recte quoque *Abula*: ex qua Tostatus *Abulensis* vulgo nominatus, & Priscillianus haeresiarches.

ACADEMIA, ECADEMIA, Vide *Ecademus.*

ACALYPHE praue in Lexicis proletarijs pro *Vrtica*. Docemur Etymo παρὰ τὸ μὴ ἔχειν χαλὴν ἁφὴν. Sie Etymologus, Atheneus lib. 3. ἁπαλὴ τῇ ἁφῇ, *tactu mollis*, vbi Casaub. consule, & Radulphum Fornerium Rerum Quotid. lib. 3. c 30. In peruceteri Lexico H. Stephani: Ἀχαλήφη τὸ μὲν φυτὸν διὰ τοῦ Η, τὸ δ' ἄγριον ... διὰ τοῦ υ: I ad Eustath. in Iliad. ο. Sic Pherecrates, Aristoteles, Theophrastus, Aristophanes, Dioscorides, & Scholia in Equites, & Vespas: ac Theocriti Idyll. 7. Apud Plutarchum Sympos. l. 4. Ἀκαλήφη piscis est; apud Eustathium in Odyss. 4. Nemesium, vbi perperam scribitur.

ACANTHIS per I Latiare, non Y, vti legitur apud Iouianum lib. 2. de Adspiratione. Georgic. 3.

Litoraque halcyonen resonant, & acanthida dumi.

Theocritus Idyl. 7. Ἄειδον κόρυδοι, καὶ ἀκανθίδες.

ACANTHOBOLA per B, Ἀκανθοβόλοι, non *Achanthonola*, qualib. sentib. obsita Lexica.

ACASTVS in Papinio recte, Plutarcho, Pausania, Clemente. Perperam nonnulli Codd. *Agastus, Achastus, Acatus.*

ACCEDO, non *Adcedo*, Cassiodorus. Idem *Accurro. Accedit* Papirianus.

ACCINO. Veterib. *Adcano.* Veteres Glossae: *Concano*, Συνυμνῶ. Vtrumque ἀρχαϊκῶς. Item: *Confrango, Defrango.*

ACCENSI duplicato C Lapides literati praeferunt. Recte seu fiat ab *Acciendo*, quod Varroni lib. 6. de LL placuit: seu ab *Accensendo*, quasi *Accensiti*, ac supernumeratij milites essent, quod docent Asconius, ac Vegetius lib. 2. cap. 19. Vualtrinus constanter scripsit *Adcensos* cum D. Tueri se Festo poterat: *Adcensi dicebantur*, inquit, *qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur: dicti ita, quod ad censum adijciebantur.* Idque ita verborum serie depostulante. Discedo, haereoque Aldo Manutio.

ACCEPTRICAE adspernabili ἀκρισίᾳ amplexi sunt Lexicographi e Plauti Truculento. Scriptum oportuit *Acceptrici.*

ACERRAE sine Spiritu Liuij. Silij. Flori Codices omnes. At Graeci Ἀχέῤῥαι. Stephanus lib. de Vrbibus: Ἀχέῤῥαι πόλις μεταξὺ τοῦ Πάδου, καὶ τῶν Ἄλπεων. Strabon. lib. scriptum est: Ἀχέῤῥαι, καὶ Ἀβέλλα vnica vtrumque liquida.

ACETARE *dicebant, quod nunc dicimus Agitare*, Festus.

ACCIVS familia Romana duplici C. Gell. l. 3. c. 16. ex Varr. Testam. *Accio idem, quod Titio ius esto apud me. Per hoc vetus prouerbium Varro significat sicuti vulgo dici solitum erat de reb. inter se nihil

... antibus Idem Accij, quod Titij. Vt Atta, Attius: sic Acca, Accius. Acius, Atius, Arius alia, at... Clarus L. Accius tragoediarum scriptor, a quo fundus Accianus iuxta Pisaurum dicitur, ... eb. in Chronicis. Et duobus scribitur in Cicerone P. Victorij.

ACCLINIS recte exaratum apud S. Cyprian. tom 3. de Christi Baptismate: *Horret tamen animus & acclinem sibi esse Christi caput non patitur.* Item lib. de Ieiunio: *Contentos solo Deo necesse est ei omnes esse acclines.* Horat. l. 2. Sat. 2. *Acclinis falsis animus meliora recusat.* Isid. Hisp. l. 1. de differentijs. Aen. 10. *Arboris acclinis trunco.* Val. Flaccus l. 3. Lucan. l. 2.

ACCLIVIS tamen per V a *clino* cum Val. Brabanto nullus renuo, ne quidem *Aclinus* binis VV. Lib. 8. Decadis quartae Liuius: *Placide acclivi colles.* Vbi scribi *Acclini*, vel *Acclines* Labrum sit. Tolle id vocis, *Acclinitas* periit. At Caesar utitur: *Pari acclinitate collis nascebatur.* Verum cum etiam per D *Adclinis* scribit Brabantus satin' recte? *Accipio*, non *Adcipio* ob pronunciationis εὐφωνίαν, inquit. Item *Accommodo*, *Accumulo* cum C: cur ab his aliter *Adclinus*? Cur non vbique aequabiliter?

ACENCRIS Eusebij Chronica Aldi, Petauij Exemplar *Achencheres* geminantibus adspirationibus. Ios. l. 1. contra Appionem Ἀκεγχρής, *Acenchres*. Librj alij *Acenceres* defecto Spiritu.

ACEROSVS panis, *Aceratum* lutum absque H: licet ex Ἄχυρον.

ACHAEIADES non fortuitu scribunt. Malim tamen *Achaiades*, vt, Aen. 2. *Achaica castra*, Graece sit Ἀχαΐς, tum Ἀχαϊάς, Ionismo Ἀχηϊάς eliso elemento altero. Notat Eustath. in Iliad. 9. Ἀχαιϊκὸν Homero dictum, posteriore altero I detrito Ἀχαϊκόν. Ionib. tamen depelli ex Α, subiectam vocalem notat in his Etymologus: Θήβαιος, Ἄργαιος, Ἄλκαιος. Similitudine Ἀχαιός pro Ἀχαΐος.

ACHAEVS cum diphthongo Val. Flacci lib. 3. leges, ac Velleij libro primore non semel. Gell. l. 1. c. 11. *Achaeos* scribit, quos passim iniuncto digammo Aeolico *Achiuos* Maro nominitat. Homero quoties Ἀχαιοί, Ἀχαιῶν est? At ex eo Aeoles Ἀχαιϝός, vnde *Acheus* absque biuocali scribi queat, & altera portiuncula retenta *Achius* reliquit *Achiuus*; vt ex Βασίλειος, Δάρειος, Ηρακλεῖος *Basilius, Darius, Heraclius*. Liuius in historiae propylaeo *Achiuos* scripsit: at pro peculiari prouincia in historiae medullio *Achaeos* Plin. libr. 4. capit. 11. *Statio Achaeorum.*

ACHAEMENIDES. ACHEMENIDES scribo Aen. 3. aborta diphthongo, eumque interpretor, quem τὰ ἄχη μένει, quem *aerumnae manent*; seu ita Poëtae consilio nomen fictum, seu ex vero. vt Vlyssem a doloribus appellatum constat ex Odyss. T, Ptolomaeo Hephaestione ac Etymologico, & Pentheum a luctu ex 5. Dionysiaco. Ex vero, inquam, specta *Achemenidis* maciem, corpus seminudum, diram illuuiem, desertum a socijs, metuentem a Polyphemo, baccas syluestres, & lapidosa corna esitantem, perquam dices aerumnosum, hoc est, vere A... *nidem*. Potuit & vetustior nomenclationis fuisse ratio. Passim vero cum biuocali excurrit *Ar... menides*, quasi vnus sit veterum Ἀχαιμενιδῶν, vti Ἀχαιμενία ἀπὸ Ἀχαιμένους apud Stephanum, cum ipse clamitet:

Sum patria ex Ithaca comes infelicis Vlyssi. Ouidius 2. de Ponto.

El... 2. *Puppe Achaemenidem Graium Troiana recepit.*

Nam... ptius est *Agamenides*, aut *Agamemnides*. Sed profecto peccat non vice simplici. Primulum quia Gam in id genus compositis breue est, *Agamemnon*, *Agamede*. Deinde posterius supposita vox ... est inepta. Metamorph. 14. Librorum, & Correctorum summo consensu editur: ——— *Quis te casusue, Deusue Seruat Achemenide* pulsa biuocali. Sed & ... similiter reperio l. 12. Annal. Taciti: *Prole magni Achemenis*, vti post fata Lipsij editum. recte ne? Obstrepit Etymologicum. Ἀχαιμένης ὁ ἥρως. ἀφ' οὗ κ οἱ Πέρσαι Ἀχαιμενίδαι γίγονται ὡς Πέρσης. ὠνόμασαι δὲ ἀπὸ τῷ εἶναι τὸν προπάτορα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Ἀχαΐας. *Achaemenes Heros ... a quo Persae Achaemenidae) Persei F. Inde vero nomen tulit, quod ... ex Achaia fuerit.* Ita Nicolas in secundo historiarum. Idem Etymologus in voce Αχ... bit per Α solitarium: Ἀχαμένης. Ἀχαμένους, Ἀχαμενίδης Silburgio non probante.

ACHERON cum O, & N terminali recte. *Acheruns* cum V, & NS in finalitate scribendum praeceptio est Gifanij: sed apud veteres scriptores. Vide Priscianum lib. 1. Aequo melius *Acherons* deinde S depulso *Acheron*, quod in *Fruns*, *Frons* minime factum. Ergo in Amphitruone scribatur *Acheruns*, non Lucretium, & *Acherunte* in Enniano: *Vtinam ... ab Acherunte ... possint, cuperent redimere.* Inde sunt *Acherusia templa Ennio*, Et Lucretio. Inde *Acherusius ... or* Silio Italico.

Acheron procudit aetas politior. V. Eustath. in Iliad. β. Neque nascitur, ἐκ τοῦ χαίρειν, & particula priuante; sed est ὁ ἄχεα ῥέων, auctore Etymologico.

ACHILLAEA insula Achilliacra, diphthongo temere scribitur. Straboni Ἀχίλλεια. Scribe igitur *Achillea* apud Melam, aliosque. Sic ex Κωνώπειον, Μουσεῖος, Κύκνειος transscribuntur *Conopeum*, *Museum*, *Cygneus* simplice vocali tenta, quo super in Silianis abunde dictum. Eodem modo, quo Aeneidos lib. 3. *Stirpis Achilleae fastus*.

ACHILLAS Pompeij interemtor, non *Achilla*, S deraso. Graecorum Aeoles Ἀχιλλεῦς, inde Ἀχιλλᾶς in Graecia, & Latio: *Itala nam tellus Graecia maior erat*, Ouidio.

ACHILEVS persolo L scribendum Etymologiam sequenti Brabantus praecipit. Verum vbi imperiosa Consuetudo contra stat, veterum Codicum fides, & Euphonia, delumbatae sunt Etymologiae vires. Latini, inquit, duplici LL scribere malunt. Quid Graeci? Homerus, Pindarus, Callimachus, caeteri non idem repetunt elementum? Euphorion tamen vdam non reponit apud Etymologum:

Ἐς Φθίην χιλδῖο καλῇσι πάμπαν ἄπαστος,
Τούνεκα Μυρμιδόνες μὲν Ἀχιλῆα φημίξαντο,

Quo in loco veteres Codices appello. Pindarus quoq. Oda 10. Ὡς Ἀχιλλεῖ Πάτροκλος, & Hom. versu πρωτίστῳ. Non etiā producit inibi Eustathius Etymologiam ijs patrocinatā, qui vdam geminabant: ἀπὸ τοῦ ἄχος ἰάλλειν? Non addit: Ἡ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ἑτέρου λ διὰ τὸ εὐφωνότερον? Cur illa tacentur Eustathij: Ἐν πλείοσι δὲ τόποις τὰ δύο λλ ἔχει? *Plurib. in locis geminum est* L L? Cur illa: Δῆλον δὲ ὅτι σεμνότερον, καὶ μετ' εὐφωνίας εὐγενέστερον τὸ Ἀχιλλεὺς διὰ δύο λλ. διαρκέστερον γὰρ ὅλως ἐνδιατρίβομεν τῷ τοῦ ἥρωος ὀνόματι καὶ γλυκύτερον, καὶ ὀγκηρότερον μὲν καὶ ἀναλόγου λειότητος. Facessant φιλόκαινοι. *Manifestum est quod plus maiestatis, plus euphoniae, & nobilitatis est in illo Achilles cum L duobus. Cum enim sic tractamus herois illius nomen, magis nobis fit satis, suauius est, & grauius, & politius, atque ex Analogia.* Romae in Basi cuiusdam marmoris:

VALERIVS. ACHILLEVS

Inq. alijs veterib. Monimentis saepius.

ACIAERIS. Biuocalis ab Origine debita. Securis fuit auctore Festo *acie aerea* in vsum sacrificulorum. Glossae H. St. *Aciaeris*, ἀξίνη ἱεροφάντου, ὡς Πλαῦτος. Prefuit: *Acieres*.

ACICVLA, ACVCVLA, ACVCLA. Primum scribitur omnium approbatione. *Acucla* l. 1. c. Theod. de repudijs: *Vsque ad acuclam capitis in domo mariti deponere.* Huic scriptioni ex alto repetitae fidem adstruunt *Optumus*, *Maxumus*: Glossarium: *Acucla*, ῥαφίς, vt: *Poclum*, *Seclum*, alia. *Acuncula* cum N explodit Vulcanius in Onomasticon. *Acuciculam* alibi pro pisce legas.

ACILIA gens Romae, in qua Glabriones, vnico C. Libri, Lapides Capitolini, item alij sex. Argenteo nummo Andreae Lauretani patricij Veneti est M'ACILIVS. IIIVIR. & alteri Rinaldi Odoni a Manutio explorato, item Farnesiano. Vineti nihilo secius est obseruatio ad lib. 3. Flori in vtriusque linguae Auctoribus, & Inscriptionib. promiscue legi *Acilios*, *Acillios*. Idem obseruat in Ausonij carmen 25. de Professorib. Quin & *Aquilios*, & *Aquillios* dictos vult: tamq. id probo quam *Aqua*, *Acua*, *Quis*, *Cuis*, *Cis*, pariaque bifariam descripta.

ACINACES secunda vocali vocem finiente. Ἀκινάκης Herodoto, Polemoni, Xenophonti, Plutarcho, Diodoro, Hesychio, Suidae, Etymologo, Polluci, Platoni, Dioni. Consentius tamen in Arte expressim *Acinacis* per I, vt *Tiberis*, & *Acinaces* pluratiuum facit. Herodotus priorem per ω scribit teste Etymologo. Aut consit ex Ὀ' ἀκινάκης. Ὠ'κινάκης. At huius aeui Exemplaria Etymologum refellunt.

ACIPEDEM pro *Acupedem* scripsit Lucillius: *Acupedium* Festus, cui praecipuum erat in currendo *acumen pedum*. At Glossae: *Acupedium*, ὀξυποδία. Parum mihi ridet Originatio Festi. Sed *Acipes* scriptum est pro *Agipes*. Veterrimis Latij G ignotum fuit, loco eius C vtebantur. Lucillius autem dicit: *Agipes vocem mittere coepit.* Ergo ab *Agendo pede Agipes* politius. V quoque ἀρχαιότητος ὄζει, pro I.

ACIPENSEM, ACIPENSEREM, ACIPENSERA varie scribunt in Epigr. 91. lib. 13. Martialis: Ad *Palatinas acipensem mittite mensas.* Visum alijs rectius *Acipensera*, qui non animaduerterunt externam Latio eam esse finalitatem, vixque concessam Graecanicis dictionibus. *Acipensem* vero ex *Acipenserem* concisum reor, vt *Fallam*, *Mansuem* pro *Fallaciam*, *Mansuetem*. *Aquipenser* in nouissima Festi editione est, tutissima transitione C in Q. Similiter in H. Steph. Glossis: *Aquipenser*, εἶδος ἰχθύος, & vetusta Macrobij exemplaria Iul. Scaligeri testimonio in li. 2. de Animalib. Veteres Glossae: *Acipenser*, *Aquipenser*. Quid mirum? Apud Festum est *Delicium* solis pro *Deliquium*, atque a *Curib. Quirites* dicti.

ACIVS, ex quo *Acilius*, vnico C, Saxa, Manutius.

ACO-

ACOLVTHVS plerique ſcribunt omnes, quod Sacerdotio, ſuperioribuſque ordinibus initiatos ſequatur, παρὰ τὸ ἀκολουθεῖν. Onuphrio lib. de Vocib. obſcur. *Acolutus* placitum abſque afflatu, quod ſit ἀκώλυτος, *Inuetitus*: ſacrificiis adeſſe ſcilicet. Non etiam omnes Chriſtiani hac ratione *Acoluti*. Certè non βέβηλοι.

ACONTIAE Aëtio ſerpentes, (qui Lucano *Iaculique volucres*) etiam cum L. Etymologus Ἀκοντίαι, ὄφις τινὲς χηλώνυται ἢ καὶ Ἀκοντίλαι. *Acontiae, ſerpentum genus. Vocantur etiam Acontilae.*

ACQVIRO, vulgaria ſcriptione, & Val. Brabanti approbatione, quam reſcindit Priſcian. l. 2. qui connumeratis literis, quib. Ad praeiecta, D alienat, ait: *Alijs enim ſequentib. literis integra manet in compoſitione, vt Adbibo, Adhaereo, Admitto, Adquiro, Aduoco.* Varro l. 5. de LL. *Adquirere eſt ab Ad, & quaerere*, eodem inclinat. Inſcriptio aquae Marciae cum D: ADQVISITO. ETIAM. FONTE. NOVO. Pierius in id quartae Aeneidos: *Vireſque acquirit eundo*, notat antiqua pene omnia Exemplaria integras ſeruare praepoſitiones in compoſitis, vt *Adquirit*, & ita ſcribi ſolitum vſque ad Antonini Pij tempora publicis declarari monumentis. Quo tamen Maronis loco, & Horatij illo: *Ego cur, acquirere pauca, Si poſſum inuideor*, Editiones, quas mihi videre contigit, oſtentant *Acquirere* cum C, quod alij Euphoniae patrocinio defendunt. Adde Competentiae ius: neque enim aliter, *Acquieſco* legere memini. Velius longus: *Si ſonus conſulitur, intereſt aurium, vt C potius, quam D ſcribatur.* Lucillius: *Accurrere ſcribas D ne, an C non eſt quod quaeras, atque labores*, V. *Quicquid.* Lexicum Cyrilli: Προσπορίζω. *Adquiro.* Poſt pauca idem: Προστρέχω, *Accurro.* diſſormiter. H. Stephani Gloſſae: *Adquiſitio.* & Pandectae Flor. lib. 28.

ACRADINA correctius, quam *Achradina*, ἀπὸ τῶν ἀχρῶν δ' ἰτυῶν. Ἀχραδίνη in Timoleonte Plutarchi ſaepius, & Dione ex editione Stephani. Diodor. l. 14. per χ. Scholijs in Hephaeſtionem Graecis. Abſque H. Verrina 5. & Liuius lib. 25. An ſuperior Origo ludificat nos? An *Achradina* ἀπὸ τῶν ἀχράδων;

ACRISIVS I in ſecunda ſede, quod inſuper habuiſſem monere, ni in quibuſdam Euſebij per Y Graiorum inueniſſet Pontacus ἰδιώτης nominum obſeruantiſſimus.

ACROBATICAS *machinas* ſcribi potius eſt, quam *Aërobaticas* Turnebo, & Bernardino Baldo Victruuij lib. 10. c. 1. Addor.

ACROTHON opidum in Atho montis caeumine, quod vel ipſa compoſitione diſcitur. Cur ergo A medium non obtinet, quaſi Ἄκρος Ἄθως? Conueniunt O, & A, fitque ipſo cõuentu Ἀκρόθων Herodotus in Polymnia: Δῖον, Ὀλόφυξος, Ἀκρόθοον. Malim integrius: Ἀκροάθοον, vel Ἀκρόθοον. Mela *Acroathon.* Stephanus etiam per O abſq. A: Ἀκρόθωοι, πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. *Acrothyni. ciuitas in Atho* vertice. I ad Schotti Spicilegiũ. Etymologus coalitas voces diſtrahit, ſcribitque. Διὸς ἱερὸν ἐν ἄκρῳ Ἄθῳ. *Acrothon* pro *Acroathon* vitioſa ſcriptura, inquit Salmaſius.

ACRVM pro *Acrem* Cn. Mario ſcriptum Iliad. l. 15. teſtatur Chariſius, V pro E: aut potius E pro V ſubſtituere. Rectiſſime Fabius lib. 1. c. 7. *Ortographia quoque Conſuetudini ſeruit, ideoque ſaepe mutata eſt.*

ACTIVM, ACTIVS, ACTIACVS cum C T ex veterum Codicum auctoritate, ex Graeca Conſuetudine Harpocrationis, Plutarchi in Antonio, & aliorum. In Nummo etiam Auguſti, qua parte Apollo cum lyra ſpectatur, a laterib. I M P. X. ſub pedib. Dei A C T. hoc eſt *Actiacus.* Quibuſdam Maronis Exemplarib. male eſt *Accius Apollo* in 8. Arcadius in Orthographia: Ἄκτια καὶ ἡ πόλις, καὶ ἡ ἑορτή. ἀλλ' ἡ μὲν ἑορτὴ βαρύνεται, τὰ Ἄκτια.

ACTVARIOS canes ab *Actu*: *Actarios* vero, ſcriptores *Actorum*: necnon & eum, qui Actum agit, *Actuarium* vocari voluerunt, inquit Vel. Longus. Beda eandem ſerram reciprocans, *Actuarij diuerſis actib. occupati*: *Actarij vero ſcriptores Actorum.* Non volens ab his abeat Velius a. 1. c. 21. *Nomina quartae declinationis etiam in Arius, vt Saltuarius, Actuarius, Fructuarius: cum nomina ſecundae declinationis careant V, vt Aſinarius, Caprarius.* Ἀπερίσκεπτως hic curto iudicio Criticus. Omnia haec ſecũdae flexurae ſunt: ſed alia, atq. alia a ſecunda, & quarta nominũ flexura deriuantur. Hoc, opinor, voluit. Verũ vt *Acta, actorum* ſecundo declinatum: ſic *Actus, actuum, actib.* [illegible]. D. Auguſt. l. 2. de Ciuit. c. 19. *Apoſtolicos actus.* S. Cyprian. epiſt. 75. *Actib. Apoſtolorum* [illegible] ante doctiſſimo Pamelio noſtro. Item Ruffin. in Symbolum, iterumque D. Auguſt. tract. 6 in Ioannem. Ergo declinatuum recepto diſcrimine tam *Actarius*, quam *Actuarius* dici pro [illegible]m poteſt. Duumuiris iſtis probata differitas, merito alijs exploſa eſt. Egoex Competentia [illegible]que cum V ſcripſetim. Sic Sueton. c. 55. Seneca epiſt. 23. Sic Gloſſae: Ὑπομνηματογράφος, *Actuarius Memorialius.* Victor in Gallieno, nec Leges ſilent. Ita Salluſtius. Liuius lib. [illegible]. *Actuarius naues.*

At, nequid dissimulem, Tabula e marmore in Hispania:

EQVITES. IN
IIIS. ACTARIVS
LEG. VII

ACVCLA. V. *Acicula.*

ADAERARE est *aere aestimare*, non ad aerarium referre. Incorrectum est *Adhaerare*: etsi scriptum ita legerit vbique Budaeus Annot. in Pandectas. Nam *Aes* cum tota coniugatione leniter effertur.

ADAMANTIVS scribo. Passeratij *Adamantaeus* adulterinum est. Origines quoque *Adamantius*, aut *Adamanteus*, vtrobiuis vocali tenta.

ADBIBO, non *Abbibo*. Gel. 2. c. 22. *Quia paulo plus adbibi.* Et suggerit incerta memoriola *Adbibe verba puer.* Tullio fere scribitur *Obbibo*: Veterib. autem *Ob* antiqu *Ad.* in vsu fuit. *Adbibo* Prisciani est in 2.

ADBLANDIOR. cur non *Abblandior*? scitatur Giselinus.

ADCORPORARI, quia vox est ab aeuo prisco retracta, placet: non *Accorporari*: & si *Accino*, *Accumbo*, *Accudo*. Solinus de Echeneïde: *Carinis ita tenaciter adcorporatur, vt nisi abrasa parte ligni aegre separetur.*

ADDORMISCO in Passeratio displicet. Scribe *Obdormisco.*

ADEOVSQVE in Amphitruone, & Asinaria confusione vocum. Apud Mar. Victorem lib. 2. versus rationi accommodatius disseparaueris:

Adeo vsque malignis Herbarum dubias posse radicibus escas.

ADFATIM scribit ex Verrio Festus, & in Agellio suo Lips. c. 21. de Pronunc. LL. At Verrius, & Lipsius φιλάρχαιοι. Mitius *Affatim*, vt *Affari*, *Affabilis*. *Adfatib. Adfabilis* in Glossis H. Stephani cum alia bene longa similium serie. Suum cuique velle.

ADFIGO Prudentio tribuit Gifanius l. 1. in Symmachum: *Compressu immundo miserum adfigens catamitum.* Tulerim in veterrimis: non in flore iuuentae Latinae. Scribo igitur *Affigo*, *Afflo*, *Affluo*, *Afficio*, *Affrico.* Mecum est Priscianus lib. 2. *Ad, F quoque sequente rationabilius in eam conuertitur.* Neque non notaui ista Cornuti apud Cassiodorum: *Adfluo, Adflui Adfectus: quia vbi D sonat, ibi & scribitur.* Scribit & Caecilius Vindex: *Adfluo, Adfari, Adfuturum, Adflatus, Adfero.* Neque haec opinio Prisciano ignara. Ridicula illa Isidori lib. 1. de Differentijs: *Afficimur honore: Adficimur morte.* Taurellius ex Pand. Flor. *Adficio* sparsit in Pandectas. Sed Prisciani l. 2. iudicium iuuerit: *Frequenter tamen inuenimus F, vel N, vel L, vel R, vel S sequentibus, D scriptum, vt: Adfatur, Adludo, Adrideo, Adnitor, Adsumo.* Tum indicium datur: *Errore tamen scriptorum hoc magis fieri puto, quam ratione.* Iam tum controuersiosa fuit horum scripturae ratio.

ADFIGVRATE scriptum apud Diomedem. nec abnuo; prisci enim acui vox est. Olim autem praepositurae inuariatae in partem compositi adsciscebantur.

ADFLICTAS praefert Inscriptio Thermarum Constantinianarum: FERALIS. CLADIS. VASTATIONE. VEHEMENTER. ADFLICTAS

ADFLICTIM, non *Afflictim* legas apud Diomedem l. 1. *Afflictari*, *Afflictissimus* in Ciceronis Codicibus exprimunt, atque amplectuntur omnes, vt venustiora. Sequamur.

ADFREMO, AFFREMO pusilla inconstantia scribit Passeratius: vti solent, qui, quod scribant, exactum non habent. Ego Prisciano conformiter duobus FF

ADFVERVNT persaepe habent Inscriptiones fratrum Arualium V. *Afore*, & Cornutum in *Adfigo.* Elegantissimum versiculum legi apud Calpurnium:

Adfuerunt sicco Dryades pede, Naiades vdo.

ADGLOMERATI, Συνεσπειραμένοι in Glossis ab H. Stephano. Passeratius *Adgemo.* Sic *Adgero*, *Adgnatus.* In quib. & similib. alij D in subeuntem consonam abire iubent, seque si Musis placet, Euphoniae scuto obumbrant.

ADGRETTVS *fari* tamen apud Ennium placet, tota vocis scriptio vt sit ad effigiem Vetustatis. In vetustissimo etiam Palatinae Bibliothecae Virgilio testatur Politianus esse: *Adgredere, o magnos ad. r. t. h.* Item; *Adgressi: nam saepe senex spe carminis ambo Luserat.* Laudat etiam e MS. *Adlocutio*, sequiturque olim etiam vnico T *Adgretus*, cum consonas fuit nefas adduplicare.

ADHAESVS aspere, ac biuocali, eum adhaesionem significat. Lucr. l. 3.

Nam neque puluerís interdum sentimus adhaesum.

ADESVS absque biuocali, & asperitate; Silius Italicus: *Adesum Cladibus Annibalem.* Et propritim lib. 3. Carm. Horat. Oda 29. *Lapides adesos.*

ADHORRESCO inconsulte Passeratius approbauit. Repugnat natura. Quae horremus, refugi-

refugimus: tantum abest, ad ea vt accedamus, quod ea praepositura connotat. *Abhorresco* igitur, vt *Abhorreo*, ex quo ortum habet.

ADIICIALIS coena, quam *Aditialis*, ὀρθογραφικώτερον. Ea fuit quoties inaugurandi alicuius gratia, aut ob publicam laetitiam, aliáue causa ad caetera festiuitatis insignia indicebatur epulum, quod *Caenam adijcere*, aut *epulum* dicebatur. Cor. Tacit. Ann. 2. *Rescuporis sanciendo, vt dictitabant, foederi, conuinium adijcit, tractaque in multam noctem laetitia.* Varro lib. 3. c. 6. de Agric. *Primus Q. Hortensius pauones augurali adijciali coena posuisse dicitur.* Quae Varronis. Macrob. l. 3. Satur. c. 13. reponit. Plinij l. 10. c. 20. legitur: *Aditiali coena sacerdotij*, edente Gelenio. Lipsij Nota ad epist. Senecae 95. *Libri, Adiciales: vera scriptura Aditiales: quia dabantur in aditu, & auspicio honorum.* Eum vide in epist. 123. Passeratius: *Adicialis*, vel *Adijcialis*. V. Hermolaūm Barbarum in lib. 10. Plinij c. 20.

ADIVGO scribi licet e Pacuuio, & Columellae lib. 4. c. 17. *Nihil enim refert iugum in stellam decussari, atque diduci, nisi & palmites adiugentur.* Non, *Adiungentur*.

ADLABI, ADLOQVI, ADLVERE sunt Velij Longi in Ortogr. Vide *Allaboro*: etsi *Allegere* scribendum censeat, & D in L in caeteris vertendum.

ADLVO. Ardeae Inscriptio: ASSIDVIS. MARIS. ADLVENTIB. FLVCTIBVS Sic inscriptiones variant modo *Adlectus*, modo *Allectus*.

ADMETIOR, an *Ammetior*? Similia sunt, *Administer*, *Admisceo*, super quibus nil controuersi. Vide nihilominus *Ammitto*, *Ammiratio*, *Ammoneo*.

ADMISTVM cum S. *Admixtum* cum X est a calamo agresti. Contra sentientes fregit pridem Lambinus in Horat. & I. Scaliger l. 1. de Causis LL. Congruenter lego lib. 3. Satur. c. 1. apud Macrobium *Admistu* per S, non X. Neque *Ammistum*, neque *Atmistum*, quae Antiquitatis situm redolent. V. *Mistus*.

ADGNATVS, AGNATVS. Varro lib. 4. de L L. *Pecori ouillo, quod agnatus, agnus*, Tull. 1. de Orat. *Constat agnatione rumpi testamentum.* Quod in Iustiniano omnium correctissimo lib. 2. Instit. tit. 13. *Adgnatione postumi, siue postumae rumpitur testamentum.* Ibidem: *Quasi adgnascendo fiunt parentib. suis haeredes.* Edure tamen scribas *Adgnitus*, & repudiat Priscian. l. 2. & cum superiorib. canon eius pugnat. Lib. 3. Instit. tit. 2. *Sunt autem adgnati cognati per virilis sexus personas cognatione coniuncti quasi a patre cognati.* Taurellius exemplo Pandectarum Flor. sparsim in ijs edendum curauit *Adgnatus*, *Adgnosco*. Nec pauci sequuntur. Nota est eruditissimi Salmasij ad Spartianum: *Adnosceret* habetur in optimo Palatino. Ita supra *Adnomen* pro *Agnomen*. Sic *Adnati* pro *Agnati*, quod aliquoties repetitur. Glossae nomicae: ἀδνᾶτος, ἀνεψιός, συγγενής, atque ita semper.

ADNICTO sibi vindicat Antiquitas, Festi, Naeuijque auctoritas.

ADNITOR malim: *Annitor* non nolim. I. Scaliger l. 1. de Causis LL. c. 38. scribi rarius *Adniti*, crebrius *Anniti* testificatur. Quisque peculium suum numerat, & amat. *Adnitor* sibi frequenter inuentum Priscianus testatur.

ADNABAM TERRAE Aen. 6. rectum puto. Fors, ne misceatur cum *Anno*, quod est *Pernatare*: si scribitur *Annabam*. Caecilius Vindex tamen *Annuo* scribit propter soni lenitatem, & quia nullo modo in eo D litera sonare possit.

ADNOTAMENTA Gellij lib. 17. c. 2. quia prisci Latij vox Gellio placita, & plerumque semper ἀρχαϊζ. Placet nihilominus *Annoto*, quia vox aeui variantis.

ADNVBILO viridius visum Papinio, quam *Annubilo*.

ADOLESCENS participium ab *Adolesco*: *Adulescens* per V ephebus. Hoc e Capro discrimen nullum est. Eadem namque vox & participium est, & nominis naturam induit, vt *Amans*, *Retinens*, *Requerens*, *Metuens*, aliaque sexcenta Quintam vocalem flagitant Pandectae Florentinae, Politianus, Nannius in Miscellaneis passim, Muretus in Philippicis, Gifanius in Lucretium, Rhotius. Politianus Librorum fulcitur vetustate, ac sillabae secundae modo professe Ciri:

At leuis ille Deus, qui semper adulescentum.

Eos ego iutum venio. Vt ex *Alter*, fit *Adulter Adultero*: sic ex *Alo*, *Alesco* (quod est *Grandesco*) fieri videtur *Adulescens*. *Alesco* Lucretij est fide Codicis Gifanio optimi visi, & Turnebi in Aduersarijs:

Donicum alescendi summum tetigere cacumen.

Est & Varr. l. 1. de RR. c. 44. *Quae nata sunt, in fundo alescunt, adulta concipiunt.* Ergo *Adulta*, *Adulescens* pari figura. Nec aliter Faërnus. Festus tamen *Adolescens* ab *Olescendo*, quod Vsu tritius, ducit. Ex Analogia etiam O poscitur *Suboles*, *Indoles*, *Exolesco*. Sic praeterea Lambinus scribit,

bit, ſic I. Scaliger l. 1. c. 21. de Cauſis LL. O *Tuſcos, Vmbroſque caruiſſe memoriae proditum eſt. Quare qui Epiſtulam, & Adulcſcentes malunt dicere, Vmbros ſeſe, non Romanos profitentur.* Ridet quoque hoc nomine Politianum, qui pridem ideo incurrerat in Bartholomaei Scalae animaduerſionem. Politiani autem ratio caret virib. quaſi O non aeque cum V longioris moduli ſit capax. Scaliger ſuperiora hauſit e Priſcani lib. 1. quem appoſitum venio: ſeruiet enim vocibus quamplurimis in ſequentibus: V *quoque multis Italiae populis in vſu non erat: ſed econtrario vtebantur* O. *Vnde Romanorum quoque vetuſtiſſimi in multis dictionibus loco eius*, O *poſuiſſe inueniuntur Poblicum pro Publicum, quod teſtatur Papirianus de Orthographia, Polchrum pro Pulchrum, Colpam pro Culpam dicentes, & Hercolem pro Herculem. Et maxime digamma antecedente hoc faciebant, vt Seruos pro Seruus, Volgus pro Vulgus, Dauos pro Dauus.* Neque Gloſſae Benedicti Abbatis praetereundae: *Adoliſcens, Aduliſcentula* per I, quo ſuper V. *Tremiſco, Cupiſco. Viniſco.*

ADOLEVI: etiam *Adolui*. Varro in 3. Rhetor. *Poſtquam adoluerit haec iuuentus.* Caſſius ad Tiberium: *At contra Aegyptios ſacrificium, vbi integrum anſerem adoluerunt.*

ADORTI Aen. 6. per T: aliter Gellius l. 9. c. 2. *Hippiam tyrannum interficere adorſi.* Aurelius: *Ab his Gallos adortos, ex inſidiis plurimos necatos.* Ἐφοδεύσαντας Priſcianus reddit.

ADPARET per D, quod eſt, *Obſequitur*: non regulae ratione, ſed diſcretionis cauſa, inquit Beda, Diſplicet, inſimul & ratio.

ADPECTORARE Antiquitati poteſt imputari. Priſcae Gloſſae. *Adpectora*, παράβαλλε, θώρηξον. Solin. c. 29. *Has lambendo ſenſim figurant, & interdum adpectoratas fouent.*

ADPRIMVS cum D: vox enim priſci ſeculi priſce ſcribenda. Liuius Odyſſea: *Ibi denique vir ſummus adprimus Patrocius.* Eadem ratione: *Flos adprima tenax*, quod in vetuſtiorib. Libris eſt, & in antiquo Terentij Codice M S. *Meis me omnibus ſcio eſſ. adprima obſequentem.* Sic Faërno ſcribi placet.

ADPROBVS eadem ex cauſa. Caecilius in Triumpho Comoedia: *Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens adprobus.*

ADRACHNE, *& Andrachne vnius literae diuerſitate*, inquit Plin. lib. 13 cap 18. Diuerſitas eſt & naturarum. Sic variant Homeri Codices Ἀδρότητα, καὶ ἥβην: alij Ἀνδρότητα, ſequiturque Euſtathius Iliad. π.

ADRAMYTTIVM D, & cum T *Atramyttium* agnoſcit Stephanus Geographus huiuſcemodi Variantiae ſcriptor obſeruantiſſimus. T poſterius alias geminatur, alias deſolatur. Y Graiorum in medio potius, quam Latinorum de Hermolai mente in Plinium. Quod autem paenultimā per E, vel I variari exiſtimet, non eſt haec differitatis ratio: ſed quod E, Graiorum Latini modo per E, modo per I (quae geminae diphthongi ſunt partes) ſcriptitent, varijs vti locis pateſcet.

ADRAPIDVS Gell. l. 12. c. 5. priſco more priſca vox redditur.

ADRIA leuiter: eſt enim ab *Atrijs*. Plin. l. 3. c. 16. *Nobili portu opidi Tuſcorum Atriae, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum.* Vide Catonem in Origin. Stephanus: Ἀτρία πόλις Τυῤῥηνίας Διομήδους κτίσμα, χειμῶνι πλεύσαντος, καὶ ἐπὶ τὸ διασωθῆναι κελεύσαι Ἀθρίαν, καὶ παρεφθάρη παρὰ τοῖς βαρβάροις τὸ ὄνομα. *Atria Etruriae ciuitas Diomedis opus, qui tempeſtate eo adnauigauit incolumis, Aethriamque appellitauit: corrupere vocem barbari.* Ex Stephano eadem verbatim Etymologus expreſſit. Proletarios ſcriptores tantis, tamque antiquis audeat Val. Brabantus obijcere? Certe & pontes perrumpat, & torrentes Plinius, ac Stephanus. Tamen linguae Graecae ignariſſimis ſcriptoribus ſubnixus, Graecis inſultat eam voculam leuantibus. *Contra Graecos*, inquit, *qui adſpirationem abijciunt.* Papae! Plinius igitur, & Cato Brabanti opinamento Graeci ſunt. Ex Graecis vnum pro multis dabitur caput Nonnus Baſſaricon lib. 6. Ἀδριάδας παρὰ θῖνας, Etymum alluſiſſe videri poſſit Horatius lib. 3. Oda. 27. *Ego quid ſit ater Adriae noui ſinus: & quid albus Peccet Iapyx.*

ADRIANVS Imp. conſimiliter abſque H: nam eſt ab *Adria* nomen apud Spartianum. Columna in Hiſpania:

DIVI. ADRIANI
ABNEP.

Ita eſt & Lapidibus nonnullis: pluribus tamen Lapidibus Nummis, Spartiani primae Editioni, cui Caſaubonus haeret, *Hadrianus* aſpere. Digna lectu eſt Pontaci Nota ſuper hoc ad Euſebij Chronica. Scripti Libri Caſaubono viſi ponunt Flarum.

ADRVDVS, non *Arrudus* apud Cincium: *Aes infectum ruduſculum: apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit, id adrudus appellabant.* Ita voci antiquae membra noua non accommodant.

ADRVO cum D Euphoniae causa scribunt. Cur minus vocale *Arruo*, quam *Irruo*, *Arride*, *Irrausi*? Certe olim perisse D scimus ex Varrone *Aratrum* ex *Arno* figurante: Quã ex Origine vel inepte adsignata, quod quaerimus, edocetur. Certe veteribus inusitata fuit consonae duplicatio: seriore vero; & literatiore seculo *Arruo* scriptum. V. *Adsto*. *Arrideo* autem Cassiodorus praescribit.

ADSCISCO, non *Ascisco*. Ne D pereat, inquit Manutius. Gemina SS, non peribit omnino, mutabit tantum. Nimium dices sibilum. Non nimius, in *Associo*, *Assum*, *Assimilo*: cur nimius in *Assisco*? Neque id Beda culpet, cui probata *Asspiro*, *Asspicio*, nequid literae prorsus pessum eat. Sic Valerius Carrionis, Ouid. Gisleni *Asspiro* in Metamorphosi. Placet tamen cum Festo *Adscisecre*, *Adscripti*, *Adsectator*, *Adserere*. Placet *Adsitio*, *Adsistrix*, *Adsignifico*, omninoque ante S *Ad* incolumem seruari, vel subiectis binis consonis; vt: *Adscello*, *Adscendo*, *Adspiro*, *Adspicio*, *Adstipulor*, *Adstringo* (Caper dicat licet *Astringe*, non *Adstringe*) *Adspno*, *Adstruo*, *Adscribo*. *Ad* enim robustius quiddam sonat: sigmatismus autem odiosa res. Victori Giselino placet *Ascendo*. Vide *Adsto*.

ADSECLA, ADSECVLA a *Sequor*, Eutyches l. 1. H. Steph. Glossae: *Derideo adsecculam*, Καταγελῶ τῷ παρασίτῳ κόλακος. Meminitque Eutyches scribentium quatuor sillabis. Communis Vsus *Assecla*. Abíque D, abique S priore, *Asecla* eaedem Glossae.

ADSIMVLATVR in Pandectis Flor. Itaque antiquos scripsisse apud Diomedem legimus, & persuadent Ciceronis, ac Virgilij monumenta. Sed *Adsimilo*, *Adsimulo* tertia quintaque vocali dissparant significatis. Incircumspecte. Dissparant secula, vt *Optumus*, *Optimus*: *Monumentum*, *Monimentum*, talia. Est & frequentius paulo cum V. Sic in Andria *Adsimulare nuptias*, lib. 3. de Offic. *furorem*, *scrnum* in Captiuis, & *patrem*, apud Tacitum *Adsimulare literas*. Ex ea frequentia nata haec Gelenij nota in Plin. l. 9. c. 35. *Lege squamas adsimulat, non Adsimilat, quod Gallicum idioma sapit*. Addidisset: *Adsimulo* Germanicum.

ADSITA, ASSITA in Apuleio varianter. Horat. —— *Qua populus adsita surgit*.

ADSPARGO cum A in medio nomen facit Velius Longus: *Adspergo* cum E verbum. Alij distinctum irrident. Maronis Codices nonnulli: —— *Salsa spumant aspargine cautes*. Certe in optimo Varronis Codice, notat P. Victorius ad l. 1. de RR. semper esse *Aspargit*, *Conspargunt* Etiam apud Catonem, ex quo & illud. *Acina de vnis miscellis decarpito*. Vetustas in compositione vocalib. vsa est simplicium. Sexcentis locis in Cyrilli Lexico cum A *Dispargo*, *Inspargo*. In eodem: Συμπαλῶ, *Concalco*. Passim *Conculco*. Plinius a Gelenio lib. 18. c. 11. *Gypsi pars quarta inspargitur*. In minorum scriptis cur non legamus scriptum per E *Adspergo*, *Conspergo*?

ADSTO, ASTO ἀρχαϊκῶς Iul. Scaliger l. 1. c. 34. apud Plautum legit: *Eucheme astat*. Item: *Confidenter contra astat*. Sic Ennius apud Varronem lib. 6. de LL. *Subaio finitimas propter astabat aquas*, quod Ios. Scaligero displicuit. Verum quandoque *Ad* consonam compositioni nõ interre notauit in *Aperio* Priscianus. In Epigram. Latinorum lib. 3. *Hospes, quod deico, paullum est, asta ac pellege*. *Heic est sepulchrum hau pulcrum pulcrai foeminai*. Antiqua forma. Vbi tamen *Adsta* potius visum Anton. Augustino l. x. Antiq. Dialogo. Sic *Ascensu* absque D e prisco lapide G. flenus enotauit. Eandem ex his Priscianus subducit: *Aspiro*, *Aspicio*, *Ascendo Asto*. l. b. 1. *Adsuspiro* lib. 4. de Asino A, Durum mihi accidat *Assuspiro*. *Arogare* pro *Adrogare* Antiquitati arrogat Stewechius in lib. 1. Arnob. alibique Velius Longus: *Est etiam vbi necesse est hanc D literam interire nulla alia subsititta, vt in eo quod est Aspicio, Ascendo*. Vide *Adscisco*, *Arumpo*. Cassiodorus in *Aspicio* & *Aspiro* literam D interire putat necesse, & Papirianus. Scaligero, vti dixi alijsque D placet interiungi.

ADSVM rectissime scribi reor: licet infrequentius putet Iul. Scaliger. Vetera Maronis Exemplaria quaedam *Adsit*, *assit* alia MSS. Codices in Quinctiana *Assunt* Hotomani testimonio. In Plauti Poenulo est, quod vtroqueuersum trahitur: *Assum apud te eccum. Agor. At ego elixus sis, volo*. Ridetur hic, qui *Assum* dixit. Alij dictum recte pertendunt atque e recte dicto ioculum captatum. Valerij Flacci vetus Codex Carrionis fide *Assunt*, *Assit*.

ADTEGRO, ADTEGER Festo incolumi praepositura, & quia verbo veteri sui seculi scriptio non indebita, nobis recudendi ius non est. Esto Bedae *Attonitus*. Passim *Attero*, *Attamino*, *Attaminatus*, *Attamen* recta scribendi ratione: licet per D sit Pandectis Flor. *Adtamen*.

ADTRECTARE NEFAS Aen. 2. vulgo scribunt. Mediceus Codex, alijque *Adtractare* A secundam sedem inuadente. Ita & Liuij Codices MSS. lib. 5. *Quod id signum more Etrusco, nisi certae gentis sacerdos adtractare non esset solitus*. Malim tamen *Adtrectare*. V. *Detrectare*; etsi prisca secula in compositis vocales non vertebant.

ADTRI-

ADTRIBVO. Inſcriptio ludorum Secularium:

EAM. PECVNIAM. DANDAM. ADTRIBVENDAM

Puteanus tamen vir vndiquaque literatiſſimus Syntagmate de ſtipend. conſtanter *Attributum* pingit: ego cum eo.

ADTVBERNALIS Feſto, & Gloſſario. Gloſſis Iſidoro imputatis: *Adtibernalis, vicinus.* Liber MS. *Adtabernalis* ἀρχαϊκῶς.

ADVERSVM per E paſſim. In Plautinis formulis: *Venias aduorſum mihi*, per O, ac ſimilibus, cuius vocalis praequam ſecundae ſonus viridior videtur. Similiter apud Comicos Terentium, Plautumque *Animum aduorte*. Nec ſequi nefas. Sic *Aduorſor* pro *Aduerſor* teſte Feſto. Eodem modo *Olli*, & *Ollis* iam tum deſita in Vſum retraxit Maro: quia vocalis ea vocalior altera, humaniorque.

ADVLO deciſo R ſcribi poteſt auctorib. Val. Maximo, Auſonio, Seneca, Lucretio. Cyrilli Lexicum: Κολακεύω, *Blandio, Adulo.* Paſſim *Adulor.*

ADYRMACHIDAE Silio: non *Adrymachidae*, quod vitium quibuſdam libris hæſit.

AE nonnullis in vocibus inſigni flagitio inoleuit. In VVarhel Vngariae: THRAEPTVS, pro *Threptus* a Τρέφω. Romae in aedibus Alberinorum: EVPORVS. AEVOCATVS Alia inſcriptio inquinatiſſima: SINE. CRIMINAE. VITAE Ex eodem coeno illa: *Aegathus Aepicharis, Aerepta, Aeutropus Auraelia, Diaes, Diaebus, Extaerum, Haerennia, Laerna, Laetum, Laenecady, Paedneea, Paelagon, Paetronia, Praecatione, Praecibus, Praepuſa, Pridiae Quaerella, Quiaeti, Saequere* (e ſimili prorepſit in *Saeculum* error) *Salutae, Thaeodora, Thaeotima, Thaeoprepos, Veraecundia.* Veterib. Gloſſis: *Aeborarius.* Veterib. Epigram. *Aeuocatus.* Item rectis ſingularibus ſuppoſita haec: *Bonae, Calliſtae, Diae, Nymphae, Optimae, Procnae.* Item velut a congeneribus rectis deflexos hoſce genitiuos *Aquiliaes, Caediciaes, Decimiaes, Priſcaes, Fauſtinaes, Liciniaes, Linillaes, Muſaes, Niciaes dulciſſimi, Roclaes Sopaes, Sabidiaes, Septiaes, Saturniaes, Sexilaes, Suaes.* Contra E pro Ae reperias in Gloſſis: *Edicula, Edificium, Edilis, Egrimonium, Emulatio, Emulus, Eolus, Equanimus, Equipero, Equs, Equi noctium, Equi libris, Erarium, Es alienum, Eſtimatio, Eſtus, Letus, Quaero, patia.*

AEBVTIA primore diphthongo, Αἰβούτιος. Lapides adſtrepunt.

AECASTOR, AEDEPOL diphthongo: ſunt enim ex *aede.* At Soſipatri lib. 2. *Ecaſtor, Eiuno.* V. *Aegeſta. Ecaſtor, Edepol* perpetuo tenore legas in Plautinis qq. Iani Gulielmi viri ſanequam Eugrammatiae curioſi. Rob. Stephanus in Terentij ἑαυτ. *Aedepol* biuocali. Idem in Andria *Ecaſtor* ſimplice vocali, & Duzae Plautus.

AECATE, V. *Aegeſta. Aedificare, Aediſacere* leg. 60. §. mandaui D. Locuti, atque aliunde Briſſonius exprimit Παρ. libro ſingulari.

AEDITIMVS cum M. Gell. l. 12. c. 10. *Aeditimus verbum Latinum eſt, & vetus: ea forma dictum, qua Finitimus, & Legitimus. Sed pro eo a pleriſque nunc Aedituus dicitur, noua & commenticia vſurpatione, quaſi a tuendis aedib. appellatus.* M. Varro lib. 2. de Latino ſermone *Aeditimum* dici oportere cenſet magis, quam *Aedituum: quod alterum ſit recenti nouitate fictum, alterum antiqua Origine incorruptum.* Liuius quoque vt opinor, in Proteſilaodamia *Clauſtritimum* dixit, qui *clauſtris ianuae praeeſſet: eadem ſcilicet figura, qua Aeditimum dici videbat, qui aedibus praeeſt.* In Verrem M. Tullij Exemplaria fidiſſima ſic: *Aeditimi, cuſtodeſque mature ſentiunt.* Vulgaria: *Aeditui*, Pomponiana Atellana inſcribitur *Aeditimus*, in qua verſus hic:

Qui poſtquam tibi appareo, atque aeditimor in templo tuo.

Contra Iuſtinianus lib. 1. Inſtit. de Tutelis tit. 13. *Aeditui dicuntur, qui aedes tuentur.* Scaeuola vocat Ἱεροφύλακας. Campagnani prope Nepeſinos in Faliſcis: AEDITVVS. IVNONIS Romae in vinea Cardin. Carpenſis: COSMVS. AEDITVVS. MATRIS. D

Horat. epiſt. 1. l. 2. —— *Quales*
Aedituos habeat belli ſpectata, domiq.
Virtus —— Lucret. —— *Onerataq. paſſim*
Cuncta cadaueribus coeleſtum templa manebant.
Hoſpitibus loca, quae complerant aedituentes.

Adde lapides quinque apud Manutium. Itaque viſum pleriſque vrbanius abſque M Varrone indicante l. 2. de RR. *Sementiuis ferijs in aedem Telluris venerat rogatus ab aeditimo, vt dicere didicimus a patribus noſtris: vt corrigimur a recentibus vrbanis ab aedituo.* Tantundem lib. iterum 6. 7. de LL. Vtrumque agnoſcit Fl. Soſipater l. 1. *Aeditimus dicitur*, inquit, *qui aedem ſeruat, quaſi aedis intimus: ſed Aedituus ab aede tuenda dictus eſt.* At M. Tullius *Timus* vult acceſſionem ſillabae nihil ſignificantis in *Finitimo*, *Legitimo*, *Aeditimo*. Nonnemo cum *Aedituus* olim legeretur, de-

tur, depulso M natum *Aedituus*. Tu contempla *Aeditueutes*. *Edituus*, *Aeditimus* vett. Glossae.

AEDITIMOR in Pomponij Atellana: *Aeditueutes* Lucret. lib 6. In veteri Inscriptione: AEDITVAVIT. AN. X. Sic ad horrea Diocletiani: AEDITVAVIT. ANN. XVI.

AEDON diremtis ab inuicem vocalib. Ἀηδών. Virgilius:

——— *Quod suauius cantat Aedon.*

AEDVICVS, AEDVES in Parentalib. & Professorib. scribit Ausonius. Simili modo vetusta Marmora. Graeci Αἰδοῦοι. Sed & iidem Ἐδοῦοι simplice vocali perscripta sillaba primore. Inde Latinis *Edui*, & aspere *Hedui*. Tullius lib. 1. ad Atticum epist. 14. *Edui fratres nostri pugnant: Sequani male pugnarunt*, Antisiodorensis: *In Aeduis*. Maputius, ac Val. Brabantus *Aedui* dissuauiantur: caeterum scripturae faciem conspuunt, quo iure, mox in voce *Aegesta* perpendemus.

AEETA, AEETES, AETA. Valer. Flaccus lib. 5.

Apparat Aeetes aciem ———

Idem διαστολάβως AETA. Ibidem:

——— *Heu quantum Phasis, quantum Aeta recessit!*

Metam. 7. *Dissimilemque animum subyt pater Aeta relictus.*

Idem in Hypsipyles epistola. *Aeeta* Val. Flaccus lib. 7.

——— *Non hanc Aeeta dedisti*

Spem Minyis ———

Apollonius· Αἰήτη, κεῖνῃ μὲν ἄφαρ ἐτίχθεν ἄλλη.

AEGAEVM pro mari cantatissimo, si ab *Aegis* Euboeae opido ortum est, vt voluere Strabo, & Eustathius, scribendum est principe diphthongo in media sillaba. Estque haec scribendi ratio acceptior. Quod si placet Suidas nomen re uocans ad *Aegeum* Thesei parentem cum Plutarcho, E, vel I mediam occupabit sedem ex Αἰγεύς. Eodem modo Plinium secutus li. 4. cap. 11. *Aegeo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum, & Chium verius, quam insula, Aix nomine a specie caprae, quae ita Graecis appellatur, repente in medio mari exsiliens.* Nam ex hac voce per adiectionem fit Αἰγεῖον. Vnde Homerus Odyss. K Αἰγεῖον ἄντρον posuit, biuocali altera sui parte defecta. Eapropter Passeratius *Aegium* Achaiae opidum ordinat post *Aegitis*.

AEGATHES, AEGATES, AEGES, AEGVSSAE Latinis, vti Graecis Αἴγες, Αἰγοῦσαι, Αἰγάδες. *Aegathes* tribus omnino sillabis, & adspirato T vulgatissimi Vsus est: nec improbi. Nam si in vnum coalescant hae voculae Αἰγῶν ἕδρα, nascetur Αἰγάθα, & Dorice Αἰγάθα, vt Πρᾶτος ex Πρῶτος. Ποσειδάνιον pro Ποσειδώνιον apud Pindarum. Θῶκος, Θᾶκος vulgo. Αἰγάθα, scilicet ὕδατα, vel νησίδια, in quibus *caprarum* sunt *stabula crebra*, quod Homerus Odyss. 8. indicat:

——— Ἐν δ' αἶγες ἀπερείσιοι γεγάασιν Ἄγριαι ———

Caprae silnestres intus innumerae ———

Αἰγάδες *Aegathes*, Τόποι *Loci*, Νῆσοι *Insulae*. Simili modo *Anxur*, *Anxurus* ciuitas: *Anxur* δὲ, subaudi *Opidum*. Vt Βοῶν αὐλία, *Bauli* detertimo scribendi compendio. Vetus vero Latium exsufflabat Spiritum: vnde *Aegates* absque illo apud Stephanum, quo modo semper in Melae Codic. repertū sibi commemorat Pintianus. Aliqui, vt praefati sumus proxime, propter ingentem vim caprarum ita insulas eas indigetatas rentur. Alij a feris fluctibus, qui Graecis Αἶγες. Hesychius: Αἶγες τὰ κύματα Δωριεῖς. *Aeges fluctus vocant Dores.* Atque ita primitus Homero adscribunt:

Οἱ δ' εἰς Ἑλίκην τε, καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι.

In Helicen, & Aegas donaria transmittunt

Neptuno, cui hic locus in delicijs Nemeorum 5. apud Pindarum: Θ' ἐς Αἰγάθεν ποτὶ κλειτὰν θαμὰ νίσεται Γ' ἐσθμὸν Δωρίαν *Qui ex Aegis ad celebrem Dorum isthmum crebro pergit.* Idem Neptunus cum tempestatem ciet, Αἰγίζειν dicitur. Est enim Αἰγὶς συστροφὴ ἀνέμων Etymologo. Alij a *Scopulis*, qui Graecis etiam Αἶγες Vide Plinium l. 4. c. 11. Varro *Aegaeum dictum ab insulis: quia in eo mari Scopuli vocantur a similitudine caprarum Aeges.* Pacuuius: *Aeges ferme aderant aequorei.* Sic & a *Scopulis*, *Aegatib.* nomen factum ariolantur, & producunt Maronem:

Saxa vocant Itali medijs quae in fluctibus aras,

Seruio fulti. Redeamus in gyrum. Αἰγοῦσαι Polybio scribuntur lib. 1. Rectius Αἰγοῦσαι. Analogia sic poscitur, Πιθηκοῦσαι, *Pithecussae*: Λεπαδοῦσαι, Λεπαδοῦσαι, quod sagaciter in li. 1. Athenaei reposuit Casaubonus. *Ericusa*, *Phoenicusa* simplo sigmate scribuntur Plinij l. 3. c. 9.

 Quod

Quod si admittis, Consuetudinis imperio concedis, quod in alia quoque valuisse potest. Pro his vltimis Eustathius in Odyss. K scripsit Ἐχινάδης, Φορτικάδης. Αἰγάδες, *Aegades* admittere gestio: verbi forma placet. At vacillat memoriola mea: Latinus auctor me destituit idoneus. Cluuerius in Sicilia sua Nonij Marcelli calcem terit pro *Aegadibus*. Verum in emendatissima Nonij editione ab Adriano Perierio Parisijs anno M. DC. XIV. ita expressim est: *Varro de Vita P.R. lib. III: Nam postea quam Lutatio Consuli apud Aegatis insulas cum ipse catapulta ictus esset.* Adducit Cluuerius Freeulpbum, quem nullus in Bibliotheca mea conspicor. Vereor vt pari fide cum allegatione Nonij. Eam tamen vocem non repudio: sed Silij Italici os aureum *Aegadum* faecib. ab illo deformari non fero.

Scripsit Silius lib. 1. —— *Hic Punica bella*
Aegatis [illegible]as. fusaque per aequora classe
Exactam ponto Libyen testantia rostra.
Ibidem: —— *Aut Aegates abolere parentum*
Dedecus ——
Lib. 2. *Aegates, Libyaeque procul fluitantia membra.*
Lib. 4. *An flendae magis Aegates, & mersa profundo.*
Lib. 6. *Aegatis, laceras circum fragmenta videres Classis* ——
Ad exemplum Liuij l 30. *Aegates insulas, Erycemque ante oculos proponite.*

His omnibus locis rescribes *Aegades* aut *Aegadas*? Nil dubitat Cluuerius, & eadem animi firmitate in Mela, Floro, Cornelio nepote, Nonio Marcello, Liuio, vbiubi repertum fuerit *Aegates, seu Aegathes*, reponendum est *Aegades*, inquit. Ita sciscit: ea sanie optimorum auctorum locos contaminat. Mira mirissima. Freeulphus vnicus recte scripsit, hoc est, vir imi subsellij, si ad superiores comparas, viris summatibus in litteris anteferendus erit, ijsque erit loquendi norma, & scribendi, aut potius Cluuerius, cuius haec perpensa verba, Lector, audi. Pag. 419. Siciliae suae sic: *Ast id vocabulum, mirum sane dictu* (putes prodigium aliquod, aut noua monstra: non enim longe sumus ab Africa) *adeo vnanima, atque constanti exscriptorum oscitantia, imperitiaque apud omnes, quotquot insulas eas memorarunt, auctores corruptum est in Aegates, vti apud vnos duos Nonium, & Freculphum integrum, sanumque hodie legitur. Quod nemini hactenus, ne linguae quidem Graecae ad miraculum peritis viris animaduersum satis mirari nequeo.* Ἀλλ' ἐδὲ ἀνὴρ ἰδίαν περὶ πάντων ἔμμεναι ἀνδρῶν. Vide mihi βίβλων ἀπολυμαντῆρα. Non ego tantum inficior aliquo Silij loco rescribendum *Aegades*: pernego posse inuiolata versus maiestate apud eum vllibi reponi. Cur? Τὸ A in media voce breuiculum est, longari non potest. Voces similes de re paulo diuersa. *Leucades*, vbi A corripit. Iuuenalis Sat. 8. & Ausonius in Mosella. Λευκάτης. *Leucates*, vbi A producit Maro in tertio, & Silius lib. 15.

Leucatae, & Phoebi vidit citus Actia templa.

Leucaten etiam Λευκάδα videtur appellasse Thucydides in tertio: Ἡ Λευκὰς ὅτι, ϗ τὸ ἱερὸν τῦ Ἀπόλλωνος. *Leucas est, templumque Apollinis. Aegates* semper A extento. Vides in superis Silij testimonijs: *Aegades* semper A correpto. Nec aliter patitur Analogiae vis apud Graecos, apud Latinos pariformi modo.

Virgilius lib. 3. —— *Strophades Graio sunt nomine dictae.*
In 5. —— *Secretae Troades acta.*
In Gallo. *Iam neque Hamadryades rursus* ——
Ecloga 6. —— *Aetatibus Arcades ambo.*
Prima Aeneide: —— *Glomerantur Oreades: illa pharetram.*
Quarta: *Te propter Libycae gentes, Nomadumque tyranni.*
Silius in 4. —— *Sacnamque coruscans*
Lampada Tarpeijs infers incendia tectis.
Rutilius: —— *Densi Symplegade limi.*
Calpurnius: *Adfuerunt sicco Dryades pede, Naiades vdo.*
Ouidius: *Fama Pelasgiadas subito peruenit ad vrbes.*

E Graecis Dionysius:

Νῆσοι δ' ἑξείης Σποράδες περιπεπτάμεναι.

Priscianus sequitur: —— *Has dicunt Cycladas esse,*
Continuo Sporadas ——

Idem

Idem Dionysius: —— Ἐρείδεται Ἑλλάδος ἀρχῇ

Timotheus in Arcadicis Pausaniae:

—— Τεύχων μέγαν Ἑλλάδι κόσμον.

Idem Dionysius: Νήσων, ἃς καλέουσιν Ἐχινάδας ——

Idem Priscianus: —— *Perrumpit Echinadas inter.*

Tam indubitatum est A hac in voce corripi, vt metri causa vitarit *Echinadas* Homerus, scripserit que Ἐχινάων pro Ἐχινάδων, Οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο, Ἐχινάων θ' ἱεράων. Quam scribendi rationem veteres, nouioresque confirmant Editiones, atque ipse Strabo lib. 10. Apud eundem Dionysium Κασσιάδων, Ἀδριάδων, Ἡλιάδες, Βορεάδες, Λακινιάδος, aliaque & apud alios A semper breui. Passim sese offerunt: Λοιβάδες, φοράδες (vnde *Forda*) Πελειάδες, Διψάδες, Πελωριάδι, Λεπάδος, Λοπάδες, Στοιχάδες, Χοιράδες Κολυμβάδες, φυγάδες γυμνάδες, & apud Theophrastum Πλοάδες. In triuio *Hebdomades, Decades, Chiliades, Myriades, Olympiades, Hephaestiades, Heliconiades.* Vbique A correptú est: solae *Aegades* Cluuerij quaestioni obnoxiae eius carnificina extenduntur contra legẽ carminis, contra fidem librorum omnium, quod propemodú confitetur *Cluuerius: In vulgatis Exemplaribus ita legitur,* inquit. En quo maledicendi rabies hominem impulit. Sic ille pag. 421.

Silius lib. 1. —— *Hic Punica bella*
Aegathes cernas, fusaque per aequora classe
Exactam ponto Libyen testantia rostra.

Quae vocabula nouissimum etiam Poëtae commentatorem amplexum esse in editione sua Parisiensi miror. Sed quia illa non explicat, nec intellexisse videtur. Pro planis, atque apertis habuisse, haut facile crediderim. Quid enim hoc erat dicere: Punica bella Aegathes cernas? Sic scripsit sine controuersia Poeta:

—— *Hic Punica bella*
Aegades, cernas, fusaque per aequora classe
Exactam ponto Libyen testantia rostra.

Vsitatum quippe huic Poëtae sine coniunctionum particula res plures connectere. Altero igitur etiam illo loco legas Aegades, pro qua voce alia exemplaria video habere vulgatum illud Aegathes. Haec ille. *Heu dolor! heu lacrimae!* querelarum acerui! Ἀλλά τοι ἀγλαΐας γε διασκεδάσειν ἀτασθαλίας nouissimus Silij commentator. Salue tu mihi Lugduni columen, qui tam praeclare honori, atque existimationi meae ἑκὼν, ἀέκοντί γε θυμῷ velificatus es. Aude, Lector, contemnere opes verbosioris scriptoris, & te quoque dissertatiuncula nostra super lite hac dignum finge. Primum dico mirum nemini iure videri posse, si exemplariorum omnium fidem secutus sum: mirum magis Cluuerium natam in nubibus lectionem contra librorum fidem exosculari, & eam venditare, seu per eius vocis iactantiam, *Aegades* literatorum orbi imponere, Cluueri

Ὑμεῖς δ' Αἰγίδας οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

Certe οὐ δυναμένοις τὴν αἶγα φέρειν, ἐπιβῆς τὸν βοῦν, seu grauiores *Aegadas. Nequitis capram ferre bouem imponis.* At illa non explicui. Non igitur intellexi. Hoc curto nimis sermone rotas enthymema. In ipso limine operis *Arma* non explicui: non igitur intellexi, quorum *Arma* canat Poëta, Romanorum, an Cartaginiensium. Ibidem: Terrarum *Fortuna* caput, Non disputaui hoc loco *Fortuna* esset dea cum gentium profano vulgo, an cum Christianis deae vanae nomen vanum: non ergo intellexi, quid *Fortuna*. De dijs in Silio spissa monimenta: de dijs apud nos altissimum silentium: de dijs ergo nil intelleximus. Immane quantum claudit ista animi agitatio. Respice te, mi homo. Quid vox *Aegathes*, non explicuisti: non igitur intellexti. De Sicilia scripsisti immania volumina: de Siciliae nomine, atque interpretatione siluisti: non igitur intellexti. De Homeri aetate disputasti: de oculis, & caecitate non explicuisti: non igitur intellexti. Verbo quidquid non scripsisti, non intellexti. *Pro planis, atque apertis habuisse, haut facile crediderim*, inquit Cluuerius. Ego nisi facile, nihil facio (nec enim sum de magnis professis) iure igitur mihi non credis. Haut mirum. Qui Deo, qui Ecclesiae non credit vniuersae, is mihi facile crederet, aut de me.?, Monstri simile sit. Tam profecto illa mihi *plana, atque aperta*, quam certum te mihi pro plano esse. Tu non intelligis *Aegathes* dici *Punica bella*. Eodem more hoc ipso libro primo dixit Silius: *Aegathes dedecus.*

—— *Auet Aegathes abolere parentum*
Dedecus ——

Non sunt *Aegathes dedecus*, non sunt apud te *Punica bella*. Non meministi te puero dictum tibi Appositionis vsu id fieri? Quo modo Aeneidos quinto: *Amitto genitorem omnis curae, casusque leuamen.* Et apud eundem *Corydon deliciae domini.* Horatio: *Fratres Helenae lucida sidera.* Curtij lib. 6. *Rumor ociosi militis vitium.* Quid illo facias Annalium Taciti lib. 2.

 Immittere

Immittere latronum globos, exscindere castella causas bello. Ouid. Amorum lib. 3.

Sed glandem quercus oracula prima ferebant.

Quid est *Quercus oracula?* Quod *Aegates bella*, Praesertim cum *Aegathis* quarto casu per I longiusculum omnia repraesentet Exemplaria, a quo si dispuleris τὸ *Cernas*, oratio fuerit imperfecta, & hians: eritque supplementum versiculi inutile. Tamen sic Silium scripsisse audaciter adseris, audacia tua tot Editionibus pugnante. Modius Colonienses membranas, Barthius Oxonienses quaq. ad Siliū pagina crepant. Et tu profer vafre tabellas: alioqui tibi multi obuersis cornib. & controuersiis insultabunt. Referis. Vsitatum quippe huic Poëtae *sine coniunctionum particula* res plures connectere. Ergo supero Silij loco *Aegades* scribendum. Cur ergo *Aegathes bella* disseparas, quas res plures connexuit Poëta sine coniunctionum particula? Cuiusmodi versus prisci dixere *Iniuges*, ne nescius sis. Intellextin' hoc? Quid si monstrem tibi proxime copulam:

Aegathes cernas, fusaque per aequora classe &c.

Quid si contra vsitatum est Poëtae *coniunctionum particula res plures connectere?* Animum aduorte: Silij lib. 15. vnica in pagella:

——— *Nostrumque & coelo sparsa precatur*

Astra, ducemque viae ——— Inibi:

——— *Et pennas, & fulmine, & undis,*

Hibernis, & Achaemenio velocior arcu.

Finio. Priscis scriptum est *Alexanter & Cassantra* apud Fabium lib. 1. c. 4. *Late* prius scriptum, serius *Lade* apud Plinium lib. 5. c. 31. aliaque paria. Cur non *Aegathes*, & *Aegades*? Te tandem Cluueri, qui *vnanimam, atque constantem ex scriptorum oscitantiam, imperitiamque* per summam traducis iniuriam, & ἀπειροκαλίας, te qui vocem? Nolo maledicere: etsi remaledicere ciuile, atque humanum veteres etiam sensere. Et nobis χειροποιεῖν fas erat, si libitum, si libros omnes oppugnatum venissemus, aut gloriolam ex futili mutatione quaesissemus:

——— *Hic Punica bella,*

Aegathis trinas, fusaque per aequora classe.

Quorsum? Ambiant hanc rabiosam corrigendi rationem nugiuenduli. Limpidam propinamus: de faece non est hauriendum. Cluuerius ——— Πέδας χαλκείας αὐτῷ.

——— *Pedicas sibi fabricatur*: si modo non has fabricatus est Heinsius. Verum hic Poëta magnus expediat Cluuerium, seque ab *Aegadum* sillabaria quantitate.

AEGER biuocali. Origo sic praescribit, Α'ἐργός: morbus enim est ignauiae parens, aut foetus. Neque in Papiae Notis sequar EG. EGER. De quo tamen vide paginas deincipes. Rursum vett. Glossae: *Eger, Egrum, Egra.*

AEGAEON, AEGAN, varianter, vt *Alemacon Aleman, Hermaon Herman.* Obseruatum in Plinianis Exercit.

AEGERIA biuocali principe primas obtinente. Ita est antiqnis Libris, & Basi marmoreae Praeneste.

AEGERIVMQVE. IOVEM

Liuius l. 1. fide quorundā Exemplarium: *Cum dea Aegeria congressus nocturnos.* Iterumq. Sequuntur multi. *Egeria* vero nuda vocali, eaque secunda in primore sillaba rectius scribi opinor seu ab *Egendo*, seu ab *Egerendo*. Posterius tangit Festus: nam Egeriae *praegnantes sacrificasse, vt foetum vterofacile egererent*, scribit. Alteram causam tangit Liuius: *Ab inopia Egerio nomen inditum.* Adstrepit Dionysius lib. 2. Antiquit. Rom. scripto Η'γερία, eademq. ratione substructa: Οὔτε τῶ πατρώων, οὔτε τῶ πάππου χρημάτων τῆ προσηκούσης ἐκληρονόμησε μοίρας· καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν Η'γέριος ἐπωνομάσθη· τοὺς γὰρ ἀπόρους, καὶ πτωχοὺς οὕτως ὀνομάζουσι Ρ'ωμαῖοι. *Cum neque bonorum patritorum, neq. auitorum pars vlla ad eum peruenisset, ea propter Egerius cognominatus est. Sic enim pauperculos, & mendicos Romani vocitant.* V. & lib. 3. Ouid. Fast. 3.

——— *Egeria sine monente dea.* Ibidem:

Egeria est, quae praebet aquas ———

Plutarchus in Numa: Η'γερία δαίμονι ζωὴν ἱερῶν. Prope Veronam vetus Inscriptio:

EGERIAE. MARCELLAE. VXORI

Maro in 7. *Eductum Egeriae lucis* ———

AEGESTA, AECATE, AENVLVM, AESCVLAPIVS. *Aegesta* Siciliae vrbs: nota res, Orthographia non aeque. Plutarch. in Nicia: Τῶν Α'ιγεσίων πρέσβεων, καὶ Λεοντίνων. *Legatis Aegestanorum. & Leontinorum.* Ab *Aegesta* Troiano consimili scripturae variantia. Alij dictam volunt ab *Acesto* Troiano per C. *Segesta* in Verrinis perpetim. Lib. 6.

Segesta

Segesta est opidum peruetus in Sicilia. Apud Thucydidem lib. 6. *Egesta* : Πόλεις δὲ αὐτῶν Ἔρυξτε, καὶ Ἔγεσα. Item in Ptolemaeo. Festus: *Praeposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominauit : sed praeposita est ei S litera, ne obscoeno nomine appellaretur.* Pausanias in Laconicis : Τῆς στρατιᾶς διεφθείραν τὸ πολὺ Ἐγεσαῖοι. *Bonam exercitus partem perdidere Egestani.* Stephanus : Ἔγεσα ἀπὸ τοῦ Ἐγέστου τοῦ Τρωός. At hic Maroni semper est *Acestes*, item Stephano: Ἀκέστη πόλις Σικελίας, ὡς Ἄιγεσα παρὰ τὸ Ἀκέστου qui Dionysio lib. 1. est Ἔγεστος. Rursus in Plin. lib. 3 c. 8. notat Hermolaus: *Vetus fere lectio: Aegestani: omnes quoque Graeci Codices Aegestam, non Segestam.* Quippe Latinorum intererat S distinctus causa praefigere. V. *Aceastor, Aequicoli, Obscoenus.*

AEGIALIA, *Aegialea*, Rectè, Apollodorus lib. 2. Plin. lib. 4. cap. 12. Strabo, Stephan. Pausan. Graeci caeteri. Quaedam Eusebij Exemplaria *Egialea* sonora simplice. Nec respuere mihi audacia, cum animo sequentia obuersentur.

AECATE in veterib. Nummis. I ad Goltzi Thesaurum. Marsilius Ficinus lib. de Religione Christiana *Aecataeus* scribit, pro eo, quem *Hecataeum* alij, vt *Hecaten*, nominitant. Vetus Inscriptio: M. AIL. HECATAEO. Putabam olim ista ex euentu fortuito coaluisse Αἰ Ἔγεσα, Αἰ Εκάτη, aut Ἑκάτα : sed en tibi scriptum casu secundo in Goltzi Nummo altero:

BRONTONTIS. DEI. ET. AEKATES

Quid si dicatur idem in his vsuuenire, atque in Virgiliano *Inarime*, vbi ex tertio Homeri casu praepositio retrahitur in rectum? Quid si in talibus vitium tempore vires acquisiuit? Sic *Cynegyrus, Citheron, Clytemnaestra* repudiato primoris A commercio. Graecorum Anthologia festiue admodum diphthongo non scribentem vellicat:

> Ὦ τλῆμον Κυνέγυρε, καὶ ἐν ζώοις, καὶ ἀπελθὼν
> Πρόσθε μὲν ἐν πολέμοισι τεὴ πέσε μαρναμένη χείρ,
> Νῦν δέ σ' ὁ γραμματικὸς καὶ ποδὸς ἐστέρεσεν.
> *Mortuus, ac viuus nimis expatiens, Cynegyre,*
> *Bellax illa manus quondam per proelia caesa est:*
> *Nunc te truncauit vel pede Grammaticus.*

Ausonius: *Sed Citheron toties ternas ex aere sacrauit.* Sic Parisiense nouum, & Lugdunense vetus Exemplar. Aldus Manutius corrigit: *Sacrauit ter t. ex a. Cithaeron.* Quid opus? Lilius Gregorius: *Sed Sicyon toties* —— Vana molimina. Iterum Auson. *Soloecismus* scribit extrita diphthongi parte. Idem in Epitaphijs: *Vindicem adulterij cum Clytemnestra necet?* Sic esse veterib. Membranis testatur Vinetus. Sic forte excusabilis Prudentius in *Heresis, Enigmata, Sphera.* In Psychomachia: *Cognomento heresis* —— Apotheosi: *Cuius ad arbitrium sphera mobilis* —— Ibidem: —— *Scriptum per enigmata Christum:* Adelinus: *Idcirco maceram stricto mucrone vibrabat*, pro *Machaeram. Aegialeus, Egialeus* Libris varijs Eusebij Pontacus designat. *Petita* Suidae, & Chrysaphio Παίτιτα. Sic inscriptio, quae est Cartagenae Hispaniae:

LACEDEMON. ET. ARGIVVS.

Sic Serenus: *Sal nitrum sumes, Beticum quod nomine dicunt* pro *Baetico*, & *Lacedaemone.* Passim *Vologeses:* Dioni in Adriano Ὀυολογαίσος. *Gaetulus* vbi non? In Martialis primis Epigrammatis:

> *Traducta est Getulis, nec cepit arma nocentes.*

Quo super eum docti digladientur, res satis iam ipsa patet, aut magis etiam patebit. Aut enim satis ex simili comprobanda ista est lectio, aut *Geticis* legendum: ad Getas enim Naso relegatus, alijque. Et vero *Getuli* cum *Getis* vt vocabulo, ita sanguine sunt affines, & cognati. Isidor. lib. 9. Orig. cap. 2. *Qui sex Getis venerant, deriuato nomine Getuli cognominati sunt.* Dixerat prius: *Getuli Getae dicuntur fuisse, qui ingenti agmine a locis suis nauibus conscendentes locos Syrtium in Libya occupauerant.* Hinc Isidoro *Esnlum* est *Caldarium*: Festo *Aeaulum* biuocali principe. *Etas* pro *Aetas* Antiquitati defert Scaliger in 5. Varr. de LL. *Aesculapius* vbi non? Inscriptione in peruetéri: NVMINI. ESCVLAPI, de quo subiectius vide. Apud Lucilium *Penola* ex Graiorum φαινόλη. *Fenestra*, φαινέστρα ἐκ τοῦ φαίνεσθαι. *Venio* ἐκ τοῦ Βαίνειν. Plutarcho tom. 1. φαινεστέλλας pro *Fenestella*. Ibidem Ἑταῖρον, ὡς ἕτερον. Ἐώρα Polluci lib. 4, cap. 7. nuda vocali, & in Philoxeni Glossis Latinograecis, item Athenaeo. Hesychius, & Hyginus biuocali scribunt Αἰώρα. ac paene omnes. Contra Μελίωρος rarenter: Μετίωρος crebrius. Etymologus. Ἐόλητο, ἐκεκίνητο, καὶ ἐτεθάρακτο· γράφεται καὶ διὰ Αι διφθόγγου. Ἡ μὲν ἄρ ὡς ἐόλητο νοὸν μελεδήμασι κούρη: *Eoleto valet Motus est, Turbatus est. Scribitur etiam diphthongo Aeoleto. Sic varijs curis puella agitata mente est.* Pridem scriptum in ipsa Graecia, Αἰῇ ξ, γαῖα γία. Ex qua obseruatione Lambini, Manutij, aliorum non firmissima est ratio; *Vt Graeci: sic Latini.* Cum vero *Alexandria* per I, & *Alexandrea* per E, *Thalia Thalea*, taliaq. prope innumerabilia bifariam decidua diphthongi parte ex *Ei* scribantur; cur ex *Ae* vocaliũ altera similiter ad imperiũ Consuetudinis emãsisse nõ potuit?

Et vero emansisse fides sit ex supera nominum congerie. V. *Aequicoli.* Esset super (o vtinam!) Oti Ortographia περὶ τ᾽ ἀι διφθόγγε, alia forsan super hoc scribendi genere promeremur arcana. Adde bis: Παιζώπτερος, Παιζίπτερος agnoscuntur ab Vlpiano, atque Eustathio, de que Orthographia disceptant Μαιμάσσειν apud Hesychium, & in altera serie Μαιμάσσειν.

AEGEVS biuocali duabus sillabis. Ouid. *Nec pater est Aegeus* ——— Sic Suidas, & Plutarchus in Theseo. Verum in MSS. Eusebij *Aggeus, Egaeus, Egeis* compertus est Pontacus. Prope dixerim Αἴγειος ἀντὶ χρυσοῦ At vide *Egesta.*

AEGINAM At AEGINAN per N pro *Aeginam* scripsit in septimo Statius.

Namque ferunt raptam patrijs Aeginan ab vndis.

Similiter scriptum Met. 15. ——— *Helicen, & Buran Achaidas vrbes.*

AEGISTHVS cum diphthongo, & Th. Suidas: Αἴγισθος, ὄνομα κύριον. Sic Homerus Odyss. α, Ouid.

Quaeritur Aegisthus ——— Euripides,

Pausanias, Cicero. Cum Pythagorae litera, perperam scribitur. *Egisthus* MSS. praeferunt. Vide prius digesta.

AEGLOGA quasi *caprarum electio* sit, aut oratio, praue scribitur. Fuerit enim potius *Aegologia.* At non est. Maro namque cum in ijs se ad Theocritum fingeret, nonnulla potissimum imitanda selegit, a quo selectu *Eclogas* appellauit, quas Graeci Ἐκλογὰς.

AEGROTARE cum biuocali primaria recta scribit Consuetudo. Ex priscis vero Monimentis Victorius repraesentat: *Egrotassim,* vbi est in 2. Tuscul. *Aegrotus sim.* Diiudicent alij. V. *Aeger.*

AEGYPTVS Y Graiorum vt saepissime, sic rectissime. Codicibus nonnullis *Aegyptus,* & Basi Horologij ab Augusto in campo Martio positi:

AEGVPTO. IN POTESTATEM. POPVLI
ROMANI. REDACTA

In Adriani Nummis vtroque modo. Neapoli Inscriptio diphthongum intetimit:

AD. EGYPTVM. ADLECTVS

Epigramma in Pescennium Nigrum: *Terror Egyptiaci Niger astat militis ingens.* At minus literati esse tacit, vt credam, sequens hexametrus:

Hunc reges, hunc gentes amant ——— Consule Salmasium.

AELANITICVM diphthongo primore in prima sillaba, in altera per A scripsere nonnulli, alij *Elaniticum,* Artemidorus *Aleniticum,* Iuba *Laeaniticum,* inquit lib. 6. Plin. c. 28.

AELIVS *Adrianus, Aelius Verus,* non *Helius,* aut *Elius.* Inscriptio ad cloacam D. Luciae in aedibus Podocatharorum adscita biuocali: P. AELIVS. PLOCAMVS. Ciceronis secundo de Oratore L. *Aelius Lamia* ex Vrsini opinione, non *Helvius* ex Lambini editionib. *Helvius Cinna,* non *Aelius.* Item *Helvius Pertinax, Helvius Mancia,* non *Helmius* cum M, vti est meo Quinctil. lib. 6. c. 3. Recte in Val. Maximo lib. 6. c. 2. *Helvius Mancia Formianus.* *Aelia* & *Helia* familiae Romae diuertunt.

AEMATHIAM *cum primum,* Tullius lib. ij. ad Atticum. Vetus Liber Victorij *Emathiam* Laudabilius absque diphthongo. Liuius lib. 40. *In Emathiam, quae nunc dicitur,* Vide Gell. li. 14. cap. 6. Plin. lib 4. c. 10. Homerus: Πιερίην δ᾽ ἐπιβᾶσα, καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινήν. Epigram. lib. 6.

Ἠμαθίη τοίῳ χρύσεον ἡγεμόνι.

AEMILIVS I Latiati, non Graecanico. Originem euicit Latinorum Consuetudo, Libri, Lapides Capitolini. Romae in D. Petri in monte aureo trans Tiberim:

D. M.
D. AEMILIVS. P. F. FELIX
FILIAE. SVAE. FECIT

Moscopulus περὶ σχεδῶν: Αἱμύλος ὁ ἀπατεών, διὰ τοῦ υ ψιλοῦ, καὶ αἱμύλιος. Αἰμίλιος δὲ ὄνομα κύριον διὰ τοῦ Ι. *Haemylus est suauiloquus, seu impostor per Y, & Haemilius: Aemilius autem proprium per I.* Eadem vi, aut via depulsa est de principante litera adspiratio. V. Plutarch. in P. Aemilio, & Numa. Sic *Aemiliam gentem* apud Pompeium, Ἀεύκιον Αἰμίλιον ὕπατον apud Polyb. lib. 2. legimus. Αἰμιλία διαδεχομένη τὴν φλαμινίαν Strabonis lib. 5. Scholia in Aristophanem p. 912. Αἱμύλος ἀστεῖος, ζωηλὸς ὀξὺς ἐν τῷ λέγειν, κόλαξ, ἀπατεών. Αἱμύλος δὲ, ὅθεν καὶ Αἱμύλιος, δασύνεται κοινῶς. *Aemylus gratiosus, prudens, acute dicens, adulator impostor. Haemylus autem, ex quo & Haemylius, vulgo adspirate.* Tum Aeoles adspirationem refugere ait. Aeolib. autem se maior Graecia contemperabat teste Fabio l. 1. & Dionysio Halicarnasseo. V. Etymologum in voce Αἱμύλος.

AENARIA. Apud Plutarchum in Mario editum inconstanter: nunc Αἰναρίας τὴν νῆσον,

nunc

nunc Τὴν δολιχὸν νῆσον. Ἠ'ναρία χαλδαίη. Diphthongo melius. Plin. lib. 3. cap. 6. *Aenaria ipsa Homero Inarime dicta, Graecis Pithecussa.* Item lib. 31. cap. 2. lib. 16. cap. 33. Quod si Seruium audies, persola E initialis erit. Seruius: *Inarime, Ἐνάρια dicitur: quia in eam ad continentiam simiae missae sunt, quas Graiorum lingua ἀρίμους, id est, Enarias dicunt.* Pari modo Diomedes lib. 3. versus *Ecaudes* appellat νόους μειούρους, & Plauto fictum est *Denasare.*

AENATORES *cornicines dicuntur, id est cornu canentes.* Festus. Tam hoc rectum (etsi Consuetudine vulgi scribatur etiam recte *Aeneatores* anctius vna sonora) quam *Aenum, Ahenum, Aeneum, Aheneum.*

AENIA vrbs Thessalonicae in Liuij mei lib. 40. per I dissociatum a suo e recte scribitur: *Proficiscuntur ab Thessalonica Aeniam, ad statum sacrificium, quod conditori Aeneae cum magna cerimonia quotannis faciunt.* Sed neque prauum fuerit *Aenea* per vocalem secundam: eum enim Stephanus scribat: Αἴνεια τόπος Θρᾴκης ἀπὸ Αἰνείου Graeca diphthongo in alterutrum quandoque solui potest Vsu addicente, & sunt Exempla Liuij, quibus sit *Aenea* per E, a quo esse quit Aen. 3.

Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

cum alibi *Sit satis Aenide telus impune Numanum.*

AENIAS, AENEAS pari variantia. Verrina 5. *Summa authoritate praeditus Halesinus Aenias.* Verrina 6. *Ab Aenea fugiente a Troia. Aeneas* primigenium est: serius, & ποιητικώτερον Αἰνείας. *Aenaeas*, & *Andraeas* deterrima. Suidas: Αἰνείας, ὀνομακύριον Oritur ex Αἰνέω, quod Poetis Αἰνέω. & Pindarus Od. 6. Olymp. Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους Αἰνέα. *Exci nunc socios Aenea.* Etymologus Αἰνίας, καὶ Αἰνείας bis consociat alia Origine producta. V *Andreas*, Augeas, Αὐγίας, Poëtis Αὐγείας.

AENEIVS, ac interiecto C *Aeneicus* ab Apuleio dictum notat Priscianus in lib. 5. Aen. In Epitomis historiarum: *Aeneica gens.*

AENVS spiritu difflato mollius est. Certe Ouidij Codd. nobis offerunt: *Tertia post illas successit aenea proles.* Veteris illa fuere Graeciae Τάως, Ὤον, quem illa morem desijt: eccur Romanorum politiores reclament, aut ora distorqueant ad hiandum largiter *Aheneis* cum asperitate? Hanc certe scriptionem veterib. arrogat Gellius lib. 2. c. 3. vbi haec: Fidum, optatumque multi nominis Romae Grammaticum ostendisse mihi librum Aeneidos secundum mirae vetustatis emtum in Sigillarijs xx aureis, quem ipsius Virgilij fuisse credebat, in quo isti duo versus cum ita scripti forent:

Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus
Exsultat telis, & luce coruscus aena.

additam supra vidimus H literam, & *ahena* factum. Vellem diceret H Virgilij manu superimpositum. Non potuit: suspicio fuit Maronis autographum fuisse, & sola suspicio, cui H potuit a quauis manu superindi. Fidius tamen testimonium deinceps dicit Gellius: *Sic in illo quoque Virgilij versu in optimis Libris scriptum inuenimus.*

Aut folijs vndam tepidi despumat aheni.

Non igitur culpabitur, qui H voci huic inspirauerit, quod loco in posteriore facit Seruius, & in Commentario lib. 1. ex *Aeno* dissyllabo factum adfecit solutione trisyllabum. *Aenus* autem sic figurari videtur: *Aes, aeris, aerinus, aenus, aeneus, aheneus.* Adamantius asperitatem interpolat Anticyrae in suburbio: AHENEIS. PILIS. QVAE. SVNT. ROMAE Vide *Aenobarbus.*

AENOBARBVS consimiliter, hoc est aeque varie, imo etiam magis. Graeci iuxta, ac Latini πεντασυλλάβως, omnesque veteres Inscriptiones. Suidas Αἰνόβαρβος, Strabo, Plut. Dio. Appianus saepicule, Suetonij quaedam editiones. Spiritum interiungunt Lapides Capitolini, fragmenta Inscriptionum Fratrum Arualium, nummus argenteus Lauretani: CN. DOMITIVS. AHENOBARBVS, alius item Matthaei Forerij. Inscriptio Interamnana: AHENOBARBVS. Confirmat anterius Gellius, sequitur Manutius, prope annuit Elias Vinetus in L. Annaei lib. 3. marmoribus haerens. Eodem ducit nos Origo nominis. Nam vt in metu, sic in admiratione confertior editur spiritus. H igitur vnice seruiat admirantib. Domitij barbam ex pulla derepente flauam, & vociferantib. *Ahenobarbus*, dicacitate corroborante spiritu denso. πεντασυλλάβως Suetonij editio a Casaubono loco non vno, & nouissima Plutarchi editio in Camillo: Τὸν Αἰνόβαρβον, ὅπερ ἐστὶ χαλκοπώγωνα, & Stephani editio.

AEOLOPYLAE secunda, tertiaque in O exeuntibus. Vitruuius lib. 1. ca. 6. de Ventis: *Id autem verum esse in Aeolopylis aereis licet adspicere.* Male scribunt quidam *Aeolipilae* ad pilas rem, non ad portas referentes. Stant pro meliori scriptura Turnebus, Philander, Baldus.

AEPYTIDES Maronis quinto ab *Aepytus*, hoc ab Αἰπυτός. Veterum etiam suffragijs Librorum deposcitur. Non I Latiari *Aepitides*.

AEQVICOLI diphthongo integrantur ab Etymo: sunt enim ab *aequo colendo*, vt praecepimus in Silianis.

Fastor 3. *Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.*
Silius in 8. —— —— *Rastrisque domant Aequicola rura.*
Maro in 7. —— —— *Durus Aequicola glebis.*
At in 9 a se diuertitur: *Continuo Quercens, & pulcer Equicolus armis.*

Namque hoc proprium indubitanter ex altero ortum habet. Sic *Morinus* militis vnius proprium est in Silio, quod omnium Morinorum commune, aliaque prope innumera. V. *Aegesta*, & intelliges non tam propudiosum esse *Aequicoli*, ac visum Manutio, atque Giselino. *Aequiculos* cum V. rescribit in Plin. lib. 3. cap. 12. Gelenius, extruso *Aequicolas*: *est enim diminutiuum*, inquit, quod non adsequor.

AEQVIPARO vulgo, & recte. Ἀρχαῖκως in leg 104. D. de diuersis reg. iur. *Aequiperant*. Cyrilli Lexicum: Ἐξισῶ, *Adaequo, Aequipero* Item Glossae H. Stephani. Hoc aeuo scribunt in Prudentij Hymno III. *Laudib. aequiperare queat?*

AERIPES ab *Aere*, vt *Lenipes*, *Volipes*, *Anipes*. Primores vocales recte dissociantur. *Aeripes* sillabis omnino trib. χαλκόπους Aproniano. Ouidius in Epist. *Narrat & aeripides Martis arasse boues*. Virum Aen. 6. sit accommodatius, ambigunt. Diomedes *Aeripedem* in vnum compulsis vocalib. ex *Aeripes* voluit.

AERVGO ab *Aere* peruulgatissima Codicum omnium facie. Vnus Isidorus lib. 16. Orig. c. 19. ita statuit: *Haec* [rubigo] *& erugo ab erodendo. Nam erugo vitium est ferri ab Erodendo dicta non ab Aeramento.* Contra *Aerugo* proprie vitium est *Aeris*, ac post explicatius ad aliorum metallorum vitia tenditur. Plin. lib. 34. cap. 12. *E lapide, ex quo coquitur aes deraditur* [aerugo] *& in aere candido perforato, atque in cadis super acetum suspenso, aereo obturatis operculo. Quidam vasa, ipsa candidi aeris fictilib. condunt in aceto, raduntque x. die.* Vide reliqua.

AERVMNA a Graeco αἴρειν ducit, scribitque Festus. Adiuuo e Seneca:

Graue est labores ferre, perferre graue.

Amplectitur Manutius, nec obesse putat Charisij praeceptionem l. 1. *Erumnam Ennius ait per E solum scribi posse, quod mentem eruat: vel per* AE, *quod moerorem minuat.* Fl. Caper de Verbis dubijs, *Aerumna, non Erumna.* Beda in Orthogr. *Aerumna*, *Aenulus*, *Aedituus* diphthongo scribit. Andr. Brabantus: Equidem a *Ruminando aes* deducere malim. Mira dicta.

AESCVLAPIVS V immisso, vt in *Alcumene*. Cur primam biuocalis occupat, cum Graecis sit Ἀσκληπιός? Aeolum more φασὶν, φαισιν, Ἀσκληπιὸς Αἰσκληπιός. Ita Priscian. lib. 1. Et truncata bicorni litera *Asclepius* Isidori lib. 1. Orig. c. 38 Extatque etiamnum Apuleij liber *Asclepij* nomenclatione, quae graecissat, & apud eundem saepius. Bracaraugustae in Lusitania:

ASCLEPIO
ET. HVGIAE. *Asclepius* in Eusebij Chronicis, ac D. Hieronymo. V. *Aecate*.

AESERNIA biuocali ordimur pro Samnij opido (non *Lemnij*, vt somniauit Brabantus) ex Graeca, & Latina Consuetudine, ex Nummo aureo Ful. Vrsini, in quo

M. MARCEL. M. F. M. N. AESERNINVS. EX. SC.

Item ex Lapidibus a Manutio exaggeratis. Graeci Αἰσερνία. Accedit Sigonius in Epitoma 16. At in Gelenij Plinio lib. 12. cap. 1. reperio *Marcelli Esernini libertus* deiecta principe litera.

AESIS diphthongo. Silius l. 8. *Hos Aesis, Sapisque lauant* —— ——
Nomen reliquit fluuio rex cognominis, & *a se se populos tum dixit Asilos*. Vnde paret A in *Asilis* portionem diphthongi *Aesis* fuisse: vt in *Agripa* ab *Aegro partu*. Sic in Plinio lib. 3. c. 14. in Strabone lib. 5. Ὁ Αἶσις ποταμός.

AESTIMO. Passeratius, aut nescio quis alius, qui cum eo lucubrationes suas iunxit, improbata Vallae doctrina rati ab *Aes*, & Τιμῶ conflari *Aestimo*, addit malle scribere se *Extimo*, vt pura puta Graeciae vox sit: aut *Extimo* admutilatum esse ex *Existimo*. At praepositura *Ex* in *Existimo* non vociferatur ipsum coiisse ex se, atque aliquo simplici? ex quo? ex ipso *Aestimo*. Deinde ipsum *Extimo* scribitur contra fidem omnium Auctorum, Librorum. Lapidum, Inscriptionum: contra Analogiam, Etymum, Consuetudinem: absque Ratione, sola fingendi libidine. Vallae coniecturam adiuuo ex l. 1. de Orat. *Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi poenae aestimatio: ex sententia cum iudicib. daretur, interrogabatur reus, quam quasi aestimationem commeruisse se maxime confiteretur.* Sed patrocinij maioris eget causa mala.

AETHERIVS sonora I, non E. Ita Manutius ex antiquissimis Libris, ex Virgilio grandiuscu-

diuſculis inarato elementis eo tempore,quo Turcius Rufius Apronianus viuebat. Addo Originem, Ἀἴθριος. Per I praecipit Etymologus in Ἀλιτήριος, quem vide in Ἠρίη eam in partem ſerio incumbentem. Scriptio haec Analogia regitur: Ἀέριος. *Aerius*: Ἀστέριος, *Aſterius*: *Caucaſius*. *Caucaſiaſque refert volucres* —— & *Caucaſias arces* Auienus. Sic in Romano, Mediceo, & antiquiſſimis aliquot Maronis Codicib. Ecloga ſexta. Item in Georgicis *Caucaſio*. *Epicurius* in Lapide vno. Huic tamen ſcriptioni aduerſus eſt,ſi memini,Politianus,& qui E non reſpuunt propter Analogiam Latinorum, *Melleus*, *Felleus*, *Flammeus*, *Igneus*. Addo veri vmbram. Cum enim Latio iam donata ſint *Aether*, *Aër*,cur ex ijs παραγωγά figurari non poſſunt cum E, Latij more? Quid quod a Graecis tracta per E ſcribuntur nonnullo. *Phineus* ex φίνεος. Vide Metamorph. 5. *Phinea cecidere manu* —— Apud Etymologum Δαιδάλεον, καὶ Δαιδάλειον. Κυάνεος, Κυάνειος. Horatius: *Iule ceratis ope daedalea* *Nititur Plumis* —— —— *Eleus* Horatio lib. 4. Oda 2. *Sine quos Elea domum reducit Palma coeleſtes* —— Georgic. 3. *Eleus campus*. Verum haec omnia Graecis diphthongo ſcribuntur. Expreſſim Etymologus: Ἠλεῖος, ὁ πολίτης τῆς Ἤλιδος διφθογγογράφεται: *Eleius*, *Elidis ciuis diphthongo ſcribitur*.

AETERNIVS. Vide Agellius.

AETERNVS ab *Aethere* eſt, & contra Originem veteris Latij more Spiritus deciduus eſt. *Sempiternus* non abſimiliter, in quo cur ſecunda non tendatur quaeſtio eſt, ſicut a *Quaero*, *Inquiro*, *Laedo*, *Collido*.

AETITES vocalium primarum diuortio, non coniugio contra fidem multorum librorum. Ita poſtulat Origo ex Ἀετός.

AETNA cum diphthongo Iuſtinus,Gellius,Thucydides,Pauſanias,Cicero, Maro, Ouidius, Silius, alij perplurimi. Αἴτνη ſcribitur Diodoro,Philoſtrato,Appiano,Orpheo. Quamuis παρὰ τὸ Αἴθω, τὸ Καίω ſecundum Etymologum. Cum Th ſexcentis locis deprauate, etiam in Boucherij libello de Montibus Pietatis. Quibuſdam *Ethna* eliſa diphthongo, idque perperam.

AETOLI abſque Flatu:cum eo peccatur a librarijs Plantinianis inibi *Aetholumque Athamanta premunt* —— —— Thebaidos 7. Oritur quidem ex Αἴθειν, non ex Ὅλον tamen:ſed τὸ ωλὸς tinalitas eſt,vt ex φείδω φειδωλός, ἁμαρτῶ ἁμαρτωλός, teſte Philoxeno apud Etymologicum.

AFFERO potius τοῦ *Adſero*. Vſus τῶν ὀρθογραφιζόντων. Analogia, *Affirmo*, *Affabilis*, *Affigo*. V. *Adfigo*. Tam *Affero*, quam *Adſero* Brabantus probat. Priſcianus tamen lib. 15. *Affero dicas*. Item Cledonius in Arte: *Sane iuxta Ortographiam Affero ſcribitur*, *non Adſero*. Inſcriptio in Luſitania Brabanto fauet:

CORON. ET. SCEPTRVM
EX. APG MVNVS
ADTVLIT

AFFINIS duobus F Analogia, Vſuque ſcribitur. Reſendius, & Achilles Statius cum D *Adfinis*. In Auſonij Codice,qui fuit Vineto, ſemper integra praepoſitura, & inuariata, item in Feſto. Olyſſipone Inſcriptio:

Q. SERTORIVS. CALVVS. ADFINIS

AFFORIS compulſis in vnum ſillabis. Eſt Plinij lib. 18. cap. 24. Qui ſcribunt *Aforis*, cui recto ſextum hunc adſignant caſum?

AFFRANGO lego lib. 1. Thebaidos, aut Achilleidos —— *Exſiccata fatiſcet*
Mater Achilleis hyemes affrangere buſtis.
Probemne? Non Statius verſior?

AFRICA, AFER F ſimplice,non *Aphrica*, Libri, Lapides Capitolini, Inſcriptiones XII. Nummus aureus Laurentij Maſſae, Analogia. Nonnulli ἐτυμολογοῦσιν ἄνευ φρίκης. Futile eſt, inquit Val. Brabantus. Cedo melius, aut reſponde fortius, aut partes agam tuas. φρίκη priorem tendit: non ab *Horrore* igitur, aut ab *Horrifico frigore Africa*, cum I corripiat: niſi parenti ſoboles aduerſatur, quod amat fieri. Certe *Africam*, quod ſit *ſine horrore frigoris* quidam dictam putant auctore Iſidoro infra. Cur ergo dictat hanc Brabantus regulam. F *literam* tantum ſcribi, cum Latina dictio ſcribitur vt *Felix*, *&c*. Nam ſi peregrina fuerit, P, & H ſcribendum, vt *Phoebus*, *Phaeton*, *&c*. Supereſt de illius mente *Africam* dictionem Latinam cenſeri. Verum & Latini veteres ſcripſere in his P H, *Phuga*, *Phama*, *Philias* ex Graecis φυγά, φάμα, φίλος. Ergo ex ſupera Brabanti regula ſic hodie illa ſcribenda. Si Latina vox eſſet *Africa*, fictam dicerem, vt *America*, *Maiorica*: ſic *Africa* quaſi *Aferica* ab *Aferendo* quid noui: nec enim veteres conſonas adduplicabant. Et ſubfuit ratio vel prouerbio iactata, vel immenſi prouentus ex ingenio ſoli Africani benigniſſime aucti. Addam ſuperioribus momentis Conſuetudinis pondus: quando incerta eſt

Origo;

Origo;nam & Isidorus lib. 14. c. 5. quod sit aperta coelo,& soli ab *Aprico* dicit in verbis *Apricus, Africa*. Sed & *Apricus* a φρίκη voluit Festus: Iosephus *Africam ab Afro, Afrum* ab אפר lib. 1. cap. 16. testatus Cleodemum: Α'πὸ Σοφὰμ μὲν τ̃ Α'σσυρίαν κεκλῆσθαι· ἀπὸ ϳ̃ τ̃ δύο Α'φρα τε, ϗ Γαφὲρ τ̃ πόλιν τε Α'φράν, ϗ τ̃ χώραν Α φρικὰν ὀνομασθῆναι *A Surim Assyriam denominatam, & ab Afra, & Lapher & ciuitatem Afram, & regionem Africam*. Item Solin us,& Isidorus insinuat lib. 14. Orig. c. 5 quod est de Libya. —— *Fricas etiam ipso nomine significant. Fusi.inmesse notas* —— Siculi teste Seuero in Aetna. Sed diuinationum satis. Quod Boucherius Doctor ff geminat in Approbatione *Africae* illustratae, nouum est,& non imitabile scriptum.

AGAMEMNON rite scribitur. Etiam *Agamemno decifo* N Latini more suorum dixere. Vide tractatum de Variantia.

AGATHOCLES, AGATHOCLVS, AGATHOCLEVS. Sic in Verrina 6. legit Lambinus: *Pugna erat equestris Agathocli regis*. Sic in eius Libris. Hotomano id non placet, neque Verrina 7. *De Apollonio Diocli filio Panormitano*, a *Diocles*. Certe altera forma *Diocles* Romae scribitur in via Appia, Aemilij Probi Agiselao, Plin. l. 21. c. 1. Plutar. in Romulo, Iustini lib. 2.

ANDROCLES, ANDROCLVS. Stephanus in Βεννμία: Α'νδροκλ@ ὁ κλίζας Ε'φεσ@, *Androclus, Ephesi conditor*. Similiter Diodorus lib 5. *Androclus* alius Strabonis lib. 14. nomen eadem scriptione. Pausaniae lib. 7. Nota *Androclem* male scribi *Androdem* in plerisque Gellij Libris. Varie l. 1. de Archontib. c. 2. apud Meursium virum vndiquaque eruditissimum. In Epigrammate *Androcles*: in capitis corpore *Androclus*. Vtrumque ad normam Eugrammatiae.

ANTROCLES, ANTROCLVS. In Vrsini schedis cum esset:

ANTROCLVS. VERNA,

nec probare quirent, visum ijs est potius *Antrocles*, vbi alij *Antrocius* malo exemplo, & Variantiae ignari.

CHARICLES passim. Liuij lib. 37. aliter: *Cogebat agmen Chariclus*.

DORYCLES, DORYCLVS. Aeneid. 5. —— *Coniux longaeua Dorycli*.

Val. Flacci lib. 2. —— *Magni proles praeclara Dorycli*.

HERCVLES, ERCVLVS, Ηʹρακλῆς, Glossae Benedicti Abbatis. Rectissime. Nec enim afflabant prisci Latini.

HIPPOCLES, HIPPOCLVS. Velleius lib. 2. *Hippocle, & Megasthene ducibus*. Strabo lib. 5. Ι'πποκλῆς ὁ Κυμαῖ@. Apud Plutarchum Πιλοπίδου τ̃ Ι'ππόκλου ad vtrum refers?

IPHICLVS passim: Ι'φικλῆς Aristoteli lib. 7. de historia animal. c. 4. Ammiano lib. 30. Plutarcho in Theseo, Suidae. Ι'φικλῆς. Ι'φικλ@ Etymologo.

NICOCLES in Isocrate: Nicoclus in Plauti Asinaria: *Diabolus Nicocli filius*. Vbi Duzica editio *Glauci* reponit, quod naui est.

PATROCLES, PATROCLVS. Πάτροκλῆς in Plutarchi Lycurgo, & Demetrio, in Etymologo, Aristophanis Pluto, Plin. lib. 6. cap. 17. lib. 34. c. 8. *Patrocles, Polis, Posidonius*. Arnobij lib 4. *Patrocles Thurius*. Suidas in Δημάρατ@. & loco proprio, item in Λυκοῦργ@. Fabius lib. 2. Stephanus in Α'τίνη: Πάτροκλῆς Α'τηνεὺς ἐχορήγ, ϗ Παντακλῆς. *Patrocles Atenem, & Pantacles suppeditabant*. Iliados α: Διογενὲς Πάτρόκλεις. *Dic Patrocles*. Iliad. π. —— Πατροκλές ἀλ@ μεμαώς, *Patrocles exsulta promte*. Theocritus Idyll. 15. Οʹυ Πατροκλῆς, ου Πύῤῥ@ —— ——

PATROCLVS, *tantisque extenditur* —— Statius in Achilleide. Romae Inscriptio:

L. PATROCLVS. FABER. OCVLARIARIVS

Homerus sexcentis versibus, Plutarchus in Alexandro, Suidas.

PHERECLES, Plutarch. in Lysandro Διὰ Φερεκλέες, & Diodoro Siculo lib. 20. *Phereclus* Homero vocanti eum ἀρχίτεκτον, & φέρεκλ@ Etymologo in Βελλεροφόν@.

PROCLES, Herod. l. 6. Eusebij Chronica. Plutar. Προκλῆς Ε'πιδάνδρου τύραννος. & Sympos. lib. 5. Probl. 4. Sex. Empirici aduersus Mathematicos l. 10. c. 12. *Proclus* ex 2. de Diuinatione ἀνεξετάσεως facessere iubet Turnebus: ex eo enim *Procla, Procula* veteres habent Inscriptiones, & Πρόκλος legitur in Plutarchi Romulo, & Lycurgo, in Suida voce Α'δηνόδωρος, Platone lib. 3. de legib. Vide Festum.

THEMISTOCLES, vbi non? In priscis Tullij Codicib. esse *Themistocli* pro *Themistoclis* credo Victorio, & rectum est.

THEOCLES, THEOCLVS. Reperto apud Vopiscum quinque syllabis *Theoclius*, Casaubonus reponit *Theocles, Theoclytus*, vel *Theocius*. Infausta foecunditas l Reponendum fuerat *Theoclus*.

ABGA-

ABGARVS, AGBARVS, ABAGARVS. Baronio,& D.Hieron. in Matth.c.10. & Vulgo Ἄκβαρος Appiano. *Augarus* Epiphanio lib. 2. haeresi 36. Αὐγάρῳ τῷ τοῦ Ἐδεσσηνῶν δυνάστῃ, item Xiphilino Αὔγαρος, Suidae, Dioni lib. 77.

AGBARVS. Euseb. lib. 1. histor. lib. 12 cap. 1. Niceph. lib. 2. c. 7. Cedreno.

ABGARVS Zonaras, & tres MSS. Eusebij cum Codice Petauij. Item in Epitaphio versu ad D. Pauli basilicam reperto:

Οἷσιν ὁ πρὶν βασιλεὺς Αὔγαρος ἦν γενέτης.

Sic & in Nummis Lipsio repertum, in cuius Taciti Annal. 12. *Abbarus* geminante B scribitur.

AGBATANA cum G, & A, Stephanus, Demosth. 4. Philipp. Ioseph. l. 10. Antiq. c. vltimo. Herod. l. 1. Diod. Plin. Ctesias.

ECBATANA per E, per C. Plut. in Agesilao: Ἐν Ἐκβατάνοις, καὶ Σούσοις. Similiter Aristophanes in Equitib. & Scholia, Antigonusque c. 16. histor. Mirabilis. Eam scriptionem quoque Stephanus agnoscit, & promiscue in Plinij, Herodotique Codicib. eum C reperias: C licet hac in voce non admittat I. Scaliger lib. 1. de Causis L.L. ca. 37. At posteriorem hanc scripturam, vt vulgatiorem tuetur Pontacus ad Eusebij Chronica ex Libro Tobiae, Xenophonte, Athenaeo, Aeliano, Strabone, Diodoro lib. 19. Idem notat Esdrae lib. 1. cap. 6. esse cum H *Ecbathana*.

AGCEPS, AGCILLA, AGCILIA, AGGVSTVM, AGQVIRIT more Graecorum per *Ag* solitum scribi, non per *An* indicat Mar. Victorinus: suis tamen per N scribendum praecipit Euphoniam Visu corroborante.

AGEA, via in naui, Lexica proletaria. Quid si *Agyia* scribas, vt *Harpyia*? Ἀγυιά Homero, & πόλις εὐρυάγυια.

AGELLIVS scribi voluit Turnerus in Epistolis. Tenuere id quondam Lipsius, qui retractationib. libris fatetur se in ancipiti versari, quoties id vocis scribendum, alijque magni nominis viri nulla tamen robusta ratione fulti. Ipse Gellius, Liuius, Plutarchus, Dionysius Halicarnasseus historici *Gellij* saepicule meminere. Iidem familiae, gentisque. *Gelliae* apud Romanos, vanum vt sit *A. Gellij* suapte natura disiuncta copulare. *Gellium* habes Romanum Cos. apud Plutarchum tom. 2. *Gellij* nomen fuit historico nobilissimo apud Sosipatrum lib. 1. vice saepissima, Priscianum lib. 6. & 7. sic: *Vnde A. Gellius Noctium Atticarum inscripsit.* D. Augustin. lib. 1. qq. in Genesim: *Quae etiam Gellius commemoratur in libris Noctium Atticarum.* Iterumque ibi, & lib. 9. de Ciuit. cap. 4. Gellius ipse lib. 3. c. 15. Romanum se indicat locisque densissimis. Est & Casauboni manus ad Vopisci Probum: Liber regius hoc principium ita exhibet: *Certum est, quod Sallustius Crispus, & M. Cato, & Gellius quoque sententiae modo in literas retulerunt.* Continenter: *Exstathue etiam in vno Puteani nomen Agellius, quod vix probo tamen.* Barthius lib. 35. cap. 7. Aducrs. consuli potest, qui nobiscum sentit, & pro aduersa opinione ampliter quoque differit. Haut multo dissimilis altercatio de Consulis *Aternij* scriptione. Liuius, Pliniusque li. 7. cap. 28. A. *Aeternium* volunt: Dionysius *A. Ternium*, vel *Termenium*: Solinus cap. 6. *A. Thermenum*. Cassiodorus *Aeternium*, & Gellio lib. 11. principio, vbi legem ab ipso sancitam *Aterniam* appellat. Mendose Exemplaria, quibus est *Arctinum*, vel *Paterinam*. Sigonio placuit *Aterius*, vt nomen notius. At Liuij, Plinij, Cassiodori Exemplaria videntur correctiora, quibus est *Aeternium*.

AGEMA secunda vocali, non tertia saepicule apud Curtium, quandoque apud Liuium vniformi tenore, apud Plutarchum in Eumene saepius. Appianus Syriacis: Ἄγημα ἦσαν ἱππεῖς ἐπίλεκτοι καὶ παρ' αὐτὸ ἄγημα λέγονται. *Agema sunt delecti equites, id ohne Agema aicuntur.*

AGGER dicimus. Olim *Arg.r.* Curiose nimis Victorinus *Anger*. Pro *Angar*, olim *Auger*.

AGLAPSIDES ἀταξία literarum apud Liuium lib. 4. Decad 5. Ordinate, recte *Aglaspides*. Verba Liuij: *Frontem aduersam clypeatos habebat, Aglaspides appellabantur.* Ita Similitudo postulat Ἀργυράσπιδες, χρυσάσπιδες.

AGGREDIOR, AGGEMO, AGGERO, AGGREGATVS pronunciandi blanditijs capiunt nos. Etenim maiores aurium iudicio multum tribuisse video. Aereo tamen Nummo Laurentij Massae aliter esse refert Manutius. Vide *Aggrettus*, ac subeuntia.

AGNES, quam *Agnetis* in secundo casu rectius scribas. Constantinae Constantini F. versus est in apside huius virginis:

SACRAVIT. TEMPLVM. VICTRICIS. VIRGINIS. AGNES

Prudentius: *Agnes sepulcrum est Romulea in domo*
Fortis puellae martyris inclytae.

Vide

Vide *Hagnes*. Gregorij Tur. lib. 9. *Sororem nostram Agnetem.*

HAGNES, velut ab Ἁγνός, *Purus*, *Castus*, aspere scribit Pontanus. Quid si dicam Latinos spiritum elisisse, fidemq́ ex Prudentij Libris petam? Quid si ortatur *Agnes* ex Ἁγνοῖο? Certe Ἄγνος leuiter scribitur apud Dioscoridem lib. 1. c. 136. quo super Eustathij Commentarij adiri possunt.

AGNITVS passim scriptum. *Agnotus* scriptum volunt per O in Bruti epistolis. Sallust. in 2. Histor. *Neque inermes ex proelio viros quemquam agnoturum.* Pacuuius: *In turba Oresti cognita agnota est soror.*

AGRAGANTVM, non AGRIGENTVM *Siciliae opidum, Graece* Ἀκράγαντος. Valer. vox. In posteriore vocabulo duplex erratum: scribunt enim Diodorus Siculus libb. 11. 13. Pausanias, Thucydides, omnes cum K Ἀκραγαντῖνοι. Ἀκράγας enim, quod Ἄκρα γᾶς fuerit, idque διὰ τὸ ἔυγεον, vt enotat Stephanus lib. de Vrbib. & eastius forte litera C *Acragas* vt Polybio Ἀκράγας: licet C, ac G arcte cognata sint. Antiquissimis autem seculis G ignoratum fuit, ex quo *Caiorum*, *Cuciorumque* nomenclatio profluxit. Deinde Ἀκράγαντος in recto intolerabile non nouicio lectori. Neque *Agrigentum* dici patitur, quod Plinius *Agragantinum* bitumen scripserit. Porro idem l. 31. c. 7. *Agrigentinus sal ignium patiens ex aqua exsilit.* Lucret. item l. 1. *Quorum Agrigentinus cumprimis Empedocles est.* Sic Gifanius monito quibusdam Libris esse *Agragantinus*, quibusdam *Agragent.* cum A in secunda sede, E in tertia. Optime omnium *Agrigentinus* e Plinij disciplina lib. 3. c. 8. *Opidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere.* Cicero Verrina 4. *Agrigenti nomine eiusdem P. Scipionis monumentum.* Ibidem: *Cum ipsis Agrigentinis viuunt.* Latini denique non parce K Graecorum in G vertunt Ζάκυνθος praeter historicos Dioscorides in primo, Latini *Saguntus*, Κωβιός Theophrasto, & *Gobius*. At de superis vocib. docta est Pontaci nota ad Eusebij Chronica. Ouidius 4. Fastorum in figurando hoc nomine graecissat, in scribendo Latinos sequitur:

Himeraque, & Didymon, Agrigentaque Tauromenonque.

AGRIPA vnico P est Codici veteri Val. Max. Ita Origo dictat. Solin. cap. 4. ex Plin. l. 7. cap 8. *Contra naturam est in pedes procedere nascentes: quapropter velut aegre parti Agripae appellantur.* Superstitio fuit tales improspere vitam acturos, qua opinione Solinus imbutus, Pliniusq. Ego sic natus haec edo ann. LXV. maior Dei munere & —— ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστι. Gell. li. 16. c. 16. *Agripae appellati vocabulo ab aegritudine, & pedib.* Quibusdam εὐφωνότερον visum *Agrippa*: cur ergo tollunt in *Iupiter* Etymum secuti *Iuuans pater*? Non par Originis, ac scriptionis in vtrouis momentum? *Hippias, Leucippus, Xanthippe* cur eam duplicent literam, aperit compositi pars altera. Eadem autem est in *Agrippa* ratio compositionis ἐκ τῶ ἀγρῶν ἵππον. Neque mirum veteribus quandoque ignoratas vocum Origines, cum Varro doctissimus saepissime deuiauerit a rectis, cumque eo alij. Quare recte opinor a Marone in 8. scriptum —— *Dijs Agrippa secundis* duplici P. Item Ouidij Fast. 4. *Iam tamen Agrippam natum* ——

Horatio lib. 1. Oda. 6. *Nos Agrippa neque haec dicere, nec grauem.*

AHALA Seruiliorum cognomen tribus sillabis notat Manutius e Lapidibus Capitolinis, ex Nummo argenteo Alexandri Toti vno, alteroque cui BRVTVS-AHALA, ex tertio Andreae Laureiani. Amplectitur Vinetus in lib. 1. Flori. Ego in patrae Romanae eloquentiae totus acquiesco. Verba eius in Oratore: *Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam vt duellum bellum, & Duis bis: sic Duellium eum, qui Poenos classe deuicit, Bellium nominauerunt, cum superiores appellati essent semper Duellij: Quin etiam verba saepe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literae vastioris? Quam literam etiam e Maxillis, e Taxillis, & Vexillo, & Paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit.* Superior illa scribendi ratio nata ex more geminandi vocalem longulam *Ala Aala*, tum intermisso flatu *Ahala*, vt *Vehement*, *Prehendo*, *Ahenum*. Sic enim censuit M. Tullius, inquit Iul. Scaliger c. 31. de Causis LL. *Veho, Vexi, Vexum, Vexulum, Vexillum, &* κατὰ συγκοπὴν *Velum*: *Ago, Axo, Axa, Axula, Axilla, Ala*: *Masso, Maxo, Maxa, Maxula, Maxilla, Mala*, vnde μασσητῆρες: *Pango, Paxo, Paxus, Paxillus, Palus. Axo autem, & alia sic sunt dicta, vt Faxo, Graxo.* Fragmenta marmorum, quae in Capitolio saepius AHALA. Plutarchus in Bruto: Εἰς Ἄλαν Σερβίλιον. Ciceronem exprimit. Crusetius in hunc Plutarchi locum duabus omnino sillabis absolui posse nomen hoc autumat, vt sit *Ala* absque vllo prorsus Flatu. V. Vinandum Pighium in *Aequipeta*.

AIIO Ciceroni scribi placuit duobus I L Fab. lib. 1. cap. 4. Hactenus da Ciceronis imitatorem.

ALACHRI ANIMO sparsum in Cicerone. Sic edidit P. Victorius, Librorum veterum imagine, Victorio quis se dat?

ALAESA

ALAESA mediam constituente diphthongo primaria apud Strabonem, ac Ptolemaeum: [illegible] dorum, & Antoninum *Alesa* extra diphthongum. Pleraque Ciceronis loca in Verri[illegible] H pri[illegible]pi vocali. Sic asperatur *Halesus* fluuius apud Columellam, ac Aen. 7.

Curru iungit Halesus equos.

[illegible]ALIOMENE absque H, varijs locis Pausanias, Stephanus, Homerus, alii.

[illegible]VS perpetuo tenore apud Claudianum, & Orosium. Graeci Zonaras, Sozo[illegible] cum X Ἀλαριχός. Nec asperantia desunt Exemplaria *Halaricus*.

A[illegible]T pro *Halat* veteribus est Glossis Antiqui Latij more: tunc probo.

A[illegible]BEOLVS prisci pro *Alueolus*. Cicero de Finib. *Albeolum poscere, aut quempiam ludum.* Ludum *Alb*[illegible]o *Alueus*. Vetus Lapis: CVRATOR. ALBEI. TIBERIS Legas limi[illegible] *Bu bas. Vu.nas* pusillo discrimine, aut nullo. Rectius *Alueus* ex Adamantij Martyrij praeceptione, Consuetudine paene omnium. Et dubitabilis istane sit Tullij manus in *Albeolo*.

AL[illegible]CASSO scribe, non *Albicasso* cum Passeratio. C. Matius in Mimiambis:

Iamiam albicassit Phoebus.

ALCEDO, ALCEDONIA absque adspirationis nota implorato Eustathij patroci[illegible] scribenda dictat Val. Brabantus. At neutra vox Graeca est. Pontanus eadem *Alcioniorum* [illegible] de [illegible], similiter non adspirat, nec editio Prisciani nouissima. Leniter apud Lucianum [illegible] Ἀλκυονίδας ἡμέρας. Eustathius in Iliad. I'ὦτα sic praecipit, vt Ἀλ'ς. Item Suidas, Aristophanis Scholiaste in Auibus. Verum Ἀλς, & Ἀλκυόν dignoscas ex Tzetze in Ἔργα Hesiodi. Τῶν γὰρ πεσόντων τὰ ἐξῆλθ δασύνεται, τὰ δὲ ουγκοπὴν τα ψιλοῦνται, ὡς τὸ ὁλόλαμπος, ἁρμοζόμενος ἀλάμενος, ὅλυμπος, ἁρμενος, ἄλμενος. Ψιλοῦται δὲ τὸ Ο'λυμπος *Talia enim cum perfecta sunt, aspirantur: cum concisa, lenantur, vt Hololampos, Harmozomenos, Halomenos. Lenantur ergo* [illegible] *Almeno, Armenos* sunt enim concisa. Igitur Ἀλκυών: nam τὸν Ι συγκοπὴν πληρῶν παρὰ τὸ ἐν Ἁλὶ κύειν apud Eustathium, Etymologum, Theocriti Scholiasten, aliosque. Nihilominus apud Festum variant. [illegible] scribitur, & cum adspiratione apud Varronem lib. 4. de LL. & 6. *Halcedo*, *Halcyon*. Item apud Theophrastum l. 1. c. 8 Περὶ τὰς ἀλκυονίδας edente Heynsio. Plinium lib. 10. c. 32. *Halcyones*, *Halcyonides*. Ouid. in 11. Metam.

Perque dies placidos hiberno tempore septem
Incubat Halcyone pendentibus aequore nidis.

Obserua *Halcedo*, *Halcyō*, *Halcyone*, *Halcyones* difformiter, recteq. scribi in recto Silius Italicus l. 14.

Cum [illegible]nat Halcyones cantu —— Apud Herodianum Ἀλκυών per Y, per *I*. rectumne?

ALC[illegible]MIA incorrectum est: ex *Al* enim Arabum articulo (sicut in *Almanah*) & χυμός natum oportuit Ἀλχυμία. Similiter *Alchymista*. Si modo notam & animaduersionem merentur.

ALEI CAMPI extra diphthongum, Ἀλεία, Ironice Ἀλήϊα: Cicero —— *Campus errabat Alei*. Quosdam adspirasse primori syllabae damnat Etymologus.

ALEMANNVS crebrius cum E in secunda, & duobus N N. Claudian.

Haec Alemannorum spolijs, Australibus illa
Ditior exuuijs —— Sid. Apoll. Carm. 7.
—— *Rhenumque ferox Alemanne bib.bas.*

At son. Gratiarum A[illegible]ne 1. *Voca Germanicum deditione gentium: Alemannicum traductione [illegible]*. E[illegible]e Eustathius in Dionysiū τοὺς Γερμανοὺς ponit, δὲ ἐς Ἀλεμαννοὶ προσχωροι, quae de S[illegible]no videntur excerpta: Ἀλαμαννοὶ ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον. Et nota hic A esse. Cyrinus Episcopus Ratisbonensis in vita S. Heimeramni *Alemannos* vocat Germaniae partem per E scribens. Sic Vopiscus Spartian. Victor, Niceph. Per A Notitia imperij, Orosius, Eutropius, Suidas, Hieronymius in vita S. Hilarij, Cassiodorus lib. 12. *Alamannorum nuper fugata surreptio*. Nonnulli quidam ideo duplicant, quod ad *Lemannum* lacum incolentes olim dicti *Allemanni*, post ampliata vox. Vt hoc sit, N non magis hac in voce geminabitur, quam in *Lemano*. Inscriptiones in Thesauro Gruteri modo *Alamannus* N N duplici, modo solitaria.

ALEXANDER. Olim *Alexanter*, vt *Cassandra*, *Cassantra*; E'νδον, *Intus*: a *Pede petiolus*, non pedulus. Scribitur & *Alexandrus* rectissime. Vide vltimantium Variantiam. *Alexsander*, vti *Vexsit*, talia que ac [illegible] βαρβαρίζοντος incorrecta populi peruenerunt in ora.

ALEXANDRIA, ALEXANDRIA, vt *Nicea*, *Nicia*: *Antiochea*, *Antiochia*, Priscian. l. 2. Vrsinus C acconios in *Alexandrea*, & *Antiochea* secundam propugnantes vocalem nihil moror. Nec [illegible] fulta placet, quamuis argentea. Ignorātia peperit apud Horatiū *Alexandrea* cum veteri biuocali, ex qua numeros perisse rati sūt. Cur nō pariter scribū *Dareus*. *Elegeia*? Recte q[illegible] *Alexādria* p[illegible] Caesij blia, pro qua Casaubono scribitur *Alexādra* τετραυλαβως. Nec aduerti Graecoru Variātiam in his: Πηνελόπη, Πηνελόπεια, Καλλιόπη, Καλλιόπεια, Κασσιόπη. Κασσιόπεια,

σιο... Κάσσανδρα, Κασσανδρεια Αλεξανδρα, Αλεξανδρεια Ω'φέλεια, Ωφελία. Ευμάρεια Ευμαρία, ... propemodum infinita.

ALIA vnico L. Plutarcho Α'λίας ἡμέρα, Α'λία ποταμός. Ita ex v... Libris praecipit Servius, Lucanus in 7 *Quae Aliae cladem* —— Aldus in Orthographia. P... Servius. Ita cit Virgilio —— *Infaustum Alliae nomen*, Liuio, Orthographo ... volunt.

ALII pro *Alius* Cicero de Natura D. *Quibus ... erat is cibus, ut ali ... feretur.*

ALICA ab *Alendo* leniter, Charisius l. 1. Vernus, Festus, alij. ... etiam flatu ... Velium Longum ... Orthogr. Etiam Flauius Caper *Alica* ... Alpere ... in Sat. 15. Lucilij. Horon ... in Lexico ... geminante scribit *Allecula*.

ALIVSMODI, & ALII MODI ἀρχαϊκῶς. Cato in Centura de Vellio, & vehiculis *Nisi ... quo primo ... datus sit, tum ... ali modi* ... Ita legit Priscian. lib. 6 C. Licinius in 2. *P... alij modi postulare.*

ALLABORO, ALLABOR, ALLATRO, ALLIGO, ALLINO, aliaque id genus confirmer. *A...* non *Adlegere*, Vel. Longus in Orthog. V. *A...*

ALLECTVS quam *Adlectus*, praefert Manutius Aurium iudicium secutus. Saxa varia sunt.

ALLIENVS duplici LL. cognomen familiae Romanae, Libri, ... lapides.

ALLIGO duobus LL, Cassiodorus. Pariformiter, *Allambo*, non *Adlambo*: *Alloquor*, non *Adloquor*, *Allicio*, sexcenta similia.

Aeneid. 1. *Non alligat ancora morsu.* In 5. *Nec plura alludens* ——

In 8. *Et mare, quod supra, teneant, quodque alluit infra.*

Cassiodorus: *In his non solum propter lenitatem consonantes mutantur: sed & quod nullo modo sonare D ... potest*: Rationem posteriorem perpendant alij.

ALIMENTVM elegantius per I, quam per V Velius Longus monet in Orthog. vt *Monimentum*, *Optimus*.

ALIMENTVS, non *Halimetus*, Cinciae gentis cognomen, Libri veteres.

ALIOQVI. *Alioquin*, & *Atquin* dici vetat Caper: Passeratius *Atquin* amplexus est: nec solus.

ALIQVAMMVLTVM TEMPORIS scribitur L. 2. de Asino aureo, edente Vulcanio. Item Apol. 1. *Aliquammultis diebus*: iunctim.

ALIQVVNDE per Q scribi debet: diuisio enim illius est *Aliquo* & *Vnde*, hoc est, ex aliquo loco. Sed certe N, non M erit: quia *Vnde* per N scribitur. Et *Aliquobi* aeque: ex *Aliquo* enim, & *Vbi* est, hoc est, in aliquo loco. Sed hae sillabae, quae literis, Q, V, O constant, non exaudiuntur, praescribi tamen debent. *Haec Cesellius*. Prisci scripsere *Alicubi*, ... *Aliquis* ex qua veterrima scriptione *Alicunde*, & *Alicubi* ad nos vsque peruenerunt, possuntque ὀρθότερα vider... quamuis Cesellio Cassiodorus haereat.

ALIS pro *Alius* in desitis censeri potest. Item *Alid* pro *Aliud*.

Lucret. l. 1. *Quando alid ex alio reficit natura* ——

Sic alid ex alio —— *Namque alid ex alio ... fecit* ——

Huic scriptioni Gifanius intercedit veterum Librorum suffragijs. Verum id accommodatius ... magis simile nominanti casui *Alis*, quem apud Sallustium ... Sosipater l. 2. *Ait alibi Ilanses. Omnes tamen aduersis vulneribus conciderunt.* Item Catullo *Coniuge ... quod non fortius ausit alis*. Plautum *Ali rei* scripsisse testis est Festus. Ita nescio ... ex *Alis Alter*, *Alibi*, *Aliunde*. Item *Alimodi* pro *Aliusmodi* apud Festum.

ALIS tam tectum, tamque iure vsitatum, quam *Elis*. Plautus Capt. *Vendidit in Alide*. Ibidem crebriuscule. Tamque *Alius*, quam *Elius*. Idem: *Belligerant Aetoli cum Alijs*. Iure: nam ... Dorice *Αλις* prisc... autem Latium donstat plerumque. V. *Damo...*, *Demaratus*.

ALITVS melius deuitandae ambiguitatis gratia, Diomedes. Hoc ... est cur saepius in Tullianis tabulis *Alitus*? Apud Festum *Romulus Altellus*, quod a ... *Alitus*, non *Altellus*, Ipse tenor verborum discrimen inuehit, si modo inuehendum.

ALIVM. Vide Hallium.

ALIVTA pro *Aliter* scripsit Antiquum Latium. Numae lex:

SIQVIS. ALIVTA. FAXIT. IPSOS. IOVI. SACER. ESTO

Plautus Rudente. *Immo per ... alium alinta dispar...*

ALLIENVS duobus LL, non *Alienus*, cognomen familiae Romanae, Manutius e Libris, & lapidibus Ex diuinatione Tulliana videtur posci L vnicum. Nam Asconius ait dubitatum proprium ne fuerit nomen, an appellatiuum eo loci: *Habet Alienum*.

ALLIFAE combinatis vdis. *Allifis* in Samnio.

MAGILIVS. L. L. PHILOM
AVG. ALLIFIS. MAGIST

Vide

Vide nostra Siliana ibi : ——— *Allifanus Iaccho* *Haud inaratus ager* ——— Sic Libri veteres, & Saxa quaterua, non *Aliffe*, inquit Giselinus. Sic Liuius, Plinius, alij. Inscriptio alia. ORDO. ET. POPVLVS. ALLIFANORVM

ALLIVS, Libri, Saxa. Vide Inscriptiones a Grutero pag. 167. Vide *Allicum* in vetere Vrsini denario, quo monimento visus in Ciceronis ad Q. Fratrem epist. 1. reponit *Allicum*.

ALLOBROGES, ALLOBRYGES, ALLOBRIGES I Latiari. Super quo Stephanus. Ἀλλόβρυγες ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικόν, ὡς Ἀπολλόδωρος. Πολύβιος καὶ διὰ τοῦ I αὐτοὺς καλεῖ Ἀλλόβριγας. Χάραξ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ Ἀλλόβρογας· οἱ πλείους δὲ διὰ τοῦ I. Ὁ δὲ Τεχνικὸς Ἀλλόβροξ ἔθνος Γαλατικόν. *Allobryges gens potentissima Gallicana, vt Apollodorus. Polybius per I eos vocat Allobrigas. Charax autem per o pusillum Allobrogas: plerique per I. Artigraphus: Abbrox, gens Gallicana.* Certe per O. M. Tull. 3. in Catilinam. Per I Plutarchus in Cicerone.

ALONTINI, ALVNTINI, HALVNTINI in Plinio, & M. Tullij Verrinis varianter.

ALPES, ALPIS, ALPIA, ALBIA. Non dumtaxat πληθυντικῶς scribuntur *Alpes*, sed ἑνικῶς quoque *Alpis*.

Iuuenalis Sat. 4. —— *Opposuit natura Alpemque, niuemque.*

Lucan. in 1. *Tunc inter Rhenum populos, Alpemque iacentes.*

In 3. *Agmine nubiferam rapto superuolat Alpem.*

Claudianus : —— *Frondosa fertur ab Alpe.*

Ouid. 3. de Arte: *Nec quot apes Hyblae, nec quot in Alpe ferae.*

Dionysius Periegesi —— Ἐκ δὲ Βορείης Ἄλπιος ἐρχόμενος ——

Liuius lib. 25. *Ipsi per Taurinos, saltusque Iuliae Alpis conscenderent.* Eustathij in Dionysium notat: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ κατὰ γένος οὐδέτερον, τὰ Ἄλπια, καὶ Ἄλβια δὲ μετὰ τοῦ B: *Vocabantur & neutro genere Alpia, & Albia cum B.* Est enim Ἄλπη, seu Ἄλπις nix. Nonnus lib. 6. Ἀδριάδος παρὰ θῖνας, ὅπη χύσις ἄστατος Ἄλπεις. *Adriaticum apud litus, vbi instabilis profusa nix.* Falkemburgius Ἄλμης ibat repositum. Displicet. Sibyllinorum lib. 7. habes Δύσβατον Ἄλπην.

ALPHEVS desolata vocali media: etsi Graecis Moscho, Straboni, Nonno, alijs sit Ἀλφειός. Male vulgo *Alphatum* biuocali principe exaudi notant Notae in Melam, ac recte notant.

ALSIOSVS cum S apud Plinium l. 22. c. 24. *Hunc potum bibendum alsiosis*, saepiusque, & apud Varronem de RR. & Philoxenum. Origo ab *Alsius* voce Ciceroni bene cognita. At Glossis Graecolatinis cum G quasi ab *Algeo*: Δύσριγος, *Algiosus*. Hoc vt Originem magis redolet: ita alterum Vsu testatius est. Aliae Glossae cum C, *Alciosus*. Prisco scilicet more, quo litera C erat: G nulla erat.

ALTERORSVS sillabis quatuor constat apud Apuleium l. 9. de AA. edente Vulcanio: alibi tribus perscribunt *Altrorsus*, sicut *Altrinsecus* apud Solinum, & Plinium.

ALTERVTRIVS sillabis quinque. Sed et *Alterius utrius* scribas recte cum Tullio in Protagora, & Epistolis, cum Catone Orat. de Ambitu. V. Priscianum lib. 5. Festus : *Vtroque mors propinqua alterius vtrius captari putabatur.* Plura Volumine 1.

ALVCINOR, ψιλῶς libenter scribo omisso Spiritu, & liquida vnica secundam ordiente sillabam, ductus auctoritate Festi. Sic etiam Cloatius Verrius videtur scripsisse apud Gell. l. 16. c. 12. Sensit Octauius Pantagathus ἐτυμολογῶν quasi a *luce aberrare* : nec eo propius quisquam veritatem vidit. Nam cum *Ocellas*, & *Lucinos* Plinius cognomen iniuriae memoret habuisse, videntur cum eis *Lucini* numerari, qui aliquo oculorum vitio laborant, ex quo *Oblucinasse* Festo, & indubitanter ex eiusdemmodi compositione *Alucinare*. Cloatius ex Ἀλύειν, & iuuari queat ex Polluce l. 3. c. 17. Quaesitiores Origines prudens insuper habeo. Certe Ἀλύειν etiam Ἀπορεῖσθαι interpretatur Plut. l. 1. Πᾶς δεῖ τ. ν. π. δ. Etymologus quoq. Ἄλυς, ἀπορία, πλάνη, λύπη.

ALVEARIA vulgo scribitur recte: licet in antiquo Sosipatri Libro *Alnaria* destituatur vocali secunda.

ALVNTIVM, *Agathyrnum, Tindaris colonia, opidum Mylae*, Plin. l. 3. c. 8. Cicero in Verrinis *Aluntini*. Alij per O *Alontium*.

AMARANTO nomen esse, *quia non marcescat* scribit Plinius l. 21. c. 8. Nomenclatio igitur clamat eos errare, qui adspirant huic nomini. Apud Etymologum Ἀμάραντος aliud longe est: etsi non prorsus Origine externum. Galenus lib. 6. de Simpl. med. Facultate : Ἀμάραντον δυνάμεως δεῖ τμητικῆς τε, καὶ λεπτυντικῆς. Per Θ vitio: sicut Th in illo Tibulli :

Vt cum contexunt amaranthis alba puellae *Lilia* ——

AMAROR, AMARITIES, AMARITAS, AMARITVDO varianter Georg. 2.

—— *Torquebit Amaror.*

Catullus: *Quae curis dulcem miscet amaritiem.*

Vitruuius l.2.c.9. *Non solum ob succi vehementem amaritatem.* *Amaritudo* Plinij est.

AMASIS Plin.l.5 c.9. *Amase regnante.* Lucan. l.9. *Non mihi pyramidum tumulus euulsus Amasis.* Euseb. Chronicis. Minus recte *Amessias*, aut *Amesias*. contraque veritatem. Hebraicae veritatis, & Chaldaicae, cuius est *Amasa*.

AMOSIS, Ἄμωσις Herodoto, Clementi, alijs scriptum notat Pontacus. At Herodoti l.1. & 2. densissime est Ἄμασις per A.

AMASTRA, non *Amestra*, Siciliae vrbs. Vsus. Silius lib.14.

—— —— *Comitata Nemeu* *Venit Amastra viris* —— ——

AMBARVALIA, & AMBVRBALIA diuersa sint, oportet, non nuganti. Turneb. lib.11. Aduers. cap. 23. *Ambu* autem pro *Am* dixisse veteres, vt *Indu* pro *In*. Inde fortasse inquit *Ambarualis, Ambedo. Ambarualia* igitur cum *Arua* lustratione obeuntur. Insinuat Maro Ecloga 5.& Georg.1. *Terque nouas circum felix eat hostia fruges:* hae namque in *aruo*. Strabo l.5. Ἀμβαρούιαν. Tibull.lib.2. —— *Fruges lustramus & agros,*

Ritus vt a prisco conditus exstat auo.

AMBVRBALIA vero, cum *Vrbs*, & *Pomoerium* lustrabantur: vnde *Amburbiales hostiae* Festo. Lucan.l.1. *Mox iubet & totam pauidis a ciuibus vrbem*

Ambiri, & festo purgantes moenia lustro

Longa per externos pomoeria cingere fines

Pontifices sacri, quibus est permissa potestas.

Ἱερομηνίαις θυσίας ἐπιτελοῦσιν, inquit Strabo. Quorum vtriusque verbis solemnitates persimili cultu actas indicium fit: & tam sunt nihilominus diuersa, quam *Aruum*, & *Vrbs*. Et vero nonnunquam succedebant haec inuicem festa. Vopiscus in Aureliano: *Lustrata Vrbs, cantata carmina, Amburbium celebratum, Ambarualia promissa.* V. Macrob. lib. 3. Ausimne fide Codicis cuiusdam *Ambarnaria* scribere per R? Nonne aequo iure Iupiter *Latialis, Latiaris? Fuluum, Furuum, Squarror* (vnde *Squarosae manus*) *Squallor?* Vide *Vrbum, Vruum* Varronem apud, & Festum.

AMBEGNI Festo: *Ambiegna bos* Varroni, circum quam aliae hostiae constituuntur, *agnae* scilicet: Fulgentio *Ambignae oues*. Sed editio nouior (eóne melior?) *Ambegnae*. I ad Vertranium in lib. 6. Varr. de LL.

AMBVBAIAE per M primore sillaba, per A in penultima. A prisca praepositione *Am*, & *Baiae* inserto B, vt in *Amburo, Ambio, Ambedo*. Ita Turneb. l.11.c.23.& mulieres vult Syras fuisse circa *Baias*, & locos voluptuarios, aedilemque metuentes, quae se capturas facerent, & organia in Latium comportatis. Sed vox est Syriaco flexu figurata אנובּיא, vel אנברבּיא. Placuit haec Origo Caninio, alijsque. Horat. *Ambubaiarum collegia pharmacopolae.*

AMECABVNDVS secunda sillaba cum E. *Ameens* olim: *Amiens* cum I serioris aeui, ac tersioris, quo *Amicabundus* non similiter. Laberius autem in *lacu auerno mulierem fuisse amecabundam scripsit. Ameens* cum E iure olim peroptimo pro *Animaequus*: est enim animae dimidium. I ad Festum. Neque tamen eam ob rem probauerim Iani Guilielmij correctionem in Casina reponentis: *Ameci prodeunt*, vbi praefuit: *A me prodeunt*. Nam proxime de Chalino dicitur. *Inimico nostro miseriam adiungerem.* Sunt & Chalini vicissim de ijs, qui prodierant verba: *Illorum me alter cruciat, alter macerat.* Non ergo *Ameci prodeunt*.

AMENTVM Vsu densissimo, Auctoritate plurima vnico M: duplo in Glossis H. Stephani, idque propius Originem: *Ammentum*, Ἅμμα λόγχης· Ἀωρόν ἐστιν: *Ammentum lanceae copula Lorum est*. Repono siquidem Λωρόν ἐστιν. Vsum sequamur.

AMFRACTVS. Vide *Anfractus*.

AMILCAR sunt, qui adspirent decepti librariorum ignorantia, inquit Pontanus lib.1. de Adspiratione.

AMENOPHIS vnico M, duob. *Ammenophis, Ammenophes, Menophis* pro variantia Exemplarium Eusebij notat Pontacus. Interponit N Iosephus l.1. contra Appionem Ἀμμένωφις.

AMI quidam Plinij Codices: *Ammi* geminante muta Dioscorides, alijq. rectius. Galen.l.6. de Simplicib. Medic. Τῆς πόας, ἣν ἄμμιν καλοῦσιν. Ergo & *Ammi*. Aeque variat Σίναπις, Σίναπι, *Sinapi, Sinapis*.

AMINEA, AMINAEA, TAMINIA. *Aminea* M, & N nō duplicatis, ac biuocali eximia facta. Macrob.l.3.c.20. Serenus: *Vmbra necat teneras amineas*. Proceleusmatico versus clauditur. Multitudo breuiū audaciā fecit Maroni vt Georg.l.2. protraheret. *Sūt etiā Amineae vites firmissima vina.* Vbi Vaticanae bibliothecae Codex, ac Mediceus *Amminae* duobus M, extritaque vocali penultima. Maronem aemulatus est Ausonius: *Solus qui Chium miscet, & Amineum.*

M.Mago-

M. Magonius Augustalib. testamento legauit *vineam Amineam*. Romae exstat in domo Cassij. Dioscorides lib. 1. c. 88. vbi de Myrrha: Ἡ δ᾽ Ἀμιναία, ἀποδόκιμος. *Aminea, reproba.* Vetus Inscriptio: VINEAM. VOBIS. AVGVSTALES. IDCIRCO. DARI. VOLO. QVAE. EST. AMINEA. Plin. lib. 28. c. 11. *In Amineo vino.*

AMINAEA cum diphthongo praefert lib. 5. Dioscoridis: Σταφυλῆς ὄντος περκαζούσης ἢ ἀμιναίας. *Vua nondum prae maturitate nigrescente, aut aminea.* Nec desunt Virgilij Codices, quibus *Sunt & Aminaeae vites firmissima vina.*

Plin. Gelenij lib. 14. c. 2. *Principatus datur Aminaeis propter firmitatem, senioque proficientem vini eius vbique vitam.* Item cap. 3. Galenus in quinto περὶ ὑγιεινῶν: Τοιοῦτοι δ᾽ εἰσιν οἱ ἀπὸ τῆς Βιθυνίας Ἀμιναῖοι. *De salubribus: Tales sunt Bithyniae Aminaei.* Hesychius: Ἀμιναῖον δ᾽ οἶνος Ν τὸ δῖνον λέγει· ὑπὸ Πευκετία Ἀμιναία λέγεται. *Aminaeum vnico N vinum dicit: nam Peucetia Aminaea dicitur.* Certe geminum N non fero in Catone de RR. ab operis Commelianis. Serenus Sammonicus. *Succus Aminaeae vitis cum pane medetur.*

Idem: *Aut in Aminaeo cochleas haurire Lyaeo.*

Cur ergo Gelenius medicus *Aminaeae vsum* negat in re medica? Vopiscus in Floriano Imp. *Vitis, quae vuas Aminaeas albas ferebat, eo anno, quo ille imperium meruit, purpurascere plurima purpura coepit.*

TAMINIA. Plin. lib. 26. cap. 13. *Resistitur vuae taminiae succo, aut veratri cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta etiam vestes eo taedio liberat.* Idem lib. 28. cap. 10. Maculam putat hoc scribendi genuis Pierius: ego ipsius sensum. Nam Festo quid agas? *Taminia vua silvestris generis videtur Verrio dicta, quae tam mira sit, quam minium.* Plin. lib. 23. cap. 1. *Labruscam putat esse, quam vulgus vuam Taminiam vocat.* Celsus lib. 3. cap. 21. *Vua taminia quam σταφίδα ἀγρίαν Graeci nominant.* Sic editio Lugdunensis. Etsi vero ctymum repudietur Festi, nihilo secius de eius mente non licet dubitare. Seruius a *minij vacuitate*. Putat enim vitis albidae genus fuisse. Neque negantibus assentio: nam *Aminearum* genus non vnum fuit. Macrobio supra fatendum est vuam *Amineam* esse nigram, cum statuat *Amineam* eandem Falernae. Et Plinio lib. 14. c. 3. *Est & nigra Aminaea, cui Syriacae nomen imponunt.* Vbi indicat alio etiam esse colore, quod disertim exprimit in Floriano Vopiscus: *Vitis quae vuas Amineas albas ferebat, &c.* Sic editio a sapiente Salmasio. Iri potest ad Gorrhaeum super hoc eruditissime scribentem.

AMETHYSTVS cum T, & H in paenultima, quod ebrietati resistat magorum opinione Plinij lib. 37. c. 9. Ita recte. At Theophrasti libro de Lapidib. absque T Ἀμέθυσος: item apud Hesychium, atque Ezechielem c. 28. cum in alijs hagiographis insit; & Plutarcho, Athenaeoque saepius. Quibus hoc pro lapide scribitur *Amisthides*, peccatur.

AMMINICVLO prisco more. Varro Endymionib. *Vt eius consilio potius vigilium amminicularem nostrum:* Sic praescribit Cassiodorus, sicut *Ammonet*. Aliter Cyrilli Lexico: Ἐπίσχυσις, *Adminiculo*.

AMMITTERE ex varijs MSS. legendum seuere praecipit Carrion Notis ad lib. 2. Val. Flacci, in quo constanti tenore scribit *Ammirans*, *Ammonita genitrice*, *Ammonet*, *Ammota terga*, Apud Bedam *Ammittit*, *& Admittit* inuenias. *Ammonco* etiam est Adamantij Martyrij, & Bedae. *Ammonitrix* Plauti in Truculento.

AMMIRATIONEM bis noto apud Emporium Rhetorem: semel *Admirationem* inconstantia paene solenni.

AMMODYTES, non *Hammodytes*. Ἄμμος enim leuatur. Lucanus:
Concolor exustis, atque indiscretus arenis. —— Ammodytes

Neque male *Ammoditer* per I Latiare. Sero enim Latium admisit Y. Vide *Lacrimae*.

AMMON leuiter. Ἄμμος *Ammodytes* enim non adspiratur. Ab *Arenis* autem *Ammonem* dictum volunt Diodorus, ac Pausanias. Indicat Plin. lib. 12. c. 23. *Africa Ammoniaci lacrymam stillat in arenis suis: inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo.* Ita scribitur Macrobij l. 1. c. 21. Curtij lib. 4. Arnobij Codices variant. Quod si esset a Iudaica voce המון, quod est *Diuitiae* ps. 36. spiritus ferri posset. Nam ex Laconicis, Eliacis, alijsq. Pausaniae locis anathemata crebra, ac preciosa varijs ex gentib. ad Ammonem sunt comportata. Eutychi *Hammon & Homo* pari scriptionis sorte. Afflantur & Libri Val. Flacci testimonio Carrionis, & aliquot Eusebij MSS. Pontaci fide, quos ipse sequitur vocans in partes Herodotum. At Spiritus Ionismo inimicus est, quae x suspicione consultus Herodotus oculis obijcit l. 1. Παρὰ Ἀμμωνα ἀπίκοντο Lib. 2. Ἀμμωνίων βασιλ. ac disertius: Δοκέειν δ᾽ ἐμοὶ καὶ τοὔνομα Ἀμμώνιοι ἀπὸ τοῦ δε σφι ἐπωνυμίην ἐποιήσαντο. Ἀμμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. *Ammoniorum appellatio ex eo mihi videtur ipsis inhaesisse: quod Aegyptij Iouem dicant Ammoun.* Diodorum etiam a se vult esse. Diodorus lib. 17. re-

 clamat,

reclamat, cui scriptum Α'μμωνιῦσι, καὶ Δελφοῖς. Item: Χρησμὸν φέρων παρ' Α'μμωνος. In idem Laucianum succenturiat: digitum intendisset in locum. Laudat, nominatque doctos, quibus visum a *Cham*, siue *Ham* filio Noë dictum *Hammonem*: sed non ego credulus illis. Et vt sit haec vera Originatio: quid si ea vel ignorata, vel dissimulata, vt in plerisque talibus, Graeci afflatum neglexerint? Addam supernumerarium documentum aduersus sciolos, pauperrimum diu fuisse templum Iouis in Libya. Taciti Exemplaria, & aliorum insincera reor. Certe Plutarchus in Alexandro absque H.

AMOENVS cum Oe. Libri veteres, Virgilius Carpensis, ac Vaticanus, Lapidesque. Non placet Etymon Seruij *A moenio*. Quippe scimus intra moenia *Amoenos* esse locos, eosque amoenos in vrbe locos scimus bene moenitos. Idem Seruio scribit Becmanus in Originibus, Rhotiusque. At conuiuantium vox fuit, & notatis oculo, manu, gustuque stroicibus patinarijs, Euge, ingeminabant, belle: Α'μ' οἴνῳ *cum vino*. Οἴνῳ μὴ παρεόντος ἀτερπεα δῖτα τραπέζης, Non. Bassaricis: *Iniucunda mensae conuiuia vino non praesente*. Nec receptus Spiritus Aeolum, veterisque Latij de more. Post diffusa vox: vnde in Lexico Cyrillum inscripto: Ε'πίτερπής, *Amoenus*. Item Ε'πίτερπής, *Amoenus*. In Glossis H. Stephani generatim: *Amoenus*, Τερπνός. Alubi: Ε'ύοινμος, *Amoenus*. Vbi vero suaues compotatiunculae, nisi in vmbroso? Ibidem: Ε'ύσκιον, *Amoenum*

AMPHIBOLIA, AMPHILOGIA, AMPHIBOLOLOGIA. Theon Sophistes: Α'σαφῆ τὴν ἑρμηνείαν ποιεῖ καὶ ἡ ἀμφιβολία. *Parum perspicuam interpretationem facit Amphibolia.* Strabo lib. 14. Τὴν ἀμφιβολίαν τὴν παρὰ τὴν χαρὴν. Origenes tom. 3. in Genesim, Graeci alij innumerabiles, quos inter Chrysippus lib. 7. Laertij saepissime. Sex. Empiricus lib. 1. cap. 23. Hypot. Griali nota est ad Isidori lib. 1. c. 34. *Amphibolia. Ita VV. CC. & ita a Charisio nominatur rectius, quam a Diomede, & Donato Amphibologia.* Nam cum verbum, aut sermo varia respiciat, sitq. τῶν πρός τι (amat enim dictum ad dicentem referri, & Dictum, vt vocis species, ad aurem audientis contraque audiens ad dicentem, & ad auditam rem, quae dictae eadem est) duplici via oratio gignitur ambigua, aut dicentis solertia, aut stupore audientis. Dicentis autem partes sunt praecipuae: facit enim orationem ambiguam, siue ἀμφίβολον. Vnde *Amphiboliae species innumerabiles* dicit Quintilianus lib. 7. c. 9. eaque scripto committi potest.

AMPHILOGIA proprie ore: etsi, vt Verbum, & Sermo, scribitur: sic *Amphilogia* laxius sumta. Hesiodus Theogonia: Νείκεά τε, ψευδέας τε λόγους, ἀμφιλογίας τε. *Contentiones, mendaces sermones, amphilogiasque.*

AMPHIBOLOLOGIA, AMPHIBOLOGIA videtur ex numero exsurdantium, voxque propudiosa visa H. Stephano lib. de Abusu Linguae Graecae. titulo minus operi quadrante. At cur non aeque id tolerabile cum *Tragicocomoedia*, & Ι'ατρομαθῶν? Non minus *Oligogonia* rectum, quam *Polygonia*: rem enim sequuntur nomina. Certe in *Amphibologia* dici potest λο ex ἀμφίβολος detergeri, vt in Μελίφυλλον ex Μελιτοφυλλον, Α'ιμόρρους ex Α'ιματόρρους. Estque apud Diogenem in Zenone scriptum Α'μφιβολογία. Sic ne bis eadem in medio reponatur sillaba *Sambucinae* dicuntur, non *Sambucicine*; quamuis a *Sambuco*, & *Cano*.

AMPHIMALLVS geminantibus vdis. Graeci Μαλλός, vnde & Ε'τερόμαλλα.

AMPHICTYON ex Apollodori lib. 3. recte scribitur. Fuit Atheniensium rex. Praua illa, quae Pontacus obseruitabat *Amphitteon, Amphithon, Amphicton, Amphiteon.*

AMPHISBAENA, AMPHISTHMAENA, AMPHISMAENA. Extribus hisce nullum iure repudies. Perperam Codices nonnulli quinque sillabis *Amphisibaena*. Lucan. lib. 9. *Et grauis in geminum vergens caput Amphisbaena.* Theriaca Α'μφίσβαιναν, ὀλιζόνα. Solin. c. 4. Est ὄφις ἀμφοτέρωθεν βαίνων Eustathio in Odyss. β. & in Dionysium. Nonnus lib. 5. Διστόμος ἀμφισβαινα μίσῳ μηρύεται ὁλκῷ: *Voluitur ore duplex tractu medio Amphisbaena.* Nicandrus: id beluae vocat ἀμφικάρηνον. Etymologus: Α'μφίσβαινα, ἡ αὐτὴ καὶ ἀμφίσμαινα: pro quo & apud Hesychium Α'μφισμαινα, quod sit vtrumque furens. Cyrilli Lexicon: Δίστομος, *Anticeps (Teste contre teste)* pulcerrime.

AMPHISSA Liuij lib. 47. gemino sigmate, vt *Antissa, Epissa, Larissa*. Quaedam exemplaria destituuntur altero. Α'ντισσα, πόλις ἐν Λέσβῳ. *Antissa Lesbi ciuitas.* Suidas, cui & Ε'σσα scribitur. Α'γυισσα. Iliad. β. *Issa*, quae postmodum *Lesbos* Eustathio. V. *Larissa*, *Cephissus*, *Gnossos*.

AMPHITRVO, bene apud Plautum: alij non minus *Amphitryo*, ex quo *Amphitryoniades*.

AMPHORA vulgo, ac recte. Cur non *Amfora*, vt a Φέρω *Fero*? Curtatum deinceps. Scholia in Vespas: Α'μφορῆς ἦσαν. Non vbique φ mutatur τῷ F. Non enim in his *Phoenix*,

mius, *Pholoe*, *Pholus*, *Pharus*. Integre ἀμφιφορεύς, Etymologus, alijque.

AMSAMCTVS, Vide ANSANCTVS.

AMVLIVS Numitoris germanus. Vna ſillaba minus, recte Pighius in Val. Maximum *Amulus*. Nam apud priſcos Albanos priſcae fuerunt Orthographiae *Romulus*, *Amulus*, *Proculus*: ſerioris *Romulius*, *Amulius*, *Proculius* Horatio. Sylburgius ad Dion. Halicarnaſſeum notat ex vetere MS. *Amullius* geminante liquida. Haut probo tutus Auctoritate Liuij, Zonarae, Dionyſij, Iuſtini plurimorum. Plutarchus toto Romulo quatuor ſillabis extulit.

AMVLVM, AMOLVM ſemper apud Apicium, & in vetuſtiſſimis Vindiciani ex Apicio excerptis. *Amulum* ex oryza: qua re *Amolum* ſcribendum contendit Scaurus, non *Amulum*, quod *ſine mola* ſit. *Amylum* paſſim, & recto rectius. Μύλη Graecis eſt *Mola*. Vox autem confit textura Graeca, non Latia. Quod antem O pro V crebriter ſcribatur, priorem ſcriptionem reddit excuſabilem.

AMVRCA. I ad Volum. 1. Tractatu de Euphonia. Vett. Gloſſae: *Amurga*. *Examurcatus* per C.

AMVS, ἄγκιστρον, Gloſſae veteres. Conſuetudo inhalat H, idque fortius ad piſcatum, o hamiota, quiſquis es: *Hamus*.

AMYNTAS Y Graiorum recte ſcribas cum Velleio, Demoſthene, Diodoro, Strabone, Pauſania, Herodoto, omnib. Pontacus in pauculis Euſebij MSS. *Amintas* reperit. Adde Vſum; nec abnuam.

ANAGNIA, ANAGNIAE. V. Thebae.

ANATONA, ANOTONA. Vitruuius lib. 10. cap. 15. *Nam ſi capitula* [de catapultis ſermo eſt] *altiora, quam erit latitudo, facta fuerint* (*quae Anatona dicuntur*) *de brachijs demetur, vt quo mollior eſt tonus propter altitudinem capituli, brachij breuitas plagam faciat vehementiorem.* Notat hic vir egregius Baldus quibuſdam Codicibus eſſe *Anotonae*, cuius iudicio germana eſt lectio. Ἄνω ſiquidem Graecis Surſum ſignificat. Eadem ex cauſa legit *Catotonae*: eſt enim τὸ κάτω, *Infra*. Neutrum mihi placet: vtrumque per A in ſecunda ſede placet. Notandum Graecis τὸ ἀνά, in compoſitione valere ἄνω, & κατά κάτω. Vnde paſſim ἀναβαίνω eſt *Adſcendo*. Plinio, alijſque Venus ἀναδυομένη eſt *Surſum emergens* in concha ex mari. Heſychio ἀναβάτης ἵππος, ὀχευτής: *Equus anabata eſt admiſſarius*. Eidem ἀναδήσομαι, στεφανώσω: quippe corona altiori loco, partiue debita. Etymologo quoque ἀναδέσθαι, τὸ ταινιοῦσθαι eſt. Eidem: ἀνάγνωσις, ἡ ἄνωθεν γνῶσις *Anagnoſis*, *de loco ſuperiore lectio*. Vbi pulcerrima eſt doctrinae acceſſio: Ὅσα ὀνόματα ἔχει τὸ ἀνὰ τὸ ἄνω δηλοῦσιν. διον ἀνατολὴ, ἡ ἄνω ἐπιτολὴ τοῦ ἡλίου, ἀναγραφὴ, ἡ ἄνωθεν γραφὴ καὶ τὰ ὅμοια. *Quae nomina habent Ana, Ano ſine ſupra ſignificant, velut Anatole eſt ſurſum ſolis exortus, Anagraphe ſuperior, aut ſuperiorum ſcriptio, & quae generis eiuſdem.* Ibidem: Ἀνάφορον, ξύλον, ὃ τοῖς ὤμοις ἐπιθέντες ἐξ αὐτοῦ τὰ φορτία διαμοῦσιν: *Anaphorum, lignum, ex quo humeris impoſita pendent onera.* Ita ſolenne aquatoribus Pariſinis. & in Flandria lactis gerulis vti *Anaphoro*. Heſychio ἀναδέδρομεν, ἄνω ἔδραμεν, καὶ εἰς ὕψος ἐπανῆλθεν: *Anadedromen eſt Surſum excurrit, & in ſublime rediyt.* Rurſus Etymologus: ἀνὰ πρόθεσις ἐν τῇ συνθέσει σημαίνει τὴν ἄνω σχέσιν: *Praepoſitio Ana in compoſito ſpectantem ſurſum habitudinem ſignificat.* Iteratque in voce Ἐξυπανίστη. Praetermitto plurima ab ἀνά, κατά componi: pauca a κάτω, ἄνω. Quamobrem *Anatona*, *Catatona* ſcribenda ſunt per A in ſecunda ſillaba ita cunctis meis Vitruuij Exemplaribus commonſtrantibus bene.

ANCEPS biſillabum modo receptiſſimo. Chariſius lib. 1. *Ancipes veteres cum ratione dixerunt, ne genitiuo Ancipitis duabus videretur ſillabis creſcere.* Plautus Rudente:

Altrinſecus eſt ſecuricula ancipes.

ANCHVSAE *radix in vſu eſt digitali craſſitudine*, Plin. lib. 22. cap. 20. recte A primorem ordiente ſillabam. Ibidem: *A quibuſdam vero Enchuſa.* Sed Plinius ipſe *Enchuſam* putat eſſe *Pſeudanchuſam*. Verum Etymologici Auctor ad Atticos ſcriptionem per E trahit: Ἔγχουσα, εἶδος βοτάνης· οἱ διὰ τοῦ Α λέγεται ἄγχουσα: Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ Ε: *Enchuſa herbae genus. Aut per A dicitur Anchuſa: Attici vero per E.* Dioſcorides lib. 4. tribus capitibus pertinaciter ἄγχουσα per A, *Anchuſa*.

ANCILE I Latiari ab *Anciſu* de Varronis diſciplina lib. 6. de LL. Scaliger Coniectaneis Varronianis figurat ab ἀγκύλος Quo dicto apud Brabantum minus gratioſus eſt. At ex ea Graeca voce naſci videntur *Anculi*, & *Anculae* dij, deaeque ancillarum: quibus ſimiles feruntur genij, qui feriata ancilla pauimenta nitidant, remque omnem domeſticam ſede ſua componunt. Ex eo & *Ancillarum* appellatio. Quippe frequenti miniſterio, ſiquae ſunt ſtrennuae, fere curueſcunt iuxta illud: *Ita te aggerunda curuum aqua faciam probe,*

Vt poſtilena poſſit ex te fieri, Plautus Caſina.

Qua recepta Origine Y partim abit in V Latij, partim in I longum, alias in breuiusculum Λυγός, *Ligo*. Ab eodem est *Angulus* a curuitate coëuntium laterum. Item *Anguis*: quia plerumque tortus. Certe per I Latinorum *Ancilia* scribuntur in antiquis MSS. Virgilij Libris, & in vetustis Antonini Pij Nummis, in quibus scuta tria oblonga, ouo dimidiato non absimilia, & Inscriptio, ANCILIA. Apud Plutarchum in Numa: Α᾽γκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα: *Ancylia vocant figurae causa*. Item: Α᾽γκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν: *Curuam figuram faciunt*. Vide restantia. Eustathius in Catalogum Α᾽γκύλον etiam ἀκόντιον esse docet. Consuetudo tandem exstincto Originis vestigio I minutulum regnare iussit alieno loco, vt sexcentis alijs.

ANCORA, Quorsum *Anchora*? Seruius fatetur adspirationem receptam contra regulam. Victorinus bene ominalis auctor a nobis est. Adde Maiorem Graeciam Aeolum ritu paene Spiritum auersatam. Et vero genuinum est Α᾽γκύρα, ex quo modica flexura Latina vox. Pugnat incassum pro Spiritu Passeratius.

ANDREAS ciuium Atheniensium, & Romanorum est: *Andraeas* rutestrium, & stipitum. Athenaeus lib. 7. Α᾽νδρέας δ᾽ ἐν τῷ περὶ τῶν ψευδῶς πεπιστευμένων: *Andreas in libro falso creditorum*. Dioscorides in limine: Α᾽νδρέας δ᾽ ὁ ἰατρός: *Andreas medicus*. Nonnus in Paraphrasi: ποιητικῶς diphthongo scripsit, vti Homerus Α᾽ινείας:

Α᾽νδρείας μερόπων ἁλιεὺς μετὰ πόντιον ἄγρην.

Andreas hominum piscator ad praedam aquatilem.

Plin. lib. 22. c. 23. *Andreas spondet*. Medicus erat. Legas & Α᾽υγίας legitima scriptione Oda x. apud Pindarum: alibi Α᾽υγείας, Α᾽υγείης, vt apud Apollonium in Argonauticis. Vide *Aeneas, Idea*.

ANDREMON, Α᾽νδραίμων scribe, non *Andremones*. Metamorph. l. 13.

——— *Claroque Andremone nati.*

Apollodorus lib. 1 Γόργην, ἣν Α᾽νδραίμων ἔγημεν. *Gorgen, quam duxit Andraemon.*

ANES, νῆσσα, *anas*, Antiquae Glossae. Passiua scriptio, rectaque *Anas*.

ANFRACTVS cum N videtur rectius. Ita Priscianus lib. 1. ex Plinio, vt *Anceisus, Anceisa, Anquiro*. Ita Gifanius, & Iul. Scaliger lib. 1. de Causis LL. cap. 15. F *patitur*, inquit, *ante se N, ita vt ipsum M in se mutet Anfractus*: erat enim *Am* ab Α᾽μφί. Idem cap. 37. & lib. 2. cap. 49. Pariter *Anhelo*: etsi ex *Am*, & *Halo*, Quia F affine est τῷ H, & sunt elementa suppositicia sibiipsis. Varroni placet *Amfractus* per M, & Ios. Scaligero in lib. 6. de LL. ab *Ambitu*, & *Frangendo*. Item duo Claudiani Exemplaria Plantini, & Gentij lib. 2. de Raptu: *Iamque per amfractus* ——— Iterumque de vi. Consulatu Honorij. Dictum fuit & *Amfractum*, vnde ex Hectore:

——— *Terrarum amfracta reuisam* profert Varro lib. 6. de LL. Quos versus Nonius Accio tribuit in Eurysace.

ANGERONA sillabis quatuor Festo: *Angeronia* Macrobio sillabis quinque l. 1. c. 10. *Duodecimo vero feriae sunt diuae Angeroniae, cui Pontifices in sacello Volupiae sacrum faciunt, quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores, ac animorum solicitudines propitiata depellat.* In eodem tamen Macrobio lib. 3. cap. 9. *Angerona* vna sillaba minus. Glossarium πεντασυλλάβως: *Angeronia*, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς κυρίων. Ios. Scaliger in 5. Varr. de LL. libentius scripserit *Angenora*, quia cohibet *os*: ἐχεμυθίας namque dea. Plin. l. 3. c. 8. sic etiam legit Vertranius contra Codicum meorum fidem.

ANGLVS concisum ex *Angulus*. Rhemmius Palaemon:

——— *Latoque notetur in anglo.*

ANICIVS, per C, non *Anitius*, familia nobilis. Lapides septem apud Manutium, Inscriptiones binae a Vineto in Ausonium productae. Forte a νήκος, & priuatione, vt quadrauerit mansueti ingenij viro. Aut a νίκη, & νικητός extritione, quo Alcuinus in Grammatica propendet: *Anicius a nobilitate, & libertate generis dicitur*, inquit. In Fastis Panuinij:

ANICIAE. FALTONIAE
INLVSTRISSIMAE

ANNAEVS duobus NN, ac biuocali principe. Familia hoc nominis in Hispania, cui natales suos debent Lucanus, & Seneca. Ita Pincianus, Vinetus, Manutius. Ita in aedibus Capranicorum:

ANNAEVS
PLACIDVS
HERCVLI
DONVM
DEDI

ANNEIVS, familia Romana, de qua in Libris mentio: & legatum suum M. Anneium Cicero nominat in epistolis. Libri veteres, Saxa tria, Manutius.

ANNALI *in suo* scripsit Tullius. rescripsit D. August. l. 2. c.6. de Ciuit. Haut mirum *ἀντιβίτως* extulit Ausonius:

Me legat, annales cupiet qui discere menses.

Et nos Tornaci veteri de more Canonicos *Annales* dicimus, qui annum solidum in possessionem missi sunt.

ANNE, AN NE & cohaesione, & abiunctione. Catull. de Coma Berenices: —— *Anne parentum*
Frustrantur falsis gaudia lacrymulis?
Silius Ital. —— *Anne* *Pendeat instabilis tellus* —— ——
Cicero de Finib. *An partus ancillae sitne in fructu habendus?*

ANNO, & ANNIBAL eius Germanus, gemino NN, absque spiritu. Vtrumq. Hebraice, ac Punice *Gratiam* significat, sicut *Anna* quoque Didonis germana. Nisi quod *Annibal* est *Gratia Beli*, seu *Gratiosus Baal*, siue *Dominus*. Vide Plauti Poenulum, ac Siliana nostra. Diodorus lib. 3. Α'ννων, Graeci caeteri. Polybius, Appianus, Plut. Latini, Cicero, Liuius, Iustinus, Ammianus, Plinius. Aluciarus Victorius, cum N, in *Annibal* prouenire ex M autumat. Becmano in Originib. placet spiritus ex antiquissimis Libris Latinis: placet Adamantio, & Eutychi, Antonio Augustino Dialogo x. Antiquit. Drusio. Consuetudo Graecorum, qua nihil robustius, nos diuertit. Latini autem *ἀψιλῶς* a Graecis accepere. Ideoque recte D. Augustin. epist. 578. *Dicit enim Abba Graeco vocabulo.* Non ignorabat ortum ex Hebraico, vel Syriaco. Meliora Drusi!

ANNVLVS liquidis combinatis apud Curtium Modius, in Verrinas Hotomanus, Duza apud Plautum, Pighius in Val. Maximum, alij in Suetonium vno tenore aut scripsere, aut admisere. Brissonius Παρέργων libro singulari nequit e Pandectis Florentinis probare *Annlus*. M. Varro lib. 5. de LL. *Quod vt paruuli circuli Annuli: sic magni dicebantur circites, anni.* Diomedes item lib. 1. *Annus, annulus.* Item Eutyches, ac Isidorus lib. 5. Orig. c. 36. Ex Sulpitio Luperco examina:

Splendet attritu digitos honorans
Annulus auro.

Ouid. 4. Fast. —— *Nec digitis annulus vllus inest.*

Annum autem genuisse videtur Atticorum Ἔνος. Sic *Annellus* castigatius, & carmini aptius: licet in 6. Lucretij edente Gifanio legatur vnico N. *Annulus* gemino N veteribus adscribit Vel. Longus. quo more veterum consonae non congeminabant. Sed & vetustas variat.

ANVLVS vnico N scribit, praescribitque Manutius ex lege Consuetudinis, & Scaliger in 5. Varronis de LL. Sicubi vnicum N legitur, imputandum Consuetudini consonas insuetae geminare, quae Consuetudo pridem antiquata, aut incuriae, vt in Lexico Cyrilli *Anulus*, *Anellus*, *Anularius*: in quo Lexico plusculum ruris est.

ANNVO duobus NN Cornutus apud Cassiodorum addita ratione communi: *In his non solum propter lenitatem consonantes mutant: sed etiam quod nullo modo sonare* D *litera potest.* Posterior ista ratio non aeque arridet. Vide subeuntia *Adnatus*, *Aduo*. Duplicat & Caecilius Vindex vdam eandem, & Romanus Virgilij Codex Pierio probatus, qui *Adnuerent* librariorum familiare vocat erratum.

ANSANCTVS per N Proportione poscitur, *Ancile*, *Anfractus*. Itaque scribit eum *Anquiro*, & *Antes* c. 44. Iul. Scaliger, Seruius in 7. Aen. *Amsanctus* a prisco *Am*, & *Sanctus*, quod sit locus ab omni parte *Sanctus*. Primore in sillaba M. dominetur.

ANTABATAE. Scribunt *Andabatae* per D, quibus visum est T post N in sonum D transire, aut in proximum. Nec prorsum fugit eos ratio. Iul. Scaliger lib. 1. de Caussis LL. c. 111. Quem sonum apud Graecos receptum est variare, cum sequitur N, vt ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. Emollitur enim, atque accedit ad D nostrum. Eius rei caussa est, quia suspenditur pronunciatio in ipso N ad palatum, vt lingua non ita cito demittatur ad dentes: ita potius D, quam T exprimitur. Sic a *Mentior Mendax*: veterum vnus Eutyches *Mentax* cum T lib. 1. scribit. *Andabata* per D multis in veterum Libris annotauit H. Stephanus, scribit Erasmus, legitur in Nonio Marcello in *Infesti, Praestinguere*. pluries. Origo T flagitat Ἀντάβαται, ἐκ τῦ Ἀντα pro Ἀντίον *contra*, Ἄντα Ξάνθου γὰρ Σέθεν δινήεντα, *Contra te enim Xanthum verticosum* apud Etymologum, iterumque in verbo Ἀντρέμεας profert Ἄντα, vt Ἀντρέμα. vt sit *Contra veniens, gradiens*, aduersarius. Cuius praepositurae ignoratione Alciatus illi substituit *Anabata* lib. 1. Parergon, atque etiam audacius Val. Brabantus *Antanabata*. Lipsius Satur. l. 2. c. 12. non animaduertit Graecae vocis partem primorem. Romanorum Consuetudinem D. intercalarium immittendi admitto in *Prodigus*, *Seditio*, *Re-*

ditio, Redambulo, Redhostio. Verum eam valuisse quoque in voculis Graecanicis persuaderi velim, V. Turnebum l.19.c.8. Erasmum, Victorium.

ANTAEVS diphthongo Herculis colluctator trib. sillabis. Plutarchus in Sertorio: Ἐνταῦθα τὸν Ἀνταῖον οἱ Λίβυες ἱστοροῦσιν, *Hoc loco Antaeum memorant.* Ἀνταῖος, ὀνομακύριον, Suidas. *Antaeus proprium nomen.* Etymologus exponit: Ἀνταῖος ὁ βλάβης ἄξιος. Eustath. V. 10 Odyss. λ. *Antaeus* duab. Tros Aeneae comes Aen. 1. *Antea, Sergestumque* ——

ANTECHVNTES rectius scribatur Vitruuij lib. 5. c. 8. quam *Antichuntes.*

ANTEEXSPECTATVM cohaesione scribit Seruius in eo:

Anteexspectatum positis stat in aggere castris.

ANTEMERIDIEM cohaesione est Fl. Sosipatri aduerbijs adscribentis, vti *Postmeridiem, Pridie, Postridie.*

ANTEMNA, ANTEMNAE vtriusque numeri finalitate. Vide de Rectorum Variantia. Silius lib. 8.

—— *Antemnaque prisco* *Crustumio prior* ——

Dionysius l.1. Καινίνη, καὶ Ἄντεμνα, καὶ Κρουστομερία. Plutarch. in Sylla: Εἰς Ἄντεμναν ἅμ' ἡμέρᾳ. Varro l.4 de LL. *Antemnae, quod ante amnem, qui influit in Tiberim.* Eadem Latij vrbs Straboni lib. 5. Ἄντεμναι. Varroni accedit Isidorus lib. 19. Orig. c. 2. Festus: *Interamnae, & Antemnae dictae sunt, quod inter amnes sunt positae, vel ante se habeant.*

ANTEMNA quoque pro nautico instrumento scripsere nonnulli, superiorem amplexi Originem: quia tamen probata in lib. 1. Val. Flacci Carrion *Antenna* duobus N N scribit. Alij ab *An, & tenendo Antena,* vt *Antilena, Postilena,* Apud Caprum *Antennae* duplicato NN, vt in *Transenna.* Negitat porro ἐντικῶς efferri.

ANTEMONENS copulate Valerij Flacci lib. 5. *Antemonens semper Deus* ——

ANTEQVAM, nexim obuium vbiq. Abscisse quoque recte scribatur. Mar. 1. Georg.

Ante tuis rubeant, quam prata coloribus.

Cicero pro Rabirio: *Quae causa ante mortua est, quam tu natus esses.* Vtrumque Diomedes agnoscit l. 1. *Antequam modo finitiuis, modo subiunctiuis iungitur.* Iunctum subiunctiuis sic: *Antequam venisses:* disiunctum finitiuis, vt apud Virgilium: *Ante pudor, quam te violo* ——

Discrimen hoc friuolum agnoscimus ex illo 1. Georg. Et vero in quarta Aeneide Exemplaria omnia mihi reliqua *Violem* habent. Praeceptionem Diomedi inimicam concipit Valer. Brabantus.

ANTEROS elidit Spiritum Ful. Vrsinus in Epist. ad Atticum. Recte, neque enim Origo postulat, neque Vsus addicit: nec coniectura quidem vlla paulo firmior. Vsque adeo destituitur rationis patrocinio, aut legis cuiuspiam.

ANTISTO, ANTICIPAT per I scribit Papirianus. Sic *Antistites, Antistitas* scribes. *Antesto* dispungit Muretus. Cur hirsutior compositio haec, quam *Antestor* an quod Catonis, Lucretij; ac veterrimorum esse annotuit? Cato cap. 156. de RR. *Brasica est, quae omnibus antistat oleribus.*

ANTHROPOPHAGI cum TH, sic enim ἄνθρωπος. Spiritum vulgo male eijciunt. Pariter *Anthropomorphitae.*

ANTIBOREVM pro *Antiboraeo* recte Baldus rescripsit Vitruuij lib. 9. c. 9. Affirmo ex 4. Trist. *Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est,* Βόρειος.

ANTICHRISTVS per I in secunda sillaba, non per E, *Antechristus.* Suadet hoc primum Origo notissima. Deinde Competentiae lex *Antichthones, Antilibanum, Antiscij* apud Cleomedem. Auctoritas Graecorum omnium, & D. Augustini Tractatu 3. in Ioannem. *Latine enim Antichristus, contrarius est Christo. Non quomodo nonnulli intelligunt Antichristum ideo dictum, quod ante Christum venturus sit, id est si post eum venturus sit Christus. Non sic dicitur, non sic scribitur: sed Antichristus, id est, Contrarius Christo.* Etymologus: ἀντίχριστον φαμὲν, καὶ ἀντίπαλον.

ANTIDHAC recte cum Plauto Antiquitas. Nec male posteritas *Antehac,* D etiam non adoptato. V. *Diana.*

ANTEHAC edit R. Stephanus in Andria, & ita Donatus agnoscit.

ANTINOIA, Ἀντινόεια Stephano vrbs in monumentum Antinoi. Adriani Imp. fuit amasius. *Antinoe* Ptolomaeo, vt *Clerumenoe* Plauto, *Fascinoe* Festo, *Golgoe, Hippoe, Paxoe* Plinio, & in Saliari carmine *Pilumnoe poploe.* Dictum quasi ἀντινοῖ, a multitudine statuarum Antinoi, quas frequentes, ac toto sparsit orbe Adrianus. *Antinoea* in Iouinianum D. Hieronymus, quod figuratur ex Ἀντινοεύς, vt ab Ἀντίνοος, Ἀντινόεια, *Antinoia* I tenta. Vide sis Dionem in Adriano, Pausaniam in Arcadicis.

ANTI-

ANTIPA[illegible]MENTA per I in secunda, Festus: per E *Antepagmenta* Neapoli in aedib. A[illegible] Guilielm[illegible]:

A[illegible]ITO. ANTEPAGMENTA. ABI[illegible]GNEA

C[illegible]nt.

[illegible]N[illegible]QVVS per Q. & VV Scriptum oportuit dicat quis *A[illegible]*, vt *P[illegible]ficus*. Et vero R[illegible]odeios:

[illegible]I V[illegible]M. ANTICVM. VEXATVM. DE SVO. FECIT

[illegible], *Sequutus, P[illegible]quus, Aquum* pro *Acm Aquilo.ia*. Viden' Consuetudinis [illegible]im? *Po[illegible]icus* pe[illegible] *Antiquus* per Q, nec fere aliter. At Nisus veterum diphthongos [illegible] ipsit *Antequus* [illegible] in [illegible] ex *Antiqu[illegible]* quod Velio Longo, mihique frigidum videtur, & [illegible] dius, quod [illegible] apud [illegible] laba in vtraque per E, & I scriptum. Nam in *Ante[illegible]* Originis [illegible]cr. Redi ad [illegible]rtographica antiqui Latij, & ad id, quod agitur modo: In Lexico Grae[illegible] m[illegible]sc[illegible]to: Ἀρχαΐζω, *Antico*. Item: Ἀρχαῖος, *Anticus, Pristinus*, *V[illegible]tus* Ibidem: Ε[illegible]ε, [illegible]*ongineo*.

AN[illegible]IVS adspirari non sinit Plutarchus sexcentis locis in *Antonio*. Nostrae me[illegible] *An[illegible]* omis ambitiose floridi esse volunt, cum inuita Origine, Etymo, Consuetudine [illegible]. Consectarium est vt paribus scribatur elementis *Antoninus*; nec aliter Op[illegible] Sic [illegible]ae[illegible] omnis, [illegible]mne Latium. Generis auctor *Anto* Herculis F. *Anthonius* ab ignorantia [illegible]st, quae [illegible]itur Inscriptione columnari, relata est a Philippo Winghio Hieronymi no[illegible], [illegible] in pectoribus certant Antiquitatis cognitio, & sincera amicitiae obseruatio:

ANTONIVS. TIRA
SIBI. ET
ANTONIAE. ARETAE
CONTVBERNALI. SVAE
NVTRICII
M. ANTONI. FLORI

[illegible]TORES Aen. 10. forma, qua *Diores* eliso spiritu, absque C in medio de castiorum [illegible]m exempl[illegible].

[illegible]NVBIS liquida per sola: eadem duplicata Ἄννυβις Stephanus.

ANVLVS. V. *Annulus*.

[illegible]NXVR. V *Anxur*.

APAMIA per I Froboeniana Plinij editio lib. 5. c. 29. recte, ac per E recte. V. *Alexandria*, *[illegible]hiragra*.

APENNINVS per solo P, binis liquidis. Dionysius:

Ὄρρα τε κελλήσκυσιν Ἀπέννιον ——

Τοῖς Ἀπεννινοῖς ὄρεσι, Strabo l. 5. Dionys. Halic. l. 1. Antiq[illegible] [illegible]ide l 3. Ἐν τῷ κεκλιμένῳ Ἀπεννίνῳ ὄρος ἐστὶν ὁμοροῦν ταῖς Ἄλπεσι. Minus recte vni[illegible] Nam nomenclatio ex altitudine est: A πεινὸν *altum*, *ce[illegible]sum* est. Acoles Ἀπεννός pro eo, [illegible]ος formant ex φαεινός. Scripsit autem Silius Italicus —— *Mole niuali*.

Excelsum coelo tollens caput Appenninus.

[illegible] Aeneid. 12. —— *Pater Appenninus ad auras.*

Ita Silij lib. 4. *Apenninicolae fugere ad litora Fauni.*

[illegible]ESAS, APESANTVS. Stephanus de Vrbibus; Ἀπέσας ὄρος τῆς Νεμέας, ὡς Πί[illegible] [illegible]ος καὶ Καλλίμαχος ἐν τρίτῃ, ἀπὸ Ἀπέσαντος ἥρωος· *Apesas* [illegible]*emeae mons*, [illegible] *P[illegible]arus*, & *Cal*[illegible] *in tertia, ab heros Apesante*. Pausanias Corinthiacis. Ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τῆς Νεμέας. H[illegible]us Theogonia:

Κοιρανέων Τρητοῖο, Νεμείης, ἠδ᾽ Ἀπέσαντος·

Dominans in Treto', Nemeae, & Apesant[illegible].

Papinius: *Mons erat audax [illegible] ductus in aethera dorso*

Nomine Lernaei [illegible]unt Apesanta coloni.

[illegible]sque omnibus Plinij Codicibus *Ap[illegible]ntus*, quod furc[illegible]is eijciunt, sceler[illegible]! Cur non ae[illegible]re, ac *Elephas, Elephantus*? Plutarchus in [illegible]nacho: Μυκηναί τε, καὶ Ἀπέσαντος, καὶ κοκκυγία: [illegible]*nae, Apesantus Coccygia*. *Aphesas* quoque. Etymologus: Ἀφέσας, καὶ Ἀπέσας *Aph[illegible]sas*, & *A*[illegible] V. *Arc[illegible]as. Trophaeum*.

[illegible]PAESV[illegible] seu *Paesus* & fluuij, & ciuitatis est nomen Geographo. In Homeri Catalogo [illegible] δημὸν Ἀπαισοῦ.

APHYD-

APHYDNA, APHYDNAE. V. *Thebae.*

APICIVS per C, vnico P. Libri, Saxa. Affi[illegible]it alterum P Onuphrius libro de antiquis Nominib. Nec ini[illegible]ia A pra[illegible]omine *Appij*, *Appi[illegible]os* fluxi[illegible]e autumo. Laud[illegible] is vet[illegible]s Saxú, cui [illegible]: C. APPICIVS. Cognomen etiam *Appiani* ductum ab *Appio* Humelbergius cum L. Athenaeum non voco in partes: quia Grae[illegible] sollemne est talia sillab[illegible] Κιος finire, quae tamen Latini per T scribunt. Caesar vnico P scripsit in operis vestibulo, & Martialis.

Quod vomis, Antoni, quod luxuriaris, Apici.

APLVSTRA, APLVSTRIA τετρασυλλάβως, non adoptato M *Amplustria.* Idque non ideo, quod Poëtae primam breuiant (quam licenter voces truncant?) neq[illegible] *quia erant amplius, quam essent necessaria vsu*, vt Festus ἐτυμολογῇ, καὶ ὀρθογραφῇ: sed conc[illegible]om est ex ἀπλούστερα, quae *nauigationi non apta.* Eaque ex causa difflato spiritu: non enim ab Ἁπλοῦς, *Simplex*: sed ab Ἄπλοος *nauigationi ineptus, quo sine nauigari potest.* Videntur autem pu[illegible]la e[illegible]e vex[illegible]la ex summo malo velis superuolitantia, nec prorsus necessaria. Sic aliqui. Becmanus in Orig. LL. Festi scripturam complectitur. Ciceroni *Aplustra*, Caesari *Aplustria* in Arat[illegible]: vtrumque Prisciano. Recte autem (πάρεργον esto) habent ista Philoxeni, *Aplustra*, εἶδος πλοίου recte interpretata, *Aplustra, nauigij ornatus, decus.* Reponere autem Ἴστιον πλοίου, alienius est a scripti vestigijs. Deinde seu per Alas vela, seu Remos intelligas (vtramque interpretationem firmate ex Lycophrone, Propertio, Virgilio, Oppiano, Aeschylo, Basilio Seleuciae mihi facillimu[illegible] *Aplustre* neutrum dici potest. Quibus consignatis lego Iul. Scaligeri coniecturam ad lib. 9. [illegible]stor. de Animal. c. 21. *Amplustria* vox nautica: *amplum* vas ad nauigandum ἀνάπλεον. Haec ille Theodori versionem impugnans. Verum non est *Aplustre vas ad nauigandum*, seu nauigium, sed nauigij ornamentum, quod Graecis Ἄφλαστον, vti in Silianis nostris docuimus. At forte, ex ipsa hac voce Graeca suam Latini concinnauerint, Ἄφλαστον. *Aplustrum.*

APOLLO desolata primore consona, liquida geminata seu ab ἀπολλύω dicatur ex Archilocho:

Ἄναξ Ἄπολλον, καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους,
Πήμαινε, καὶ σφᾶς ὄλλυ', ὥσπερ ὀλλύεις:

Rex Apollo reis noce, eosque vt perdis, perde. Ex Euripidis Phaethonte, ex illo Plauti: *Apollo confige sagittis fures thesaurarios*: ex Iliade prima. Seu ὅτι μόνος ἐστι, καὶ οὐχὶ πολλοί. *Nam & Latinitas eum, quia tantam claritatem solus obtinuit, Solem vocauit*, inquit Macrob. l. 1. Satur. c. 17. Seu ex Speusippi sententia, ὡς ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν πυρὸς, αὐτοῦ συνεστῶτος. *Quod ipsius ignis ex multis constet substantijs.* Seu ex Cleanthis opinamento, ὡς ἀπ' ἄλλων, καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀνατολὰς ποιουμένου. *Quod ex alijs, alijsque locis oriatur.* Ista Originum congerie duplex LL poscitur licet vnicum sit in Viennensi Inscriptione: APOLINI

SACRVM. EX. VOTO

Scribitur & Graecanico more in aereo Numismate: APOLLONI. SANCTO. Item in Martyrologijs nonnullis. Veteres per E scriptitasse credo Festo, cui scriptioni patrocinatur eorum coniectura, qui ὥσπερ ἀπελαύνοντα τὰς νόσους eum rentur appellitatum. Paris Etymologiae meminit Eustath. in Iliad. α, vt bene ominatae, ἵνα ᾖ μᾶλλον εὐφημότερον ἀπολλύων τοὺς ἐν χαρᾷ χαλκῷ. Ita *Pellionis* olim nomen fuisse pro *Pollionis* suspicatur Gulielmius. Sic ex *Bonus* scriptum *Bene*: Ῥιγῶ, *Rigeo*: προπορεύω. *Propero.*

APOLLOS, non *Apollo* scribendum Actor. 18. docet Petrus Lintrensis εὐγραμματίας vir accuratissimus.

APPAEVS gemina consona, & biuocali integratur. Id loquuntur Saxa. *Appaeius* quatuor sillabis integrandum retur Onuphrius, lib. de Antiq. Nominib.

APPIA, *quam simili venerandus in Hercule Caesar*, Martialis l. 9. Epig. 104. Horat.

—— *Via ducat an appi?* Suidas vnico P Ἀπία ὁδός. Haut probo.

APPLAVDO duplici PP ex Proportione *Apporto, Appello, Appingo*, de mente Prisciani lib. 15. Quandoque *Applodo*: V. *Plaustrum.* Priscianum sequi malim, quam de H. Stephani Glossis exemplum capere, vbi: *Adprobat, Adpropinquare, Adpectora.* Παράβαλλε Θώρηξον, *Adpetentes, Adplicatus, Adpulit, Adplicitum.* Velle suum cuique est. Cassiodorus Prisciani haerens institutis: *Apparat.*

APPVLEIVS familia Romana, Nummi argentei fide, cuius meminit Sigonius in Epitomen 5. V. Manutium. Sic in compluribus antiquis Marmoribus.

APRICLA, pro *Apricula.* Vetus Inscriptio

CAESONIA. APRICLA. SOROR

APRVGNVS, APRINVS. Plin. l. 8. c. 51. *Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrant callum.* Plaut. in Persa: *Aprugnum callum callet.* Habe verba Sosipatri lib. 1. *Caprina, & Aprugna*

& Aprugna cur dissimiliter derivetur quaeri solet. Quibus respondebimus vtrumque per I *proferre debere: sed in alio, Vsum* V *literam celebrasse*, *quamuis Lucilius* VISCVS APRINVM, non *Aprugnum* dixerit. Idem apud Apicium lib. 8. c. 1. *Condimentum Aprinum, mel, liquamen, caracuum, & passum.* Plin. a Gelenio l. 8. c. 13. *Cinerem aprini, aut suilli fimi inueterati.* At c. 11. praecessit: *Adipe aprugno cum rosaceo.* c. 15. *Vesica aprina*, saepicule. V. *Callidus.* At supra in Persa editio a Plantino *Aprinum callum* exhibet, & in Poenulo difformiter *Aprugnum*. Verum lectum Sosipatro Plautum scio. Cl. Salmasius literarum decus in Spartianum: *Aprunam* frequentius in Libris scriptum reperit, quam *Aprugnam* cum G. V. c. 8. l. 1.

APSCESSI, APSTINE, APSCONDO scribenti per P Cassiodoro vel termaximo non haereo.

APSENS pro *Absens* in Marij honotibus.

III. CONSVL. APSENS. CREATVS. EST

Diuersitatem procreauit elementorum cognatio B, P.

APSINTHIVM. Vide *Absinthium.*

APSIS absque H, cum P peroptime. Est *Circulus, Hemicyclus, Fornix, Flexura rotae.* In Pausaniae Lexico dicitur Ἀψὶς, ξύλινος κύκλος τροχȣ̃. Iliade quinta iactatissimus locus est: Μὴ πως ὑπ' ἄψισι λίνȣ ἁλόντε πανάγρȣ. Vbi Δικτύων χρματάς exponũt. Spiritus asper Origine poscitur, vt in *Aptus* ἐκ τȣ̃ ἅπτω, ideoq. legas in Hesychio: Ἁψῖσι, Συναφαῖς. At Spiritũ detriuit Vsus, παραδόξως, inquit Eustathius. *Semicirculum* ex nebula, in quo Christum sessitantem maiestatis causa pingunt, ἀψῖδα commode dicas. D. Hieron. in ad Ephesios: *Nunquid corporaliter omnes coelos, & vniuersas sublimitates, & coelorum circulos, quos philosophi sphaeras vocant, transiens, atque descendens stetit in summo coeli fornice, & vt ipso verbo vtar, apside?* Plinius Secundus lib. 2. epistola 17. *Cubiculum in apsida curuatum.* Apud Plinium lib. 2. c. 15. cum B scribitur eorum ex haeresi, quibus *Scribtum, Nubtumque* praeplacuit. Locum insignem adtegrabo: raro namque priscos apud Auctores inuenias: *Prima circulorum, quos Graeci absidas in stellis vocant: etenim Graecis vtendum erit vocabulis.* Post pauca: *Ergo ab alio cuique centro absides suae exsurgunt: ideoque diuersos habent orbes, motusque dissimiles: quoniam interiores absidas necesse est breuiores esse.* In talib. *circulis*, seu *absidibus* quia fixae imagines honotariae, Dio lib. 58. Ἀψῖδα αὐτῇ ἐψηφίσατο dixit pro iure imaginis in fornice statuendae. Vbi Spiritus inconsiderantia Typographi haesit: alibi namque Dio scripsit ἐπ' ἀψίδων, non ἐφ' Plura habes in Variantia, vbi alia secula in prima positione scripsere *Absida*, vt *Hebdomada.*

APSOLVTVS esto in tabulis Fuluianis. Item *Apsens, Supsignet.* Romae in sepulcro Cestij:

OPVS. APSOLVTVM. EX. TESTAMENTO

Minus placet.

APSTVLIT. ATRA. DIES, Romae in Auentino, & *Apstulerit* ex paribus Inscriptionibus enotauit Val. Pierius, vt *Opstitit* pro *Obstitit* Scaurus praecepit. In alijs *Opsequentissimo.* Trita fetor orbita.

APSVM absque Flatu scribit Eutyches lib. de Adspiratione: *Dei agni apso, id est, vellere, in superioribus* dictum est. Origo postulabat aliter ἐκ τȣ̃ ἅπτεσθαι.

APTVS etiam in illo: —— *Stellis ardentib. aptum* Aen 4. adspiratione spreta. Nam qui *Haptum* scribunt, & inflammatum, aut fulgens interpretantur, frigent in tenebris, Vsuque doctiorum, & Librorum destituuntur.

APVA, an APHYA scribas, quid intersit, audi Plinium lib. 31. cap. 8. *Apuam nostri, Aphyian Graeci vocant, quoniam pisciculus e pluuia nascitur.* Festus: *Apua, genus minimi pisciculi. Apua*, Ἀφύη, Glossae Benedicti. Apicius scribit perpetuo tenore *Apua* absque H. Sic Latini ex Φοῖνιξ, *Poenus:* Φαινόλης, *Paenula:* Πορφύρα, *Purpura:* Φόλις, olim *Pelis.* V. Etymologum in Ἀφύη.

APVD, APVT. *Apud* per D tritissimum est Saxis, Consuetudine, Auctoritate Velij Longi in Orthographia: *Non dubitatur*, inquit, *quin Apud per D scribi debeat: quoniam nulla praepositio T litera finitur. Aput* per T Victorius in Faërni Terentio agnoscit. Inscriptio in aedibus Capraniocorum:

D. M
P. AELIVS. AVG. LIB
LYCVS. PAEDA GOG
PVERORVM. AC. APVT
AFRICAS

In muro Tergestinorum:

APVT. IPSVM. IMPERATOREM

In tabula aenea in Hispania:

HONORE. QVI. EST. APVT. NOS POTISSIMVS

Item sub Capitolio in Basi statuae. Sic amat Faërnus.

APVLIA P incomitato de sententia Velij Longi lib. de Orthogr. Liuius l. 9. *Apuliae saltus.* Murinae Inscriptio quartum APVLIAE. Ἀπυλία Straboni. Antiquae triumphorum Romanorum Tabulae

DE. APVLEIS

Horatius lib. 3. *Altricis extra limen Apuliae.*

Claudianus in Panegyr. de 3. Consulatu Honorij:

Te propter gelidis Apulo de monte procellis.

Metamorph. 14. *Apulus has illa pastor regione fugatas.*

Qui locus Manutio pugnat. Plin. l. 3. c. 11. edente Gelenio P desolatum est, item in Seneca Lipsij; inque hanc scripturam Epigrammata quatuor congerit Manutius. *Appulos* gemino P producit Delrius ex Libro vetere in 14. Liuij Epitomam. Sic forte melius apud Poëtas, certior vt sit, atque euidentior productio. Silius Italicus lib. 11.

—— *Ambiguis fallax mox Appulus armis*

Horatius: *Me fabulosae Vulture in Appulo.*

Lucan. in 5. *Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.*

Persius Satyra 1. Atqui in his omnibus tam aspera est repetitio, quam si dicas Ἀππό. Est enim ex Ἀπολέσθαι, quod in *Apulia* celerius, quam alibi arbores desolientur. Ita Pighio visum in *Aequicola.* Vrsinus profecto scribens in Ciceronem apud Horatium simplex agnoscit P: *duplex plerumque,* inquit.

AQVA veteribus *Acua,* & *Aequa* Isidorus lib. 13. Orig. c. 12. *Aqua dicta, quod superficies eius aequalis sit. Hinc & Aequor appellatum: quia aequaliter sursum est.* Ex quo Bedam, aut Typographum in Ortographia eius emendes sic: *Aequor per diphthongum scribendum, quia ab Aequa est nomen factum.* Praefuit *Aquae* luxatis elementis. Συμπόται, *Aqua* procul fugiendum.

AQVALIVM, an *potius Aquarium dici debeat, quaerit Plinius secundus,* & post eum Charisius, *& putat vt Laterale, Laterarium, Scutale Scutarium, & Mannale saxum Mannarium vas proin Aqualis Aquarium dici.*

AQVILEGES videntur ὑδροσκόποι, pro aquae collectoribus. Varro Quinquatrib. *Vtilior te Tuscus aquilex.* Riccobono *Aquam colligens.* Seneca lib. 3. c. 15. qq. Nat. *Sudorem aquileges vocant.* Plin. lib. 26. c. 6. *Sub. sse aquas credunt, & hoc signum habent aquileges.* Plinius Secundus lib. 10. epist. 46. *Vel aquilegem vel architectum* Cassiodorus lib. 5. scribit *Aquilegum Romam venisse de partib. Africanis.... qui aridis locis aquas possit dare vernatiles.*

AQVILICES, qui aquam illiciunt: vnde *Aquilicium* in siccitatib. Tertullian. *Aquilicia Ioui immolatis.* Glossarium *Aquilices,* οἱ τὰ ὑδραγωγῖα ἐργαζόμενοι. Idem Tertull. lib. 3. aduersus Marcionem c. 5. *Nec statim aquilicem, & agricolam se Deus repromisit dicens: Ponam flumina in regione sitienti.* Hoc discrimen non vsque ratum. Festus: *Aquaelicium dicitur, cum aqua pluuialis remedijs quibusdam elicitur.* Hic diphthongo scribitur.

AQVIMANILE, AQVIMINALE, χέρνιβον, Vett. Glossae. Neque displicet.

AQVILLIVS duplici LL praescribit Manutius ex Lapidibus omne genus. Brabantus tamen adseris vnico L legi in aliquot Lapidum Inscriptionib. Verum tanta in Codicib. est hoc in nomine variantia; vt legere sit *Aquilius* vnico L (Origini congruenter ab *Aquilo* colore) *Aquillius* gemino; item *Acilius, Acillius,* quo rediri potest. Plutar. in Poplicola Ἀκύλιος. Recte, sicut enim a *Petilo Petilius,* a *Rutilo Rutilius:* sic ab *Aquilo Aquilius.*

ARAE, veterib. *Asae,* V. in Accentib. & *Ansae.*

ARABS per B recte, per P non item: licet ita reperias in aliquot antiquis Maronis Libris. P refutant obliqui *Arabes, Arabum.* Refutat Etymologia ארב, ex quo Graecorum Ἔρεβος. Scribitur & *Arabus.* Vide tractatum de Variantia nouissimae sillabae. Maro:

Seu Parthis, Arabisque parant indicere bellum.

ARAGNE veterib. Ouidij Libris haerere testatur Ciofanus. Mendose. Scribe *Arachnen,* ex Ἀράχνη.

ARA-

ARACHOTAE Plinio in sexto, Strab. in 1. & Arist. in 2. de Animal. Etiam *Aracoti* legi, nec locum annotaui.

ARBETES, ἄρδρα, Latinograecum Lexicum. An pro *Arbutus* citatur Passeratius. Nequaquam. Ibi namque vox ista loco quinto subijcitur: *Arbutus*, Ἄγχουσα. Sed cum veteres scripserint *Arboses*, posteri *Arbores*: vetustissimi *Arbotes*, *Arbetes*. Non dissimillima sunt *Arquites*, *Velites*, *Coelites*, *Caerites*.

ARCANVS adspirato C in omnium scriptorum Libris vetustis occurrit errato frequentissimo: licet parum absit, vt eam scripturam plane retinendam contendat Carrion Notis in lib. 1. Val. Flacci. Ratio spiritus augendi docetur a Nonio Marcello: *Arcanum dicitur secretum, vel absconditum: quod quae in arcis sunt, celata sunt, & abscondita.* Iuuenalis:

—— Arcano quodcunque volumine Moses.

Pariter vitiosa sunt *Chalpe*, *Amphycides*. Scribunt apud Prudentium:

—— Archanum rerum, veriique latebras.

Aliquanto spatio post membranae, ni fallor, ruperunt extispicium. Editur enim:

—— Arcano naturae tellus operto absque H.

ARCERA vnico R in Codicibus Gellij lib. 20. cap. 1. mihi visis, & Varroni lib. 4. de LL. Marcilius in leges XII. ex Glossis veteribus legit *Arcela*. Becmanus in Originibus gemino R R *Acerra a Carro*. Nonius scribit esse plaustrum tectum vndique quasi *Arcam*. Digitum in fontem.

ARCESSERE *est Accusare: Accersere autem Vocare. Haec duo verba sunt tertij ordinis.* Non vulgi vox haec, sed Sosipatri pag. 227. sed Diomedis lib. 1. mens, addito: *Etenim aliud accusare a maleficiis arcere est.* At dissparantib. haec errorem opprobrat Vel. Longus in Orthographia: *Arcesso enim pro eo, quod est Arceo, nunquam positum est*, inquit. Tum ex Antiquitate confert *Arvorsus*, *Aruorsarius*, *Audiculus* ab *audiendo* pro *Auricula*, *Meridiem* pro *Medio die*, vt D in R verti persuadeat. *Arucnire* pro *Aduenire* est Diomedis. Copiosior illa Prisciani symbola lib. 1. *Aruentores*, *Arfines*, *Aruolare*, *Arfari*. Adde *Aruocati*, *Aruena*, *Argrego*, *Arger*. *Aructtum* apud Catonem, & *Aruehor* apud eundem de Re R. c. 135. Sic *Arcio* pro *Accio*, seu *Adcio*, ex quo *Arcesso* scribi voluit Scaurus de Orthogr. p. 2260. Prisician. l. 1. & 8. cuius vox: *Vnde ostenditur recte Arcesso dici ab Arcio verbo, quod nunc Accio dicimus, quod est ex Ad, & Cio compositum.* Hotomanus in Verrin. 1. probat ex Asconio: *Arcessit alter Consul.* Pierius in 10. Aeneide: *Adueniet iustum pugnae, ne arcessite tempus*, testatus Romanum, Mediceum, Porcium, Virgilij Codices; item varios e MSS. Terentij locos. Etiam in Petronio per R scribit Steuuechius:

Atque animas arcesse nouas ——

Reponit etiam in epist. 23. lib. 10. Epistol. Ciceronis: *Lepidum in Italiam arcessisse.* Idem tribuit vetustioribus Ciceronis Libris, qui a Venetis prodiere: licet recentiores aliter praeferant. Apud Lucanum ex MSS. reponit l. 3. Nouarum Lect. c. 2. Cant.

—— Fatum arcessite ferro.

Casaubonus ad Sueton. Tiberium: *Ad arcessendam classem.* Melius ita membranae, inquit, quam vt vulgo *Accersendam*. Glossae veteres: *Arcessere* μετεπέμπω, χάλεσαι, μεταπέμψασθαι. Lambinus in Horat. item Emendat. in lib. 10. Ciceronis ad Fam. epist. 23. 24. Item in Philippicam 3. sic exosculatur *Arcesso*, vt *Accerso* despuat. Ea namque Vetustas a seculi subeuntis Consuetudine corroborata est: sicut *Arferia aqua* ab *Adferendo*, & *Arferium* pro *Adferio* apud Festum, nec aliter. Sicut *Argentum* pro *Adgenitum*. Aere namque, ac ferro effossis, atque in vsum mortalium egurgitatis, coepit aliud erui metallum, & velut agnatione noua nomen hoc ex eo inuenit, ex quo ipsa Μέταλλα, quod ἄλλα μετ᾽ ἄλλα sint reperta auctore Eustathio in Homerum, Isidoro lib. 16. Orig. cap. 16. Plinio lib. 33. cap. 6. *Vbicunque vna inuenta vena est, non procul inuenitur alia: hoc quidem & in omni fere materia. Vnde μέταλλα Graeci videntur dixisse.* Nec ignoro quid super *Argenti* nomine, atque Origine scripserint alij. Quos inter, qui *Argentum* ex Ἀργυρίῳ figurant, mihi [illegible]bantur maxime. Insinuatque illo Festus: *Argennon, argentum candidum.* Repertor *arg*[illegible] Indus rex Scythiae, Cassiodorus lib. 4. Verum cum *Accio*, & *Accitus* dicantur, non *Arcio* tantum: cur non etiam *Accesso*, aut *Accerso*, tanta, tamque insigni in omni Ortographiae parte [illegible] Variantia? Obstat Consuetudinis tyrannis doctiorum satellitio stipata. Nihilominus Fa[illegible]bus *Adcerso* cum D, & R scribendum censebat. Sic *Arcedo* Turpilius scripsit: *Qui verba mea venatur pestis? Arcedat & sermonem hunc sublegat.* In XII. Tabulis *Arduito* pro *Addito*. Catonis cap. 138. de RR. *Aruchant ligna.* Item c. 135. *Teaptum vbi aructtum erit.* Diomedes lib. 2. *Arucnire.*

ARCHAS, ARCHADIO aspere praeferunt veteres Val. Flacci libri pessimo exemplo, ac hodie Prudentij lib. 1. contra Symmachum:

Archadiae fulvo aere riget ——

Contra Consuetudinem Graecorũ omniũ, Latinorum omnium. Maro: *Arcades ambo* absq. H.

ARCHELAS, *Archelaüs* Varroni l. 2. de R R. c. 3. Ἀρχέλαος in Lycurgo Plutarchi, in diuinis literis, Laërtio, Ciuil. Appiani l. 4. Senecae lib. 6. qq. Nat. c. 12. Ἀρχέλας Aristophani.

Archesilas, *Archesilaüs*, more compositorum ex λαός. Laërtius: Ἀρκεσίλας, ἢ Ἀρκεσίλαος. Vtrumq. in Pindari Pythijs, & in Suida Ἀρκεσίλαον, ἢ Ἀρκεσίλαν. Persius: *Esse quod Arcesilas, aerumnosiq. Catones.* Plin. l. 35. c. 11. Cicero lib. 1. Academ. & 3. de Orat. *Archesilam* nominat, & 1. de Legib. Item in Lucullo. Pindarus Pythiorum Oda. 4. Euseb. Chronicis, antiquis D. August. Libris de Ciuit. l. 19. c. 1. & tom. 2. epist. 56. ad Dioscorum. At Libri vulgarij August. *Quod philosophiae genus ab Archesilao coepit.* Calaber l. 8. Σευίαστεν δ᾽ Ἀρχεσιλάῳ. Sex. Empiricus l. 1. Pyrrh. Hypot. c. 14. similiter. *Arcesilas*, *Arcesilaüs* absque H. Nam & nomen hoc ἐκ τοῦ ἀρκεῖσθαι, siue ἄρχειν, vt alterum ex ἀρχῆς, esse potest. Vnde est Iouiani Nota lib. 2. de Adspirat. *Arcesilas vero, & Arcesilaus adspiratione carent.* Cicero in Academicis. Sidonius: *Arcesilas, Chrysippus Anaxagorasque dederunt.* Suidas: Ἀρκεσίλαος, ὄνομα κύριον, Plutarchus sic in Philopoemene, nec aliter Laërtius lib. 4. Euseb. l. 14. c. 2. de Praepar. Πολεμῶνα γάρ φασι διαδέξασθαι Ἀρκεσίλαον. *Arcesilaus* Plinio saepius. *Archessilaus* sigmate geminato deprauatum est in varijs Chronicorum Eusebij Libris, I ad Pontacum.

AGESILAS, AGESILAVS. Critias in Elegia apud Plutarchum in Cimone: Νίκας δ᾽ Ἀγεσίλα τοῦ Λακεδαιμονίου. Ibidem ad finem: Ἀγεσίλαον δ᾽ εἰς Ἀσίαν.

ACVSILAS 2. de Orat. Tullius: *Pherecydes, Hellanicus, Acusilas.*

ACVSILAVS. Iosephus lib. 1. Ἑκαταῖος, καὶ Ἑλλανικὸς, καὶ Ἀκουσίλαος. Nicandri interpres: Ἀκουσίλαος δὲ φησιν.

ANAXILAS, ANAXILAVS. Athen. l. 2. c. 2. Παρὰ δὲ Ἀναξίλᾳ ἰσοστρόγγυλον, Laërtius in Platone. Plutarchus in Demosthene: Ἀναξίλαν δὲ ἐκ τὰ Ὠρείτην. Aelian. l. 1. c. 38. Variae Histor. & in Politijs. Diogenes in Mysone, Appianus Mithridatico, Pollux l. 2. c. 3. & mox idem Pollux: Ἀναξίλαος. Eusebij Chronica: *Anaxilaüs Larissaeus Pythagoricus.* Plin. l. 18. c. 1. lib. 25. cap. 13. Plutarch. in Alcibiade, Dionysius Halicarnasseus Prooemio.

ARCHELAS, ARCHELAVS. Posterius in ipsis diuinis literis, in Plutarchi Lycurgo, Varro l. 2. de RR. c. 3. Claudius Quadrigarius Annali 11.

ἈΡΧΈΛΑΣ in Aristophanis Equitibus pro *Ductore populi.*

ΧΑΡΊΛΑΟΣ Plutarchi Lycurgo. Liuij l. 8. *Charilaus, & Nymphius principes ciuitatis.* Χαρίλας εἰς Ἀρχίλοχον διαβέβληται, ὡς ἀνθρωποφαγῶν Eustathio in Odyss. ι᾽ et α. Archilochus: Ἐρασμονίδη Χαρίλα.

ΚΡΙΤΌΛΑΣ in tertio Epiroticon a Plutarcho laudatur in Parall. & pag. insequenti Κριτόλαος ἐν τετάρτῃ Φαινομένων. *Critolaus in quarto Phaenomenon.*

DORYLAVS Censorini pag. 23. In Plutarchi Lucullo Δορύλαος στρατηγός. Strabo lib. 12. non semel. Silij lib. 2. *Dorylas: Conantis Dorylae innexis iam cornibus arcus.* In Metamorphos. Ouid. l. 12.

Additur his Dorylas ——

Item in 5. Theb. 2.

Et Chromis, & Dorylas; & nostris ——

IOLAS. Calpurnius Ecloga 4. —— *Here quos mihi doctus Iolas.* Ecloga item 3. Curtius lib 10. *Filium Antipatri inter ministros, Iolam nomine.* Hinc Plinij l. 3. c. 7. quidam Libri *Iolenses*: *Iolaenses* alij. vtrique recte, in quo caespitauit Hermolaus, nec ipse male scribendus *Hermolas*: fuit enim quidam vulgi doctrinae *Mercurius*, ac vere *Hermolaus*. Idem Plin. l. 20. c. 17. *Iolai*. Plut. in Hyperide: τὰς κομὰς Ἰόλα τοῦ δοῦλου. Dioscorides in Prooemio: Ἰόλας ὁ Βιθυνός. Ab hoc modulo Calpurnius abijt, & Ouid. Metam. 9.

Ora reformatus primos Iolaüs in annos.

Silius Italic. l. 10. —— *Terris Iolae dedisti.*

Apud D. Epiphan. Ἰόλαός τε ὁ Βιθυνός. Suidas: Ἰόλαος, ἥρως ἐς τιμώμενος, παρὰ Ἀθηναίοις. Ἰόλαος δὲ Ἀττικῶς Aristophanes in Acarnanib. Νὴ τὸν Ἰόλαον.

MENELAVS passim. Metam. 12. —— *Et Menelas, & Abas praedator aprorum.*

Etymologicon: —— Μενέλας τε, καὶ Ἀγαμέμνων.

PTERELA in Amphitruone, alijs *Pterelas*, Apollodoro l. 2. Ταφίου δὲ παῖς Πτερέλαος. Theocrit. Idyll. λα. Τὸν Πτερελάου Ἀμφιτρύων χαλὸν ὅπλον ἀποκύλισε πεσόντος. Idyllio sequente Scholia praeferunt. Πτερέλας, & Πτερέλα. Etymologicus in Λάας, Μενέλαος, Μενέλας, Πτερέλαος, Πτερέλας.

STE-

STENELAS. D. August. l. 18. c. 8. *Rex nouus Stenelas, siue Stenelem: Stenelam, siue Stenelum. varie quippe in diuersis auctoribus inuenitur.* Homerus sexcentis locis Σθένελος, & ex Homero Virgil. Aen. 2. & Apollodorus l. 3. Plin. l. 34. c. 4. Pausanias Corinthiacis: Κρεσάντων ἢ Σθενέλας γενέσθαι. Ibidem: Γελάνορα τὸν Σθενέλα. Quibus animaduersis in Pontacum incidi virum in Orthographicis summa cum accuratione versatum, qui ad Eusebij Chronica notat hanc vocem in Membranis, editisque Libris *incredibili varietate* efferri. Tu ad eum i, Lector curiose.

NICOLAVS vbique regnat: cur Analogiae viribus in regni partem non admittatur *Nicolas* Ionum, & Doriensium more admittit Caninius in Alphabeto Νικόλας. Herodotus l. 7. Ἐς Νικόλαντε τὸν Βούλιος, καὶ ἐς Ἀνήριστον τὸν Σπαρτιήτεα. *Critolaus* est in Gellio, in Achaicis Pausaniae non semel: *Perilaus* Calabri lib. 8. Curtij 10. in Pausaniae Corinthiacis: *Peucolaus* Curtij lib. 6. cur Competentia non scribantur etiam *Critolas, Perilas, Peucolas*, vt *Pterelas*? Certe si non sic, saltem in Amphitruone Plautina legitur aliquoties *Pterela*, nisi forte legendum est *Pterelas*. At haec correctio minime necessaria. veterum namque sunt *Proca, Marsya, Tysia*, absolutiora, quam *Procas*, caeteraque consimiliter.

ARCHIATER, ARCHIATROS, ARCHIATRVS scribi fas: absque Spiritosa nota nefas. Cur hodie tam frequens hoc flagitium?

ARCHITECTVS, & *Architecton* scribitur. Solinus: *Dinocrates, Architecton.* V. Gell. l. 1. c. 13.

ARCVARIVS ab *Arcu*, τοξοποιός: *Arcarius* ab *Arca*.

ARCVATVS scribitur: *Arcatus* ne in versu quidem, in quo tam esse potest *Arcuatus*, quam *Aqua* disyllabum, Prisci *Arquum* scripsere, ex quo Festo *Arquites*, arcu proeliantes, qui nunc dicuntur sagittarij, & apud Nonium *Arquatus morbus*, quo de Varro Eumenidibus: *Vt arquatis & lutea, quae non sunt, & quae sunt lutea videntur: sic insanis sani, & furiosi videntur esse insani.* Similiter in Accij Erigona: *Quod vtinam me suis arquitenens telis mactasset Dea.* Nunc *Arcus*, siue militaris sit vsus, siue fornix, siue iris, siue morbus: & in quacunque significantia, *Arquus* olim. *Arcutus* alij, vt *Verutus* a *Veru*, *Cinctutus* a *Cinctu*, *Acutus Acu*. *Astu Astutus*, *Cornu Cornutus*. Ita Glossae ab H. Stephano: *Arcutus*, Τοξωτός, Ἐπιχρωματής, Ἀψιδωτός. Inibi: *Arcutes*, Τοξόται. *Arcuatus* in Vsum venit ex veteri more, quo scriptum *Arquatus*. Volunt enim magistri cum Q sociari V: quod Q versum in C, a vocalis quintae societate non recessit. V. *Sterculinium*. Plinij epist. 46. *Arcuato opere.* Liuij l. 1. *Arcuato curru.*

ARDEA Italiae ciuitas per E, Stephanus, Silius pluries, Maro, alij. *Ardia* per I, Illyricis scriptum Straboni credo. Est & Libris vett. *Ardia, Ardiola.*

ARELAS, ARELATVS, Auson. de Vrbibus. *Arelate* primo casu apud Melam, Plinium, Sueton. in Tiberio, sed pro *Arelatae*: sic enim apud Strabonem. Ptolemaeus autem Ἀρελάτον. Auienus: *Arelatus illic ciuitas attollitur.*

Prudentius Hymno VII. *Teque praepollens Arelas habebit.*

Vide *Apesas.*

ARENAM ab *ariditate* Varronem scripsisse testis est Seruius. Isidorus suffragatur l. 16. c. 3. *Arena ab Ariditate dicta, non ab Adhaerendo in fabricis, vt volunt quidam. Huius probatio, si manu impressa stridat: aut si in vestem candidam sparsa, nihil sordis relinquat. Arena* probatissima, quae minime adhaeret: non igitur ab *Adhaerendo*. Asperat Phocas lib. de Aspiratione, & Vel. Longus, quoniam *haereat*, siue quod aquam *hauriat*. *Alijs*, inquit Longus, *sine adspiratione videtur enuncianda.* Addit: *Nos non tam per illas causas, quam propter Originem vocis: siquidem vt testis est Varro a Sabinis Fasena: & sicut S familiariter in R transit: ita F in vicinam adspirationem mutatur. Sic Foedi, Hoedi apud antiquos: Firci, Hirci.* Ita scilicet *Farena, Harena*. Asperat Eutyches, Victorinus, Cassiodorus, Charisius, & Pandectae Flor. quib. etiam est *Harenarij*, quod contra receptam scribendi Consuetudinem fieri clamat Brissonius l. 5. Patergon, & placet. Vt olim S in medio *Hasena* pro *Arena*, post mutauit in R: sic F, & Spiritus euanuere, vt marinae salsedo percolata. Manutius Spiritum elidit.

ARFACIO scripsit Cato pro *Arefacio* c. 69. de RR. *Amurcam eximito, & arfacito. Vbi arebit, cuminum pridie in aquam indito.*

ARGANTHONIVS. Ἀργανθώνιος liquida N secundam absoluente sillabam. Ita constanter Codices Herodoti, Strabonis, Ciceronis, Val. Max. Plin. Censor. Hermolaus *Barbarus* parum iusta ratione eximit eam liquidam. Sic pro rege, sic pro monte. Stephanus: Ἀργανθώνιος, ὄρος Μυσίας Suidas: Ἀργανθώνιον ὄρος τῆς Κίου νήσου. Pro rege Themist. Orat. 24. Μακροβιώτερον Ἀργανθωνίου, theta probaro. Philias: χθιζόν μοι κνώσσοντι παρ' Ἀργανθώνιον αἶπος:

Here mihi dormitanti apud Arganthonium montem.

ARGEVS, Ἀργεῖος, I depulso: aut E, *Arginus* indito Aeolum digammo elemento. Hor. l. 4. Od. *Tibur Argeo positum colono.*
Diphthongo scripta peccatur. *Argius* scribi posse pene manifesta fides ex *Argia*, quo proprio Statius vtitur.

ARGILLA Latinis; Graecis Ἄργιλος: vsu tritiora haec, & meliora quam *Argila*, & Ἄργιλλος: neutrum tamen abiecerim. Ἀργίλα vrbs Cariae: Ἄργιλος vrbs Thraciae Stephano. Ἀργίλαι τὰ ὑπόγαια οἰκήματα Eustathio in Dionysium, quae Straboni lib. 5. Ἀργίλλαι vda reposita. *Argilla*, πηλὸς λευκή per C in Glossis ab H. Stephano. Omnia ab eodem fundo.

ARGVITVRVS quinque sillabis castigatiorio. Sallustij Libris: etsi dicatur in Amphitr. *A viro argutam meo.* Similiter *Abnuiturus* in eodem: cum ex simplici sit *Nutus, Renutus.*

ARGYRIPPA duplici PP rectissime. Lycophron in Alexandria: Ὅ τ' Ἀργυρίππας Δαυνίων παγκληρίαν: Strabo lib. 6. Ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος ἵππιον, εἶτα Ἀργυρίππη, εἶτα νῦν Ἄρπι. Horatio Ortographiae religio dictauit haec Sat. 5.

Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est
Qui locus a forti Diomede est conditus olim.

Geminat ipse Stephanus talium perquam curiosus. Licentius Maro lib. 11.

Ille vrbem Argyripam ——

Item Silius lib. 4. *Allius Argyripa* ——

Qui libro 13. legis metuentior deuitato nomine περίφρασιν:

Sed postquam Oenotris fundauit finibus vrbem,

Suidas: Ἀργύριππα πόλις, ἣν ἔκτισε Διομήδης. Appianus de rebus Annibalis: Ἀργυρίππα δέ ἐστι πόλις, quo modo & apud Strabonem Leopardus legit. Apud Polybium lib. 3. legas Ἀργυριππανῶν. Maronem sequi non reformidauit Silius: Horatium maior incessit religio: si modo *Argyrippam* intellexit.

ARICIA. Stephano Ἀρικία, & Ἀρικεῖα. Libris quoque priscis sic est. Non Ἀριτία, non *Aritia*, neque *Arritia*. Libri mihi auctores, ac Manutius. Ἄρης. Ἄρειος, Ἀρείκιος. Dicitur & Ἄρης Ἄρητος, cur non Ἀρητία, *Aretia*, aut *Aritia*? Vsus diuertitur. Dionys. Halicar. Τὴν Ἀρικηνῶν πόλιν. Ouid. Fast. 3. *Inter Aricinos, Albanaque tempora* —— —— Solin. c. 8. ab *Archilocho* nomen ducit.

ARICOMISCI Straboni lib. 4. Plinio lib. 3. c. 4. & Melae lib. 2. *Aremorici* cum E sillaba secunda. Ptolemaeo *Arecomij* absque C & S.

ARILATOR, ARVLATOR per V, & vnicum R veteres fide Gellij l. 16 c. 7. Festus per I, dicto esse a Graeco Ἆρε, *Tolle: sequitur enim merces.* Glossarium apprime iuuat: *Arilator.* λιφίτης, βωμοφόρος. Et Glossae Isidori: *Arilator, Cocio*, quae duo iungunt Gellius, & Festus. Βωμὸς autem hic, & *Ara* mensam signant, in qua merces sitae, de qua mensa, qui aliquid effert, *Arilator.* Iosephus Scaliger malit scribi duobus R ab *Arra*: est enim illi emturiens, qui data *arra* postulat sibi credi. At qui emturit tantum, non emit, neq. aufert. Deinde si, vti vocat Scaliger, *Barguinatur* dumtaxat est, licitator est, non est *Lator.* Quare aliam quercum. Si a Graeco duci placeret, ariolari miris, multisque modis queam. Sed haec satis.

ARIOPAGVS in Actis Apostolorum, apud Tullium, & vulgo coagmentata voce. Multa coactis vocibus, eademque diuulsis scribuntur: *Hellespontus, Pontus Helles*: *Sacrauia* (vnde *Sacrauienses*) *Via sacra*: talia passim offert Series Voluminis II. Attamen vocibus dilatis scripsere Laërtius lib. 1. Maximus in Dionysium Ariopagitam, Pausanias, alij. Nota e Seruio: *Locus, vbi iudices sederunt, Arios pagos: iudices Atheniensium, Ariopagitae.* Etymologus: Πολλάκις γὰρ ἀπὸ δύο διεζευγμένων μερῶν τοῦ λόγου γίνεται ἑνότης, οἷον Ἄρειος πάγος, Ἀρεοπαγίτης.

ARIS viri proprium in Cicerone pro Scauro, & Priscian. l. 6. RR Silius It. repetit in 15.
—— *Qua visit fluctibus Arris.* Et *Arin* scribitur Prisciano.

ARISTA ab *Arido.* Phocas sine spiritu lib. de Adspiratione. Semen foetum lactea res, euanida res. Adoleuit? messis in herba est: maturuit? fructus optima res: spica ergo *Arista*, aut potius spicae summum, Ἀρίστη μερίς. Adspirant antiquissimi Libri teste Gisleno.

ARIVSIA, quam *Aruisia vina* malim in Ecloga quinta Maronis legere. Sic Plin. l. 14. c. 7. a Gelenio correctior. Sic Strabo Ἀριούσια ab Aldo editus l. 14. Athen. l. 1. Eustath. Sic Romanus Virgilij Codex, alijque aliquot. Nec dissimulanero feracem istius vini regionem Ἀρουσίαν dictam reperiri. Nescio quam recte. Aliorum certae Codicum variantiae pene intolerabiles sunt. Silius l. 7. nobis corrigentibus:

Tmolus, & ambrosiis Ariusia pocula succis.

Atne sim longior, i ad P. Victorium lib. 15. Variarum cap. 24. & *Ariusia* combibes affatim caete-

caeteris exsputatis. Alij vtramque scripturam comprobatam μιγαδίοις excusant. Οἶνον ἀριςούσιον legas apud Pollucem. Si intellexit *optimae substantiae* vinum, recte ita scribitur: sin a loco nomenclatura est, vt caetera inibi vini genera, locus non notior est mihi *ἄδας πόληος*.

ARMAMAXAE. V. *Harmamaxae*.

ARMAMITRES D. Aug. l. 18. de Ciuit. c. 3. Eusebij Chronica, Cassiodorus, alij. Nec dissimulandum plurimos MSS. praeferre *Armamitres*. Scribunt alij aspere *Armamithres*, aut *Armamithra*, nota varietate. *Armanitres* cum N corrupte legi apud Iornandem notat Pontacus.

ARMARIVM, protrita vox. *Annarium* scribit Placiades pro loco secreto publico, sicut in theatris, aut circo. Petronius Arbiter: *In armarium memet ipsum conieci*. At hodie inibi scribitur per T *Armatium*. Notanda quae Maximus scribit ad 9. cap. S. Dionysij Ariopagitae de diuinis nominibus, atque ex eo Etymologus apertius. *Armarium* scribi per A, cum Origine posceretur E. ἀφιλουσι λέγεσθαι · · · · Οἱ γὰρ πάτρες ἢ Ἑρμᾶς ἐκάλουν, ἔχοντας, καθάπερ πιχονυργίους, ἢ ἴσωθεν αὐτῷ, ἐπίδουν ἀγάλματα, ὧν ἐσέβον θεῶν. ἔξωθεν ἢ ἀπέκλειον τοὺς Ἑρμᾶς. *Dicto apud nos Armaria, Hermaria dici debeant. Graeci namque velut simulacra quaedam factitabant pedes, manusque trunca: Hermas nominabant, cuius deminutiua vox Hermarium. Ea vero simulacra factitabant cum vacuis fenestellis, instar turricularum, quae in muris. Intus igitur deorum, quos colerent, simulacra ponebant: exterius vero Hermas concludebant.* Sic Etymologus: Ο΄τι τὰ λεγόμενα παρ' ἡμῖν Α΄ρμάρια, Ε΄ρμάρια. Ε΄ποίουν οἶά τινας ἀνδριάντας ἐποίουν μήτε χεῖρας, μήτε πόδας ἔχοντας. ἐν ὑποκορισμῷ Ε΄ρμάριον. Ε΄ποίουν ἢ αὐτοὺς θυρίδας θύρας.

ARMEAE veterib. nepotes *Armias, Armillas* praeoptarunt.

ARMILVSTRVM, locus, in quo armorum lustratio: *Armilustrium* armorum ipsa lustratio, dicitq. I ad Varr. l. 5. de LL. Hoc discrimine haut facile stetero. Ecce tibi Plutarchū in Romulo quinq. illud sillabarū pro loco statuit: Κεῖται περὶ τὸ χαλούμενον Α΄ρμιλούστριον ἐν Α΄βεντίνῳ.

ARNOBA Plinio, *Abnoba* Ptolemaeo, *Arbona* Tacito.

ARMVTES, & per I *Armites* celebri Variantia, Glossaria.

ARRESTA Val. Brabantus ait gemina irriente litera quibusdam scribi. Quem non miror docere de Orthographia vocabulorum Gallicanorum, cum infinitum sit eius Lemma: *Ratio Orthographiae*. Cuiatis linguae, Gallicae, & si Musis placet Brabanticae. Et cum Manutius aeque vaga vsus esset Inscriptione, tamen absque hiatu *Orthographiae ratio*, scribere maluit. Multo sane concinnius. Redeamus in viam, & cum melius initiatis scribamus Graece Α΄ρεςα, Gallicae *Aresta*, non *Arresta*. Sunt *Placita*. Vide PeKium de Iure sistendi.

ARRETIVM duplici RR. Inscriptio Tipherni:

GALLVS. DOMO. ARRETIO

Stephanus: Α΄ρρήτιον, πόλις Τυῤῥηνίας:

Silius: - — *Arreti ducat ad vrbem.*

ARIA, vnico R tria Saxa à Manutio. Martialis Codices reddunt alterum:

—— *Gladium cum traderet Arria Paeto.*

ARRIDEO, non *Adrideo*, Cassiodorus. Sic Euphonia postulat. V. *Adfigo*.

ARRIVS familia Romana RR sibi duo arrogat, Libri, Lapides, Val. Probus, Catullus:

—— *Hinsidias Arrius insidias*,

Fuit spiritosioris homo. Nota de Festo: *Antiqui nec mutas, nec semiuocales literas geminabant, vt fit in Ennio, Annio, Arrio*. Sic *Arria* Romana virago nobilis, qua de Martialis:

Casta suo gladium cum traderet Arria Paeto.

Tacit. l. 16. Dio. lib. 40. Α΄ῤῥία. Sic in *Arriano* geminam scribendam docet Pontacus, Suidas: Α΄ῤῥιανὸς Νικομηδεύς. Item Α΄ῤῥιανὸς, in eius Periplo.

ARIVS, Α΄ρειος nobilis haeresiarches, aut is, ad quem Dioscorides scribit, vnico R. Sic Hieronymus, & Eusebius passim, Athanasius frequenter, Menologium Graecorum. At Augustin. Acta Conc. Niceni, Isidorus, & fere vulgus recentiorum *Arrius, Arriani*. Suidas: Α΄ρειανός, ἢ Α΄ρειανίζω, ἢ Α΄ρειανιςαί, ἢ τὰ τούτοις ὅμοια ἀπὸ Α΄ρείου τοῦ αἱρεσιάρχου, quem vide in Α΄ρειος.

ARRVNTIVS duob. RR. V. Manutium. Plin. l. 24. c. 1. vnico *Aruntius* edente Gelenio.

ARTEMO in Lucana Historia, & apud Iabolenum in D. leniter, contraquam praecipit Isidorus ratus Graecanicam vocem, cui Vitruuius obstat.

ARTERIA πληθυντικῶς scripsit Lucret. lib. 4.

Facitq. Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Ergo *Arteriam*: vulgo *Arteria*. Eandem sententiā reperies apud Plutarchum lib. de Valetudine.

ARTIB. per I etiam ab *Artus* teste Scauro apud Lucretium. Gifanius exosculatur. Scaurum audi:

rum audi: *Nemo autem vnquam tamen insulse per U Artub. dixerit.* Curtius Valerianus veteres quosdam indifferenter vsurpasse *Partibus*, *Artib. Arcib. & Partub. Artub. Arcub.* testis est.

ARTHRABATITAE cum H, & R in secunda sillaba apud Solin. scribo c. 43. Dicuntur enim quod *Articulis*, & membris pecudum ritu repteut. Ea Graecis Ἄρθρα. Ab eadem Origine adspiratur *Arthresis* in Prudentij S. Romano.

ARTO. V. *Artus.*

ARTVS adiectiuum proiecta toxoide litera, Valer. Probus. *Artus* adiectiuum, ac pro membris flexura sola distinguit Probus, non scripti ratione. Manutius antiquissimis ita esse libris memorat, ac Virgilio Carpensi. Idem Pierius testatur Aen. 2. ibi:

Arta leuari Vincla iubet ——

Priscian. lib. 6. *Artus ab Arto*, *artas*, *artatus*, ac syncopa *Artus* fieri opinatur, vt a *Poto potas, potatus, potus.* Denique antiqua scribendi forma fuit, & antiquata vt C scriberetur *Arctus*, vt *Fragmentum*, & *Fracmentum*, *Fertus Fortu.* Olim *Farctum* post *Fartum*, *Sarctum* post *Sartum.* V. Mercerium in Commentario de Pallio Tertull.

ARVMPO pro *Abrumpo* per solo R scriptitauit Antiquitas. Eadem *Arvo* teste Varrone. V. *Adsto.*

ARVNDO canna est ab *Ariditate* dicta: *Harundo* telũ e canna. Sic Agroetius, quod vnum, idemq. est, agresti iudicio discriminare molitur. Notat Brissonius *Harundo*, & *Harundinetum* varie modo addita, modo demta adspiratione Pandectis esse Florentinis. In Kalendario peruetere:

HARVNDINBS. INCENDVNT

ARVSPEX ab *Arae spectione* difflato spiritu. Glossar. *Aruspex*, βωμοσκόπος. Phocas libello de Adspiratione cum H. Sed eum sua fefellit regula: *Omnia quae post A vocalem in principio nominis locatam R vnam consonantem habentia fuerint, R cum adspirant*, *vt Harena, Haruspex.* An ergo *Areo, Aridus, Arare litus* cum H? Velio Longo in Orthogr. placet I *Arispex* ab *Aringa*, quae esset hostia. Alijs *Haruga.* Inscriptiones perplurimae adspirantur, adspirat & Pontanus *Haruspex*, *Haruspicina*, *Hariolus*, *Hariolor.* Adspirat Donatus in Phormionem Terentij.

ASAE, ARAE, Ter. Scaurus in Orthographia.

ASCALAPHVS, Ἀσκάλαφος Homero. Hesychio etiam Κάλαφος depulso A, & sigmate.

ASCLA. Caesellius: *Assula, & in elisione Ascla.*

ASDRVBAL hodie placet cum inadspiratione ab Hebraeo fonte. Cum spiritu Romae aenea tabula: HASDRVBAL. IVMMO. IADER. IVMMON

HASDRVBA. HANNONIS

ASELLIO gemino LL, non *Asellus*, Semproniorũ cognomẽ Appiani l. 1. Ciuil. Valerij l. 9. c. 7.

ASPARAGVS. ASPHARAGVS. Plinio, Columellae, Palladio cũ P: Atticis vero aliter. Suidas: Οὕτω μὲν Ἀττικοὶ διὰ τοῦ Φ τὴν λέξιν προφέρουσιν· οἱ δὲ πολλοὶ μὴ ἀκριβοῦντες διὰ τοῦ Π λέγουσι. *Sic Attici per Φ vocẽ proferunt: vulgus minori accuratione per P dicũt.* V. *Trophaeum.* Ex Athenaeo Suidas hausit l. 2. Varro quoq. absq. A principe scripsit Virgula diuina: *In sparagos totũ legitume vertamus.* Simili modo Graecis Ἀσπάραγος. Σπάραγος. Scriptionem autem cum P etiam minus exactam retur Etymologus: Οἱ δὲ λοιποὶ μὴ ἀκριβοῦντες διὰ τοῦ Π λέγουσι. Cum Π Antiphanes & Aristophon: cum Φ Cratinus, Theopompus, Anipsias, Diphilus.

ASPERATVS cõmunis, rectaeq. scriptionis est: ποιητικωτέρως *Aspratus* τρισυλλάβως apud Sidonium *Scrupeus asprata latrare crepidine pumex.*

Pariter *Aspris* pro *Asperis* descripsit Fannius:

—— *Lilybaei cautib. aspris.* Aeneid. 2.

Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem.

ASPIRO, ASPICIO, ASCENDO, ASTRVO D pereunte, Iul. Scaliger l. 1. de Causis LL. Priscian. l. 2. Vel. Longus in Orthogr. V. *Adscisco* inante, *Adsto, Arumpo.* D immissum mihi optabilius.

ASPORTO B petit ex praepositura *Abs*, Priscian. lib. 2.

ASPRENANS. V. *Pallas.*

ASSIDVVS, non *Adsiduus*, non *Atsiduus*: licet in agro Patauino sit: ADSIDVVS. CVSTOS. RVRIS. ET. ESSE. VELIS. Licet Neapoli in tabula de marmore:

ADSIDVE. BIGAS. STATVI. POSTVLASSET

Licet Virgilij chirographis Codicib. sit *Atsidue veniebat* ——

Licet Caper ab *Adsideo*, *Adsiduus*, vel etiam *Adseduus.*

Licet Priscian. lib. 4. Ab *Assideo*, vel ab *Asse*, vt quibusdam placet.

Aeque dubitanter Festus: Priscianus lib. 2. disertim *Assiduus.*

Cicero

Cicero in Topicis: *Locuples enim assiduus, vt ait, Aelius, appellatus ab Aere dando.* Fl. Sosipater l. 1. *Adsiduus quidam per D scribunt, quasi sit a Sedendo figuratum; sed errant. Nam cum a Seruio Tullio populus in quinque classes esset diuisus, vt tributum, prout quisque possideret, inferret, ditiores, qui asses dabant. Assidui dicti sunt. Et quoniam soli negotijs publicis frequentes aderant, eos qui frequentes ad sunt. Assiduos ab assibus dixerunt.* Gell. l. 16. cap. 10. *Assiduus in XII. tabulis & pro Locuplete, & pro munus facile faciente. Dictus ab Assibus, id est, aere dando, cum id tempora reip. postularent: aut a muneris pro familiari copia faciendi assiduitate.* At haec ipsa vox *Assiduitas* Tullio bene nota in dubium non vocatur. Fabius lib. 5. cap. 10. *Assiduum ab aere dando.* Cassiodorus quoque in Orthogr. sibilum geminat. In XII. Tabulis Antiquitatis more vnico S recte scriptum fuit. Papirianus duplicat.

ASSINARVS fluuius Thucydidi l. 7. Ἀσσίναρον ποταμὸν congeminante sigmate: apud Diodorum lib 13. simplo, & Plutarchum in Nicia.

ASSIRATVM per I, non *Assiratum*, quod Passeratio tribuunt. Festus: *Assiratum, apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino, & sanguine temperatum, quod prisci Latini sanguinem Assir vocarent.* Fors etiam *Asseratum* per E: namque Antiquis Glossis est: *Asser*, αἷμα. Pro vinculo, & obligatione Numer. 30. אסר אשר אסרה

ASSO, ASSATVS, ASSVS nullo pacto per D. Fit enim ab *Ardeo, Arsum, Arso, Asso* literarum vicissitate.

ASSOS in Troade: S vnico *Asos*, in Creta, inquit Stephanus.

ASSVERVS geminantibus sigmatis in Codice Ἀσσύηρος passim rectissime. Nec ab eo probabile est Eusebium recessisse, aut Hieronymum: quare duos MSS. Eusebij, quibus alterum deest Σ. minus probat Pontacus. & *Ione iudice at aequo.*

ASSVM. V. *Adsum.*

AST ante vocalem Aeneide prima: *Ast ego.* Lib. 16. ad Atticum epist. 11. *Ast ab ea aegre me tenui*, rectum puto. An peraeque lib. 6. ad Atticum epist. 5. & lib. 15. epist. 4. *Ast condoleo* secuta sonora?

ASTACI per A orditur scribere Plin. lib. 9. cap. 31. Attici per O. Athen. lib. 3. cap. 23. Τὸν δὲ ἀσταχὸν οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ Ο ὄσταχὸν λέγουσι, καθάπερ ϰαὶ Ὀσταφίδας.

ASTAPHIS, & *Staphis* Plinij lib. 23. c. 2. corrigente Barbaro: Dioscoride, Galeno, alijsque adstrepentibus Graecanico more. Sic σταχὺς, ἄσταχυς. V. *Astacus* proxime.

ASTERNO D prorsus interemto ad Antiquitatis effigiem. V. *Adflo, Arumpo, Arno.*

ASYLVM (non *Asilum* cum Gifanio) postulat Origo, & compositionis pars. Item distinctus ab *Asilo* animante, de quo Maronis Georgica.

AT *coniunctionem: Ad vero praepositionem scribunt: euphonoteron tamen est, vt haec per D scribatur, ne subsequens T litera duriorem, sui que similem sonum literae amplexa dictum faciat immitius*, inquit Charisius lib. 2. Aliud Vlus flagitat. V. *Atque.* Quintilian. lib. 1. cap. 7. *Illa quoque seruata est a multis differentia, vt Ad cum esset Praepositio D literam: cum autem coniunctio T acciperet.* Eadem Velius Longus tradit apud Cassiodorum. Ibidem *Ad* ex *Apud* deterius factum est.

ATARGATE, & ATHARA Straboni l. 16. quae Macrobio lib. 1. Satur c. 23. Plin. lib. 5. c. 23. *Atargatis*, I ad Pithoeum lib. 1. Subsec. c. 4. Athenaeo *Atargate, Atargatis*, cuius Exemplaria alia secundam vocali secunda praeferunt. V. Casaub. in lib. 8. cap. 8. An eadem Ἀθάρ Etymologo scribitur? An *Astarte*?

ATAVVS. V. *Attauus.*

ATEIVS vnica T describit e Saxis, & Libris Manutius.

ATELLAE cum vnico T, duobus LL Spartianus, Macrobius, Ptolemaeus.

ATENIM *dij minora negligunt*, Tull. lib. 2. de Nat. deorum vnica sillabarum comprehensione. Verr. 4. *Atenim istum soli Siculi persequuntur.* Itaq. Aldinae, omnibusque alijs est Codicibus neq. absq. eo cohaeret oratio. Tacit. l. 2. *Atenim noua nobis in fratrum filios coniugia.*

ATESIS inadspiratione. Silius in 8.

Tum Verona Atesi circumflua —— Passim.

Plut. in Mario vocat Ἀτίσωνα. Alij apud Plin. Liuium adspirant. Sigonius in Epitomam 68. testatur veteribus Libris esse *Atisim* I secundam perficiente sillabam.

ATHENAE. V. *Thebae.*

ATHLIBIS cum spiritu, cum L, Stephanus. Nili ostium est. Idem tamen in Strabone legit *Athribis*, sine vlla diphthongo, quae hodie in eo est Ἀθρῖβις, ϰαὶ Ἀθριβίτης νομός. Herodot. in Euterpe editus H. Stephano Ἀθριβίτης φαρβαιτίτης, Ὀμουίτης. Etymologo: Ἀθριβὶς, πόλις

βὶς, πόλις Αἰγύπτου. γράφεται ᾗ ϗ Ἀ'θλιβὶς: *Athribes*, *Aegypti ciuitas*: *Scribitur etiam Athlibes.* Nicanor per R.

ATILIA gens Romae V. Manutium, pro quo Saxa duodecim testimonium dicunt, & Alexandri Toti nummus de argento, cui M. ATIL. SARA.

ATIVS vnico T, familia Romana, ex qua Augusti mater, Libri, Lapides. Maro in 5. *Paruus Atis, genus vnde Atii duxere Latini.* Idq. confirmat Atilius nomen Romanae gentis sic ab Atio deductum vt *Lucilius a Lucio, Acilius ab Acio.* At Victorinus in Orthographia duplici TT scribendum praecipit, cui praeceptioni quadrat Inscriptio ad busta Gallica Romae in D. Mariae fano: D. M

ATTIAE. T. F. QVINTILIAE
ATTIVS. PHEGON. PATER. ATTIA
QVINTA. MATER. ATTIVS.

Graeci item, ac Seruius reponunt T. V. Sigon. in 1. Liuij.

ATLAS rectissime. Codices Eusebij dum asperant, peccant. At Pithoei, & Petauij Codd. *Athlans.* Deme spiritum. N autem interuenit ex prisco more moro. Vide *Infans*, *Praegnans.*

ATQVE per T, non D praescribit inueterata melioribus seculis Consuetudo. Aliter Iul. Scaliger l. 1. c. 34. de Causis LL. *Adque illi dixere* [veteres] *nos Atque. Sane melior*, inquit, *priscorum ratio: nam & mollior sonus est, & Origo seruatur. Praepositionis enim vis adhuc manet, vt dicamus: Tu. adque ego: & sic, Tu, & ad te ego.* Virgilij (quem amantissimum vetustatis dicit Quintilianus l. 1. c. 7.) locis aliquot eandem scripturam agnoscunt Pierius, ac Politianus:

Adque aere Menalca.
Adque solo proceras erigit alnos
Adque vtinam ex vobis vnus ——
Adque aduersos detinet hostes.

Tarracone ad D. Barbarae: PIO. ADQVE. INVICTO. Romae: MAXIMI. ADQVE. INVICTI. Camerini in basi statuae:

IN. AETERNAM
SECVRITATEM. ADQVE
GLORIAM

Vbi impositum id visum, coepit, & inualuit scribi *Atque* per T, idem Scaliger c. 42. Fornerius vir impense doctus l. 1. Rerum quotidianarum c. 10. e Pandectis profert *Adquin*, *Ed*, *Inquid.* Duobus posterioribus nondum subscribo: etsi ita Fornerio lectum credo.

ATQVI, omnes. ATQVIN Pandectae Pisanae, quarum lectio firmari potest e Plauto vocem secante in Asinaria:

At Pol quin dixti rectius. Passim ex Tertulliano. V. Alioqui.

ATRATINVS, non *Atracinus*, gentis Semproniae cognomen, Libri veteres, Lapides Capitolini. Apud Festum in Nauti consulatu: *A. Sempronius Atratinus.* Dionysius Hal. lib. 6. Αὖλος Σεμπρώνιος Ἀ'τρατῖνος. Item lib. 8. 11. Sic is quem aduersus disputat Orat. pro Coelio Tullius, *Atratinus*, non *Atracinus*. At ex veterib. Monumentis *Atracinus* producit Vinetus in lib. *Sueton.* de claris Orat. *Atracinus* recte. sed praenomen est Quintil. lib. 10. cap. 1. *Atracinus Varro in ijs, per quae nomen est adsecutus.* De hoc Sidonius Apollinaris in epistola quadam: *Cui Varrones vel Atracinus, vel Terentius: Plinij vel auunculus, vel secundus compositi in praesentiarum rusticabuntur.*

ATREBATES nostratis Artesiæ recte scribuntur Caesari, Sidonio Apollinari, Ammiano. Straboni vero lib. 4. Ἀ'τρέβατοι: Ptolom. Ἀ'τρεβάτιοι. *Atrebatum*, *Atrebati vbi* Quod genus hoc hominum? Finge *Atrebatum*: cur non & *Parisium*? Quia nusquam. Neque *Atrebatum* apud veteres, *Parisium* autem eum in Ptolemaei codices correpsisset, Pithoeus exturbauit lib. 2. Subsec. c. 1. *Atrabatae* cum A secunda sede plerique Libri veteres exhibent, & *Atrabatica saga.* Apud Suidam Ἀ'τραβατικὰς χλαμύδας legas. Sic *Aruernos* dici, non *Aruernum* pulcre probat Sirmondus ad l. 3. Sidonij. Alij legunt etiam, *Atrabapticas* ab *Atra tinctura.*

ATREIVS sillabis tribus expressum ex Ἀ'τρεύς media tenta. Statius lib. 8.

I *precor*, *Atreï siquid tibi sanguinis vnquam.* Ore poëtico: Ἀ'τρήϊον αἷματος.

ATTA consona geminante, qui primis ambulat pedibus, vt est in perantiquo Onomastico Petri Danielis. Vide Turnebi Aduersaria lib. 14. c. 12.

ATTA Claudiorum praenomen Suetonio, Tacito.

ATTA senioris compellatio a iuniore profecta. Il. R Menelaus Phoenici:

Ἄ'ττα

Α'ττα γεραιὲ πελαγετιε —— Alijs item, atque alijs in locis. Festo: *Attam pro reuerentia seni cuilib. i dicimus, quasi eum aui nomine appellemus*, Suidas.

ATTAMINO geminis TT, vt *Attamen*, Priscian. l. 1. Iustinus lib. 21. Tacitus, Festus.

ATTAVVS: *quia Atta est aui, id est, Pater: vt pueri vsurpare solent* Festus, quem sequitur Turnebus Aduersar. lib. 14. c. 12. Certe *Atta* in praemonstratis sonoras combinat. Alij e multis vnico T scribunt *Atauus*, & iure. Est enim *Atauus*, *Ad auum* additus, quasi *Adauus*, mutatione literae antistoechae, vt in *Atq. Adq. Caput, Capud*. V. Brabantum.

ATTICA duob. TT rectissime, tritissime. Olim C primorem absoluebat sillabam. Strabo lib. 9. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ Α'κτὴν φασὶ λεχθῆναι παλαιὸν, καὶ Α'κτικὴν τὴν νῦν Α'ττικὴν παρωνομασθεῖσαν: *Quocirca Acten aiunt olim dictam, & Acticen, quae nunc Attica cognominatur*. Ex hoc corrigendus Eusebius in Chronico: *His temporib. in Atta, quae nunc Attica nuncupatur*. Scribo: In *Acta*, vel *Actica*. Plin. l. 4. c. 7. *In ea prima Attica antiquitus Acta vocata*. Adde, Vel *Attica*.

ATTINET, non *Adtinet*. Vel. Longus in Orthogr. & Terentius Scaurus collatis *Attulit, Attigit*. Atque adeo recte apud Plautum: *Ne tam attigas*. Cornuti etiam, & Cassiodori est *Attulit*. Librorum priscorum, ac Scriptorum aliorum.

ATTINGO. V. *Attinet*. Scribitur & *Attigo* (vnde *Attiguus* Apuleio Plauto supra, & Pacuuij in Medo: *Custodite hunc vos, nequis eum abstollat, nene attigat*.

ATTIS, non *Atys, Cybeles sacerdos*. Lapides. *Graecis* Α'ττις Haec Valerius Brabantus. Prius paene recte. Est enim *Atys* Tyrrheni parens Strabonis lib. 5. Sed & in Catulli toto versu *Atys* vnico T, Arnobij lib. 1. ac aliubi. Prauissimum postremum: *Graecis* Α'ττις: sic enim mulier Attica, regio, lingua. Rectius tamen T congeminat seu *Attys* scribas, seu *Attes*, seu *Attis*, seu *Attin*; de quibus singulatim. *Attis* Arnobij lib. 5. scribitur densissime. Romae ad D. Martini:

C. CAMERIVS
CRESCENS
ARCHIGALLVS. MATRIS
DEVM. MAGNAE. IDEAE. ET
ATTIS

Hoc loco *Attis* non est *Cybeles sacerdos*, quod oggarriebat iste: sed quod nôrunt omnes, qui fabellam norunt. Legi & in Berchemij Harpocratione *Attis*, cuius casus causatiuus est *Attin* etiã: ne vbique necesse ut *Attinem*, aut *Attina* rescribi. Romae in domo Caesia:

QVI. COLITIS. CYBELEN. ET QVI. PHRYGA. PLANGITIS ATTIN

Prud. contra Sym. l. 2. —— *Cum pulcrum poesis, castrauerit Attin*. Stephanus in voce Γάλλος: τὸ Γάλλον, καὶ τὸ Α'ττιν ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα. *Gallum, & Attin truncatis genitalib*. Dio lib. 61. Ε'κιθαρῴδησεν Α'ττιν τινὰ ἢ Βάκχας. *Cithara lusit Attin quendam, aut Bacchas*. Pro eo Macrobij lib. 1. Saturnal. c. 21. *Attinem*. Hunc casum genuit *Attin*, vt *Delphis*, ac *Delphin* scribitur. Persij Satyra 1. Nerô *Claudere sic didicit versum: Berecynthius Attin, & Nerea Delphin*. Est & veteri saxo:

ATTHIN. DE. S. P.

Rursum in quarto casu ab *Attis Attida* scripsit Antiquitas. Sic Varro γαλλοῖς Catullos. Quod si peruidisset Mart. Delrius non reposuisset *Ardinc agat*, vbi praefuerat *Attida agat*. Est & idem casus foemineus altera forma. Orpheus ad Musaeum:

Μητέρα δ' ἀθανάτων, Α'ττιν, καὶ Μῆνα κικλήσκω.

Matrem immortalium, Attin, & menstruam stipem clamo.

Nisi metaplasmo admiserit Μῆνα pro Μῆνη: quod his sacris minus congruit. Alia mente Catullus scripsit. *Simul haec comitib Atys cecinit nouâ mulier*, *Atys* iam eiuratus. Est & apud Suidam Α'ττις emotum loco ante Α'ττηγόρανι. Vnde nonnemo suspicatur scriptum Suidae Α'ττης. Fallitur: nam Suidas adiungit causatiuum Α'ττην ex Theopompo Comico negitans Α'ττιν. quae doctrina non est ex sententia scribentis Α'ττης. sed Α'ττις: etsi Α'ττης rectissime scribatur. Demosthenes pro Corona: Εὐοῖ Σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος Υ῞ης Α'ττης. Α'ττης Υ῞ης. *En hoc Saboe, & insultans Hues Attes, Attes Hues*. Hesychius: Α'ττης τὸν Α'ττιν φασὶ Λάκωνες. Plutarchus in Nûma: Φρύγες τὸ περὶ Α'ττιν Irem apud Nicandri interpretem in Alexipharmacis ἐργαστήριον Α'ττιο *Attae officina*. Pausanias in Achaïcis: Α'ττη πεποιημένον. Α'ττης δὲ ὕστερ ἦν. Ea nara Variantia ex commercio vocalium H, & I. Sic Socrates lib. 5. c. 8. Μάγκηπες, *Mancipes*. Dionysius Hal. Ε'ρμίνιος; Larini *Herminius*. Idem Κομίνιος, *Cominius*. Silius lib. 12. *Petilia* & Maro 3. at Strabo lib. 9. Πετηλία, qui lib. 4. Παρήσιοι: Caesar *Parisij*. Frustra occlamat Iul. Scaliger lib. 1. c. 2. de Causis LL. *Nunquam autem H in I transit, vt barbari inuertere in Paracletus, Eleemosyna, Eleeson, Iordanes. Neq. quod possit suspicari, Vestis ab* Ε'σθής, *sed ab Vae &* ἐννυσθαι *Graeca origine, Latina terminatione*. Quaetelam hanc inanem probant superiora. Neq. male in Suetonio Casaubonus scripsit *Theodoritus*.

Neq.

Neque inconsiderate Ianus Gulielmius in Plautum scripsit *Eilisiae, & Etesiae.* Neq. culpare ausim *Paraclitus, Eleison, Eleemosyna, Iordanis*: dum in his omnib. pax cum eadem quantitate seruetur. Neque tamen ista scribi per E nescio: & quidem rectius.

ATTVLIT. V. *Attinet.* In eandem scripturam Scaurum laudat, & Euphoniam Manutius.

ATVBVS vnico T, atq. per V. Vetus Glossariū: *Atubus*, Μογιλάλος, μόγγος, ἄτυπος. Cuius vocis fictura est ex Α᾽τυπος sollenni transitione τοῦ Π in B, vt in deductis a *Scribo, Nubo.* Ausonius necessitati metri obsecutus bis ponit primam consonam:

Canus, comosus, hispidus, trux, attubus.

Lib. 21. Π. tit. 1. §. 10. *Quaesitum est an Valnus, & blesus, & atypus, isq. qui tardius loquitur.* Expressim ita per P ad exemplum Pandectarum Flor. Origini conformiter. an etiam Vsui?

ATVATICI, non *Aduatici* ex Goropio Andreas Brabantus: ex Cuiacio *Aduatici* Graecos testatus, quib. fit Α᾽δβατικοί.

ATVRRVS Ausonio, & Apollinari duob. R R. At Sequestro, & Ptolemaeo vnico Α᾽τυρις, *Atyr.* Apud Lucanum in l. 1. 59. praefigitur, & *Satyrus* pro eo scribitur:

—— *Ripas Satyri, qua litore curuo*
Molliter admissum claudit Tarbellicus aequor.

Ita Libri formis excusi: MSS. *Saturus* per V. Hoccine iudicio fuerit olim *Haturus*, & Spiritus in S transierit? Ita certe in plerisque.

AVCTOR, AVTOR, AVTHOR. Huius Orthographia vocis pridem variorum scriptis, iudicijsque ventilata momentum certius ab Origine, ac significantia mutuabitur. Sosipater l. 1, *Auctor siquidem propterea dicitur, quod augeret, & generaret: & Auctricem dicemus, quod pariter augere possit. Cum vero ad auctoritatem refertur, pro communi accipiendum.* Isid. l. 10. Orig. l. 1. *Auctor ab augendo dictus.* Primum igitur *Auctor* ab *Augeo* est *Amplificator*: tum qui in Auctione contra licitando precium auget: tum Auctor is dicitur, a quo quis auctoritatem, id est, ius dominij in rem quampiam accepit. Ita humanissimus Hotomanus in Orat. pro Caecina: Verrina 7. *Tum illi intellexerunt se id, quod a malo auctore accepissent, diutius obtinere non posse, id est ab eo, qui vendendi auctoritatem nullam habebat.* Apuleius Apol. 1. *Auctor mulieris Cassius Longinus. Quaere Maxime, cuius auctionis emtor fuerit, quantulo precio mulier locuples agellum suum praestinauit.* Nostrates *Guarend* appellitant. *Auctoritas* quoq. ius ex auctione ei quaesitum, cui res addicitur. Vnde sensim *Auctores* vt dicerentur, quorum sententiam, & consiliū sequimur, quasi ius quoddam ita sentiendi certum, & constitutum haberent, consuetudine sermonis factum est. Sic per Historiam Romanam, cum Patres *auctores* decreti cuiuspiam sunt, aut desiderantur. Praeter Originem ipsius vocis nota apud Probum A V C qua Antiquitas vsa, idem comprobat. Luculente Dio. l. 55. Ε᾽βουλεύοντο μὲν, καὶ ἦγε, γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλὰ αὐκτώριτας ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ. τοιοῦτον γὰρ ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος τούτου δηλοῖ. ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. *Consultabant, & haec conscribebatur sententia: neque tamen vt confirmata exitum ullum sortiebatur, sed auctoritas erat, vt quid vellent, patesceret satis. Tale enim vocabuli huius vis indicat. Graeco namque verbo exprimere difficillimum sit.* Sic *Auctor* poscitur in hisce Paronomasijs D. Aug. l. 2. de Ciuit. c. 14. *Qua ratione rectum est, vt poeticorum figmentorum, & ignominiosorum deorum infamentur actores, honorentur auctores.* Item Cornelij Nepotis in Attico: *Hunc enim in omni procuratione reip. actorem, auctoremq. habebant.* Ramiresius in Martialem *Authoritate* scripserat cum spiritu sine C, in quem Musambertius animaduertit rescripto *Auctoritate*, Hotomanum opinor secutus, Pictium, Sigonium in Liuium. At Crucigerus, vt somnia sua mundo inuulget perperam cum C scribi clamitat, ducitque ab אתת. Cum C T Manutius, Charisius, Festus. Adde tabulam ex aere in Basilica Lateranensi VTIQVE. CVM. EX. VOLVNTATE. AVCTORITATEVE. IVSSV. MANDATVVE. EIVS. Pontacus cum C T adserit Eusebij Codici Lodonensi, alijsque. Item in Monumento ex ponte Aurelio:

EX. AVCTORITATE. IMP. CAES. DIVI. NERVAE.

In Tiberis ripa:

EX. AVCTORITATE. IMP. CAES. VESPASIANI

Auctor Festo collocatur *Auctarium* inter, & *Auctum.* Sic Auctorare Apuleij lib. 4. & apud Patereulum.

AVTOR absque C, absque H. Iul. Scaliger l. de Causis L. L. ab αὐτὸς ducit, proximeque abit ab eo Α᾽υτὸς ἔφα. Iuuari potest Arnobio l. 2. *Nec ad Deum primum natiuitatis earum referatur autoritas.* Silio Italico lib. 15. —— *Generis vobis vnde editus autor.*

Ouidio:

Ouidio: *Nec pater est Aegeus, nec tu Pittheïdos Aethrae*
Filius: autores saxa, fretumque tibi.

Huic scriptioni multos annos adhaesi: sed torrentis more, ac impulsu violento me mihi eripiunt proxime iam disputata. Nec *Auctor* Scaliger respuit: quin potius propriam ab *Augeo* significantiam agnoscit. Eandem distinctionem amplexus est Agricola. Alij *Autor* ab *Aueo*; *Auctor* vt sit, aliquid qui cupit enixius. Alij ab *Audeo* consimili scriptura.

AVTHOR absque C cum H, qui scripsere, Prisciano sese tueri poterant, cuius haec sunt lib. 5. *Autor, quando αὐθέντην significat, commune est: quando αὐξητήν, Auctrix facit foeminenum, sicut omnia verbalia in Or.* Ornamentum parum ὑγιὲς. Parum tamen. Nam ea scriptio si respuitur, vt scribes *Authenticus*? Asperitas ei certe quadrat. Cyprian. epist. 4. *Ne quid ex vero vel subtractum sit, vel immutatum; eandem ad vos epistolam authenticam remisi.* Sin in Iure *Tabulae authenticae*, *Rationes*, *Testamentum authenticum*.

AVCTVMNVS cum C, media M. quod ea anni tempestate *mortalium opes augeantur maxime*, Festo auctore, cui posita vox ea C destituta. Ios. Scaliger in Varronianis C cum reddidisset Origini, tempore tamen deciduum factum retur, qui in Festum *Autumnus* absque C Antiquitati arrogat. Lambinus etiam M in N tempore transmigrasse autumat. Sic scilicet inuidiosa Vetustas omnia destruit. Ego veteris rei veterem nomenclationem ab ortus sui nobilitate deijciendam non putaui, quando praesertim huius vocis sic scribendae Consuetudo inueterauit. Nimis delicate fastidiosi, quibus putet *Auctumnus* cum C. Quid facient τῷ *Auctissimus*? Quid *Auctumnitate* Catonis apud Curium Fortunatianum lib. 3. & Varronem Quinquatribus? Quid verbo *Auctumnare* apud Plin. lib. 2. cap. 40? Nec omiserim veteres *Auctumnum* scripsisse casu primore. Sic Varro Ephemeride nauali: *Auctumnum ventosum fuerat.* Sic D. Cyprianus ad Demetr. *Nec sic arboreis foetibus auctumna foecunda sunt.* Cuius memoria facit, vt apud Festum (etsi hoc non pappis grauius alicui videatur) retineam *Coactis terrae fructibus*. (hoc enim laxius, fusiusque) non *Frugibus* cum scriptore in Horatium: hoc enim rei impar, ac deterius. Etsi Horatius lib. 4. Oda. 7.

Pomifer auctumnus fruges effuderit ——

AVCVPIVM per V in secunda, ab *Aue occupanda*, vti volunt, aut ab *Aue capienda*: Familiari A in V transitu factum sit, vt *Salsus*, *Insulsus*. At non minus frequenter in I migrat. *Amicus*, *Inimicus*. Quare Vel. Longus in Orthogr. primulum mauult per I: quia pinguissimus est sonus literae V. Idem tamen post pauca: *Tamen in hac voce sic V literam occupauit Consuetudo, vt non facile possit auelli.* Idem *Aucipis* per I praefert *Aucupi*. Eius ratio: *Quia scio sermonem & decori seruire, & aurium voluptati: vnde fit, vt saepe aliud scribamus, aliud enunciemus.*

AVDACITER, AVDACTER. Scriptum syllabis tribus Oratoribus tribuit Fabius lib. 1. cap. 6. alijs quibusdam τετρασυλλάβως, quibus annumero Curium Fortunatianum lib. 2. Apuleium lib. 3. de Asino A. edente Vulcanio, Liuium fide Lipsi Epist. lib. 4. Epist. 10. Ciceronem teste Prisciano pro Roscio: *Multa scelerate, multa audacter, multa improbe fecisti.* Flauium Caprum: *Audacter Latinum est: sed Audaciter melius.* Probat ex Competentia, *Atrociter*, *Ferociter*, *Velociter*. Capri verba, sensumque vtitur, sequiturque Beda. Titinius Setina: *Accede ad sponsum audaciter.* At in aduersis partibus primus stetit Fabius; cui adstituo Fl. Sosipatrum l. 2. *Sed meminerimus Audacter eruditorum Consuetudine sine I litera elatum, non vt Procaciter, aut Loquaciter.* Priscianum lib. 15. *Audax, audaci, audaciter.* Post: *Sallustius tamen Histor. 1. Audaciter protulit secundum Analogiam.*

AVDOMARVS, *Odomarus*, *Othomarus*, *Hadumarus* in varijs MSS. Placet etiam viro doctissimo Grutero *Omarus*: hinc nostratib. *Omer*. Alijs etiam *Oudomarus* non displicet, *Oud*, vetus: *Mar*, fama; *Palaeologo* vt aequiualeat.

AVE. V. *Haue*.

AVELLANAE *nuces*, *non Abellinae*, inquit Flauius Caper. Posteriorem scripturam in obsoletis Plinius censet lib. 15. cap. 22. *Vt in Auellanis* · · · *quas antea Abellinas patrio nomine vocabant.* Addo Maronis, Silijque libris varianter esse *Abella*, *Auella*, *Bella*. Vide, quae nobis in Silium Italicum olim scripta.

AVERNVS. I ad Volumen I. capite de Librorum fide. Non *Aornus*.

AVFERO, non *Absero*. Priscian. l. 1. post Ciceronem.

AVLA veterum fuit pro *Olla*, non *Aulla*. Vetustati non placuit consonas duplicare. Docet hoc Festus in *Oloës*, & Isidorus. Ab ea Vetustate est Plauti *Aulularia*, item *Aulicoqua exta*, quae

in olliscocta Festo. Ad eundem modum *Ausculari* scripsisse veteres pro *Osculari* idem Festus auctor est. Paria sunt: *Caudex, Codex: Plaustrum, Plostrum.*

AVLAEA ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς. Curtius: *Cum post aulaeam, quae lectos obtexerat, rex staret.* Maro Georg. 3.

Purpurea intexti tollunt aulaea Britanni.

Scribitur etiam Αὐλαῖαι apud Theologum Etymologo teste: Λέγονται δὲ αὐλαῖαι καὶ τὰ παραπετάσματα τῆς σκηνῆς, ὡς παρὰ τῷ Θεολόγῳ. Haec sunt: *Dicuntur & tapetia scenica Aulaeae, vt apud Theologum.*

AVLIVS praenomine Quinti, qui cum C. Sulpitio consulatum gessit (non *Aelius* cum Cuspiniano) scribit Pighius in *Aequicola*.

AVRATA. V. ORATA.

AVRICHALCVM. V. *Orichalcum.*

AVRIFEX non *Aurufex*: scabrum hoc. Vel. Longus in Orthogr. *Aurifex melius per I sonat, quam per V.* At Gilenus in quodam Libro reperit *Aurufex*: alij Saxa notata notant. *Etiam Optimus, Maximus, vt mediam I literam, quae veterib. V fuerat, acciperent C. primum Caesaris inscriptione traditur factum*, inquit *Fabius* lib. 1. cap. 7. Nec tamen nefas emutasse. Capuae ad D. Benedicti.

PHILODAMI. BASSI
AVRIFICIS
OSSA. HIC. SITA. SVNT

Alibi: D. SEGVLIVS ALEXA. AVRVFEX

AVROMATARIVS Inscriptio prisca. Rectene? Quid si *Aromatarius*, vel *Automatarius*? vt Αὐτομάτων, καὶ θαυματων faber fuerit, quae & Arbitro dicuntur *Automata*.

AVRVNCI, Aen. 7. *Auruncaeque manus Rutuli, veteresq. Sicani.* Sic lib. 10. & 11. Quorundam opinamento: *Aurunci Suessani*: *Suessa* enim *Aurunca*: *Arunci, Sicani*, Pelasgi, qui Italiam primi creduntur coluisse.

AVSCI, AVSCII. Duabus sillabis Caesari, Val. Flacco lib. 6.

Tertius vnanimis veniens cum milib. Auscus
Cimmerias ostentat opes, cui candidus olim
Crinis inest natale decus: dat longior aetas
Iam spatium triplici percurrens tempora nodo:
Demittit sacro geminas a vertice vittas.

Ammianus: *Nouempopulos Ausci commendant, & Elusatae.* Plin. l. 4. c. 19. *Tornates, Consoranni, Ausci, Elusates.*

AVSCII tribus sillabis. Ausonius: *Staphylus rhetor ciuis Auscius.* Strabo l. 4. Καλὴ δὲ καὶ ἡ τῶν Αὐσκίων, γῆ scilicet. *Bona Ausciorum terra.* Ibidem: Διδόασι δὲ Λατίνιον οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τῶν Ἀκυιτανῶν τισι, καθάπερ Αὐσκίοις, καὶ Κονουέναις. Interpres: *Ausciis, & conuenis.* Sic *Auscia* in Antonini Itinere. *Auscenses*, & *Auscitani* Melae. Hinc origo gentis nostrae, ab iis Auscijs, qui ex Aquitania in Morinos secessionem fecere, multumque soli occupauere diuersi fratres, a quibus nominata sola *Dausque, Sudausque, Nortdausque.* Nam C, in Q literam perfamiliaris est mutatio, vt *Cis Quis, Cui; Pecunia, Pequnia: Aqua, Acua.* Αὐσχῖται alij sunt, in Africa ab Stephano positi, ex Apollodori sententia. Extrito sibilo eos nominat Plin. lib. 4. cap. 12. *A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetae, apud quos Hypanis oritur.* Hoc obiter.

AVSONES, AVZONES. Scriptionem triplicem producit Etymologus: Αὔσονες, ἢ Αὔζονες, ἢ Ἄζωνες. Quae scriptio mendi suspicione frustra laborat apud alios: en iterum idem Etymologus in βούσιρις: Σίρις ὄνομα δούλης Ζίρις ἢ Σίρις.

AVSTER pulso spiritu, quem indiderat Originis ignoratio. Quippe non animaduertere admutilatam vocem ex Αὐσηρός. Est enim ventus *Auster* insignite noxius. Hinc in Sueton. *Tempestatibus Austrinis tentari.* Apud Maronem: *Floribus Austrum immisi.* Nulla mente figurarunt ab *Haurio*: *Auster* namque fundit aquas, non haurit. Quare *Hauster* Gellio scribitur lib. 2. cap. 22.

AVSTROGOTHI Trebellio Pollioni, qui alijs *Ostrogothi*, Au, & O vicario dominatu.

AVTIVS, geminis Saxis auctoribus.

AVTOLOLES O tertiam absoluente syllabam in omnibus, quos contuli, Silij Exemplaribus, & in [illegible] editis Auctorum aliorum. Hermolaus in c. t. l. 5. Plinij non hoc negat: notat vero in veteribus Ptolemaei Libris maxime scribi cum A *Autolales*: *Audolales* per D, & Aex Lucani [illegible] dispungit. Dispungit ex eodem loco Pulmanus *Audolopes*, & *Autolopes*, quod [illegible] Codices legenti obiecerant.

AVTRONIVS, non *Autronius*, Lapides Capitolini, Manutius. Per V, non per N [illegible] syllaba.

AVVNCVLVS V duplicato. Origo ab *Auus*, ac Bedae auctoritas. Vti autem priscis *Auor* scriptum [illegible] sic *Auoncolus*. AO pro *Auo* legas apud aedem SS. IV. Coronatorum Romae.

D. M.
L. IVLIVS. SECVNDI
NVS AO. SVO. ET
VALERIA. SECVNDA
PATRI. SVO. B. M.
FECER.

AVXILIVS non *An[illegible]ius*, quod est quibusdam Ausonij Libris Epigr. 28. *Auxilium te nempe vocas, inscite magister:*
Da rectum casum iam solecismus erit.

AVXILIVM [illegible]issime. Ab agresti Barbaro ne legas inaratum *Auxsilium*. V. Orthographica veteris Latij.

AXVR, vrbs absque N in [illegible] Passeratio comprobata. Atq. Seruius vrbi nomen datum propter Iouem Ἄξυρον [illegible] qui ibi colebatur. In nummo argenteo Pausae.

IOVIS. AXVR VIBIVS. C. F. C. N.

Quisquis ad Ortelianas Deorum imagines Notas edidit, sic habet: Non est dubium quin *Anxurus* legendum sit, enim apud Virgilium, & Horatium, tum apud eorum interpretes Seruium, & Porphyrionem. Idem censuit Fuluius Vrsinus: quam recte, videamus. Consuetudo rebellis, & contumax adsciuit N, aut potius, quod [illegible], retentauit. Itaque est Virgilij, Liuij, Horatij, Silij Exemplaribus, quotquot viderim. Ἀνάξυρος & Ἄγξυρος fuere: vnde *Anxurus* dictus [illegible] teste Seruio, & Palaerato, quod & Iouis *Anxuri* nummus a Goltzio publicatus venuste monstrat, in quo exaratum. ΑΓΞΥΡΟΣ. I ad nostra in Silium lib. 8. ibi:

Scopulosi verticis Anxur.

& Aleandrum vise in tabulam Heliacam. Non vni in huius nominis scriptione fraudi fuit Ios. Scaligeri nomen. Liuius lib. 4. extremo: *Anxur fuit, qua nunc Tarracinae sunt.* Lib. 5. *Anxur in* [illegible] *breui receptum est.* Castissima quaeq. Exemplaria sic habent. Nec illa Lacerdae viri [illegible] admitto in 7. Aeneidem: *Non dubium autem, quin scriptio corrupta sit, & dicendus sit Iupiter Axurus. Nulla enim ratio patit literam illam interpositam.* Rationem vt afferam γραμματικωτέραν, [illegible] Eustathio in lib. 10. Iliados: Κατά τινας ἡ ἀνὰ πρόθεσις δύναται καὶ στέρησιν, ἔστιν ὅτε δηλοῦν, Hoc est, *Quorundam opinione* ἀνά *praepositio priuationem alicubi declarat.* Vt ibi Ἀνάεδνον [illegible]. Sic Ἀνάξυρος, & abrupte Ἄξυρος seu Ἄγξυρος. Nam sic decurtari ἀνά, fides ex O[illegible] Ἀγκλίνας Ξ autem complectitur κσ. Ratio altera, secundum Pomponium Sabinum [illegible] a Ioue igitur ab Ioue *Anxuro*, non ab *Axuro*. Igitur apud Virgilium, Horatium, Seruium, Porphyrionem, Silium scribendum *Anxur*, *Anxurus* N liquida principem [illegible] syllabam. In sola ista Inscriptione absq. N ferri paene potest. Sed Cluuerio Seruius, Pa[illegible]phatus, Eustathius sunt *nugatorij Grammatici*. Quorsum igitur eorum nominibus, & ci[illegible] replet Italiam? Ijs, vbi commodum visum, vtitur: eosdem eum praeceptis suis opinionibus [illegible] videt; repudiat. Ita Vertumnus. A στερητικὸν μόριον detrita est ex ἀνά, seu ἀν, & sic detrita, vt quandoque retentauerit N, quod Cluuerius, & socienni ignorauere. [illegible] Cluuerius [illegible] praesens negat illud Statij rectum:

——— *Ar[illegible]sque superbae* *Anxuris* ——— At mihi rectissimum est *Ar[illegible] superbas* [illegible] Maroni in 3.

Non ego Myrmidonum sedes, Dolopumque superbas
Adspiciam ——— In 12. pro eo dixit: *Summas deserit arces.*

Alibi *Celsa arce* pro *Superba*. Cluuerius tetur hic *Anxur* esse foemineum, & pag. 1002. rescribit:

cribit : *Superbi Anxuru.* Quaeres : Cur igitur quaedam Inscriptio *Axur* , vti praemissum ? Repono veteribus summam inesse Variantiam , atque vt *Coiux* , *Coniux* , *Vuxor* , *Vxor* ; sic *Aixur* , *Axur* , quod Diodoro Siculo Α'ξ[illegible]. Dices in *Coniux* N interesse vi componentis particulae , in *Uxor* vi Originis. Videlicet vis haec [illegible]mina est in *Anxur* Erat namque in Α'ξα, siue Α'ξιν , idque ab Origine compositi. Referes vocem esse Volscorum teste Plinio. Hoc est vocem ex maiore Graecia (quae maior Italiae pars fuit) ad Volscos delatam , vt infinitas alias, & vsucaptam Volscorum linguae recte tribui. Sic *Formiae* ex Graecorum Ο'ρμιαι dictae auctorib. Strabone , ac Festo , aliisque. Sic eadem pagella lib. 4. apud Strabonem Τρ[illegible]χ[illegible] olim Graece dicebatur , quae post *Tarracina* , & *Terracina* , eaq. Volscorum est. Neque cum Volscorum vocem Plinius adicit , Graecam repudiat Originem.

IOAN-

IOANNI BAPTISTAE
STRATIO DECANO S.

——————— Generosior Horat.
Descendit in campum petitor:
Morib. hic, meliorq. fama BAPTISTA STRATIVS

N*O N inuidendis auctus honoribus, nec impar, nec immerens: cur nostris quoque chartis non memoretur? Literarum opes,* Strati Decane, *his te gradibus admouere, ac virtutis solida res. Hoc Principale fuit, & Curiae iudicium: quid trepidem sequi? Quasi absq. vanitatis suspicione tam publicum, tamque rectum iudicium quisquam priuato suo postferre possit? Atque adeo vt animi mei mentem patefaciam, Voluminis mei secundi* Tabulam, a prima sequitur quae proxima, *Dignitati tuae appendo. Introspicies, librabis, pensiculabis, atque animi tui agitationi obijcient sese* Bistones, Byzares, Brachmanae, Bigerri, Bessi; *alia parium barbarorum effigianda nomina, quorum insolentiam absterget aut* Baetis, *aut* Bagrada, *aut* Balineum. *Sed ecce iterum tam miscella est* Tabula *haec, iterum vt se propemodum impudenter ingerant* Bassarides, Bambalio, Bacche, Basternae, Bellua, Belial, *nescio quo in barathro cusa nomina. Melius ominata* Baca, Baccaris, Baetica, Benedicta, Benefacta, Beneuentum, Beronice, Bybliotheca, Beniuolus, Beniuolenties: *quo in nomine conquiesco iudicium tuum aliquando super his, alijsque interfitis praestolatus.*

TRACTATVS
SECVNDVS

B

BACA C desolato veterib. esse Tullij Libris testatur P. Victorius, & Ouidij Ciofanus. Fauet דּ בכא expositum D. Hieronymo, *Morus arbor, Pyrus*. Item Cyrilli Lexicon: Δάφνης καρπός, *Baca*. Vsus paene caeterorum omnium C adduplicat. *Alterae* Glossae: Κόκκ☉, *Bacca*. Vnde *Unibaccus*, Μονόκοκκος apud Publium.

Aeneid. 3. *Victum infelicem baccas* —— Inibi *Baccatum monile*.

Metamorphosis: *Aure leues baccae, redimicula pectore pendent*.

Columella l. 5. c. 7. *Bacca iucundissima est pausiae*. Plinius sexcentis locis.

BACCARE in Eclogis Maronianis quarta, septimaq. fine *Spiritu*. *Hesychius*: Βάκκαρις μύρον ποιὸν ἀπὸ βοτάνης ὁμωνύμου. *Baccaris, unguenti genus ab herba cognomine*. *At* Dioscordes l. 3. Βάκχαρις βοτάνη ἐστὶν εὐώδης, καὶ στεφανωματική. *Baccharis herba est ben. olens, & coronaria*. *Baccar* qui scribant, classicos negat Lacerda. Ergo ex classicorum ordine relegat Plinium lib. 21. c. 19. *Baccar in medicinae usu*. Inibi c. 6. *Baccar quoque radicis tantum odoratae*. Idem l. 12. c. 12. *Baccaris vocatur nardum rusticum*. V. *Capparis*. *Pugillar, & Pugillaris, unde Pugillares*. *Specular* Tertull. l. de *Anima*, & lapis *Specularis in* Suetonio. *Arar* Silio, *Araris* Prisciano lib. 5.

Capparis, Cappar. Columella: *Capparis, & tristes inulae*

Palladius: —— *Thymum, & origanum, & cappar*.

BACCHA, & per E *Bacche*. Ouid. Eleg. 1. l. 4. Trist.

Utque suum Bacche non sentit saucia vulnus.

Sic vulgo *Ariadne*, Catullo *Ariadna*:

. Indomitos Ariadna gerens in corde furores.

Sic *Antiopa, Calliopa* etiam per E. Item *Auge Auga*. Graece Βάκχη, Ἀριάδνη, Ἀντιόπη, Καλλιόπη, Αὐγή, quae singulatim Aeolibus per A efferuntur. I ad tractatum de Variantia vltimantis sillabae.

BACVLVS per C. Neapoli in aedib. Adriani Guilhelmij per Q Inscriptio sic incoepta:

D. M.

AEQVVM. ERAT. VT. TV: ····

· · · · · · · · · · · · · · BA

QVLVM. VITAE. NOSTRAE

BADISSARE sigmatibus congeminantibus malim apud Plautum scribi, quam *Badizare*, vt *Betisso*, *Lachanisso*, Sueton. in Augusto c. 87. vt *Atticisso, Sicilisso* apud eundem Plautum, vt *Comissare* passim, & *Comissatio*, aliaque id genus plurima. Notat ad Terent. ἑαυτ. Faërnus *Pytisando* veteri in Codice vnico sigmate, & alib. *Comisatum*. Fuit ea temporis scribendi ratio. V. *Patrisso*, *Malacizo*. Isidorus l. 1. c. 4. de Y, & Z: *Apud Romanos usque ad Augusti tempus non scribebantur · sed pro Z ponebant ss, vt Hilarissat*. Et addo nunc ex Etymologo Aeolas Μίσσων scriptitasse pro Μίζων: Ὀλίσσων pro Ὀλίζων

BAEBIVS biuocali. Zonaras Βαίβι☉, Saffinae. T. BAEBIVS. GEMELLINVS Sic Libri veteres, & Saxa, vel Capitolij. Βίβι☉ Ciuil. Appiani lib. 1. & in Syriacis. edente Car. Stephano, & Plutarchus in Numa.

BAETICA coetu primorum elementorum vocalium. Vocem hanc apud Manutium, inq. Inscriptione veteri incestat afflatus. *Proconsulem Veticae* per V, absque biuocali legas D. lib. 48. ad L. Corneliam. Ibidem legas: *Sermo sine iudice ad Vestias dato*. Plut. in Sertorio: Τὸν ἄρχοντα τῆς Βαιτικῆς

τ̀ Βαιλικὸς περὶ τ̀ Βαῖλιν ἐτρέψατο. *Baeticae praefectum circa Baetin fugauit.*

BAETIS, BAETES diphthongo. Stephanus. Βαῖτις, ποταμὸς κατ' Ἰβηρίας, & Pausanias Eliacωn 2. Strabo l. 3. Plutar. in Sertorio, Seneca, Medea. Priorem abradi vocalem non erat magis ferendum, quam in *Heresis, Enigmata*, alijsque supra in *Aegesta*. Sereni tamen est: *Lac niuenm sumes, Beticum quod nomine dicunt.* Paulini: *Qua Betis oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus.* Inscriptionum facies non vna. Vna in Hispania:

PROVINC. BETIC. Plures: PROV. BAETIC

Vltima per I Latinis vsitatior. Martialis:

Baetis oliuifera crinem redimite corona.

Statius in Lucani Genethliaco:

Graio nobilior Melete Baetis,
Baetin Mantua prouocare noli.

Vides & locis superis. Sic Lucani l. 9. *Proxima Leptis erat* ——
Item Silij Italici lib. 3. At Polybij lib. 1. Αἰτίλω legas. Sic apud Graecos quandoque Βαίτης, & Silij lib. 3.

Palladio Baetes umbratus cornua ramo.

Cordubae pluribus Inscriptionibus: BAETE, BAETEM. Nusquam autem lego Adspirate cum Y *Bethys, Bethyca*, quae vana est Iouiani praeceptio lib. 2. de Adspiratione.

BAGRADA fluuius Africae R postposito ipsi G, vt habent melioris notae Exemplaria Plinij l. 8. c. 14. Gellij l. 6. c. 3. zonarae tom. 2. Val. Max. l. 1. c. 8. Flori, aliorum. Nec infrequenter primam, sed indebitam, sedem adstruxit R.

BALARE, BALATVS Vsus vulgarij, & principantis. Verum secunda posciturin his vocalis, si Varronem sequemur lib. 2. c. 2. de RR. & naturam. Ille: *Vox earum non Me, sed Bee sonare videtur. Oues beelare vocem efferentes, a quo Belare dicunt extrita litera, vt in multis.* Confugies ad Dorica castra? Stario malefida. Superas namque voces dedit onomatopoeia, quae in omni lingua eadem est. Non igitur vt Μήτηρ Μάτηρ, aliaque sexcenta: sic *Belatus, & Balatus.* Sed tandem confugiendum est ad Consuetudinis tyrannidem, *Balatum* vt Salus ipsa seruet.

BALATHRO, ἀ(?)ερος aspere legitur apud Adamantium Martyrium. Varro l. 2. de RR. c. 5. leniter edente Scaligero: *Videbo iam vos*, inquit, *balatrones.* Item Festo *Balatrones.* Nonnulli ἐκ τοῦ βαράθρου: solitant enim aeuum agere in gurgustijs aedilem timentibus eiusmodi homines.

BALATIVM, pro *Palatium* scribebat Antiquitas, Ter. Scaurus.

BALBVS litera B vtrique praesidente sillabae. Sic fide Librorum adseritur, Inscriptionibus, Vsu. Adamantium sequi non possum tradentem nomina, quae in VVS exeunt bissillaba per V digammon scribi, vt *Nouus, Saeuus, Coruus, Baluus, Toruus.* Ex quibus *Albus* discretionis causa per B, ne videatur *Aluus*, scribi praecipit. Polysyllaba vero per B *Superbus, Acerbus*: ex quorum tamen numero *Proteruus* excipiatur. At cur non aeque de bissillaborum numero *Balbus* excipiatur? Haec tamen in Transsiluania visitur Inscriptio: ALBAN. BALVI. T. Item in Cyrilli Lexico difformiter *Valuus, Baluucio.* Quo in Lexico verbalia in Tio constantissime omnia per C scribuntur: quo more *Baluucio* verbum. Sic ibidem: Χάρις ἐν τῇ γραφῇ; *Gratias.* Perperam. Ibidem: ψελλίζω, *Valbio, Valbucio.*

BALEARES rectius, quam per I. Silij l. 3. *Feruida bella gerens Balearis, & alite plumbo*, & Georg. 1. *Balearis funda.* Ducit eo nos Analogia deriuatorum, *Balearica funda* Metamor. 2. *Balearicae ... * Plin. l. 8. c. 39. Βαλεαρίδες Straboni, Βαλλιαρίδες Ptolemaeo, Βαλιαρίδες Stephano. Dicunt & Βαλεάρες.

BALINEVM prius, quam *Balneum*, neque dictu, aut scriptu deterius. Sosipater l. 1. veteres vtroque modo pronunciasse auctor est, & ex antiquis Saxis Manutius colligit. *Balineum* sillabis quatuor scribit Adamantius Martyrius. Hermolaüs in lib. 9. Plin. c. 54. *Scribitur quidem modo Balneas: sed antiqui Balineas, & in Lapidib. veterum monumentorum fere non aliter.* Haec ille, quae vera comperiere lectis a Grutero Inscriptionibus. Inscriptio Brabiae, Gallorum Insubribus aliter:

LAVATIONEM. BALNEORVM. OPTATISS.

Romae ad aquam virginem:

BALNEA. VINA. VENVS. CORRVMPVNT. CORPORA. NOSTRA

Varro l. 8. de LL. *Balineae, Balineum, Balinea* absque caede vocalis. D. Augustin. lib. 9. Confess. c. 12. tribus sillabis coartauit Etymo collato, quod respuit auctor Etymologici. Verumque videsis. *Parietes Balinearum* legas Plin. l. 13. c. 3. edente Gelenio, qui in librum 24. *Balneas* destruit;

ſtruit, *Balineas* vult. D. lib. 25. tit. 4. de ventre inſpiciendo: SIVE IN BALINEVM IBIT. In meo Plinio perpetuo tenore *Balinearum*, & *Balineas*.

BALLISTARIVS, qui balliſtam intendit: *Balliſtrarius*, ὁ ἐν τῇ βαλλίστρᾳ ἐργαζόμενος, qui in officina balliſtarum operatur, balliſtarum artifex. Nam βαλλίστρα locus, & officina talis rei eſt: vt πίστρα locus, e quo bibitur, aut pecudes adaquantur. *Balliſtrarius* cum R Pandectae Piſanae Briſſonij fide in libro ſingulari Παρέργων L. vlt. D. *de iure immunitatis*. Et vero Lexicon producit is B. Germani, cui ſit βαλλίστρα, σφενδόνη, μάγγανον. Vnde alij diſcrimen praedictum tollunt, & tam *Balliſtarius* abſque R, quam cum illo *Balliſtrarius* ὀρθογραφεῖσθαι cenſent. Et ratio ab ijs eſt, a nominum figuratione petita. Nam a βαλλιστὴς *balliſta* fit more Macedonum, vnde *Balliſtarius*, & a βαλλίστρα *balliſtrarius*, quod Leo Imp. lib. de bellico apparatu ſaepicule ſcribit. *Balliſta* proprium rectius, quam *Baliſta*.

BALTHEVM per E ſcribi notat Beda. Alijs H non placet: ex βλῆτος, metatheſi *Balteus*. In Marone varietatem exemplarium ſecuta eſt ſcriptio varia. Tuſcum vocabulum aiunt. *Baltheus* quoque ſcriptione non incongrua: Variantia cognitiſſima.

BALVAE, vt *Balbus*, *Balteus*, Adam. Martyrius. Vulgo *Valuae*, vulgo recte.

BAMBALIO Philippica tertia M. Tullius ſillabis quatuor: trib. Adam. Martyrius: *Bambalo*, ψελλιστής. *Bombalio* prima per O a *Bombo* vult eſſe Becmanus. Euſtathius in Iliadem decimam ibi: —— Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν, τὰρ βησίντε βαμβαίνων —— ſcribit ex βαμβαίνειν, βαμβαλίζειν, & βαμβαλοβάμβαξ. Tullius ſupra: *Qui propter haeſitantiam linguae, ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit*, quid *Bambalio* ſit, explicat: non explicat autem eſſe a *Bombo*. Certe Adamantius addit ſe Euſtathio ſocium ſcripto: *Bambalo* vero nominatus eſt ἀπὸ τοῦ βαμβαλίζειν. Apud Ariſtophanem Θεσμοφοριαζούσαις βομβαλοβομβάξ per ο in duab. ſedib. itaq. interpretes probant.

BARABBAS conſortio duorum B gaudet. V. *Etymologia*. Adde aliud eſſe *Barrabbas* geminantibus inſonis, & ſemiſonis, de quo D. Hieron. Iſte *Barrabbas* ···· *filius magiſtri eorum interpretatur*. Vide Druſium.

BARATRVM abſque Spiritu melioribus eſſe Virgilij, ac Val. Flacci Libris teſtatur Canion: *Barathrum* cum H male ſcribi tetur: ego cum male opinari reor, & librorum quamuis alioqui *meliorum* mendum non bonum. Origo Spiritum depoſtulat, vniuerſa Graecia, inque ea dominator Demoſthenes χειμάζειν ἐν βαράθρῳ Philippum dixit, *hibernare in barathro*. Prudentius: *In hoc barathrum conijcit*. Quam lectionem praeferunt omnes mei Codices Aeneïdos 8. *Immane barathrum*, Catulli ad Manlium, Lucretij l. 6. Feſti vox: *Barathrum Graeci appellant locum praecipitem, vnde emergi non poſſit. Dictum ab eo, quod eſt* βαθύς. Etymologico τόπος βαθύς. Iones βέρεθρον ſcripſere vtraq. ſillaba per E. Homer Iliad. θ. —— Ἦχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον. Crates, & Euphorion decurtauere, ſcripſereque βέθρον teſte Etymologico. Boucerius, in corona Myſtica abſque H ſcripſit: prudens, an incurioſus?

BARBAROLEXIS cum O in tertia Iſidorus l. 1. Orig. c. 32. & Chariſius. *Barbaralexis* cum A Donatus, ac Diomedes. V. *Hierapolis*, *Olbiapolis*.

BARBITVS, BARBITOS, BARMITVS. Etymologus: Οἱ Αἰολεῖς βάρμιτον αὐτὸ διὰ τοῦ μ φασι: *Aeoles Barmitum per M dicunt*.

BARO Ciceroni: *Varo* Perſio Sat. 5. Vbi Caſaubonus notat Perſij Exemplarib. omnibus eſſe vnicum R: Tullij, & aliorum duplex. Quod quid ſit, conſule Pithoeum lib. 1. Aduerſar. cap. 8.

BARTHOLOMAEVS abſque P: coïuit enim ex *Bar*, quod Hebraeis *Filium* ſonat, & *Tholmaï*, quod in ſacris folijs non infrequens eſt. Brabantus contexit eam vocem ex *Bar*, & πτόλεμος. Sic, ſic *Serpentes auibus geminentur, tigribus vrſi.*
Suidas: Βαρθολομαῖος, ὄνομα κύριον: *Bartholomaeus, nomen proprium*. Et Matthaeus c. 10. Quiqui interpreteris, aberit P, quod apud Iſmaëlitas redundare ſolet. Interpretatur Heſychius: Βαρθολομαῖος, υἱὸς κρεμάζοντος ὕδατα.

BASSARIDES, BASSARICA primam ſillabam inſtruente prima vocali. Etymologus: Βασσάρα σημαίνει κυρίως τὴν βάκχην: *Baſſara proprie bacchen ſignificat*. Ita per A, & geminum ſigma Perſius Sat. 1. Heſychius, Etymologus, Euſtathius in Iliad. Ξ, vbi *Baſſaras* Bacchi vocat altrices. Nonni *Baſſarica* vocat Suidas, quae in editione Plantiniana *Dionyſiaca* inſcribuntur. Scribes ſimiliter *Baſſareu* Horat. l. 1. Oda 18.

BASTERNAE ſecundam conſtituentibus ſillabam S, T, E, R. Sic Eutropius, Sozomen. l. 2. Oroſ. l. 7. c. 25. Auienus in Terrae περιηγήσει, Sidon. Car. V. Appianus in Mithrid. Plin. l. 4. c. 12. ſic Vſu denſiſſimo. Cum A Dionyſius περιηγητής: —— Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε,

Item

[illegible] l. 7. & passim Dio[illegible] 5[illegible] Xi[illegible]inus. Verbo, per A Graeci [illegible] [illegible] S scri[illegible] B[illegible]. V[illegible] [illegible]la cus[illegible] lib. 6. *Illic* [illegible] *Batarnas* [illegible]it He[illegible] in Pon. [illegible]4. Qu[illegible] tamen loco [illegible] B[illegible] in S. S[illegible] H[illegible]

> Εγ[illegible], ου ἐνθὰ [illegible] ἀ[illegible]
>
> *Prop[illegible] non dix qu[illegible]*

[illegible] N[illegible] [illegible] —— N[illegible] a[illegible]tare Carrion veteris me[illegible] [illegible] *He[illegible]*. At quam recte? Le[illegible]as etiam per V in priore syllaba: *[illegible] Sarmat[illegible] V[illegible]ernae*, [illegible] in MS. V[illegible]s quoque minus cognito Graecorum more [illegible] di[illegible] N[illegible]d Dionem *Basternas* cum S in exitu Heroici versus.

BATTVALIA, *quae vu[illegible] Battalia dicuntur, quae B mutam habere cognonimus. exercita[illegible] autem m[illegible] [illegible]diatorum [illegible]nificant. [illegible] etiam battuatores τοὺς βασανιστὰς dici puto*, [illegible] ex Ad[illegible] Marty[illegible] Ca[illegible]us. In Sue[illegible] vero *Batuere* T periolo, & in Plauti C[illegible]: *Qui[illegible] batu[illegible]tur tibi os senex nequissi[illegible]*.

BE[illegible]BRIA[illegible]VM Suet[illegible] n. 7. Apud Eutro[illegible] Codices aliq[illegible] *[illegible]riacum*. Sic Plutar. in O[illegible] Π[illegible] Κ[illegible] το Βητριακόν. Item apud Suetonium in Viterbiensi, ac Pi[illegible] [illegible] Cod[illegible] per D *Bedriacum* notiss[illegible] harum commutatione [illegible] [illegible]ακόν. *Bebriacensis* & *Betriacensis victoria* consimili variantia. [illegible] s Pontaci notam in Eusebij Chronica.

[illegible]BA[illegible] [illegible] be[illegible]dum videtur Pontaco MSS. consentientibus adiuto. [illegible] a[illegible]tr. boni, quibus appone Val. Fl[illegible]um in Ar[illegible]n. Silium [illegible] *A[illegible]* [illegible]nem, *Apollodorum*. Βεβρύκων γαρ, [illegible]

[illegible] V[illegible]S Vide BYZARES.

[illegible]L[illegible]BVB, non B[illegible] da. V[illegible] enim peccatur scripto D in posteri[illegible] *b[illegible]*. P[illegible] *[illegible]arum* secundu[illegible] *D[illegible]us st[illegible]rcori*. Primum D. [illegible] a[illegible]

BELL[illegible]A pro[illegible] pr[illegible] Latin[illegible] eius obs[illegible]etum.

BE[illegible]IAL, [illegible] B d[illegible]. D[illegible] *L[illegible] plurimi pro B[illegible]al corrupte in [illegible] B[illegible]* 2. [illegible] C[illegible] c. 1[illegible]. Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαν, Vbi quar[illegible] est [illegible]n B[illegible]ας A[illegible] & [illegible] [illegible]ιβας scribunt, & Ἀσδρούβας, pro [illegible] L[illegible] *A[illegible]ibal* [illegible] Et de C[illegible]rona. Tertullianus: *Quae communio Christi, &* [illegible]

BELLVA [illegible] b[illegible] M[illegible]s. Alter e subiectis statuas. Vt *Sp[illegible]*, & apud Ca[illegible] *B[illegible], B[illegible]ua* vn[illegible] *Beibus* pro Hyaena apud recen[illegible] [illegible] τυχ[illegible] [illegible], *Lea*, Πάρδαλις. *Pardus*, Ἄρκτος, Vrsus, Υ[illegible]να, [illegible] *[illegible]at* [illegible], quam *Belluata* [illegible] apud M. Tullium, nisi per[illegible] [illegible]. At *B[illegible]am a Belluis* Festus figurat. Ea vero scriptio Poëtis [illegible]

> [illegible] *Bellua mu[illegible]orum es capitum* —— ——

BELLVM [illegible] M Tull[illegible] in Oratore. *Vt Duellum, Bellum, & Duis Bis: sic Duel[illegible] [illegible]llium nominauerunt, cum superiores appellati [illegible] semper Duelly.* [illegible] *Domi, b[illegible] ne duellatores optimi* pro Bell[illegible]res.

[illegible] *[illegible]lisa duello* pro Bello. Ratio: Semper duos inter mi[illegible]tu[illegible] [illegible] capita, & singulare est inter duos exercitus, & *duellum est* (vti [illegible] eral[illegible]. V *Duellum*.

BE[illegible]S [illegible] [illegible]ora Maronis in decimo volumina, quae Vsu adstruuntur. Ro[illegible] [illegible] probo.

BENEDICO. [illegible] nlis. Plau[illegible] milite:

> *[illegible] inter [illegible] d[illegible], & mi ab[illegible] tamen.*
>
> [illegible] — *[illegible] tibi [illegible]o.*

[illegible] Pri[illegible]s in 18. promit ex ea, quae pro Deiotaro, *Bene[illegible]* [illegible]. *Eius enim nomine [illegible] optimi, nec tibi ignoti maledicebant: tib[illegible] bene[illegible]* [illegible] s in Aulul[illegible]a unc[illegible]: *Bono animo es, & benedic.*

> In [illegible] *Benedi[illegible], [illegible] sum fretus.*

N[illegible] [illegible]iderat:

> *Ad bene dicendum, [illegible]anumque coactus.*

BENE-

BENEDICTA Diu[illegible]. Cicer[illegible] de Cl. Orat. *Philosophia mater omnium bene dictorum [illegible] factorum.* [illegible] tit. [illegible] *non exstant, ut i[illegible] liber Benedictorum.* Nexim Pla[illegible] Curcul[illegible]ne [illegible] *dictum est : [illegible] dignis benedictum.* Terentius *Ben[illegible] dic[illegible] [illegible], and[illegible].*

BENEDICTION[illegible] tamen [illegible] Apu[illegible] A[illegible]lepio : Item *Benedictum* in Curc[illegible]ione :

Verum [illegible] dig[illegible] [illegible], benedictum est meo [illegible] animo.

BENEFACIO ad[illegible]icte. Accius Armo[illegible]um Iu[illegible]cio *B[illegible] [illegible] nunc quid subiti mihi febris excivit mal[illegible]*

BEN[illegible] FACTA Pr[illegible]pertio confirm[illegible] [illegible]ohaclione. Ele[illegible] 1.

Tantum in amore preces, [illegible] benefacta valent.

Tusculan. 4. *Omni[illegible] enim benefacta in lu[illegible] collocari volunt.*

Videntur nihilosecius & τὰ ἐυ πεπραγμένα [illegible] ponit *Benefacta* lectim.

BENEMEREN[illegible] [illegible]nne[illegible], ut [illegible]it Tabula e marmore via Nomentana:

H[illegible]REDES. BENEMERENTI. FECERVNT

BENEVENTVM passim *Beneventus* scripturis fuisse videtur Ausonius ex Epigr. 68.

— — *[illegible]mpana in Beneventa* Dices *Benevento in urb. Campana.* Reteram inveniri [illegible] apud Ptolemaeum, Stephanum, Suidam. Sic *[illegible]um*, *[illegible]ios*, aliaque id genus per[illegible].

[illegible]ENEVOLVS, an *Benivolus? B[illegible]evol[illegible]ntia*, an *Benivol[illegible]?* D[illegible] mihi imp[illegible]obatum haec a Lip[illegible] [illegible] sunt ingenio morta[illegible] [illegible]ler[illegible] [illegible]nes, [illegible] rudibus annis nullo [illegible] be[illegible]unt, [illegible] de[illegible]dic[illegible], ut men[illegible]ribus [illegible]temperare praeceptis. V[illegible]stan[illegible] [illegible] Terentiu[illegible], [illegible] B[illegible] per I, vt *Pinuira*[illegible] Eutyc[illegible] 1. *[illegible]* Sic [illegible] art[illegible] apud Cassiodorum & [illegible]unat[illegible] le[illegible]. [illegible] *quia b[illegible] [illegible]lt Non tamen dicimus B[illegible]evolus, [illegible] Malevolus. S[illegible] enim e[illegible] duabus partibus com[illegible]situm nomen aut priorem, aut [illegible] corrumpit. Nam b[illegible] [illegible]rdum [illegible]uat.* Respice Graec[illegible] βιγᾶ, [illegible] Romana [illegible]

BENIVOLE[illegible]TI[illegible]V[illegible] [illegible] PO[illegible]VIT

H. Steph. Gl. *B[illegible]nivolentia.* Ab hi[illegible] d[illegible] V[illegible] in Orth[illegible]graphia : *Nisoetiam placet,* inquit, *vt Benificus per I scribatur, quomodo Ma[illegible]ficus quod vides C[illegible] [illegible]tudinem repudiasse. Non enim sibi hae duae literae E, & I prius affinitat[illegible] [illegible] in[illegible] [illegible]mutationem, [illegible] necess[illegible] est i[illegible] ubique semper immutari.* Beda recenseri vult in prioribus *Benivolus, [illegible] Malivolus, & Malificus, sicut a pace Pacificus.* I[illegible]a viri doctiss. Lipsius, atque Onufrius per I [illegible]ptant. In Plauto a Duza *Malificus* i[illegible] [illegible]teudo[illegible] per I.

BENIVOLENTIES vete[illegible]um licentiae tri[illegible]uitur a Charisio lib. 1.

BERBENA *vtraque syllaba a B incipit,* inquit Be[illegible]a, & sic Antiquae Glossae. Liuij, Te[illegible]renti[illegible]que Codices *Verb. na.*

BERBIX, Πρόβατ[illegible]. Excepta de Glossis. Pass[illegible] *Vervex*, [illegible]que [illegible].

BERECYNTIA T non asperato. Βερέκυν[illegible], Βερεκυντία. Ita Pierius. Co[illegible]ius cum H contra Seruij au[illegible]oritatem, cuius illa sunt ad 9. Aen. *Mater Deum a monte Phrygiae Berecynto cu[illegible] [illegible] tius [illegible] [illegible] aspiratione, quam addimus quoti[illegible] [illegible] montem Del[illegible] Cynthium di[illegible]* ex quo *Cynt[illegible]ius* Apollo. Vide Hesychium.

BERNA, οἰκογενής, & is, qui in bonis hereditarijs natus est, quam *Verna* maluit Memnonius, & homo quidam Romanus Memnonij corrector, item Adamantius Martyrius petito distinctu a *Vernus* [illegible]*rna, vernum.* Eandem ob causam eadem est Bedae mens, & praeceptio. Verum id genus distinctiones propudiosae sunt. *V[illegible]rna* in Romana Inscriptione:

SATVRNINAE. VENERIAE. VERNAE. SVAE

Mecum Pithoeus contra Cassiodorum l. 1. Subsec. c. 6.

BERONICE, BERONICA, BERENICE, BERNICE, PHER[illegible]NI[illegible], V[illegible]RONICA, VERONICE. Haec varia[illegible]tia triumuiris, [illegible]que literarum primipi[illegible] [illegible]uit Casaubono, Hermolao, Meursio. *B[illegible]ronic[illegible]* ex[illegible]sculatur Ca[illegible]o[illegible]us, vt ab corepu[illegible]ell[illegible]m accipiat *Berenice* lib. 8. Suetonij. *B[illegible]roni[illegible]* probat inuocata fide MSS. & Graecorum consensu, Dionis, Iosephi, aliorum. Approbo addi[illegible] ex [illegible]gia ve[illegible]e[illegible]

Sic Beronicaeo detonsum vertice crinem.

Ex Theocriti Idyllio 15. —— Ἐποίησας Βερονίκας. Vnde recte apud Hesychium scribitur

Βερονι-

βερονικίδας contra Meursij corrigentis opinionem. Recte apud Valer. Maximum *Beronicen*, vt mox.

BERENICE vero est Pausaniae in Atticis edente Silburgio: Παρὰ Βερενίκης τῆς μητρὸς ἀξιωθεὶς ἐπιτροπεύειν. *A Berenice matre tutela dignus habitus.* Ibidem: Χαλκοῦν καὶ αὐτὸν, καὶ Βερενίκην. *Ipsam ex aere, & Berenicen.*

Beronica idem est, vt *Veronica*. Sic *Circe Circa, Dirce Dirca.* Vide Veriantis Orthographiae Vindaria. Idem nomen est Φερενίκη, *Pherenice* (ex quo *Berenice* recte quoque statuitur) Sic amani Siculi, & Macedones Φ in B vertere. Φίλιππος Βίλιππος, Φῶ Βῶ, ex quo Βάζω, Φερενίκη Βερενίκη. Notatque e Methodio Etymologus, in Ἀμορβεύς, Βέροια, alibique. Vnde & *Bernice* συγκοπῇ Actor. 15. 27. Chrysost. tom. 5. Sic Latinis Φάλαινα *Balaena* scribitur, ex Νεφέλη *Nebula* surgit, Ὀμφαλὸς *Vmbilicus* euadit, Ἄμφω *Ambo*. Quare inani coniectura Hermolaus Barbarus Plinij lib. 7. c. 44. iterum *Berenice* repudiata (reginae causam ago, Lector) *Pherenice* substituit ex Pausaniae Eliacis, & Aeliani Varia Hist. l. 10. Idem in secundis Castigationibus sibi constat, & ex Valerio Maximo *Beronicen* (audiant Casauboni manes) expungit sine numine. Parcat mihi tantum Italiae lumen. Aduersus eum testimonium inuertibile dicit Plutarchus in qq. Graecis tom. 1. & proletarij Grammaticorum pulli adstrepunt: Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ Φ τῷ Β χρῶνται Δελφοὶ καθάπερ Μακεδόνες· Βίλιππον γὰρ, καὶ Βαλακρὸν, καὶ Βερονίκην λέγοντες. Sic ergo pro *Pherenice Beronicen*, seu *Berenice*, seu *Bernice*. *Veronica* vero, & *Veronice*, vt Aeneide quinta *Beroë*, quae Libris quibusdam est *Veroe*. Sic Inscriptionibus *Velisarius*; qui passiua scriptione *Belisarius*.

BERYTVS, non *Berutus*. Nam Victorinus, quae Graeci per Y scribunt, per Y potius, quam per V scribenda praecipit, vt *Hylas* non *Hulas*, *Hymnus*, *Hyacinthus*. Ita Plinius l. 5. c. 20. Priscianus, Dionysius: —— Βηρυτοῦ τ' ἄγχι ἐρατεινήν. *Beryti terram amabilem.* Aliter Vsus inuasit in *Gurnino, Cupresso, Gubernio*.

BESICA. V. *Vesica*.

BES, BIS, DES, DEES pro Vnciae parte, Bernardinus Baldus, lib. de Vocib. Vitruuianis. Festus: *Bessis unciae octo sunt. Bes, Des*, Varro lib. 5. de L. L. vt *Bellatores Duellatores*.

BESSI Thraciae populus, Plin. lib. 4. cap. 11. *Bissi* per I in prima fronte apud Stephanum.

BESTIA per B. Aliter Pandectae Flor. *Qui ad Vestias, aut in metallum damnantur.* Ex hoc scribendi genere *Vestini* Italiae populi, ἀπὸ τοῦ θηριώδεις εἶναι, inquit Etymologus quasi *Bestini*. V. *Vestiarium*.

BETA Graecanicae literae nomen per B, & E, non per V, & I. D. Augustin. l. 2. de Doctrina Christiana cap. 24. *Beta uno, eodemque sono apud Graecos literae, apud Latinos oleris nomen est.*

BETTONICA. Vide VETTONICA.

BIBLIOTHECA I Latiari Ammianus l. 22. Diodor. l. 1. Tertull. Apolog. c. 18. Strabo l. 1. Pausanias, Zonaras, Cedrenus, Plinius, Vitruuius, Plutar. in Sylla. Ἀπελλίκωνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην. Sueton. Isidorus, Gellius. Origo βίβλος. At prisci Graecorum etiam βύβλος Eustathio in Iliad. γ. & Ζ. & vtrumq. apud Hesychiū, quorum imitatu Romae in museo Cardinalis Carpensis:

C. IVLIVS. FALIX. A. BYBLIOTHECA. GRAECA PALATI

Item in aedibus Maffeiorum:

CLAVDIVS. ALCIBIADES. MAG. A. BYBLIOTHECA. LATINA. APOLLINIS

Verum licet ita repraesentet hasce Gruterus Inscriptiones: tamen Lipsi cap. 6. de Bibliothecis habetur I Latinorum. Certe haut confidenter Y Graecorum repudiauerim: licet alterum nitidius putem. Etymologicum vide duobus locis. Plutarchus in Aemilio: Ποσειδώνιος ἐν πλείοσι βυβλίοις. *Pluribus in libris Posidonius.* vt edidere Wecheliani. Suidas: βύβλον, πάπυρον. Venus autem *Byblia* ab vrbe est, Lucianus in dea Syria. Sic apud Etymologum Δίφρος, Δύφρος legas. Idem Etymologus βυβλίον, καὶ βιβλίον vano discrimine disseparat.

BIGERRI cum E, adduplicata irriente litera apud Plinium. *Bigerricus ager* Sidonio l. 8. epist. 12. consimiliter. At in epistolia Paulini ad Ausonium *Begerri* inuenias, & *Begerri*. Ausonius etiam in epistolis *patriae Bigerritanae* meminit.

BIPAR-

BIPARTITVS per A ſcribitur lib. 2. apud Curium Fortunatianum. Diomedes l. 1. *Bipartito, Tripartito, Quadripartito.* Columella l. 5. c. 5. de RR. *Tripartito diuiſi.* Apud Marium Victorinum *Bipartita diſciplina.* At ſibi non conſtat huius auctoris editio nouiſſima: nam alibi ſcribitur *Quadripartitum, & Quadripertito.* Apud eundem in lib. 1. Rhet. Ciceronis: *Quinquepartiti ſyllogiſmi, ſiue tripartiti.* Ibidem: *Verum tripartita, an quadripartita, an quinquepartita ſit argumentatio.* Andreas Brabantus abnegat ſcribi poſſe *Bipartitus.* quo indicio? quo iudicio? Ego *Partio* immutatum agnoſco in priſcorum compoſitis: mutatum τοῦ E in nouitijs, vt pleriſque alijs in vocibus. V. *Aſpargo, Impertio.*

BISALTAE ſigmate vnico. Sic Maro, Plutarch. in Pericle, Suidas, ſic Stephanus Βισαλτίαι, Βισάλτης. Thucydidi Βισαλτικόν.

BISSEXTVS ſibilo bis poſito malim. Adiuuor ab Iſidoro l. 6. Orig. c. 17.

BISTONIA, BISTONES, Βίστωνες: non *Byſtonia*, Oppiani 2. Cyneg.

Τοὺς χαλέουσι Βίστωνας, ἐπεὶ ——— *Quos Biſtonas vocitant.*

Vbique ſcribendo I puſillo.

BITERE, & *Betere* vſu promiſcuo in Plauto. Vide Nonium. Vulcanius etiam *Baetere* cum biuocali admittit, nec annuo, nec abnuo. V. *Aegeſta, Baetis.*

BITVITVS in Eutropij Breuiario, inque Liuiana Epitome. Idem rex *Bituitus* per I, & N apud Oroſium. In vetuſtiore Eutropij Breuiario *Vituitus.* In Latinis Euſebij Chronicis *Vetuitus* primam ſillabam E perficiente. Βίτιτος biſſillabum apud Strabonem l. 4. Delrius in Epitomam 61. *Betultum* ſcribit ex fragmine triumphorum eruto Romae CIↃ ↃLXIII.

Q. FABIVS. Q. AEMILIANI. F. Q. N.
MAXIMVS. PRO. COS. DE. ALLOBRO
ET. REGE. ARVERNORVM. BETVLTO

Addit etiam Val. Maximi melioris notae Codices ſic appellare.

BLAESVS biuocali, Lapides Capitolini. Etiam cum Semproniae gentis eſt cognomen. Βλαισός in Etymologico, Suida, Epigrammatis. Apud Heſychium Βλαισός, παραλυτικός exponitur.

BLATTA duplici T vſu vulgario, & recto. Martialis l. 14.

Conſtrictos niſi das mihi libellos,
Admittam tineas, trucesque blattas.

Idem l. 13. Fr. Siluius obſeruat veterib. Libris eſſe *Blaptas*, ac ſi a βλάπτω vox oriatur.

BLATERO; non *Blattero*, non *Blaſtero.* Lucillius lib. 30.

Deblaterant: plenus bonis ruſticis concinit, vna.

Horat. lib. 2. Sat. 7. ——— *Magno blateras clamore, furiſque.*

Quibus ex locis enoteſcit non geminandum T, vt correctioribus eſt Apuleij exemplarib. edente Vulcanio & antiquioribus Libris ineſſe teſtatur Steuuechius ad Apuleium. Neque per C ſcribendum, eſto, *Blaſtero*, & *Blatero* Cruciger adſerat lib. de Harmonia 4. Linguarum, aut *Blaſtero* placere doctioribus pronunciet Andreas Brabantus. Quamuis id Feſtus inſinuet: *Deblaſterare eſt ſtulte loqui, nam Graeci* Βλάκας *ſtultos appellant.* Saepe namque elementa decidua fiunt ab Origine ſua. Nonius a *Balatu* figurat, multiſque locis *Blaterare*, & *Blatis* vnica ſcribit inſona. Idem Andreas Brabantus in *Gluttio* ſcribi adſerit *Blattero* duobus TT. Veteris nae ille immemor eſt prouerbij. Terentianus vnico contentus oſtendit non tam deſpicatum eſſe vocabulum, ac plerique rentur: *Vt quinero verſu deblaterabo Sotadeo*, inquit. Quare a foedo vocabulo Βλάκας non videtur ortum. Ecquis aliam Terentiani Niliacae Praeſidis, doctiſſimique omnium confeſſione viri auctoritatem neſcit, aliam Feſti racematoris? Heſychius: Βλάτοι, παραδαρεύεται

BLEMYES ſolo M, & Y Graeco. Lucanus:

Per Meroen, Blemyaſque feros, atramque Syenen.

Olympiodorus: Προφήτας τοὺς χαλά τῶν Τάλμιν βαρβάρων, ἤτοι τῶν Βλεμύων. Etymologus duplicat MM. βλέμμυες. ἔθνος βάρβαρον Λιβυκὸν ἀπὸ Βλέμμυος ἑνὸς τῶν Δηριάδου τῶν ὑποσφαλήγων, aſſeritque veteris Poëtae verſum cum vnico M. Strabo ſic lib. 17. ſaepius, Zoſimus, alij.

BOEBIS, BOEBEIS, BOEBIAS. Val. Flaccus:

Perderet & pingui miſeros in Boebide crines.

Lucani lib 7. *Ire per Oſſaeam rapidus Boebeïda* ———

Sic in Catalogo Βοιβηΐδα λίμνην. *Boebias* Heſiodo. Sexcenta talia finguntur ſtylo Poëtarum.

BOEOTVS tribus ſillabis, *Boeotia* quatuor priſcorum more omnium Latinorum, & Graecorum. Nec opus monito, ni Baptiſta Guarinus a Politiano quaeſiſſet per literas cur non

Boetia

Bottia scriberet. Scitum illud e Metam. 3.

Bos tibi, Phoebus ait, solis occurret in arvis
...... qua requieuerit herba,
Moenia fac condas, Boeotiaque illa vocato.

BOES affectatione putida in Prudentio contra Symmachum l. 1. venditanti
Nunc bigas fraenare boës ——
Si more Graeciae, vel amore: cur edunt —— *Stigio caput exerit antro?* illis enim Στόξ perpetim scribitur, & Α'όρνα: isti autem Prudentio tribuunt
—— *Mense, atque aditu, & Flamine aris?*

BOETIVS a βοηθεία, inquit Brabantus. Dixisset βοηθ. Infero: Ergo tertia afflatu scribenda. *Boëthus* sophus alius apud Philonem lib. de Mundi Immortalitate: Βόηθ⊕ γοῦν, καὶ Ποσειδώνι⊕, καὶ Παναίτι⊕. At qui de Consolatione Philosophiae scripsit, absque H scribitur *Boetius* approbatione communi, & eorum, qui illum sibi habuere familiarem.

BOMBYLIVS pro vermiculo serici velleris opifice scribit Passeratius, cum antea praecipitantius, quam prudentius per A *Bambylius* sua in serie ordinasset, & D. Basilium laudasset. Verum in D. Basilij hom. 8. in Hexaëm. est: Ε'ντα προϊὼν βομβυλιὸς γίνεται.

BONASVS. Graecis quam varie? Βόνασ⊕, Βόνασ⊕. Βόναζος, Βόνασσ⊕. I ad Aristotelem l. 9. de Animal. c. 45.

BOODICIA, BOVDICEA varianter Taciti Codices in historia. In Agricolae vita *Boadicea*. Xiphilino in Nerone βουνδούϊκα.

BORYSTHENES Solin. c. 29. Mela l. 2. c. 7. alij. *Borysthenes* vetus Inscriptio ad ponitem Lucanum:

QVAE. EST. VLTRA. BORVSTHENEM

Altera: VLTRA. BORVSTHENEM. SVMMOTO

BOSPORVS non afflato P. Ita partes poscunt βοὸς πόρος. Ita Epiphan. initio Panarij, Apollod. l. 2. Plutar. in Lucullo, Pompeio, Strabo l. 12. Stephanus, cunctique Graeci. Ex recentioribus Ortelius, Passeratius, Lambinus, Torrentius.

BOSPORIVM MARE congruenter. Ouid. 2. Trist.

Egerit Ionio, Bosporioque mari.

BOSPHORVS cum flatu non est serioris aeui, sed antiquorum etiam, qui ob hanc cacographiam in Stephani censuram incurrerunt. Stephanus: Οἱ δ' ἐγχώριοι Βόσφοριον αὐτὸ καλοῦσι παραγραμματίζοντες *Indigenae Bosphorion ipsum appellitant perperam scribentes.* Cur vero παραγραμματίζουσι? Non veteres Attici scripsere Τρόφαιον; Vide loco. Nemo scribens omnes veri imagines, aut causas omni hora animo complexus est. Et Geleníj Plinius cum alibi, tum lib. 25. c. 9. *Circa Bosphorum*. Quam scribendi rationem complectitur Ciofanus in 7. Metamorph. Vide *Asparagus, Trophaeum*.

BOTTIAEA, BOTTIAEI gemino TT, Thucydides l. 2. At Strabo l. 6. vnico.

BOVILLAE, an etiam *Bohillae*, ambigit Ortelius: Casaubonus in Persium negat H. Raderus in Martialem a *Boum multitudine*, quasi *Boum villam* ἐτυμολογεῖ. Potius sint quasi βοῶν ἴλαι, *Boum turmae*, vt Consuetudo accuderit alteram liquidam. Ab *Hilis* Pontano, a qua voce *Boillas* vicum dictum putant, *quod eo bos intestina trahens aduenerit.* Quod si est, inquit, hoc quoque nomen adspiratione eget in media syllaba. Infirma consecutionis ratio: nam ex ὤν *Ouum:* sic ex *Hilis* fieri poterant *Bouillae*.

BRABIVM ex βραβεῖον ridetur. *Bravium* paene aspernabile. Tu Consuetudini mecum pare.

BRACAE vnico C, difflatoque Spiritu correctius. βράκαι Epiphanio l. 2. haeresi 39. Diodoro l. 5. Α'ναξυρίσιν ἃς ἐκεῖνοι βράκας. *Anaxyrisin. quas illi Bracas.* Etymologus: Α'ναξυρίδας μέντι, ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ βρακία φασιν, ἀπὸ τοῦ Ρ'ακία, πλεονασμῷ τοῦ β Α'ιολικῶς: *Anaxyridas tamen, quas Bracas dicere sollemne est, ex Rhacia, Aeolum more redundante* B. I ad Diodorum lib. V. Hesychius Βράκες ἀναξυρίδες. Eustath. in Iliad. Τὸ κάλυμμα τῶν αἰδοίων Βράκαι a Romanis, ab alijs ἀναξυρίδα ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι dici tradit. Symmachus quoque apud Danielem ἀναξυρίδας interpretatur *Bracas*. *Medos bracatos* Persius Sat. 3. scripsisse fidem faciunt Codices multi: nouissima licet editio a Casaubono geminet, vti Hesychius: Βράκκαι, διφθέραι παρὰ Κελτοῖς. Minus id Becmano placet in Originib. *Bracca*, inquit, *aut potius Braca, male vero Bracha*. Certe *Indicas bracas* habes in Priapeo. Lucan. l. 1. *Vangiones bracas induunt:* Sarmatas Val. Flacc. l. 5. Argonaut. vbi C vnicū noto. Volunt alij ex ῥάκ⊕ fieri βράκ⊕. Non id magis infiaciarer, quā ex Ρ'όδον fieri βρόδον, nilubar-

nisi barbaricum tegmen barbarae quoque putarem originis. Ouid. Trist. l. 5.

Pro patrio cultu barbara braca tegit.

Produxit etiam Lucillius Satyr. l. 11.

Conuentus pulcer, bracae, saga, fulgere torques.

Ex qua productione color oblatus geminare affectantibus. Fl. Caper: *Brachas, non Bracas.* An haec illi mens, aut manus? Ρ'άκ☉-, vel Ρ'άκκος scribit Andreas Brabantus.

BRACCAS antiquis Ouidij Libris geminante vncinata litera Ciofanus tribuit, ac rectum autumat: iisdem *Bracata* tribuit vnico C, & *Rutilli* per duplex LL. Foeminis *Bracas* induit Theocritus Idyll. λδ. vbi vnico C. Οἶα γυναῖκες φορέοισ' ὑάλινα βράκη.

• BRACCHIA duplici CC Libris veteribus & Virgilio Carpensi Manutius arrogat. In id testes edit Pandectas Florentinas alius. Graecis Βραχίων. Latini genus vertunt, duarum sillabarum quantitatem, & posteritatem. Recta scriptio perennabit *Brachia* cum Cb & vnico C. Scio tabulis esse indiciarijs:

BRACIOQVE. APERTO. LITERAM. DIGITEIS. OPERTAM

Verum olim spiritum Latini non indebant. Exspectoque rationem, qua sillabam primam C perficiat. An vt Ι'άκχος ἀπὸ τ ἰαχῆς: sic ἐκ τοῦ βραχίονος *Bracchium*? quo auctore veteri? Recentes inter id Salmasio placuit.

BRACHMANES cum Η' ὖος ἢ βραχμᾶνας καλοῦσιν, inquit Stephanus. Tertulliano in Apologetico *Brachmanae.* Βραχμᾶνες Suidae, Proclo l. 2. in Timaeum, Origeni tom. 6. contra Celsum. Vtramque positam scripturam iactat etiam Coel. Rhodiginus Antiq. Lect. l. 18. c. 31.

BRACTEA rectissime. Consuetudo namque Origini, ἐκ τοῦ Βραχὺ adspirationem inuidit. *Brattea* gemino T in Maronis Libris Romano, ac Longobardico.

BRASICA vnico S dictat Origo. Πρασικὴ ex Πρασιά. Sic Βασιλικὴ, Ο'μφαλικός, *Basilica, Vmbilicus.* At cum Πρασινός primam corripiat, tendendi causa geminauit elementum serpentinum Columella lib. 10.

Brassica cumque tument pallentia robora beta.

Sammonicus similiter:

Fracnat commisso cum feruet brassica vino.

Festus a *Praesecando*, non inuitis elementis: caque Origine S poscitur vnicum.

BREVCOS in Sueton. Augusto praeferunt Codices Vitebicensis, ac Lislaei: alij per N *Brencos.* Graeci adaeque varij.

BRIAREVS passim, & recte. Etymologus: Αἰξάδιος, ἢ Ε'ξάδιος, ὡς Ο'βριάρεως, ἢ Βριάρεως. Etiam ergo *Briareos*, qua formatura *Androgeos, Peneleos.*

BRITANNIA cum I, in prima, vnico T, duobus NN, Libri editi plerique omnes, & Lapides. Camdenus in Angliae imagine mauult *Britania* solo N, vt *Lusitania, Turdetania, Aquitania, Mauritania.* Vnicum est in cunctis Graecis & antiquis Inscriptionib. Poetae Latini quandoque geminant. Lucret. in 6.

Nam quid Brittannis coelum differre putamus?

Geminat & Stephanus Βρεττανός in Α'γκύρα πόλις. Vbi nota I in prima contra Graecorum morem: Ε'ισὶ ἢ Βρεττανίδες νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ, ὧν τὸ ἐθνικὸν Βρεττανοί. Διονύσι☉- ἀφ᾽ ὧν τὸ ἐν Τ ἔρη, Ωκεανοῦ χεῦμα ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα Βρεττανοί. Καὶ ἄλλοι οὕτω διὰ τοῦ Π Πρετανίδες νῆσοι, ὡς Μαρκιανός, ἢ Πτολεμαῖος. *In Oceano sunt Brettanides insulae, quarum gentile Brettani. Diouysius aufert alterum T dicens, Oceani funditur fluxus frigidus, vbi Bretani. Alijque sic per P Pretanides insulae, vt Marcianus, & Ptolemaeus.* Apollonius lib. 4. Argonaut. Νῆσοις γὰρ πάσησι Βρετανίσιν ἰσοφαρίζει. *Nam cunctis Britaniae insulis par est.* Nota ex opinione Stephani T duplicandum cum Lucretio. Abeunt a Stephano cuncti Latini vnico T conrenti. Heluius Cinna:

Alluitur nostra villa Britannus aqua.

Maro: *Et penitus toto diuisos orbe Britannos.*

Lucan. Pharsaliae l. 6. *Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.*

Quibus in locis, alijsque aliorum auctorum Latinorum plurimis cum gemina sit liquida, & nusquam *Britani* apud Latinos vnico N scripti, sic opinor recte scribatur. Arcus Septimij cum gemina geminatione BRITTANNICI. MAXIMI. Dicimus tandem correcte Latinis per I in prima scribi, per E Graecis: Latinis duobus NN, Graecis vnico: Latinis, Graecisque quandoque duobus TT, quandoque vnico, modo proxime dicto. Ena ad Camdeni Angliam. Apud Chrysost. in 2. ad Corinth. sic ediderunt: Τὰς Βρετανικὰς νήσους, eoque more fere Graeci. V. Analogia. Denique Λ substitutum comperior pro N. Hesychius: Βρεττανία, νῆσ☉- ἡ περὶ τ ὠκεανόν. *Brettalia, insula Oceani.*

BRI-

BRITOMARVS per O in secunda. Antiqui Annaei Senecae Codices quidam per A *Britamarus*. Videtur esse Plutarchi Βριτόμαρτος.

BRVCHVS aspere quibusdam est Biblijs. recte. Etymologus : βροῦχος, εἶδος ἀκρίδος· παρὰ τὸ βρύχειν, τὸ ἐσθίειν βρύκος, καὶ βροῦχος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο. Minus igitur recte (etsi contra Originem) *Brucus* quibusdam est Editionibus.

BRVCVS, BRVCHVS, Βροῦκος, Βροῦχος. Psalmo 104. *Venit locusta, & bruchus, cuius non erat numerus* Quem locū explicans Macarius Chrysocephalus βροῦχον δὲ νοῆσαι νεογενῆ λέγει, καὶ ἄπτερον ἀκρίδα. Ita *bruchus* est locusta minime alata. Ioelis 2. Κατέφαγεν ἡ ἐρυσίβη, καὶ ὁ βροῦχος, καὶ ἀκρίς, καὶ ἡ κάμπη. Quo ex loco reijciuntur, qui *Bruchum Erucam* autumant. Suidas, ac Etymologus adspirant. Inadspiratione Hesychius: Βροῦκος, ἀκρίδων εἶδος, Ἴωνες. Cum Hesychio facit Origo.

BRVGES pro *Fruges* prima scripsere secula.

BRVNDISIVM I sillabam occupante secundam, Libri, Lapides, Gifanius epistola ante Lucretium, & ad Ciceronem Victorius. Item Brundisij extra vrbem Inscriptio:

AD. REMPVBLICAM. BRVNDISINORVM

Appiano, & Graecis βρεντέσιον, & D. l. 35. *Brentesium perferendis, & quas Brentesin emturus esset*. Neque perperam per V. Euariant Libri Latinorum: Graecorum etiam modo βρεντήσιον, modo βρεντέσιον. Silij Italici l. 8. *Necnon Brundusinum, quo desinit Itala tellus*. Addo Festum: *Brundisium, quidam Poetae breuitatis causa Brendam dixerint*. Cottigunt *Brundam*: Cur ex βρεντεσίῳ *Brenda* concidi non potest?

BRVTTII duabus in medio consonis, Libri, veteres, Lapides Capitolini, atque alij, Graeca Consuetudine βρέττιοι Ita iubet Eustathius ad Dionysium, simulque notat quibusdam Graecorum βρίτιοι. Dionysius Halicarnasseus l. 1. Antiq. & in Excerptis perpetuo tenore βρέττιοι. Sic & συνεζευγμένως rectius scribas in Prisciani Periegesi: —— *Lucani, Brettiique coloni*. nisi placeat *Bretti* duabus sillabis, sicut est libris chalcotypis. Praeiuerat Dion. Ἄγχι δὲ Λευκανοί, καὶ βρέττιοι —— *Brutates* tamen vnico T legi, & *Brutianos* apud Gel. l. 10. c. 3. Item *Brutianas* parmas apud Festum, in quem Ios. Scaligeri nota non praetereunda visa: *Lego Brutiates, non Brutates*, βρεττιάται. *Apud Porphyrionem tamen veterem Horatij interpretem legitur Brutaces: Ennius, & Lucillius Brutaces bilingues dixerunt*. Per I legas Romae peruetusto in Epigrammate:

MAIORI CORRECTORI
LVCANIAE. ET. BRITTIORVM
COMITI. ORDINIS. TERTI

BRYONIA, BRYONIAS, BRYONIS. Columella lib. 10.

—— *Indomitasque Bryonias alligat alnos*
Nomine tum Graio, ceu litera proxima primae
Pangitur in cera docti mucrone magistri.

An Nicandrum in Theriacis ita canentem intelligit? Δαύκειον, ῥίζαν τε βρυωνίδος ——
Dioscorides l. 4. c. 184 Ἄμπελος λευκή, οἱ δὲ βρυωνίαν, οἱ δὲ ὀφιοστάφυλον. *Vitis alba, quam alij Bryoniam, alij Ophiostaphylon dicunt*. Plin. lib. 24. cap. 9. *Corinthus, & quae circa est regio, Bryoniam vocat.*

BVPRESTIS, non *Bubrestis* siue herba sit Plinio l. 22. c. 22. *Buprestim magna inconstantia Graeci . . . bonum certe venenum esse, quos dissilire gustata fatentur*; siue animal eidem Plinio l. 30. c. 4. *Buprestis animal est rarum in Italia*. Dioscorides in 6. Etymologus, Hesychius.

BVBVS desitae scriptioni non adscribo. Ita passim Plinius. Val. Probus l. 2. *Bubus, non Bouibus*. Ex quo plurima deformantur: *Bubile, Bubulcus, Bubulcitor, Busequa*. Vulgatius est *Bobus*, Viuque tritius.

BVCEPHALA portus Achaiae, Pausanias. Stephanus adscripto Σ *Bucephalas*. Ptolemaeus *Bucephalon*, Curtius l. 9. Gellius l. 5. c. 2.

BVCEPHALAS Alexandri M. equus lib. 1. Oppiani. Idem Festo per Vs. Hesychius: Βουκέφαλος, ἵππος ἐγκεχαραγμένος ἔχων τοῖς ἰσχίοις βούκρανον· καὶ ὁ Ἀλεξάνδρου ἵππος, ἀφ' οὗ πόλις ἐν Ἰνδοῖς κτισθεῖσα λέγεται Βουκεφάλεια: *Bucephalus, equus habens coxis inscriptum bouis caput. Item Alexandri equus, cuius ex nomine Bucephaliam in India condidisse fertur.*

BVCERVS tribus sillabis absoluitur, non *Buccerius* quatuor. Gellius ex Varrone l. 11. c. 1. *Buceraque in ea terragigni, pascique solita sunt complura*. Festius de bubus: *Bucerum pecus*. Ouid. Metamorphosi 6.

Lanigerosque greges, armentaque bucera pauit.

Lucret. in 6. —— *Pecudes, & bucera saecla.*

Quod

Quod autem scripserit l. 2. —— *Equorum ductilia proles,*
BucerI aeque greges —— —— ——

substantiuum est: alioqui scriptum oportuit: *Bucerisque gr.* Nonius etiam exponit *Buceriae, boum greges.*

BVCES Ptolemaeo, & antiquis Plinij Codicib. per C: in alijs *Byges* cum G. A quo scribendi genere faciunt *Exobygitae* apud eundem Ptolemaeum. Val. Flaccus l. 6.

Quiq. lacum cinxere Byces ——

Carrion edidit more suo *Bices* I Latiari.

BVCITA per I in medio Varronis lib. 4. de LL. Per E vero apud Sidonium Apollinarem lib. 2. epist. 2. *Greges tintinnabulatos per depasta buceta reboantes.*

BVCINA vnico C ex βυκάνη solenni versione α in I, vt *Canistrum* ex κάναστρον. Apud Eustathium in Iliad. τὸ βόκανα reperias, & βυκανιστής. Apud Nicetam: Ἐ[illegible] αὐλόν, μακρὸν δ᾽ εἰς βυκίνα, *Praelongum canalis, ad bucinae longitudinem.* Pro ea apud Leonem βούκινον. Apud Varronem lib. 2. de RR. vnico C, *Adbucinant* licet apud eundem lib. 5. de LL. *Buccinator* reperiatur. βυκανᾷν apud Polybium. Legitur apud Flauium Caprum *Bucinus canor* solo C. Sic apud Adamantium, & Cassiodorum. Idem insinuat Dionysius Halicar. lib. 2. Antiq. Κέρασι βοείοις ἐμβυκανῶντες ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας συνῆγον: *Cornibus bubulis bucinantes in concionem conuocabant.* Apud quem lib. 5. βυκανιστὰς habes. Sic vnico C scribit apud Varronem Marcilius Notis ad XII. Tabulas, Manutius Ortographiae editione posteriori: licet *Bucina* quasi *Vocina* interpretetur cum Isidoro, non ad stomachum Dionysij: huic namque Originationi sillabae mediae modulus pugnat. Fauent Inscriptiones priscae, & Leo Constit. 3. 5. 51. βυκινάτωρες. Item apud Curopalatam. *Buccina* gemino C Festo: Priscianus ista lib. 2. accumulat: *Bucca, Buccin, Sateus:* vnde nonnemini visum oriri *Buccinam.* At Festus a *Bucca* non ducit *Buccinam,* quod Festo nequiter impingit Andreas Brabautus. Bis C scribit in hac voce Stephanus, Guicardinus in Harmonia.

BVCVLA vnico C deminute a *Bos,* vt a *Sus Sucula. Buccula* gemino C a *Bucca,* aliud. Vinetum vide in Ausonij Epigramma 57.

BVRDEGALA per E in secunda sillaba. Sic ammianus, Eutropius, Prosper, Itinerarium vetus, Greg. Turon. Seuer. Sulpitius; Pontus, Paulinus tam in Eucharistico, quam in Epistolis, Isidorus, Curius Fortunatianus, Sidonius. Graeci Βουρδίγαλα per I. Strabo lib. 4. Ἔχει δ᾽ ἐμπορεῖον Βουρδίγαλα. Etiam Latini. Ausonius in Opusc. de Professorib.

Primus Burdigalae columen dixere Mineruae.

Et Martialis l. 9. Epigr. 33.

BVSEQVA videtur ἐμφατικώτερον τοῦ *Bubsequa.* Sidonius ad Eutropium: *Si relinquare inter busequas rusticanos.* Sic in Plauto *Buccdae,* non *Bubcedae.* Apuleij Codices in Apologia, & lib. 8. de Asino A. secum non conciount: hic *Bubsequas,* illic *Busequas* exhibent. Vide *Analogia.*

BVTHROTI *adscendimus urbem* recte scribitur Aen. 3. afflata secunda consona: est enim Origo de *boue laesa.* Stephanus Etymologus etiã leniter scribit: Βυτρωτός, ἡ Βυθρωτὸς πόλις τῆς Ἠπείρου: *Butrotus, aut Buthrotus Epiri opidum.* Inibi appellationis causae aperiuntur. Neque mirum hoc ambigue scribi τράω (vnde Τραύματα) & θράω, ex quo Θραύματα: & tertium τρώω, quae melior fuerit verbi compositi Origo. Non enim aeque in Vsu est θρώω. At variat Etymologus: variant & Maronis Libri.

BYRRHIA serui vocabulum in Andria. Andreas Brabantus duce Adriano Iunio id explodit reposito *Pyrrhia.* Fateor cum illis fieri ex Πυῤῥός. At quoties Graeca mutant in Latio? Audi Festum: *Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus Rufum. Unde rustici Burram appellabant Buculam, quae rostrum habet rufum.* Sic Latini *Buxum* ex Πυξός. Imo antiqui etiam *Boblicola* pro *Poplicola* scriptitabant teste Scauro. V. *Poplicola.*

BVSIRIS I Latinorum. Ouid. *Illi Busiris: Fles Iouis hostia primus.* In Georgicis *Busiridis aras,* Diodorus, Apollodorus, omnes. Vnus, aut alter MS. feruntur cum Y. perperam.

BVTYRVM in prima positione Consuetudinis est rectissimae. Neque vero trepidem *Butyrus* scribere auctore Galeno Latinarum vocum sciente iuxta, atque Graecarum. Is lib. de medicamentis κατὰ τόπους lib. 7. cap. 1. Ἐφεξῆς δὲ τούτων ὑπάρχει τὸ καλούμενον βούτυρον· εἰ δέ σοι φίλον ἀρσενικῶς ὀνομάζειν, Βούτυρος. *Sequitur haec deinceps butyrum, quod vocant: aut, si tibi amicum est, mascule appellare, Butyrus.* Dioscorides lib. 2. trita fertur orbita: Βούτυρον σκευάζεται καλόν. *Butyrum probum paratur.*

BYZA-

BYZACIVM, BYZANCIVM, BYZANTIVM. Populi *Byzantes*, *Byzacij*. Videri possunt, quae notauimus ad l. 9. Silij Italici. *Byzacium* Strabo. Vnde *Byzacenus ager* apud Solinum. *Byzacitis* regio Ptolemaeo. *Byzacium* vetusti Varronis Codices l.1.c.44. de RR. Plin. l.5.c.4 lib.17.c.5. l.18.c.10. S. Augustino in ps. 36. concione 2.

BYZANCIVM legas in antiquissimis Libris, & Marmoribus etiam apud Stephanum. parum probo.

BYZANTIVM quaedam Plinij Exemplaria libb.17.18. Marcianus, Eustathius, Antoninus, Etymologus.

BYZANTIVM Solini c. 40. Eustathij haec sunt in Dionysium: Ἔστι δὲ Λίβυες Βύζαντες, καὶ πόλις ἐκεῖ Βυζάντιον· τινὲς δὲ Γύζαντας ἐκείνους καλοῦσι. *Sunt etiam Africani Byzantes, & ciuitas inibi Byzantium: nonnulli Gyzantas eos vocitant.* Vnde *Gyzantium*, Γυζάντιον scribitur Herodoto, & *Gyzantes*, quod Stephanus culpat in voce Βύζαντες, qui in voce Γύζαντες Herodoto iungit Herodianum. Hecataeus apud eundem Stephanum *Zygantas* scribit. Γύζαντας etiam scribit Eudoxus Cnidius, & Apollonius 38. Meursio literatorum primipilo recensente.

BYZARES Dionysio: Βύζαρες τὰ πρῶτα, καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων. Val. Flaccus l. 5.

Byzaresque vagi —— ——— ——

Codex alius *Byzeres*. Adminiculatior erit a Stephano: Βύζηρες, ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ. Strabo l. 12. Plinius, & Mela *Byzeros* scribunt. Hinc ab hominum moribus abhorrentes *Byzars* nominitant. Auienus Dionysium expressit:

Byzerum gens est: diri sunt inde Bechiri.

Quibus consignatis lego in Dionysio Ceporini per I, & H Βίζηρες τὰ πρῶτα ———

Priscian. Periegesi per V: *Buzeres primi, quos iuxta terrá Vecbirum.*

Omnia recte. Nám Y, & V, A, & E commutantur inuicem.

LIBERTO FROMONDO SOPHO THEOLOGO S.

EXpingis *Meteora penicillo nouo, & comtulo repente nouus Apelles exortus* —— Περὶ πάντων μηδὲν εἰδώς. Liberte Fromonde. *De Apelle Plinius*: Pinxit & quae pingi non possunt, Tonitrua, Bronten, Astrapen. *Tu haec: ac praeter haec*, Ventos, Maria, Terras, Fontes, Flumina, Iridem, Cometas. *Hac ratione iacentem, illuuie squallidam, exsanguem, decolorem Sapientiam animas, exornas, atque ab infantiae crepundijs ad oris Latiaris pulcritudinem reuocas. Profecto talia tecum, qui non gustat, nae ille nesapius est. Nunc vero descende coelo, terrasque velis inuisere, quas stabilitum is. Abstrusiora sapientiae arcana reuelasti penna metuente tingi obliuionis aquis. Ne semper audias*: Grande Σοφῶς. *ad pumila, & attenuatae tractationis attegias te voco, ne grauare. Stella quoque coelo labitur,*

Quae si non cecidit, meruit cecidisse videri.

Labere: ecce tibi occurrent quasi in Cimmerio Antiquitatis caelo Cabiri Diuipotes, Cadamitas *non metuenda*, Calbaria (*capillata, an glabra?*) Casmilla *immutilata*, Coelna *integra, si volentia erit, in* Capetolio, Cathmus *Phoenix*, Cassantra Phrygia, Contimax Contimelia, Conuiuialis Qoqus, Cauitio, Comire, Cume, Cynamyia. Quor *haec tam abhorrida? Si quaeris: en recentiora, nec minus nubila*: Calatica, Camara, Canabum, Caruceum, Causa, Coeleps, Coelum, Cheragra *bis odiosa*, Chreftianus *irrisus*, Cistartium *coenae instruendae*, Cluacina, Collimare, *& ad Collimandum* Collytia, Conubium, Corona *licet non* Chorusca, Coryti ἀνεμῶνι *decertati. Cultiusne haec renideant recentiora, an exoleta ista auro squaleant: an omnia simul euiluere, iudicij tui facio, Sophiae corculum. Nobilissima fuit Caesaris stella Plinio, & historiae Romanae tabulis bene cognita, quae Augusti ludis praeluxit: nos hunc ludum literarium ludimus, mi* Fromonde: *& tu ludo praefulge.*

TRA-

TRACTATVS
TERTIVS.

C

CABALLVS apud Petronium, Horatium, alios geminante liquida. Item Καβαλλικεύειν apud Nicetam, & Leonem. Quare miror in Photij Nomocanone Καβαλικεύειν vnico Λ.

CABIRI libentius litera I, quam E scripserim, qui sciam vtroq. modo tradi, vt Statio:

Templa Lycie dabis ——— ———

Potissimum vero quia Origo ex Hebraeo videtur esse, quibus כבי׳ *potens* est: *Cabiri* sunt *Dii potes*, vt Varro & Tertull. interpretantur. De ijs quamuis multa Pausanias in Booticis, Himerius, Damascius apud Photium, Apollonij Scholiastes. Strabo lib. 10. Nonnus Bassaricon l. 3. Plutarch. in Marcello, Etymologus.

CACABVS Plino, & Latinis A vtramque absoluente sillabam Eustathio in τ. Odyss. Polluci, Athenaeo. Graecis Κάκκαβος geminante K. Vbique apud Apicium *Cacabulum* leges deminutionis figura, & *Cacabum* vnico C. Huic autem in talibus plurimum tribui par est, vtpote rei, & supellectilis culinariae scriptori ad vnguem. Graecos sequitur Sidonius lib. 4.

Alborum calicum, atque caccaborum.

Etymologus *Caccabe* scribit adiecto: Τὸ γὰρ ἀρσενικὸν ὁ κάκκαβος, παντελῶς ἀδόκιμον: Nam masculinum *Caccabus, vocabulum omnino improbum.* Phrynichi Ecloga: Διὰ τοῦ η Κακκάβην λέγε· τὸ γὰρ διὰ τοῦ Ο, ἀμαθές: *Per Eta Caccaben dic: nam per O inscitum est*, Vide hic Nunnesium.

CACHINNVS cum *Ch*, vtpote Graecum, inquit Andr. Brabantus. Quasi vero omnia Graeca cum *Ch*, scribantur, & non innumerabilia per C leuatum, etiam primum huius nominis elementum. Atque ipse adeo in Graecis hospes sum, vt hodie nesciam hanc vocem e Graecia ortam; sed ὀνοματοποιΐα. Nam καχάζω καγχαλάω, & alia, & aliena sunt. Lucret. l. 2.

Scilicet & tremulo risu concussa cachinnant.

CACOETHES sillabis omnino quatuor in septima Iuuenalis Satyra, & vbinis. Perperam τρισυλλάβως *Cacoethes*, aduersus metri rationem, & Graecorum morem nonnulli. Perperam Merula *Cacethes* pulsa vocali tertia, quo nomine eum criminatur Politianus l. 11. Epist.

CADAMITAS olim pro *Calamitas*. Victorin. lib. de Orthogr. Ter. Scaurus, Isidor. lib. 7. Orig. cap. 6.

CADMVS. V. *Cathmus.*

CADVCEATOR recte. In Lexico Cyrilli reperias: *Caductor* sillabis omnino tribus.

CADVCEVM scripsere Latini cuiusuis aeui. Ausu barbarico contra scriptorum torrentem nititur Lambinus scripto *Caruceo*. Sic ille in lib. 1. Horatij ad Odam 10. Hanc virgam Κηρυκεῖον appellant Graeci: Latini *Caduceum*, seu *Caruceum* potius, vt docti quidam malunt.

CAECIAS ventus, Καικίας a Caico flumine, vnde spirat per Ae, Etymologus.

CAECILIVS cum *Ae*, Libri, Lapides Capitolini, alij plurimi. Comprobat Festus in *Caeculus*. Καικίλιον τὸν Μέτελλον Appiani l. 1. & l. 4. saepius. In Pompeio Plutarchi, & Antiphonte, item in Suida. Κεκίλιος vocali singularia Strabo l. 5. recensente Casaubono, ac in Tulliana diuinatione recensente P. Victorio. Appiani lib. 3. Ciuilium Κεκίλιος Βάσσος, alibiq. Adde alterum

terum tantum Librorum mendoſorum : *Caecilium* ſcribendum cenſeam. Etiam pro ſerpente. Quare amplector Pintiani correctionem Plinij lib. 9. cap. 51. *A partu coaleſcit valuus, quod & in caecilijs ſerpentibus tradunt.*

CAECINA cum Ae, & N vnico a *Caecus*. Libri veteres, Lapides, Inſcriptiones. Neapoli fragmen marmoreum : C. CAECINA. LARGVS Romae Inſcriptio: C. CAECINA. QVINTILIANVS intercedit Plutarchus in Othone, & Appianus Ciuilium l. 5. creberrime ſcripto Κίκιννα. Alij ex varijs varie notant *Caecinna, Cecina, Ceeinna*. vt *Corinna* Ouidio, ac Pauſaniae. Verum poſtremum hoc ad effigiem deminutiui eſt ex Κόρη, Κόριννα.

CAECVBA vina Straboni in 5. Plinio, Martiali, plurib. Minus recte ſola vocali ſecunda Dioſcoridi lib. 5. ac inibi Hermolao. Vide *Aegesta*.

CAECVS, non recte alij per Oe. Appianus Patecbola 6. de Legationib. Ἄππιος Κλαύδιος ὁ Καῖκος. Pandectae Flor. quod diphthongum exhibeant, cur minus probat Briſſonio Παρέργων libro ſingulari? Hinc *Caeculus* per Ae Aen. 7. cuius ſcriptura controuerſioſa non eſt. In fragmentis Capitolinis CEN. AP. CLAVDIVS. C. F. A. N. CAECVS. ſaepius. Plutarchus in Coriolano: Οὐ μόνον Σύλλας, οὐδὲ Νίγρους, ἀλλὰ καὶ Καίκους, καὶ Κλωδίους ἐπωνυμίας τίθενται *Nec ſolum Syllas, & Nigros, ſed & Caecos & Clodios cognomina ponunt. Caecus,* Τυφλός, Gloſſae ab H. Steph.

CAEDO Latio communicata vox ex Καίνω Iul. Scaligeri iudicio l. 1. de Cauſis LL. ſaepius. Quam vocem biuocali conſtitutam docet Plut. συμπ. δεκάδ. 8. cap. 6. Τὸ δὲ Καίδερε, δέρειν. Item *Rata caeſa* in Iure.

CAELIMONTANVS per AE ſcribi debere, non per OE Romanae docent Inſcriptiones, ex quibus vnam adferre ſatis eſt, in Quirinali adhuc ad Malum Punicum extantem, in hortulo quondam doctiſſimi viri Iacobi Sadoleti Cardinalis, quae ſic legitur ſub Herculis, Iouis, ac in monte ſedentis Genij ſimulacris

HERCVLI. IOVI. GENIO
IVLIANO CAELIO CAELIMONTIS
ANNA SACRVM.

Haec ſunt verba Pighij in Tyrannifugio. V. ſubiectius *Coelos, Caelum*.

CAELO, ſcalpo diphthongo *Ae* integratur, Libri veteres, & Saxa. Ouidius:

At clypeus vaſti caelatus origine mundi.

Maro: —— *Caelatum inſigne ferebat.*

CAEMENTVM. Origo illi communicat *Ae*: eſt enim à *Caedo Caedimentum*, poſt *Caementum*. Scripſere & numero priore *Caementa*. Ennius: *Labat, labuntur ſaxa, caementae cadunt.* Iad veterum Orthographica. Sic olim *Paimenta* pro *Pauimenta*, *Canta* pro *Cantata*, *Reprocus* pro *Reciprocus*, aliq́; mulcata placuere. Vitruuius lib. 1. c. 5. *Sed vbi ſunt ſaxa quadrata, ſiue ſilex, ſiue caementum.*

CAENINENSES a Καινίνη, Dionyſius, Stephanus, vetus Sigonij Lexicon.

CAEPA, CAEPE, Priſcian. lib. de Ponderib. Abſque biuocali a Κεφαλή, vel *Caput*, Aldus l. 4. Gram. Quo more *Cepina* Columellae, *Cepullae* Palladio.

CAEPIT a *Capio*, & quandoque *Faecit* inuenias, vt *A* praeſentium a praeteritis non depellatur. Abſque ea ſonora *Cepi*, *Feci* rectius, vſitatius.

CAEPIO cum *Ae*, Seruiliae gentis cognomen Plutarch. in Pompeio, Caeſare Libri, Lapides Capitolini, alij. Nummus argenteus Andr. Lauretani: Q. CAEPIO. BRVTVS. PROCOS. Quoſdam adſpiraſſe ex Tullij Oratore non eſt obſcurum.

CAEPVS ſatyro ſimilis, caetera inter canem, & vrſum, naſcitur in Aethiopia, Sic nonnulli. At Strabo lib. 17. ſcribit Κῆπος, Item Photius in Biblioth. & Cteſias.

CAERELLIVS *Ae*, & liquida repetita, Libri, & Saxa Manutij fide.

CAERETANI primam inuadente prima diphthongo. Inſcriptio apud Vrſinum;

PAEDAGOGO. PVERORVM. CAERETANORVM

Stephanus: Καιρὴ, πόλις Τυῤῥηνίας· τὸ ἐθνικὸν Καιρητανός. *Caere, ciuitas Etruriae, gentile Caeretanus.* Eſt enim *Caere* appellatum ex Χαῖρε flatu difflato. Sic plantae in alienum ſolum translatae degenerant. Dionyſ. Hal. l. 1. 3.4. per H ſuperius adiectiuum pingit: Strabo l. 5. Καιρετανοὶ, & θερμὰ Καιρετανά. *Caeretani, & thermae Caeretanae.*

CAERIMONIAE prima cum diphthongo *Ae*, ſecunda cum I. Ita Lapis peruetus in villa Rodulphi Pij Cardinalis Carpenſis. Feſtus: *Caerimoniam cauſam alij ab oppido Caere dictam exiſtimant, alij a Caritate dictam indicant.* Iſidorus lib. 6. c. 19. *Proprie autem viſum eſt doctoribus a Carendo*

rendo appellari Cerimonias, eo quod quae in sacris diuinis offeruntur, in ipso usu carerent homines. Idem sensit Massurius Sabinus apud Gell. l. 4. c. 9. Macrob. l. 2. c. 3. & l. 3. c. 3. Val. Max. l. 1. c. 1. *Inde enim institutum est sacra caerimonias vocari, quia Caeretani ea in fracto reip. statu perinde, ac florente coluerunt.* Vide Liuium lib. 5. Strabonem l. 5. Sunt qui a *Coelo* trahant appellationem, quod *Caerimoniae* ad *coelestium* honorem pertineant. Alij nuda E scribunt a *Cerus*, quod prisca Lingua *Sanctus* est. Alij a *Cerere Cerimonias*: estque in veteri Glossario: *Cerimonia*, θρησκεία. Vel. Maximum adhaero; scriboque per I in secunda sede inclinamento a *Caeritib.* facto *Caerimoniae.* Adstruo Proportione *Alimonia*, *Mercimonia.* Manutius editione primula per E scripsit prisca in affirmationem Inscriptione producta: post de sententia decedit. Neque vero pro *Cereris* sacris dubitem absque biuocali scribere, vt in Glossario.

CAESARAVGVSTA dictionum coniugio, Strabo, Mela, Plinius: earum diuortio Ptolemaeus, ac Paullinus *Caesarea Augusta.*

CAESARIES cum Ae. Causam atrexunt a *Caedendo*, Ac si in crinibus locum habeat:

Extremumque diem primus tulit ——

Perdiu intonsi fuere Romani. An per metaphoram ad crines referas a tela? habet enim tela in ora summa capillitij instar fila propendula, cui caesaries non vsque absimilis: Homerus *Καρηκομόωντες* —— Etymologus inde ortum ducere videtur.

CAESENA ex Libris, ac veteri Inscriptione, Manutius.

CAESETIVS cum *Ae*, familia Romana, Libri, Saxa, Consuetudo Graeca.

CAESIDIENVS, quam *Caesidenus* malim cum Vrsino in 3. l. de Orat.

CAESIVS cum Ae, a *Caelo* venire volunt.

CAESPES q. *Caesus pes* e solo, a *Caedendo.* Γῆς ἐκτμὴν βώλων, vocat Plutarchus. In veteri Codice Ausonij diphthongum inesse testatur Vinetus. *Cespesus* extra diphthongum lego in nouissima Columellae editione l. 10. ac in Heruagiana. Similiter inibi *Cespes*, atque in Libris plurimum vulgo tritis auctorum aliorum. Festus etiam post *Cerritus*, *Cerrones*, *Cerus* ait ordine seruato: *Cespes est terra in modum lateris caesa*, confessus Originem, diphthongi partem deterens. Alij ab antiquato *Cepio*, vt sit *terra cepta*, seu *Capta.*

CAESTVS *vocantur & ij, quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus.* Festi vox non secantis haec, & *Caestus* collocantis *Caesones* inter, & *Calasim.* Qui fit, vt de eius mente diphthongus pareat in priore sillaba. Qui Festos *Cesticillum* scribit E simplici. Probi vox alia l. 2. *Hic cestus tunica Veneris huius cesti: hic caestus pugilum, huius Caestus. Virgilius:*

Quid siquis caestus ipsius, & Herculis arma Vidisset.

Et orthographia distant, inquit, & declinatione. Distinctus hic placuit Vineto in Ausonij Epigramma 91. & Andreae Brabanto. Praeplacet Festus; nihil distinguens: *Caestus vocantur & ij, quibus pugiles dimicant: & genus quoddam muliebris ornatus.* Verum a Festo discedo primae scriptione. Explicarius. *Cestum* absque diphthongo Veneri tribuit Homerus Iliad Ξ,

Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα Ποικίλον ——

Dixit, & a pectore soluit cestum lorum varium.

Homeri Interpres: Ζωστῆρα οὕτω καλούμενον ἀπὸ τοῦ πολυκέντητον αὐτὸν εἶναι ταῖς ῥαφαῖς: *Baltheum sic vocatum a multiplicibus suturis suis.* Nonnus lib. 40. Homero similiter:

Στίψατε κεστὸν ἱμάντα γαμοστόλον ——

Cingite punctum lorum nuptiarum ornamentum.

Iterum lib. 33. Κεστὸς ἱμὰς νίκησεν ἐμῆς τελαμῶνα βοείης:

Cestus, seu, Punctum lorum vicit clypei mei lorum.

Adde his Etymologicum: Ἢ παρὰ τὸ Κάζω τὸ κοσμῶ γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα καστός, καὶ κεστός. *Aut a Cazo, quod est Orno, verbale nomen oritur, quod est Castos, & Cestos. Cestus* tunica Veneris. Sic Etymol. κεστὸς ἔνδυμα Ἀφροδίτης· καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶν γυναικῶν φαντασιῶδες ἔνδυμα: *Cestus Veneris vestis: abusu autem omne vestimentum mulierum imaginationi seruiens.* Noto etiam Homerum, aliosque oratione pleniori dixisse κεστὸν ἱμάντα: alios detecta ἁπλῶς *Cestum.* Sic pugilum *Cestus* Pausaniae in Eliacis, & alibi pluribusque auctorib. ἁπλῶς Ἱμάντες, *Lora.* Iterum nota *Cestum* Veneris πολυκέντητον interpreti Graeco, & Etymologico. Quibus expositis dico vt a Veneris ornamento, & Iunonis apud Themist. Or. 6. ad quoduis muliebre catachresi *Cestus* transfertur: sic a muliebri ad virile: vt quod in Venere varium, & laudabile: sic in pugile congestus plurium lororum fabra intertextorum arte *Cestus* diceretur Aen. 5.

Taurorum ingentia septem

Terga boum plumbo insuto, ferroque rigebant.

Moxitem: —— *Ipsa*

Huc illuc vinclorum immensa volumina versat.

Erant

BENEDICTA [illegible] Cicero de Cl. Orat. *Philosophia mater omnium bene dictorum [illegible]* [illegible] *non exstant, nisi unus liber Bene dictorum.* Nec [illegible] Curculione [illegible] *benedictum.* Terentius : [illegible]

BENEDICTIO [illegible] tamen iunctim legas Apuleij Asclepio. Item B[illegible] in Curculione

[illegible] benedictum est meo [illegible] animo.

BENEFACIO ad [illegible]. Accius Armorum iudicio : *B[illegible] nunc quid sabiti [illegible] febris [illegible]*

BENEFACTA Propertio consim[illegible] cohaertione. Ele. [illegible]

Tantum in amore preces, & benefacta valent.

Tusculan. 4. *[illegible] collocavi[illegible]*

Videntur nihilosecius & [illegible] post *Benefacta* se[illegible]tim.

BENEMERENS connex[illegible], ut [illegible] Tabula e marmore via Nomentana:

HEREDIS. BENEMERENTI. FECERVNT

BENEVENTVM passim *Beneventus* scripturus fuisse videtur Ausonius ex Epigr. 68. — — *[illegible] Campana in Benevento* Dices *Benevento in urbe Campana.* Reteram inveniri [illegible] apud Ptolemaeum, Stephanum, Suidam. Sic *[illegible]*, aliaque id genus permulta.

BENIVOLVS, an *Beniuolus?* [illegible] mihi improbatum haec a Lip[illegible] [illegible] ingenio mortales [illegible] omnes [illegible] rudi[illegible] [illegible] dedicti[illegible] ut me [illegible] tribus [illegible] temerare praecepit. [illegible] *Pinuiraspa* [illegible] Sic [illegible] apud Cassiodorum & [illegible] *quia b[illegible] vult. Non [illegible] partibus compositum non [illegible] aut prior [illegible] mutat.* Respicit Graecorum [illegible]

BENIVOLENTI[illegible] SVI[illegible] POSVIT

H. Steph. Gl. *Beniuolentia* Ab his diuersus abit V[illegible] Longus in Orthographia : *Niso etiam placet*, inquit, *ut Beneficus per I scribatur, quomodo Ma[illegible] quod videt C[illegible] consuetudinem repudiasse. Non enim si hae duae litterae E, & I [illegible] semper immutari.* Beda recenseri vult in prioribus: *Benivolus, & Malivolus, & Maleficus, [illegible]* Ita viri doctiss. Lipsius, atque [illegible] per I [illegible] In Plauto a Duza *Ma[illegible]ficus* in [illegible] per I.

BENEVOLENTIES Veterum licentiae tribuitur a Charis. o l[illegible] b. 1.

BERBENA *utraque syllaba a B incipit*, inquit Beda, & [illegible] Antiquae Glossae Liuij, Terentijque Codices *Verbena.*

BERBIX, *Πρόβατον*, Excerpta de Glossis. Pass[illegible] *Verbex*, idque recte.

BERECYNTIA T non aspirato. [illegible] Ita Pierius. Coelius cum H contra Seruij [illegible]tatem, cuius illa sunt ad 9. Aen. *Mater Deum a monte Phrygiae Berecynto, cuius [illegible] addidimus quod [illegible] montem Deli Cynthum dicunt*, ex quo Cynthius Apollo. Vide Hesychium.

BERNA, *οἰκογενής*, & is, qui in bonis hereditarijs natus est, quam *Verna* maluit Memnonius, & homo quidam Romanus Memnonij corrector, item Adamantius Martyrius petito distinctione a *Verna, verna, vernum.* Eandem ob causam eadem est Bedae mens, & praeceptio. Verum id genus distinctiones propudi[illegible] fae sunt. *Verna* in Romana Inscriptione.

SATVRNINAE. VENERIAE. VERNAE. SVAE

Mecum Pithoeus contra Cassiodorum l. 1. Subse. c. 6.

BERONICE, BERONICA, BERENICE, BERNICE, PHERENICE, VERONICA, VERONICE. Haec v[illegible] trium [illegible] litterarum primip[illegible] [illegible] uit Casaubono, Hermolao, Meursio. *Beronice* sic exoscul atur Casaubonus, ut ab [illegible] [illegible] accipiat *Berenice* lib. 8. Suetonij. *Berone* probat inuocata fide MSS. & Graecorum consensu, Dionis, Iosephi, aliorum. Approbo ad[illegible] ex Elegia vetere:

Sic Beronicaeo detonsum vertice crinem.

Ex Theocriti Idyllio 15. —— Ἐ̓ποίησ[illegible] Βερονίκαν. Vnde recte apud Hesychium scribitur

Βερονι-

Βερονικίδα contra Meursij corrigentis opinionem. Recte apud Valer. Maximum *Beronicen*, vti mox.

BERENICE vero est Pausaniae in Atticis edente Silburgio: Παρὰ Βερενίκης τῆς μητρὸς ἀξιωθεὶς ἐπιτροπεύειν. *A Berenice matre tutela dignus habitus.* Ibidem: Χαλκοῦν καὶ αὐτὸν, καὶ Βερενίκην. *Ipsam ex aere, & Berenicen.*

Beronica idem est, vt *Veronica*. Sic *Circe Circa, Dirce Dirca.* Vide Variantis Orthographiae Viridaria. Idem nomen est Φερενίκη, *Pherenice* (ex quo *Berenice* recte quoque statuitur) Sic amant Siculi, & Macedones Φ in Β vertere. Φίλιππος Βίλιππος, Φῶ Βῶ, ex quo Βάζω, Φερενίκη Βερενίκη. Notatque e Methodio Etymologus, in Ἀμορβεὺς, Βίρσια, alibique. Vnde & *Bernice* συγκοπῇ Actor. 25. 27. Chrysost. tom. 5. Sic Latinis φάλαινα *Balaena* scribitur, ex Νεφέλη *Nebula* surgit, Ὀμφαλὸς *Vmbilicus* euadit, Ἄμφω *Ambo*. Quare inani coniectura Hermolaus Barbarus Plinij lib. 7. c. 44. iterum *Berenice* repudiata (reginae causam ago, Lector) *Pherenice* substituit ex Pausaniae Eliacis, & Aeliani Varia Hist. l. 10. Idem in secundis Castigationibus sibi constat, & ex Valerio Maximo *Beronicen* (audiant Casauboni manes) expungit hinc numine. Parcat mihi tantum Italiae lumen. Aduersus eum testimonium inuersibile dicit Plutarchus in qq: Graecis tom. 1. & proleratij Grammaticorum pulli adstrepunt: Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ Φ τῷ Β χρῶνται Δελφοὶ καθάπερ Μακεδόνες Βίλιππον γὰρ, καὶ Βαλακρὸν, καὶ Βερονίκην λέγοντες. Sic ergo pro *Pherenice Beronicen*, seu *Berenice*, seu *Bernice*. *Veronica* vero, & *Veronice*, vt Aeneide quinta *Beroë*, quae Libris quibusdam est *Veroë*. Sic Inscriptionibus *Velisarius*; qui passiua scriptione *Belisarius*.

BERYTVS, non *Berutus*. Nam Victorinus, quae Graeci per Y scribunt, per Y potius, quam per V scribenda praecipit, vt *Hylas* non *Hulas*, *Hymnus*, *Hyacinthus*. Ita Plinius l. 5. c. 20. Priscianus, Dionysius: —— Βηρυτοῦ τ' ἐρατεινῆς ἐρατεινὴν. *Beryti terram amabilem.* Aliter Vsus inuasit in *Cuminο*, *Cupresso*, *Guberno*.

BESICA. V. *Vensica*.

BES, BIS, DES, DEES pro Vnciae parte, Bernardinus Baldus, lib. de Vocib. Vitruuianis. Festus: *Bessis vnciae octo sunt.* *Bes*, *Des*, Varro lib. 5. de L.L. vt *Bellatores Duellatores*.

BESSI Thraciae populus, Plin. lib. 4. cap. 11. *Bissi* per I in prima fronte apud Stephanum.

BESTIA per B. Aliter Pandectae Flor. *Qui ad Vestias, aut in metallum damnantur.* Ex hoc scribendi genere *Vestini* Italiae populi, ἀπὸ τοῦ θηριώδεις εἶναι, inquit Etymologus quasi *Bestini*. V. *Vestiarium*.

BETA Graecanicae literae nomen per B, & E, non per V, & I. D. Augustin. l. 2. de Doctrina Christiana cap. 24. *Beta vno, eodemque sono apud Graecos literae, apud Latinos oleris nomen est.*

BETTONICA. Vide VETTONICA.

BIBLIOTHECA I Latiari Ammianus l. 22. Diodor. l. 1. Tertull. Apolog. c. 18. Strabo l. 1. Pausanias, Zonaras, Cedrenus, Plinius, Vitruuius, Plutar. in Sylla. Ἀπελλίκωνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην. Sueton. Isidorus, Gellius. Origo βίβλος. At prisci Graecorum etiam βύβλος Eustathio in Iliad. γ, & Ζ. & vtrumq. apud Hesychiū, quorum imitatu Romae in museo Cardinalis Carpensis:

C. IVLIVS. FALIX. A. BYBLIOTHECA. GRAECA
PALATI Item in aedibus Maffeiorum:
CLAVDIVS. ALCIBIADES. MAG. A. BYBLIO
THECA. LATINA. APOLLINIS

Verum licet ita repraesentet hasce Gruterus Inscriptiones: tamen Lipsi cap. 6. de Bibliothecis habetur I Latinorum. Certe haut confidenter Y Graecorum repudiauerim: licet alterum nitidius putem. Etymologicum vide duobus locis. Plutarchus in Aemilio: Ποσειδώνιος ἐν πλείοσι βυβλίοις, *Pluribus in libris Posidonius.* vt edidere Wecheliani. Suidas: βύβλον, πάπυρον. Venus autem *Byblia* ab vrbe est, Lucianus in dea Syria. Sic apud Etymologum Αἶψος, Ἀύψος legas. Idem Etymologus βύβλον, καὶ βίβλον vano discrimine dissepatat.

BIGERRI cum E, adduplicata irriente litera apud Plinium. *Bigerricus ager* Sidonio l. 8. epist. 12. consimiliter. At in epistolis Paulini ad Ausonium *Begerri* inuenias, & *Begorri*. Ausonius etiam in epistolis *patriae Begerritanae* meminit.

BIPAR-

BIPARTITVS per A scribitur lib. 2. apud Curium Fortunatianum. Diomedes l. 1. *Bipartito, Tripartito, Quadripartito.* Columella l. 5. c. 1. de RR. *Tripartito diuisi.* Apud Marium Victorinum *Bipartita disciplina.* At sibi non constat huius auctoris editio nouissima: nam alibi scribitur *Quadripartitus, & Quadripertito.* Apud eundem in lib 1. Rhet. Ciceronis: *Quinquepartiti syllogismi, siue tripartiti.* Ibidem: *Verum tripartita, an quadripartita, an quinquepartita sit argumentatio.* Andreas Brabantus abnegat scribi posse *Bipartitus.* quo indicio? quo iudicio? Ego *Partio* immutatum agnosco in priscorum compositis: mutatum τῷ E in nouitijs, vt plerisque alijs in vocibus. V. *Adspargo, Impertio.*

BISALTAE sigmate vnico. Sic Maro, Plutarch. in Pericle, Suidas, sic Stephanus Βισαλτίαι, Βισάλτης. Thucydidi Βισαλτικόν.

BISSEXTVS sibilo bis posito malim. Adiuuor ab Isidoro l. 6. Orig. c. 17.

BISTONIA, BISTONES, Βίστωνες: non *Byssonia*, Oppiani 2. Cyneg.

Τοὺς χαλέουσι Βίστωνας, ἐπεὶ ——— *Quos Bistonas vocitant.*

Vbique scribendo I pusillo.

BITERE, & *Betere* vsu promiscuo in Plauto. Vide Nonium. Vulcanius etiam *Baetere* cum biuocali admittit, nec annuo, nec abnuo. V. *Aegesta, Baetis.*

BITVITVS in Eutropij Breuiario, inque Liuiana Epitome. Idem rex *Bituitus* per I, & N apud Orosium. In vetustiore Eutropij Breuiario *Vituitus.* In Latinis Eusebij Chronicis *Vetuitus* primam sillabam E perficiente. Βίτιτος bisillabum apud Strabonem l. 4. Delrius in Epitomam 61. *Betultum* scribit ex fragmine triumphorum eruto Romae CIↃ ↃLXIII.

Q. FABIVS. Q. AEMILIANI. F. Q. N.
MAXIMVS. PRO. COS. DE. ALLOBRO
ET. REGE. ARVERNORVM. BETVLTO

Addit etiam Val. Maximi melioris notae Codices sic appellare.

BLAESVS biuocali, Lapides Capitolini. Etiam cum Semproniae gentis est cognomen. Βλαισός in Etymologico, Suida, Epigrammatis. Apud Hesychium βλαισὸς, παραλυτικὸς exponitur.

BLATTA duplici T Vsu vulgario, & recto. Martialis l. 14.

Constrictos nisi das mihi libellos,
Admittam tineas, trucesque blattas.

Idem l. 13. Fr. Siluius obseruat veterib. Libris esse *Blaptas*, ac si a Βλάπτω vox oriatur.

BLATERO; non *Blattero*, non *Blaccero*. Lucillius lib. 36.

Deblaterant: plenus bonis rustice concinit, vna.

Horat. lib. 2. Sat. 7. ——— *Magno blateras clamore, furisque.*

Quibus ex locis enotescit non geminandum T, vt correctioribus est Apuleij exemplarib. edente Vulcanio & antiquioribus Libris inesse testatur Steuuechius ad Apuleium. Neque per C scribendum, esto, *Blaccro*, & *Blatero* Cruciger adferat lib. de Harmonia 4. Linguarum, aut *Blaccero* placere doctioribus pronunciet Andreas Brabantus. Quamuis id Festus insinuet: *Deblacerare est stulte loqui, nam Graeci* Βλάκας *stultos appellant.* Saepe namque elementa decidua fiunt ab Origine sua. Nonius a *Balatu* figurat, multisque locis *Blaterare*, & *Blatis* vnica scribit insona. Idem Andreas Brabantus in *Gluttio* scribi adserit *Blattero* duobus TT. Veteris nae ille immemor est prouerbij. Terentianus vnico contentus ostendit non tam despicatum esse vocabulum, ac plerique rentur: *Vt quinero versu deblaterabo Sotadeo*, inquit. Quare a foedo vocabulo Βλάκας non videtur ortum. Eequis aliam Terentiani Niliacae Praesidis, doctissimique omnium confessione viri auctoritatem nescit, aliam Festi racematoris? Hesychius: βλάξ, ἠλίθιος, παραφρονοῦντας

BLEMYES solo M, & Y Graeco. Lucanus:

Per Meroen, Blemyasque feros, atramque Syenen.

Olympiodorus: Πρεσβύτας τοὺς χιλιά τῆ Τάλμιν βαρβάρων, ἔτι τῶν Βλεμύων. Etymologus duplicat MM. Βλέμμυες. ἔθνος βάρβαρον Λιβυκὸν ἀπὸ Βλέμμυος ἑνὸς τῶν Αιγυπτίων δορυφόρων, afferitque veteris Poëtae versum eum vnico M. Strabo sic lib. 17. saepius, Zosimus, alij.

BOEBIS, BOEBEIS, BOEBIAS. Val. Flaccus:

Perderet & pingui miseros in Boebide crines.

Lucani lib. 7. *Ire per Ossaeam rapidus Boebeida* ———

Sic in Catalogo Βοιβηίδα λίμνην. *Boebias* Hesiodo. Sexcenta talia finguntur stylo Poëtarum.

BOEOTVS tribus sillabis, *Boeotia* quatuor priscorum more omnium Latinorum, & Graecorum. Nec opus monito, ni Baptista Guarinus a Politiano quaesisset per literas cur non

Bottia scriberet. Scitum illud e Metam. 3.

Bos tibi, Phoebus ait, solis occurret in arvis
..... qua requieverit herba,
Moenia fac condas, Boeotiaque illa vocato.

BOES affectatione putida in Prudentio contra Symmachum l. 1. venditanti
Nunc bigas fracnare boes ——
Si more Graeciae, vel amore: cur edunt —— *Stigio caput exerit antro?* illis enim Στύξ perpetim scribitur, & Ἀόρνα: isti autem Prudentio tribuunt
—— *Mense, atque aditu, & Flamine aris?*

BOETIUS a βοηθῶ, inquit Brabantus. Dixisset Βοηθ. Infero: Ergo tertia afflatu scribenda. *Boethus* sophus alius apud Philonem lib. de Mundi Immortalitate: Βόηθος γοῦν, καὶ Ποσειδώνιος, καὶ Παναίτιος. At qui de Consolatione Philosophiae scripsit, absque H scribitur *Boetius* approbatione communi, & eorum, qui illum sibi habnere familiarem.

BOMBYLIUS pro vermiculo serici velleris opifice scribit Passeratius, cum antea praecipitantius, quam prudentius per A *Bambylius* sua in seric ordinasset, & D. Basilium laudasset. Verum in D. Basilij hom. 8. in Hexaëm. est: Ἐντα προϊὼν βομβυλιὸς γίνεται.

BONASUS. Graecis quam varie? βόνασος, βόλιασος. βόνιαξος, βόνναος. I ad Aristotelem l. 9. de Animal. c. 45.

BOODICIA, BOUDICEA varianter Taciti Codices in historia. In Agricolae vita *Boadicea*. Xiphilino in Nerone Βουνδοῦιχα.

BORYSTHENES Solin. c. 29. Mela l. 2. c. 7. alij. *Borusthenes* vetus Inscriptio ad pontem Lucanum:

QUAE. EST. ULTRA. BORUSTHENEM

Altera: ULTRA. BORUSTHENEM. SUMMOTO

BOSPORUS non afflato P. Ita partes poscunt Βοὸς πόρος. Ita Epiphan. initio Panarij, Apollod. l. 2. Plutar. in Lucullo, Pompeio, Strabo l. 12. Stephanus, cunctique Graeci. Ex recentioribus Ortelius, Passeratius, Lambinus, Torrentius.

BOSPORIUM MARE congruenter. Ouid. 2. Trist.
Egerit Ionio, Bosporioque mari.

BOSPHORUS cum flatu non est serioris aeui, sed antiquiorum etiam, qui ob hanc cacographiam in Stephani censuram incurrerunt. Stephanus: Οἱ δ' ἐγχώριοι Βόσφόριον αὐτὸ χαλῶσι παραχαραμματίζοντες *Indigenae Bosphorion ipsum appellitant perperam scribentes.* Cur vero παραχαραμματίζουσι? Non veteres Attici scripsere Τρόφαιον; Vide loco. Nemo scribens omnes veri imagines, aut causas omni hora animo complexus est. Et Gelenij Plinius cum alibi, tum lib. 25. c. 9. *Circa Bosphorum.* Quam scribendi rationem complectitur Ciofanus in 7. Metamorph. Vide *Asparagus, Trophaeum.*

BOTTIAEA, BOTTIAEI gemino TT, Thucydides l. 2. At Strabo l. 6. vnico.

BOVILLAE, an etiam *Bobillae*, ambigit Ortelius: Casaubonus in Persium negat H. Raderus in Martialem a *Boum multitudine*, quasi *Boum villam* ἐτυμολογεῖ. Potius sint quasi βοῶν ἴλαι, *Boum turmae*, vt Consuetudo accuderit alteram liquidam. Ab *Hilis* Pontano, a qua voce *Boillas* vicum dictum putant, *quod eo bos intestiua trahens advenerit.* Quod si est, inquit, hoc quoque nomen adspiratione eget in media sillaba. Infirma consecutionis ratio: nam ex ὠὸν *Ovum:* sic ex *Hilis* fieri poterant *Bovillae*.

BRABIUM ex βραβεῖον videtur. *Bravium* paene aspernabile. Tu Consuetudini mecum pare.

BRACAE vnico C, difflatoque Spiritu correctius. βράκαι Epiphanio l. 2. haeresi 39. Diodoro l. 5. Ἀναξυρίσιν ἃς ἐκεῖνοι βράκας. *Anaxyrisin. quas illi Bracas.* Etymologus: Ἀναξυρίδας μέντοι, ὥσπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ βρακία φασιν, ἀπὸ τοῦ Ῥάκια, πλεονασμῷ τοῦ β Αἰολικῶς: *Anaxyridas tamen, quas Bracas dicere sollemne est, ex Rhacia, Aeolum more redundante* B. I ad Diodorum lib. V. Hesychius Βράκες ἀναξυρίδες. Eustath. in Iliad. Τὸ κάλυμμα τῶν αἰδοίων βράκας a Romanis, ab alijs ἀναξυρίδα ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι dici tradit. Symmachus quoque apud Danielem ἀναξυρίδας interpretatur *Bracas*. *Medos bracatos* Persius Sat. 3. scripsisse fidem faciunt Codices multi: nouissima licet editio a Casaubono geminet, vti Hesychius: βράκκαι, διφθέραι παρὰ Κελτοῖς. Minus id Becmano placet in Originib. *Bracca*, inquit, *aut potius Braca, male vero Bratha.* Certe *Indicas bracas* habes in Priapeo. Lucan. l. 1. *Vangiones bracas induit:* Sarmatas Val. Flacc. l. 5. Argonaut. vbi C vnicū noto. Volunt alij ex ῥάκος fieri βράκος. Non id magis inficiarer, quā ex Ῥόδον fieri βρόδον, nisi bar-

nisi barbaricum tegmen barbarae quoque putarem originis. Ouid. Trist. l. 5.

Pro patrio cultu barbara braca tegit.

Produxit etiam Lucillius Satyr. l. 11.

Conuentus pulcer, bracae, saga, fulgere torques.

Ex qua productione color oblatus geminare affectantibus. Fl. Caper: *Brachas, non Bracas.* An haec illi mens, aut manus? Ῥάχος, vel Ῥάκκος scribit Andreas Brabantus.

BRACCAS antiquis Ouidij Libris geminante vncinata litera Ciofanus tribuit, ac rectum autumat: ijsdem *Bracata* tribuit vnico C, & *Rutulli* per duplex LL. Foeminis *Bracas* induit Theocritus Idyll. λδ. vbi vnico C. Οἷα γυναῖκες φορέοισ' ὑδάλινα βράκη.

BRACCHIA duplici CC Libris veteribus & Virgilio Carpensi Manutius arrogat. In id testes edit Pandectas Florentinas alius. Graecis Βραχίων. Latini genus vertunt, duarum sillabarum quantitatem, & posteritatem. Recta scriptio perennabit *Brachia* cum Ch & vnico C. Scio tabulis esse indiciarijs:

BRACIOQVE. APERTO. LITERAM. DIGITEIS. OPERTAM

Verum olim spiritum Latini non indebant. Exspectoque rationem, qua sillabam primam C perficiat. An vt Ἴακχος ἀπὸ τῆς ἰαχῆς: sic ἐκ τοῦ βραχίονος *Bracchium*? quo auctore veteri? Recentes inter id Salmasio placuit.

BRACHMANES cum Ἰνδοὺς καὶ βραχμᾶνας καλοῦσιν, inquit Stephanus. Tertulliano in Apologetico *Brachmanae.* Βραχμᾶνες Suidae, Proclo l. 2. in Timaeum, Origeni tom. 6. contra Celsum. Vtramque positam scripturam iactat etiam Coel. Rhodiginus Antiq. Lect. l. 18. c. 31.

BRACTEA rectissime. Consuetudo namque Origini, ἐκ τοῦ Βράχειν adspirationem inuidit. *Brattea* gemino T in Maronis Libris Romano, ac Longobardico.

BRASICA vnico S dictat Origo. Πρασική ex Πρασιά. Sic Βασιλική, Ὀμφαλικός, *Basilica, Vmbilicus.* At cum Πράσινος primam corripiat, tendendi causa geminauit elementum serpentinum Columella lib. 10.

Brassica cumque tument pallentia robora betae.

Sammonicus similiter:

Fracuat commisto cum feruet brassica vino.

Festus a *Praesecando*, non inuitis elementis: eaque Origine S poscitur vnicum.

BREVCOS in Sueton. Augusto praeferunt Codices Viterbiensis, ac Lislaei: alij per N *Breucos.* Graeci adaeque varij.

BRIAREVS passim, & recte. Etymologus: Αἰξάδιος, καὶ Ἐξάδιος, ὡς Ὀβριάρεως, καὶ Βριάρεως. Etiam ergo *Briareos*, qua formatura *Androgeos, Peneleos.*

BRITANNIA cum I, in prima, vnico T, duobus NN, Libri editi plerique omnes, & Lapides. Camdenus in Angliae imagine mauult *Britania* solo N, vt *Lusitania, Turdetania, Aquitania, Mauritania.* Vnicum est in cunctis Graecis & antiquis Inscriptionib. Poëtae Latini quandoque geminant. Lucret. in 6.

Nam quid Brittannis coelum differre putamus?

Geminat & Stephanus Βρεττανός in Ἀγχύρα πόλις. Vbi nota I in prima contra Graecorum morem: Εἰσὶ δὲ Βρεττανίδες νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ, ὧν τὸ ἐθνικὸν Βρεττανοί. Διονύσιος ἀφελὼν τὸ ἓν Τ φησὶ, Ὠκεανοῦ χέχυται ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα Βρετανοί. Καὶ ἄλλοι οὕτω διὰ τοῦ Π Πρετανίδες νῆσοι, ὡς Μαρκιανός, καὶ Πτολεμαῖος. *In Oceano sunt Brettanides insulae, quarum gentile Brettani. Dionysius aufert alterum T dicens, Oceani funditur fluxus frigidus, vbi Bretani. Aliique sic per P Pretanides insulae, vt Marcianus, & Ptolemaeus.* Apollonius lib. 4. Argonaut. Νήσοις γὰρ πάσῃσι Βρετανίσιν ἰσοφαρίζει. *Nam cunctis Britaniae insulis par est.* Nota ex opinione Stephani T duplicandum cum Lucretio. Abeunt a Stephano cuncti Latini vnico T contenti. Heluius Cinna:

Alluitur nostra victa Britannis aqua.

Maro: *Et penitus toto diuisos orbe Britannos.*

Lucan. Pharsaliae l. 6. *Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.*

Quibus in locis, alijsque aliorum auctorum Latinorum plurimis cum gemina sit liquida, & nusquam *Britani* apud Latinos vnico N scripti, sic opinor recte scribatur. Arcus Septimij cum gemina geminatione BRITTANNICI. MAXIMI. Dicimus tandem correcte Latinis per I in prima scribi, per E Graecis: Latinis duobus NN, Graecis vnico: Latinis, Graecisque quandoque duobus TT, quandoque vnico, modo proxime dicto. Ena ad Camdeni Angliam. Apud Chrysost. in 2. ad Corinth. sic ediderunt: Τὰς Βρετανικὰς νήσους, eoque more fere Graeci. V. Analogia. Denique λ substitutum comperior pro N. Hesychius: Βρεττανία, νῆσος ἡ περὶ τὸν ὠκεανόν. *Brettalia, insula Oceani.*

BRI-

BRITOMARVS per O in ſecunda. Antiqui Annaei Senecae Codices quidam per A *Britamarus*. Videtur eſſe Plutarchi Βριτόμαρτος.

BRVCHVS aſpere quibuſdam eſt Biblijs. recte. Etymologus : Βροῦχος, εἶδος ἀκρίδος παρὰ τὸ βρύχειν, τὸ ἐσθίειν βρύχος, καὶ βροῦχος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο. Minus igitur recte (etsi contra Originem) *Brucus* quibuſdam eſt Editionibus.

BRVCVS, BRVCHVS, Βροῦκος, Βροῦχος. Pſalmo 104. *Venit locuſta. & bruchus, cuius non erat numerus* Quem locũ explicans Macarius Chryſocephalus Βροῦχον δὲ νοήσεις νεογενῆ ἴνα, καὶ ἄπτερον ἀκρίδα. Ita *bruchus* eſt locuſta minime alata. Ioelis 2. Κατέφαγεν ἡ ἐρυσίβη, καὶ ὁ βροῦχος, καὶ ἀκρὶς, καὶ ἡ κάμπη. Quo ex loco reijciuntur, qui *Bruchum Erucam* autumant. Suidas, ac Etymologus adſpirant. Inadſpiratione Heſychius: Βροῦκος, ἀκρίδων εἶδος, Ἴωνες. Cum Heſychio facit Origo.

BRVGES pro *Fruges* prima ſcripſere ſecula.

BRVNDISIVM I ſillabam occupante ſecundam, Libri, Lapides, Giſanius epiſtola ante Lucretium, & ad Ciceronem Victorius. Item Brundiſij extra vrbem Inſcriptio:

AD. REMPVBLICAM. BRVNDISINORVM

Appiano, & Graecis Βρεντήσιον, & D. l. 35. *Brenteſium perſerendis, & quas Brenteſiq emturus eſſet.* Neque perperam per V. Enariant Libri Latinorum: Graecorum etiam modo Βρεντήσιον, modo Βρεντέσιον. Silij Italici l. 8. *Necnon Brunduſinin, quo deſinit Itala tellus.* Addo Feſtum: *Brundiſium, quidam Poetae breuitatis cauſa Brendam dixerint.* Corrigunt *Brundam*. Cur ex Βρεντεσίῳ *Brenda* cooci di non poteſt?

BRVTTII duabus in medio conſonis, Libri veteres, Lapides Capitolini, atque alij. Graeca Conſuetudine Βρέττιοι Ita iubet Euſtathius ad Dionyſium, ſimulque notat quibuſdam Graecorum Βρίττιοι. Dionyſius Halicarnaſſeus l. 1. Antiq. & in Excerptis perpetuo tenore Βρέττιοι. Sic & συνιζήσει rectius ſcribas in Priſciani Periegeſi: —— *Lucani, Brettiique coloni.* niſi praeplacet *Bretti* duabus ſillabis, ſicut eſt libris chalcotypis. Praeiuerat Dion. Ἀγχι δὲ Λευκανοὶ, καὶ Βρέττιοι — *Brutates* tamen vnico T legi, & *Brutianos* apud Gel. l. 10. c. 3. Item *Brutianas parmas* apud Feſtum, inquem Iof. Scaligeri nota non praetereunda viſa: *Lego Brutiates, non Brutates,* Βρεττιάται. *Apud Porphyrionem tamen veterem Horatij interpretem legitur Brutaces: Ennius, & Lucilius Brutaces bilingues dixerunt.* Per I legas Romae peruetuſto in Epigrammate:

MAIORI. CORRECTORI
LVCANIAE. ET. BRITTIORVM
COMITI. ORDINIS. TERTI

BRYONIA, BRYONIAS, BRYONIS. Columella lib. 10.

—— *Indomitaſque Bryonias alligat alnos*
Nomine tum Graio, ceu litera proxima primae
Pangitur in cera docti mucrone magiſtri.

An Nicandrum in Theriacis ita canentem intelligit? Δαύχνον, ῥίζαις βρυωνίδος —— Dioſcorides l. 4. c. 184. Ἄμπελος λευκὴ, οἱ δὲ βρυωνίαν, οἱ δὲ ὀφιοστάφυλον. *Vitis alba, quam alij Bryoniam, alij Ophioſtaphylon dicunt.* Plin. lib. 24. cap. 9. *Corinthus, & quae circa eſt regio, Bryoniam vocat.*

BVPRESTIS, non *Bubreſtis* ſiue herba ſit Plinio l. 22. c. 22. *Bupreſtim magna inconſtantia Graeci — bonum certe venenum eſſe, quos diſſilire guſtata fatentur*; ſiue animal eidem Plinio l. 30. c. 4. *Bupreſtis animal eſt rarum in Italia.* Dioſcorides in 6. Etymologus, Heſychius.

BVBVS delitae ſcriptioni non adſcribo. Ita paſſim Plinius. Val. Probus l. 2. *Bubus, non Bouibus.* Ex quo plurima deformantur: *Bubile, Bubulcus, Bubulcitor, Buſequa.* Vulgatius eſt *Bobus*, Vtuque tritius.

BVCEPHALA portus Achaiae, Pauſanias. Stephanus adſcripto S *Bucephalas*. Ptolemaeus *Bucephalon*, Curtius l. 9. Gellius l. 5. c. 2.

BVCEPHALAS Alexandri M. equus lib. 1. Oppiani. Idem Feſto per Vs. Heſychius: Βουκέφαλος, ἵππος ἐγκεχαραγμένος ἔχων τοῖς ἰσχίοις βουκράνιον· καὶ ὁ Ἀλεξάνδρου ἵππος, ἀφ' οὗ πόλιν ἐν Ἰνδοῖς κτίσαι λέγεται Βουκεφάλειαν. *Bucephalus, equus habens coxis inſcriptum bouis caput. Item Alexandri equus, cuius ex nomine Bucephaliam in India condidiſſe fertur.*

BVCERVS tribus ſillabis abſoluitur, non *Bucerius* quatuor. Gellius ex Varrone l. 11. c. 1. *Buceraſque in ea terra gigni, paſcique ſolita ſunt compiura.* Feſtus de bubus: *Bucerum pecus.* Ouid. Metamorphoſi 6.

Lanigeroſque greges, armentaque bucera pauit.

Lucret. in 6. —— *Pecudes, & bucera ſecla.*

Quod autem scripserit l. 2. —— *Equorum duellica proles,*

Buceriaeque greges —— —— ——

substantiuum est: alioqui scriptum oportuit: *Buceriiq. gr.* Nonius etiam exponit *Bucerias, boum greges.*

BVCES Ptolemaeo, & antiquis Plinij Codicib. per C: in alijs *Byges* cum G. A quo scribendi genere faciunt *Exobygitae* apud eundem Ptolemaeum. Val. Flaccus l. 6.

Quiq. lacum cinxere Byces ——

Carrion edidit more suo *Bices* I Latiari.

BVCITA per I in medio Varronis lib. 4. de LL. Per E vero apud Sidonium Apollinarem lib. 2. epist. 2. *Greges tintinnabulatos per depasta buceta reboantes.*

BVCINA vnico C ex Βυκάνη solenni versione α in I, vt *Canistrum* ex Κανάςρον. Apud Eustathium in Iliad. τὸ Βύκανα tepetias, & Βυκανιςάς. Apud Nicetam: Ἐπιμήκης αὐλὸν, μακρὸς ὡς ἡ βυκίνη, *Praelongum canalis, ad bucinae longitudinem.* Pro ea apud Leonem Βούκινον. Apud Varronem lib. 2. de RR. vnico C, *Adbucinare* licet apud eundem lib. 5. de LL. *Buccinator* reperiatur. Βυκανητὴς apud Polybium. Legitur apud Flauium Captum *Bucinus canor* solo C. Sic apud Adamantium, & Cassiodorum. Idem insinuat Dionysius Halicar. lib. 2. Antiq. Κέρασι βοείοις ἐμβυκανῶντες ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας συνῆγον: *Cornibus bubulis bucinantes in concionem conuocabant.* Apud quem lib. 5. Βυκανιςὰς habes. Sic vnico C scribit apud Varronem Marcilsus Notis ad XII. Tabulas, Manutius Ortographiae editione posteriori: licet *Bucina* quasi *Vocina* interpretetur cum Isidoro, non ad stomachum Dionysij: huic namque Originationi sillabae mediae modulus pugnat. Fauent Inscriptiones priscae, & Leo Constit. 3. §. 51. Βυκινάτωρες. Item apud Curopalatam. *Buccina* gemino C Festo: Priscianus ista lib. 2. accumulat: *Bucca, Bucea, Saccus:* vnde nonnemini visum oriri *Buccinam.* At Festus a *Bucca* non ducit *Buccinam,* quod Festo nequiter impingit Andreas Brabantus. Bis C scribit in hac voce Stephanus, Guicardinus in Harmonia.

BVCVLA vnico C deminute a *Bos,* vt a *Sus Sucula. Buccula* gemino C a *Bucca,* aliud. Vinetum vide in Ausonij Epigramma 57.

BVRDEGALA per E in secunda sillaba. Sic ammianus, Eutropius, Prosper, Itinerarium vetus, Greg. Turon. Seuer. Sulpitius; Pontus, Paulinus tam in Eucharistico, quam in Epistolis, Isidorus, Curius Fortunatianus, Sidonius. Graeci Βυρδίγαλα per I. Strabo lib. 4. Ἔχει δ᾽ ἐμπορεῖον Βουρδίγαλα. Etiam Latini. Ausonius in Opusc. de Professorib.

Primus Burdigalae columen dixere Mineruì.

Et Martialis l. 9. Epigr. 33.

BVSEQVA videtur ἐυφωνότερον τοῦ *Bubsequa.* Sidonius ad Eutropium: *Si relinquare inter busequas rusticanos.* Sic in Plauto *Buccae,* non *Bubecdae.* Apuleij Codices in Apologia, & lib. 8. de Asino A. secum non concinunt: hic *Bubsequam,* illic *Busequas* exhibent. Vide *Analogia.*

BVTHROTI *adscendimus arcem* recte scribitur Aen. 3. afflata secunda consona: est enim Origo de *boue lkesa.* Stephanus. Etymologus etiā leniter scribit: Βύτρωτος, ἢ Βύθρωτος πόλις τῆς Ἠπείρου: *Butrotus, aut Buthrotus Epiri opidum.* Inibi appellationis causae aperiuntur. Neque mirum hoc ambigue scribi τρώω (vnde Τραύματα) & Θράω, ex quo Θραύματα: & tertium Τρόω, quae melior fuerit verbi compositi Origo. Non enim aequo in Vsu est Θρόω. At variat Etymologus: variant & Maronis Libri.

BYRRHIA serui vocabulum in Andria. Andreas Brabantus duce Adriano Iunio id explodit reposito *Pyrrhia.* Fateor cum illis fieri ex Πυῤῥὸς. At quoties Graeca mutant in Latio? Audi Festum: *Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus Rufum. Unde rustici Burram appellabant Buculam, quae rostrum habet rufum.* Sic Latini *Buxum* ex Πύξῳ. Imo antiqui etiam *Boblicola* pro *Poplicola* scriptitabant teste Scauro. V. *Poplicola.*

BVSIRIS I Latinorum. Ouid. *Illi Busiris: Fies Iouis hostia primus.* In Georgicis *Busiridis aras,* Diodorus, Apollodorus, omnes. Vnus, aut alter MS. feruntur cum Y. perperam.

BVTYRVM in prima positione Consuetudinis est rectissimae. Neque vero trepidem *Butyrum* scribere auctore Galeno Latinarum vocum sciente iuxta, atque Graecarum. Is lib. de medicamentis κατὰ τόπους lib. 7. cap. 1. Ἐφεξῆς δὲ τούτων ὑπάρχει τὸ καλούμενον βούτυρον· εἰ δὲ σοι φίλον ἀρσενικῶς ὀνομάζειν, Βούτυρος. *Sequitur haec deinceps butyrum, quod vocant: aut, si tibi amicum est, mascule appellare, Butyrus.* Dioscorides lib. 2. trita fertur orbita: Βούτυρον σκευάζεται καλόν. *Butyrum probum paratur.*

BYZA-

BYZACIVM, BYZANCIVM, BYZANTIVM. Populi *Byzantes*, *Byzacij*. Videri possunt, quae notauimus ad l. 9. Silij Italici. *Byzacium* Strabo. Vnde *Byzacenus ager* apud Solinum. *Byzacitis* regio Ptolemaeo. *Byzacium* vetusti Varronis Codices l.1.c.44. de RR. Plin. l.5.c.4 lib.17.c.5. l.18.c.20. S. Augustino in ps. 36. concione 2.

BYZANCIVM legas in antiquissimis Libris, & Marmoribus etiam apud Stephanum. parum probo.

BYZANTIVM quaedam Plinij Exemplaria libb.17.18. Marcianus, Eustathius, Antonius, Etymologus.

BYZANTIVM Solini c. 40. Eustathij haec sunt in Dionysium: Ἐισὶ δὲ Λίβυες Βύζαντες, καὶ πόλις ἐκεῖ Βυζάντιον· ἔνιοι δὲ Γύζαντας ἐκείνους καλοῦσι. *Sunt etiam Africani Byzantes, & ciuitas inibi Byzantium: nonnulli Gyzantas eos vocitant.* Vnde *Gyzantium*, Γυζάντιον scribitur Herodoto, & *Gyzantes*, quod Stephanus culpat in voce Βύζαντες, qui in voce Γύζαντες Herodoto iungit Herodianum. Hecataeus apud eundem Stephanum *Zygantas* scribit. Γύζαντας etiam scribit Eudoxus Cnidius, & Apollonius 38. Meursio literatorum primipilo recensente.

BYZARES Dionysio: Βύζαρες τὰ πρῶτα, καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχέρων. Val. Flaccus l. 5.

Byzaresque vagi —— —— ——

Codex alius *Byzeres*. Adminiculatior erit a Stephano: Βύζηρες, ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ. Strabo l. 12. Plinius, & Mela *Byzeros* scribunt. Hinc ab hominum moribus abhorrentes *Byzars* nominitant. Auienus Dionysium expressit:

Byzerum genus est: diri sunt inde Bechiri.

Quibus consignatis lego in Dionysio Ceporini per I, & H Βίζηρες τε πρῶτα —— —— ——
Priscian. Periegesi per V: *Buzeres primi, quos iuxta terra Vechirum.*
Omnia recte. Nam Y, & V, A, & E commutantur inuicem.

LIBERTO FROMONDO SOPHO THEOLOGO S.

EXpingis *Meteora penicillo nouo*, & *cumulo repente nouus Apelles exortus* —— Περὶ πάντων μάθεα εἰδώς. Liberte Fromonde. *De Apelle Plinius*: Pinxit & quae pingi non possunt, Tonitrua, Bronten, Astrapen. *Tu haec: ac praeter haec*, Ventos, Maria, Terras, Fontes, Flumina, Iridem, Cometas. *Hac ratione iacentem, illuuie squallidam, exsanguem, decolorem Sapientiam animas, exornas, atque ab infantiae crepundijs ad oris Latiaris pulcritudinem reuocas. Profecto talia tecum, qui non gustat, nae ille nesapius est. Nunc vero descende coelo, terrasque velis inuisere, quas stabilitum is. Abstrusiora sapientiae arcana reuelasti penna metuente tingi obliuionis aquis. Ne semper audias: Grande* Ἔργον. *ad pumila, & attenuatae tractationis attegias te voco, ne grauare. Stella quoque coelo labitur,*

Quae si non cecidit, meruit cecidisse videri.

Labere: ecce tibi occurrent quasi in Cimmerio Antiquitatis caelo Cabiri Diuipotes, Cadamitas *non metuenda*, Calbaria (*capillata, an glabra?*) Calmilla *immutilata*, Coelna *integra, si volentia erit, in* Capetolio, Carhmus *Phoenix*, Cassantra Phrygia, Contimax Contimelia, Conuiuialis Qoqus, Cauitio, Comire, Cume, Cynamyia. Quor *haec tam abhorrida? Si quaeris: en recentiora, nec minus nubila*: Calatica, Camara, Canabum, Caruceum, Causa, Coeleps, Coelum, Cheragra *bis odiosa*, Chrestianus *irrisus*, Cistartium *coenae instruendae*, Cluacina, Collimare, & *ad Collimandum* Collyria, Conubium, Corona *licet non* Chorusca, Coryti ἀνωμάλοι *decertati. Cultiusne haec renideant recentiora, an exoleta ista auro squaleant: an omnia simul euiluere, iudicij tui facio, Sophiae corculum. Nobilissima fuit Caesaris stella Plinio, & historiae Romanae tabulis bene cognita, quae Augusti ludis praeluxit: nos hunc ludum literarium ludimus, mi* Fromonde: & *tu ludo praefulge.*

TRACTATVS
TERTIVS.

C

CABALLVS apud Petronium, Horatium, alios geminante liquida. Item Καβαλλικεύειν apud Nicetam, & Leonem. Quare miror in Photij Nomocanone Καβαλικεύειν vnico Λ.

CABIRI libentius litera I, quam E scripserim, qui sciam vtroq. modo ει tradi, vt Statio;

Templa Lycte dabis —— ——

Potissimum vero quia Origo ex Hebraeo videtur esse, quibus כביר *potens* est: *Cabiri* sunt *Diuipotes*, vt Varro & Tertull. interpretantur. De ijs quamuis multa Pausanias in Boeoticis, Himerius, Damascius apud Photium, Apollonij Scholiastes. Strabo lib. 10. Nonnus Bassaricωn l. 3. Plutarch. in Marcello, Etymologus.

CACABVS Plino, & Latinis A vtramque absoluente sillabam Eustathio in 1. Odyss. Polluci, Athenaeo. Graecis Κάκκαβος geminante K. Vbique apud Apicium *Cacabulum* leges deminutionis figura, & *Cacabum* vnico C. Huic autem in talibus plurimum tribui par est, vtpote rei, & supellectilis culinariae scriptori ad vnguem. Graecos sequitur Sidonius lib. 4.

Alborum calicum, atque caccaborum.

Etymologus *Caccabe* scribit adiecto: Τὸ γὰρ ἀρσενικὸν ὁ κάκκαβος, παντελῶς ἀδόκιμον: Nam masculinum *Caccabus*, *vocabulum omnino improbum.* Phrynichi Ecloga: Διὰ τοῦ η Κακκάβην λέγε· τὸ γὰρ διὰ τοῦ Ο, ἀμαθές: *Per Eta Caccaben dic: nam per O inscitum est*, Vide hic Nunnesium.

CACHINNVS cum *Ch*, vtpote Graecum, inquit Andr. Brabantus. Quasi vero omnia Graeca cum *Ch*, scribantur, & non innumerabilia per C leuatum, etiam primum huius nominis elementum. Atque ipse adeo in Graecis hospes sum, vt hodie nesciam hanc vocem e Graecia ortam; sed ὀνοματοποιΐα. Nam καχάζω, καγχαλάω, & alia, & aliena sunt. Lucret. l. 2.

Scilicet & tremulo risu concussa cachinnant.

CACOETHES sillabis omnino quatuor in septima Iuuenalis Satyra, & vbiuis. Perperam τρισυλλάβως *Cacoethes*, aduersus metri rationem, & Graecorum morem nonnulli. Perperam Merula *Cacethes* pulsa vocali tertia, quo nomine eum criminatur Politianus l. 11. Epist.

CADAMITAS olim pro *Calamitas*. Victorin. lib. de Orthogr. Ter. Scaurus, Isidor. lib. 7. Orig. cap. 6.

CADMVS. V. *Cathmus.*

CADVCEATOR recte. In Lexico Cyrilli reperias: *Caductor* sillabis omnino tribus.

CADVCEVM scripsere Latini cuiusuis aeui. Ausu barbarico contra scriptorum torrentem nititur Lambinus scripto *Carucco.* Sic ille in lib. 1. Horatij ad Odam 10. Hanc virgam Κηρυκεῖον appellant Graeci: Latini *Caduceum*, seu *Caruceum* potius, vt docti quidam malunt.

CAECIAS ventus, Καικίας a Caïco flumine, vnde spirat per Ae, Etymologus.

CAECILIVS cum *Ae*, Libri, Lapides Capitolini, alij plurimi. Comprobat Festus in *Caeculus.* Καικίλιον δὲ Μέτελλον Appiani l. 1. & l. 4. saepius. In Pompeio Plutarchi, & Antiphonte, item in Suida. Κεκίλιος vocali singularia Strabo l. 5 recensente Casaubono, ac in Tulliana diuinatione recensente P. Victorio. Appiani lib. 3. Ciuilium Κεκίλιος Βάσσος, alibiq. Adde al-

rendo appellari Cerimonias, eo quod quae in sacris diuinis offeruntur, in ipso vsu carerent homines. Idem sensit Massurius Sabinus apud Gell. l. 4. c. 9. Macrob. l. 2. c. 3. & l. 3. c. 3. Val. Max. l. 1. c. 1. *Inde enim institutum est sacra caerimonias vocari, quia Caeretani ea in fracto reip. statu perinde; ac florente coluerunt.* Vide Liuium lib. 5. Strabonem l. 5. Sunt qui a *Coelo* trahant appellationem, quod *Caerimoniae* ad *coelestium* honorem pertineant. Alij nuda E scribunt a *Cerus*, quod prisca Lingua *Sanctus* est. Alij a *Cerere Cerimonias*: estque in veteri Glossario: *Cerimonia*, θρησκεία. Vel. Maximeum adhaero; scriboque per I in secunda sede inclinamento a *Caeritib.* facto *Caerimoniae.* Adstruo Proportione *Alimonia*, *Mercimonia.* Manutius editione primula per E scripsit prisca in affirmationem Inscriptione producta: post de sententia decedit. Neque vero pro *Cereris* sacris dubitem absque biuocali scribere, vt in Glossario.

CAESARAVGVSTA dictionum coniugio, Strabo, Mela, Plinius: earum diuortio Ptolemaeus, ac Paullinus *Caesarea Augusta.*

CAESARIES cum Ae. Causam attexunt a *Caedendo*, Ae si in crinibus locum habeat:

Extremumque diem primus tulit ——

Perdiu intonsi fuere Romani. An per metaphoram ad crines referas a tela? habet enim tela in ora summa capillitij instar fila propendula, cui caesaries non vsque absimilis: Homerus Καιροσίων ὀθονέων —— Etymologus inde ortum ducere videtur.

CAESENA ex Libris, ac veteri Inscriptione, Manutius.

CAESETIVS cum *Ae*, familia Romana, Libri, Saxa, Consuetudo Graeca.

CAESIDIENVS, quam *Caesidenus* malim cum Vrsino in 3. l. de Orat.

CAESIVS cum Ae, a *Caelo* venire volunt.

CAESPES q. *Caesus pes* e solo, a *Caedendo.* Γῆς ἐκτμητὴν βάθειαν. vocat Plutarchus. In veteri Codice Ausonij diphthongum inesse testatur Vinetus. *Cesposus* extra diphthongum lego in nouissima Columellae editione l. 10. ac in Heruagiana. Similiter inibi *Cespes*, atque in Libris plurimum vulgo tritis auctorum aliorum. Festus etiam post *Cerritus*, *Cerrones*, *Cerus* ait ordine seruato: *Cespes est terra in modum lateris caesa*, confessus Originem, diphthongi partem deterens. Alij ab antiquato *Cepio*, vt sit *terra cepta*, seu *Capta.*

CAESTVS *vocantur & ij, quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus.* Festi vox non secantis haec, & *Caestus* collocantis *Caesones* inter, & *Calasim.* Qui fit, vt de eius mente diphthongus pareat in priore sillaba. Qui Festus *Cesticillum* scribit E simplici. Probi vox alia l. 2. *Hic cestus tunica Veneris huius cesti: hic caestus pugilum, huius Caestus. Virgilius*:

Quid si quis caestus ipsius, & Herculis arma *Vidisset.*

Et orthographia distant, inquit, & declinatione. Distinctus hic placuit Vineto in Ausonij Epigramma 91. & Andreae Brabanto. Praeplacet Festus; nihil distinguens: *Caestus vocantur & ij, quibus pugiles dimicant: & genus quoddam muliebris ornatus.* Verum a Festo discedo primae scriptione. Explicarius. *Cestum* absque diphthongo Veneri tribuit Homerus Iliad Ξ,

Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα Ποικίλον ——

Dixit, & a pectore soluit cestum lorum varium.

Homeri Interpres: Ζωστῆρα οὕτω καλούμενον ἀπὸ τοῦ πολυκέντητον αὐτὸν εἶναι ταῖς ῥαφαῖς: *Baltheum sic vocatum a multiplicibus suturis suis.* Nonnus lib. 40. Homero similiter:

Στέψατε κεστὸν ἱμάντα γαμοστόλον ——

Cingite punctum lorum nuptiarum ornamentum.

Iterum lib. 33. Κεστὸς ἱμὰς νίκησεν ἐμῆς τελαμῶνα βοείης:

Cestus, seu, Punctum lorum vicit clypei mei lorum.

Addit his Etymologicum: Ἢ παρὰ τὸ Κάζω τὸ κοσμῶ γίνεται ῥηματικὸν ὄνομα καστός, καὶ κεστός. *Aut a Cazo, quod est Orno, verbale nomen oritur, quod est Castos, & Cestos.* *Cestus* tunica Veneris. Sic Etymol. κεστὸς ἔνδυμα Ἀφροδίτης· καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶν γυναικῶν φαντασιῶδες ἔνδυμα: *Cestus Veneris vestis: abusu autem omne vestimentum mulierum imaginationi seruiens.* Noto etiam Homerum, aliosque oratione pleniori dixisse κεστὸν ἱμάντα: alios detecta ἁπλῶς *Cestum.* Sic pugilum *Cestus* Pausaniae in Eliacis, & alibi pluribusque auctorib. ἁπλῶς Ἱμάντες, *Lora.* Iterum notx *Cestum* Veneris πολυκέντητον interpreti Graeco, & Etymologico. Quibus expositis dico vt a Veneris ornamento, & Iunonis apud Themist. Or. 6. ad quoduis muliebre catachresi *Cestus* transfertur: sic a muliebri ad virile: vt quod in Venere varium, & laudabile: sic in pugile congestus plurium lororum fabra intertextorum arte *Cestus* diceretur Aen. 5.

Taurorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto, ferroque rigebant.

Moxitem: —— *Ipsa*
Haec ille vinclorum immensa volumina versat.

Erant

Erant enim hi pugilum *cestus* multa ex bubulo corio cingula inter se conuoluta, suta, & in extima facie ad ornatum varie interpuncta, quib. pugiles ornabantur, & armabantur. Vtrumque ausim E simplici notare securus Festi, quem certum est errare, dum *Cestum* Veneris diphthongo pingit. Meliora quaeq. Martialis monimenta vocalem persolam oggerunt: *Cestum de Veneris sinu calentem. Item: A te Iuno petat Ceston, & ipsa Venus.* Eadem confidentia Seruium in 5. *Aen.* & Probum improbem, qui rebus differentibus diuersas indunt figuras. Quasi vox vna diuersas non designet res. *Atque* vt Homero κεστὸς ἱμάς est Veneris: sic *Cestus crudus Graecias* Georg. 3. ὠμοὶ ἱμάντες sunt *Apollonio* lib. 2. *Argon.* *Amplius* dico. Vt Festus *Caestum* pro vtroque habuit: sic ego *Cestum*. Et vt tolerabilis hac in voce sit diphthongus, memento notae nostrae in *Aegeria*, *Aegesta*, alijsque subiectis, & κεστὸς Origine posci. Ne quidem declinationis distantiam agnosco, nisi me Nonius vanis ludit imaginibus proferens ex Varrone *Vae victis περὶ φιλονεικίας: Dicat pugilis spectator is.* [praefuit complexe *Spectatoris*] *qui miserum putatis vinci, quaero a vobis si aduersarius supercilia mi cestis descobinarit, numquis vestrum sua mihi est daturus?* Viden' *Cestus* pugilum eodem cum Veneris *Cesto* inclinamento? Deinde *Cestillus*, *Cesticillus*; quid aliud, quam sororum, rerumque similium congeries? Quae tamen biuocali nusquam scripta. Attexo ex Varronis lib. 1. c. 8. *Funiculo, aut vinclu: quod antiqui vocabant Cestum.* Nec Hermolaüs Barbarus in 35. Plin. c. 11. differitatem agnoscit vllam. Qui supra apud Festum pro *Cesticillo* reposuit *Circitillum*, aut *Circitillum*, temere fecit.

CAETERVS Origine poscitur: Origo significantia: scilicet a Καὶ ἕτερος, non ἀποστροφῇ sola (fieret enim Χἄτερος cum Ch *Chaeterus*) sed vt κ' ἀγὼ κ' ἀγὼ ex καὶ ἐγὼ: sic χἄτερος κἄτερος vanescente afflatu more modoque Graeciae maioris. Vt ἐκ τῶν Θρᾳκῶν *Thraeces.* Diphthongi partem deterit Manutius, cui adstipulatur Inscriptio, quae Lugduni:

INTER. CETEROS. CONVETERANOS

Item XII. Tabulae: LIBEROC. CETEROC CEMEL

SI. VENVM. DVVIT. SVI. IVRIG. CONTO

Ceterum Cato de RR. cap. 114.

CAIPHAS, CAIPHA, vt *Iudas*, *Iuda*. Prius Matthaei est: Syrorum alterum.

CAIVS, CAIA a parentum gaudio, libellus Val. Maximi nomine vulgatus. Praestat Γαῖος, γαῖος *Gaius Caius*, a terra ob antiquitatem. Caeterum C scribitur, G pronunciatur. Terentianus: *Asperum quia vox sonorem leniore interpolat, Vel priores G Latini nondum ab apice finxerant. Caius praenomen proinde C notatur; G sonat.* Idem Fabius, alij. Neq. ignoro, quod *Caius*, *Caia* sit *Dominus*, *Domina* interdum, vt in illo *Vbi tu Caius, ibi ego Caia.* Hoc eo fit, quia αὐτόχθονες loci, terraeque suae plerumque sunt Domini. Neque ignoro Χαῖον in veterib. ad Aeschylum, & Aristophanem Scholijs *Nobilem* esse, item apud Hesychium.

CALAGVRIS, CALAGORIS, CALAGORRIS in vetustis Codicib. Vineto tractatis.

CALAMINAE insulae in Lydia probantur: *Calminae* τριακοντάδας in Lycia a fonte, quem *Calmin* Stephanus, alij *Calaenon*, alij *Calaemon*, alij *Calbin* vocant. Vide Parrhasium in lib. 2. Claudiani de R. Pros.

CALAMISTER; CALAMISTRVM varia Orthographia. Cicero in oratore: *Ne calamistra quidem adhibebuntur.* Ita scripsit & Varro teste Sosipatro. Plautus Curculione: *Pect. n, speculum, calamistrum meum.*

CALANTICA, L; A, N secundam integrantibus sillabam apud Apuleium, Ausonium, Nonium Marcellum, & Iustinianum recte scribi censuerunt docti multi. Recto iudicio: caetera namque deteriora. Florent. Exemplar Vlpiani tit, 2. l. 34. D. *Calautica* per V. At in vetere Glossario *Cacantica* per C. In Seruij Comentarijs super decima Aeneide *Calatica* pulso N; siue V.

CALARITANI non recte: apud D. Aug. tom. 6. l. de Haeres. rectius *Caralitani*. Deleta item apud Plinium *Calari*, *Caralim* Pincianus restituit. Et Molani viri non aduersis Musis nati, sed Theologiae paulo magis lib. 1. de Fide Haeret. seruanda c. 10. peccatur scripto, Ianuarius Episcopus *Calaritanus*. Huius Molani scrinia compilarunt duumuiri illi, qui nouiter eandem incudem tutuderunt, Scribit & Priscianus lib. 2. A *Caralis Caralitanus*. Consentius in Arte: *Vicus Caralis, vrbs Caralis.* Cinus scriptor ex antiquissimis: *Munitus vicus Caralis.* Claudian. de bello Gildonico: *Tenditur in longum Caralis* —— Apud Stephanum geminatur vda: κάραλλις, καράλλεια, καραλλεώτης Casaub. in proemio ad epistolam Nysseni non recte: *Caralitani*, siue *Calaritani*: hoc enim ambigentis est. Strabo lib. 5. κάραλις, καὶ Σοῦλχοι. Mela lib. 2. c. 7. *Vrbium antiquissimae Caralis, & Sulchi.* Liuij lib. 23. *Caralis* est numeri pluratiui: *Caralis peruenturus erat*, saepius. Similiter Melae. Ortelius *Calaris*, *vt Plinius, & Mela. Caralis Hirtio: vel Carallis, vt Ptolemaeus habet. Carnalis habet corrupte Pausanias in Phocicis.* Haec ille, quem in

Vindi-

Vindicijs suis secutus doctus iuxta, ac pius vir Maximilianus Thieulanius. Mecum scribunt Glareanus, ac Sigonius.

CALASSIRIS gemino sigmate videtur scripsisse Pollux l. 7. c. 16. Vnico Democritus, Aristophanis Interpres, Hesychius, Suidas, Eustathius, vt *Osiris*, quod rectius.

CALAVRIA per V, non per B est Plinij l. 4. c. 12. Contra *Troezenium Calauria quingentos passus distans.* Pomponius: *Litori proxima Troezenio Calauria.* Idem ex Strab. Pausan. Regio autem Italiae *Calabria* per B, non per V: id peperit distinctionis gratia, vt notat Eustathius, & Stephanus: καλαβρία, χώρα πλησίον Ἰταλίας. καλαυρεία, νησίδιον πρὸς τῇ κρήτῃ. *Calabria Italiae vicina. Calauria insula pusilla prope Creten.* De hac prouerbium; Ἰσόν τοι Δῆλόν τε, καλαυρείαν τε νέμεσθαι Πυθώ τ' ἠγαθέην, καὶ Ταίναρον ἠνεμόεσσαν. *Delum, & Calauriam incolere, diuinamque Pytho, ac ventosum Taenarum par est.* V. & H. Stephan. lib. de Abusu L. Graecae. Plutar. in Demosthene: φοβηθεὶς δ' εἰς καλαβρίαν μετέστη. *Terrefactus in Calabriam transijt.* Qua in re καλαυρία Pausaniae in Atticis scribitur edente Silburgio. Atqui haec ipsa etiam καλαυρία scribitur, vt Ἄβρα, Αὔρα. aliaque fortè ex vitiata pronunciatione nata. Certe Harpocrationis Lexicon ex Demosthene, & Anticlide per Y profert.

CALCIO, CALCIVS per I scribit Euryches: neque verbis in E O primae coniugationis a se enumeratis adiungit. Item *Excalciatur*, quod τῷ *Excalciat* Varro substituit in Pseudapolline. Martialis: lib. 12. Epigr. 45.

> *Hoedina tibi pelle contegenti*
> *Nudae tempora, verticemque caluae:*
> *Festiue tibi, Phoebe, dixit ille,*
> *Qui dixit caput esse calciatum.*

Quod in plurimos hodie conuenit. Per E in Marij Titulis: CALCEEIS. PVNICEEIS Variantia in vsum recepta.

CALCIS, non *Calx* nominandi casu praeferunt Isidori Libri cap. 1. lib. 11. *Lancis* similiter lib. 20. cap. 24. Neutrum scribi probat Grialus: nec eum ego. I ad tractatum de Variantia. Vtrumque recte: bisyllabae voces licet insolentiores sunt.

CALEO, & per Or *Caleor* scriptum veteribus, Priscian. l. 8. & Caper. Inde est Plauto *Caletur* in Truculento.

CALIDIVS vnica L, familia Romana, Libri, & Saxa Manutij.

CALIDVS, CALDVS. Fabius lib. 1. cap. 6. *Augustus quoque in Epistolis ad C. Caesarem scriptis emendat, quod is Calidum dicere, quam Caldum malit: non quia illud non sit Latinum, sed quia sit odiosum, & vt ipse Graeco verbo significauit, περίεργον.* Tum *multum literatum* agnoscit, cui scriptum *Calefacere* sillabis quinque, ac mox subindicat *Calfacere* mollius esse, ac tritius. Ergo Laberius apud Varronem dixit *in Aquis caldis.* Varro l. 3. de RR. c. 2. *Sole caldo.* Idem l. 7. de LL. *Caldius, caldissimum a caldo.* Idem περὶ κεραυνοῦ *Caldis pedibus.* Iterum l. 4 de LL. *Calix a caldo, quod in ea calda puls apponebatur, & caldum eo bibebant.* Quae Origo non optima; nos in eam non inquirimus. κάλυξ verius. Cn. Matius in Mimiambis: *Sinuque amicam recipere frigidam caldo.* Cato c. 6. *In agro caldo.*

Serenus: *Adiecto piperis medicatur puluere calda.*

Horat. Sat. 4. *Caldior est.*

Calda etiam pro *Calida* l. 19. §. Istud nobis, D. Locati.

Martialis: *Iam defecisset portantes calda ministros.*

Lucillius Satyr. l. 7. *Primum fulgit, vti caldum est fornacis' ferrum.*

Ratio vt a *Cruor*, *Cruidus*, *Crudus*: sic a *Calor Calidus*, *Caldus*. Inde est *Caldatus* apud Pedianum in Milonianam: inde *Caldaria*. 1. Reg. 2. c. quae alijs *Caldarium*. Inde *Caldor ignis* Apul. l. 2. Apud Varronem ex vetere Libro: *Qui caldor e coelo.* Vide Gellium l. 19. c. 4. Iterum Varro ipse l. 1. de RR. c. 41. *Ideo sequitur caldorem.* Inde *Calfacto*, *Calfio*, *Concalfacio*, *Recalfacio*, *Calfacio*, quod postremum modo quatuor, modo quinque sillabis a Charisio lib. 3. scribitur. In Ibin:

> *Nondum calfacti velitis hasta solum.*

Capitolinus in Pertinace scribit *Vasa Samnitica calfactandae resinae.* Cicero lib. 2. de Orat. *Brachium concalfecerit.*

Ouid. Metam. 8. *Caede recalfecit ferrum.* ———

Idem l. 2. de Arte: — *Tepidamque recalface mentem.*

CALDVS denique Romani cognomentum est in Capitolij fragmentis. Neque ego tam caldus, *Calidum* vt exspuam.

CALLIDVS vda congeminante. Nam Tullij verbis 3. de Nat. Deorum, *is est, cuius animus vsu,*

mas vsu, vt manus opera concalluit: versutus, cuius mens celeriter versetur. Idem 3. de Off. de segni illo, ac frigente ad sese Annibali reddendum: *Veterator, & callidus*. Accius infra insinuat. Lucretius lib. 6. *Callida Musa*, experta, exercitata. Terentianus:

Instat callida cantio,
Ne sermo ambiguum sonet.

Horat. lib. 3. Oda. 11. *Tuque testudo resonare septem Callida neruis.*

Scio *callidos* ingenio plerumque *calidos*: Plautus Asinaria:

Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

idcirco vocum confusione vtemur in scribendo? Scio in Tullij Libris veterib. vnicum L hac in voce Victorio occurisse: at non Mercurio, opinor, dextro: Scio dicta Liuio *calida consilia*, & Plauto: *Cedo calidum consilium cito.*

At *consilia calida*, sunt eadem teste Tullio lib. 1. de Rep. *periculosa*, sunt praecipitantia. *Calleo* consimiliter. Pomponius Pictorib. *Mirum ni haec Marsa est: in colubras collet canticulum.* Plautus cogit in Persa: *Plus calleo, quam aprinum callum callet.*

In poenullo: *Quid opus verbis? Callum aprugnum callere aeque non sinam.* Accius Decio: *Quod periti sumus in vita, atque vsu callemus magis.* Manifesto indicio D. Aug. lib. 16. de Ciuit. cap. 2. *Haereticorum genus calidum, & callidum.*

CALPE absq. vllo spiritu, quin rectum sit, dubitet nemo: licet in Libris veterib. *Chalpem* esse testetur Carrion Not. ad lib. 1. Val. Flacci. Id mihi *durius est faba, & lapillo.*

CALPVRNIVS P non afflato, neq. in F verso. Libri, Saxa Capitolina, alia. Deducunt a *Calpo* Numae F. Plutarchus in Numa: Ἀπὸ ἢ Κάλπου τοὺς Καλπουρνίους. Lucanus in Panegyricos *Vt domus a Calpo nomen Calpurnia ducat.* Festus. Appianus Libycis Καλπούρνιος. In Hispello Sabinorum:

IVNONIS. IVG
SEX. CALPVRNIVS.

Contra in Appiani fragmento:

L. SCRVTARIVS... L. CALPHVRN. Q.

Est & Pandectis Florentinis *Calphurnius* vulgario more, vt refert Brissonius Libro singulari Παρέργων. Item Inscriptioni arae Britannicae apud Camdenum.

CALVARIAE *mons* in sacris, alibiq. recte. Lexicum Cyrilli per B. Κράνειον, *Haec Calbaria*. Idem saepissima vice B pro V subijcit. & V pro B. Sic *Columnariũ* scribit, *Valum*, *Baluneio*.

CALYDON cum Y Graiorum. Ita Homerus, Καλυδῶνά τ' πετρήεσσαν in Catalogo, Strabo, Pausanias, Graecia vniuersa. Maro lib. 7.

Ipse Deum antiquam genitor Calydona Dianae:
Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?

Iterumq. in vndecimo. Ouid. Metam. 8. alibiq. Lucanus. Poscit Competentia *Calycadnus*, *Calydna*. Andreae Brabanto scribenti Strabonem I Latinorum scripsisse frons nulla fuit. Nam l. 5. vna facies inscripta est Y Graiorum plus vice triplici. *Caledon* cum E alio sub coelo est: vnde *Caledonios Britannos* legas Lucani l. 6. quo loco Libris calamo exaratis olim est *Calidonios* Vineti fide. Eodem modo Carrion in lib. 3. Val. Flacci scribit *Calidone satus*.

CAMALODVNVM Britanniae opidum priores duas syllabas prima diffiniente vocali, tertiam quarta: licet in peruetusto Plinij Codice sit *Camaladunum*. Ptolemaeus *Camum Ludonum* appellat, Tacit. l. 14. *Camulodunum*.

CAMARVS, non *Camurus*, lib. de verbis dubijs Fl. Caper. Verum in cunctis Virgilij Codd. mihi visis Georg. 3. —— *Camuris hirtae sub cornibus aures.*

Vbi neque per A, neque per V, sed per E *Cameris* alij legunt.

CAMARVS, seu *Camarum* piscis etiam est scriptus vnico M, veteri opinor Consuetudine. Festus: *Bonam naritam, & comarum, & tagenia.* Etiam apud Hesychium Κάμαρον, inquit Ios. Scal. in Varr. de LL. At Plinio dicitur gemino MM *Cammarus* l. 31. c. 8. Columellae l. 8. c. 15. *Aquatilib. autem cibis, si sit facultas, datur cammarus.* Martial. l. 2. Epigr. 43. Iuuenalis Satyra 5. Gaza, Scaliger P. alij G litera nomen hoc ordiuntur: sic edidit in Iuuenale Stephanus.

CAMARA, CAMERA. Latini per E Tacitus lib. 3. Histor. *Fabricatis repente nauibus, quas Cameras vocant.* Sueton. in Neron. c. 34. *Camerae ruina.* Propert. *Nec camera auratas inter eburna trabes.* Cicero ad Q. Fratrem, Sallust. in Catil. Nonius, Manutius, alij. Vnus Verrius Flaccus *Camaram* scribendum per A Latinos inter est opinatus. Fl. Sosipater lib. 1. *Camara dicuntur, vt Verrius Flaccus affirmat, non Camera per E. Sed Lucretius Cameraeque caminis ex cratibus dicendo etiam Cameram dici posse ostendit.* Graecis Καμάρα Tom. 2. de Cruce Ὑδατηγοῦ χαμάραν leges. Sic ex Graecorum Πατάρα quod est apud Stephanum, Latini *Pateram* tornauere. Nec

omit-

omittendus Photius, qui Agatharcydem censorie notat, quod Καμάρας vocem minus Atticam vsurpauerit. Vsurpauit & Strabo lib. 11. vbi de Heniochis: Καλοῦσι δὲ αὐτὰ οἱ Ἕλληνες καμάρας. *Graeci vocant Camaras.* Vnde *Contubernales*, aut familiares vsu hodie receptissimo *Camarades*, Esaïas: Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν.

CAMBISES cum in septem MSS. Eusebij Codicib. inuenisses Pontacus: addit. Nefas fuit recedere a caeteris, cum iam receptum sit apud Pausaniam, Strabonem, Plinium, Xenophontem, Suidam, Ieronymum, Iustinum, Aelianum, Eusebium, Lucianum, & apud omnes bonos auctores *Cambyses*. Certe linguae Graecae ignoratione saepius literae Pythagoricae cornu alterum defractum est. Sic etiam Eustathius.

CAMELVS, C non asperato, omnes. Vni Etymologo scribitur. Χάμηλος, καὶ κάμηλος. An priori loco scriptum oportuit γάμηλος; Iudaei namque גמל dicunt. Et lubricum est ex γ charaxare χ.

CAMERINA per E in secunda sillaba est in Aeneide tertia:

Apparet Camerina procul —— .

Habet & Seruij Exemplar καμέριναν, Solini, Eusebij, Plutarchi in Mario. Per A in secunda scribitur Diodoro l. 14. vsu dentissimo, Pindaro Oda 4. 5. Olymp. Sibillinorum l. 3. Polybio, Straboni, Plinio, Stephano, Suidae Aldi, Didymo, atque Eustathio. Denique prouerbio scribitur per A: Μὴ κίνει Καμάριναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. Vide, quae ad Silium olim notobamus l. 14.

CAMILLA filia, *Casmilla* mater. Aen. 11. —— *Matrisque vocauit*

Nomine Casmillae mutata parte Camillam.

Sic *Pesnas*, *Coesnas* scripsit Antiquitas teste Festo, *Pennas*, *Coenas*, & *Casmoinas* pro *Camoenas*. Similiter quem *administram* in mysterijs Varro l. 6. de LL. *Casmillum* nominat, Strabo lib. 10. κάμιλον, & Plutarch. in Numa de Mercurio. Pacuuius:

Coelitum Camilla exspectata aduenis: salue hospita.

CAMOENA. Antiquitas *Casmoina*, Varro, Festus. O de biuocali deterit Vinetus, quod in epistola semigraeca ad Axium Paulum καμήνας reperisset: At biuocalem vindicat ipsa prisca scribendi ratio, sicut *Proilium*, & *Proelium*. Scriptum fuit etiam *Casmoena*.

CAMPIDOCTORES a *Docendo* dictos insinuant ista Lampridij in Alexandro: *Certe campidoctores vestri hanc vos docuerunt contra Sarmatas, & Germanos, & Persas emittere.* Ij erant quasi *campestris artis*, & meditationis bellicae, quae in campo fiebat, *doctores*. Idem & *Armidoctores*. Glossae *Campidoctorem*, ὁπλοδιδάκτην, & *Armidoctorem*, ὁπλοδιδάσκαλον exponunt. Stewechius reiectis Scriptis libris mauult *Campiductorem* per V, multaque congerit, vt *Ducendi*, *Ductandi*, *Ducatus* verba militi aptet. Nemo negat: sed inualide probant eius scribendi rationem, vel ex pluribus Vegetij locis repudiandam. Vnum nobis officiat fortasse. Graecis scilicet Καμπιδούκτωρας scribi. Sed Graecis, quibus Ου pro O, vel ω scriptitari sollemne. Plutarchus in Fabio Οὐικούλας, *Onicula*.

CAMVS extra spiritum. κημὸς, χημός Aeolib. magnaeque Graeciae. *Chamus* deprauatis inest editionibus Codicis sacri. Pollucem vide l. 1. c. 10. Suidam in κημός, Etymologum in Εὐχημία. Dialecto *Cemus*, Hesychius.

CHAMOS *adspiratum idolum est, quod alio nomine Beelphegor*, inquit S. Hieronymus.

CANA, *si locum significat per vnum N: si germen, per duo Canna.* Venerabilis Bedae vox est in Orthographia. Addo ex Aristot. l. 6. de Histor. Animal. cap. 12. *Channam* asperato C piscis esse vocamen. At *Canna* Originis est Hebraicae קנה Exod. c. 25. e. 32. Isidorus l. 17. Orig. c. 7. *Sane sciendum, quod Latinum Canna de lingua Hebraea sumtum est: apud eos enim Calamus Canna est.*

CANABIS, CANABE, CANABVS, CANABVM.

CANABE, non *Canabis* praecipit Fl. Caper lib. de Verbis dubijs. *Canabum* lib. 19. c. 27. Isidor. Similiter per VM scripsere Columella, Gellius. Varro lib. 25. Rerum H. *Graeci magis canabo, & stuppa, caeterisque fatiuis rebus.* Duplicaueris Vdam ritu maiorum, praesertim Graecorum. Dioscorid. lib. 3. Κάνναβις Κάνναβος Pollux lib. 7. Ἡ κάναβις ἐστὶ ὅμοιον ἐστι λίνῳ. *Cancabus lino res similis.* Hesychius: κανναβιδοῦναι πρὸς τὴν κάνναβιν ἐξιδρῶσαι· Καννιβιδῦναι, *ad cannabim exsudare.* Persius: *Vbi torta cannabe fulto Coena sit in transtro?* ——

CANCRI casu patrio. At Lucretius in 5.

Canceris vt vertat metas ad solstitialis.

Item Catoni *Canceres*.

CANISTRVM vnico N. Non est a *Canna*, in quo ineptit veterum quis: sed e Graeco κάναστρον, siue κάνυστρον, quando vtraque scriptio notatur a Polluce lib. 10. cap. 23.

cap. 23. Festi manus haec: *Cana dicunt Graeci* [inter eos Homerus] *nos Canistra, & per deminutionem canistella.*

CANOPICO *ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore, vt ferunt, dicta*, Plin. l. 5. cap. 31.

Silius lib. 11. *Memphis Amyclaeo passim lasciua Canopo.*

Sic Latini cum P. vt Fabius tandem mirari desinat Tullium cum P dixisse *Canopitarum exercitum: ipsi Canobon vocant*, inquit, Recte: nam ipsi Graece sic vocant. Graeci autem, Strabo lib. 17. (vbi eadem Plinio tradit) Dionysius Afer, alij per B Κάναβον, Καναβικόν, similiter scribunt. Nota est Etymologici: Κάνωπος δεῖ λέγειν, οὐ Κάναβος: *Canopus dicendum, non Canobus*: vt Κρότωπος, ἄνθρωπος.

CANTERII *prominentes ad extremam suggrundationem*. Vitruuius l. 4. c. 2. Cannins adspirat, retorque ortum ex Κανθήλιος. Baldus in eum Vitruuij locum sic cum iudicio notat: *Vsus tamen obtinuit, vt apud meliores sine Spiritu scribatur, quod fecit hoc loco Philander.* Ei fauet Hippocrates lib. de Articulis scripto Κανθήριος.

CAPHAREVS Solinus, & Latij Poëtae. Solini tamen Libri nonnulli *Caphereus* per E in medio, itaque esse Plinio testatur Salmatius. Graecum, inquit, Καφηρεύς: non & Καφαρεύς.

CAPITOLIVM vocali tertia secundam absoluente sillabam. Graeci sic antiqui: per E καπετώλιον Etymologus, ac plures.

CAPPARIS Dioscoridi, Suidae, alijs: Palladio *Cappar.* l. 11. tit. 11. *Thymum, origanum, & cappar.* Sic *Baccharis, Bacchar, Saccarum, Saccar.* Prius P ex M prouenisse Etymologus ariolatur, quo indicio duplicandum est P.

CAPPELLANI gemino PP, gemino LL, si Vualafridum Strabonem audimus, cuius haec sunt: *Dicti sunt autem primitus Cappellani, a Cappa B. Martini, quam reges Francorum ob adiutorium victoriae in proeliis solebant secum habere, quam ferentes, & custodientes cum caeteris sanctorum reliquijs clerici, Cappellani coeperunt vocari.* Vsus deterior parabularem literam vnam depulit, & significatum protulit.

CAPRA vbi non? Caprea tribus sillabis Horatius Epoda 12.

Vt pauet acres
Agna lupos, capreaeque leones.

CAPVA per V Latij rectissime, ac paene necessario: *Capya*, vel *Capye* Y Pythagorico vix tolerari potest, etsi Doctor Barthius de eo, quod certo loco, *Capyam* per Y Graecum, non per V scribendum putet fultus Pandectis Florentinis, & legat Aeneid. 6.

Et Capys: hinc nomen Capyanae ducitur vrbi.

contra fidem omnium Codicum, contra Varronem, qui *Campanam vrbem*, probat: *Capyanam*, aut *Capuanam* repudiat. Neq; ignoro plurimas ab ducibus, auctoribusue vrbes in Italia denominari. Sed & illud scio *Capuam a Capite*, & *Campanam* a Campo, *Campanosq.* verius opinatos veteres scriptorum. Plin. l. 3. c. 3. *Capua a XII. campo dicta.* Sic in Silianis Plinium ereximus. Strabo lib. 5. *Capuam* nomen habere scribit, quod duodecim Etruriae vrbium *Caput*: Δώδεκα δὲ πόλεις ἐκκαιδεκάστας τὴν οἷον κεφαλὴν ὀνόμασαν καπύην: *Duodecim conditarum vrbium, quasi Caput Capuam nominarunt.* Flor. l. 1. c. 16. *A Campo* & planicie. Liuius. lib. 4. *Vulturnum Etruscorum vrbem, quae nunc Capua est a Samnitibus captam: Capuamque duce eorum Capye, vel* (quod propius vero est) *a campestri agro appellatam.* Tullius contra Rullum fauet: *Capuam* · · · · *horreum Campani agri esse voluerunt.* Sex. Pompeius: *Alij a planicie regionis*, quae minime montosa. Certe a Καμπῷ seu *Campo* mollius fingitur *Campanum* nomen amicum Varroni: etsi quaedam Inscriptio aliter.

CAPVT per T ex Vsu, & Origine. Hesychius cum dixisset, κάπος γὰρ τὸ πνεῦμα: *Capus enim est Spiritus*, adstruxit haec: Ἡ κεφαλὴ παρὰ τῶν ῥωμαίων Κάπουτ κέκληται, ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτέραν οὖσαν τοῦ ἄλλου σώματος αὐτὴν πεπνεῦσθαι: *Cephale apud Romanos Caput dicitur, quod caetero corpore celsius cum sit, ab aura plusculum afflετur.* Veterum Monimenta *Capud* per D, vti Vol. 1. demonstratum.

CARADOCVS scribendum I. Lipsij iudicio in Tacitum, Britanniae regulus fuit. Dioni Cassio *Cataratacus* cũ A quartũ repetito: Zonarae *Caratacus*, alijs *Catacratus*, vna sillaba minus.

CARALIS. V. *Calaritani.*

CARECTVM vnico R. Ecloga 3. Maro: —— *Tu post carecta latebas.*

Haut probo Glossas, quib. est: φραγμός, *Sepes, Carrecta, Carrectũ.* Et nota Variãtiã singularij numeri.

CAREOR scripsere veteres teste Prisciano l. 8. non solum per O *Careo*. Firmauit Cato, cui dictum *Careo pecuniam.* Item Lugduni Inscriptio in coemeterio S. Pauli:

PLENA. DOLORIS. QVAE. FILIOS. DVOS. CARVIT

Plautus Curculione: *Id, quod amo, careo.* Ouidius in Epistolis:

Virque

Virque mihi demto sine carendus abest.

CARISIVS Flatudifflato, si Musis placet, ex Nummis varijs, Antiqua Inscriptio Romae apud Atilium Delphinium, & Origo ἀπὸ τ̃ χάριτο Η postulant. Lipsius semper adspirat. Scalptoribus, & cusoribus visum aes, & marmor satis asperum: altera Flatus asperitate superséderunt.

CARMENTES, an *Carmentis*? Veteri certe Latio bene cognita vox. *Mentis* primore casu, postilla *Mens*, vnde Nicostrata nominata Plutar. in qq. Romanis: Ε'σι ϛ̃ τ̃ ὀνόματο ἔτυμον, ἐστερημένη νόου, hoc est *Carens mente*, vnde nomen. Neque *Carmentam* respuo.

CARNVTES. Annaei Senecae Liber antiquissimus sillabis quatuor *Carnuntes*. Item in vetusto Gallicarum prouinciarum Catalogo *Carnotes* per O. Apud Ptolemaeum *Carnutae*. Sic *Druides*, *Druidae*: *Satrapes*, *Satrapae*.

CARTAGINIENSIS ἑξασυλλάβως, non *Cartaginensis* πεντασυλλάβως. Ita Pandectae, Manutij Saxa, Ennius: *Ferro qui feriet, mihi erit Cartaginiensis.* Priscianus lib 4. *Si sunt tertiae declinationis, abijciunt extremum S, & adsumunt Ensis, vt Pistor, Pistoris, Pistoriensis: Cartago, Cartaginis, Cartaginiensis.* Ciceronem, & Sallustium vbique hoc nomen sex constituisse sillabis adserit Pamelius in S. Cyprianum. Totidem scribit, ac praescribit Politianus epistola ad Barthol. Scalam, & Sigonius in Epitomen lib. 14. Exstat in antiquo Marmore Epigramma in Transtiberina regione eadem verbi facie. Aliter Carthagenae in Hispania:

CARTAGINENSIS. ET. SICELITANVS

Iosepho Scaligero acceptius est *Carthaginensis* sillabis quinque. Vide *Kartago*. Similiter in causa dissimili ex Monumento antiquissimo *Intercatenses*, quam sex sillabis *Intercatienses*, potius est Pinciano in Plinium. Romae in hortis Carpensibus:

PROC. TRACTVS
CARTHAGINIENSIS

CARTEIA Silio, Val. Maximo, Liuio: Stephano cum Ae biuocali Καρθαία. Poëtis Carteia, Καρτηία.

CARVILIVS, Καρούιλιος Dionysij lib. 2. edente Silburgio, Velleij lib. 2. Inscriptionibus non paucis. Alij per B volunt *Carbilius*. Plutarchi tom. 1. in Rom. qq. legas Καρβίλιος, & post in liberti nomine Καρβίλιος per Iota. Apud eundem in Numa καρβίλιος per iota.

CARVNCVLA Tullius lib. 2. de Diuinatione, alij. *Carnicula* in Cyrilli Lexico scribitur pro κρεάδιο: nec temere. Nam & *Carnis* in recto fuit. Et vt non fuerit, ab obliquis τ̃ *Caro* potuit oriri.

CARVS, CARITAS pulso spiritu, Libri veteres, Manutij IL. Saxa, Pandectae Florentinae, Iul. Scaliger lib. 1. de Causis LL. cap. 22. qui olim dictum *Charus* non abnegat. Eo ducebat Origo a χάρις: sed H ignorauit Graecia maior. Certe sunt haec Theologis nostris synonyma χάρις, *Caritas*, *Gratia*, & si inter alios super hoc velitabatur olim doctor Lagopolitanus. Verti autem sillabarum modulos haut nouum. Ipsi Tullio aut idem sunt *Gratia*, & *Caritas*, aut paene idem his in locis lib. 1. de Natura D. *Epicurus vero ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum dijs immortalibus & opem, & gratiam sustulit. Cum enim optimam, & praestantissimam naturam Dei dicat esse, negat idem in Deo esse gratiam, tollit id, quod maxime proprium est optimae, praestantissimaeque naturae. Quid enim melius, aut quid praestantius bonitate, & beneficentia? qua cum carere Deum vult, neminem Deo, nec Deum, nec homines carum, neminem ab eo amari, neminem diligi vult is.* In pede libri, *Deinde si maxime talis est Deus, vt nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur, valeat.* Vtramque scriptionem admittere petito a diuersa significantia distinctu fr. bolarium duco: Monumenta a Grutero cum K, quae scriptio detritum H indicat. Pontanus a Κάρα ἐτυμόλογεῖ: est enim *Caput cara*, & sacra res, quo iuramenta quoque concipiuntur: *Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat.* Alij ἐκ τ̃ Χαρῆναι: *carae* namque rei possessio laetitiam affert. Omnes refragante quantitate.

CASABVNDVS vnico S ex Turnebi Aduers. l. 23. c. 26. ex monito Scaligeri in Festum. Varronis editio a Vertranio *Cassabundum* supernumerario sigmate.

CASCELLIVS vdis literis combinatis, Libri veteres.

CASEVM MOLLE etiam a Pomponio scribitur. Per Vs Maro:

—— *Ingratae premeretur caseus vrbi.*

CASIA vnico sigmate. Marcellus: *Et nardum & casias, & amoma, & cinnama rara.*

Martialis: *Et myrrham, & casiam flebilis vxor emit.*
Maro item: *Et casia liquidi corrumpitur vsus oliui.* Diodor. lib. 3.

Theophrastus, Plin. Ita vulgo receptum. Cyrilli Lexicum κασία, *Casia*; Etymologus κασία ex κάσω. Geminat Hermolaus in Corollario *Cassia*, & κασσίης κυρτόν ex Hippocrate. Habet & Dioscorides lib. 1 c. 12. κασσία, ψευδοκασσία perpetuo tenore. Apud quem lib. 1. c. 13. κασσίζω. Verum Aretaeus Cappadox ισνίζων l. 2. cap. 13. κασίην, ζμύρναν. Dionysius in Periegesi

—— Πεπαινομένου λιβάνοιο, Ἠ' κασίης. ——

Thure maturato, aut casia.

Psalmo 44. & Basilij Seleuciae in Orat. De Passione: Σμύρναν, καὶ σάλην, καὶ κασσίαν. Galenus in lib. de Theriaca ad Pisonem geminat sigmata, & Suidas in Στακτή. Certe vox Hebraea per Tsade in medio קציעה. Iobi vltimo capite. Gorraeus: κασία, ἡ κασσία.

CASPERIA, non *Cesperia* per E, Aen. 7.

CASSANTRA vetuste pro *Cassandra*. Sic *Alessanter* pro *Alexander*, Fabius lib. 1.

CASSIDA Maro in 11. & Propertius:

Aurea cui primum undauit cassida frontem.

Festus: *Cassila* ex Vsu veterum.

CASSINVM, CASSINAS vt scribatur, fere extorsit Vsus. an doctiorum? Certe lib. 10. Strabonis κάσινον scribitur, Silio Italico lib. 12.

—— *Nymphisque habitata Casini*
Rura euastantur ——

Alibi: —— *Nebulosi rura Casini.*

Sic legi in Plinianis Codd. testis Ios. Scaliger in lib. 6. Varr. de LL. non aeque probato *Cassinum*. Liuius lib. 26. *Sub Casinum biduo statiua habita.* Philippica secunda vides *fundum Casinatem*. Flagitium sit omisisse Gregorium M. Dial. l. 2. cap. 8. *Castrum, quod Casinum dicitur in excelsi montis latere situm est, qui videlicet mons distensu sinu hoc idem castrum recipit. Sed per tria millia in altum se subrigens, velut ad aëra cacumen tendit, vbi vetustissimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium a stultorum rusticorum populo Apollo colebatur. Illuc vir Dei S. Benedictus perueniens contriuit Idolum, subuertit aram, atque in ipso templo Apollinis oraculum S. Martini; vbi vero ara eiusdem Apollinis fuit, oraculum S. Ioannis construxit.* Haec nomini tuo scribimus, magne Praesul Benedictine. Verum saepenumero in Auctoribus geminis sigmatibus *Cassinum* legas.

CASTANEAE MOLLES Maroni in Eclogis cum E: cum I Pollucii. 1. κασάνια ὀνομαζόμενα. At deminutionis forma videtur elatum.

CASTRAMETOR vnica vocis comprehensione scribendum insinuat Liuij liber 9. *Circa saltus cum vtrimque ad hostem iniqua via esset, cunctati, castrametatique sunt.* Nec prorsus vrget: illud enim *Que* secundae, tertiaeque voci consueuit annecti. Vertina 4. *De prouinciaque decessit.* Tamque dictum videtur nonnullis *Castrametor*, quam *Vastadabo*.

CASTVLO per V Liuio, Silio. Stephano κασάλων. 1 ad Tractatum de Variantia Volum. 1.

CATALI *vt ludunt*, in Sticho Plautina est veteri Libro, eamque scriptionem Passeratius amplexus est: reiecit Duza, scripsitq. *Catuli.*

CATANA per A Hecataeus, Polybius, Plutarch. in Alcibiade, Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, cuius haec de Origine, causaque nominis: Ἐπειδὴ κατέβη πρὸς τὸ Ἀμενανὸν ποταμὸν Θεοκλέους τοῦ Χαλκιδέως ναῦς. ἢ Ἀμφίνους χωρὶς τοῦ ὑπὲρ φασὶν ὅτι τὸ Αἴτνης κατὰ πεδίοις τὰ ἄνω, καὶ κάτω γίγονε. Per A Diodorus, Pausanias, Nonius, Graeci omnes, quod memini. Aliter in omnibus Silij italici editionibus, ad quem vide, quae scribimus lib. 14. Sic per I in Ausonio:

Quis Catinam sileat? ——

In Verrinis *Catinenses* plurium cum approbatione, ipsius etiam Hotomani. Antipoli in arce:

DOMO. CATINAE. EXORTVS

Consule politissimum Pontacum in Eusebij Chronica. Sic *Numidae* per I ex Nomadibus nati. Iustini lib. 4. *Catinienses* geminis locis I posito. Alia vero est in *Cartaginienses* ratio.

ΚΑΤΑ' Φρύγας, non *Cataphryges*. Deterius quod offerunt proletaria Lexica, *Cataphrygas*, & nonnulla S. Cypriani monimenta. Firmilianus S. Cypriano: *Secundum quod etiam illi, qui κατὰ Φρύγας appellantur, & nouas prophetias vsurpare conantur.* Tertull. lib. de Praescript. *Secundum Phrygas*, vbi Pamelius consuli potest. Baron. tom. 2. scripsit: *Quae iuxta Phrygas nominatur. Nam κατὰ & iuxta idem sunt*, inquit. Ratio nihili est. Neque enim in proprijs interpretamenta ista, aut permutationes arbitrariae sunt. Vsus in his magister est: ne quid amplius. Complexe in Eusebij Chronicis: *Pseudoprophetia, quae Cataphrygas nominatur.* Cuius Eusebij

Fabricanum

Fabricanum exemplar habet I Latinorum *Cataphrigas*: nec omnino praue. Apud Epiphan. l.2. contra Haeres. *Phrygastae*, *Phryges*, & οἱ κατὰ φρύγας καλούμενοι. In proletatijs D.Augustini Exemplaribus continenter *Cataphryges*,

CATARACTA R desolato, si oriatur ex ἀράσσω: si ex ῥήσσω, geminari poterit. Vtramque scripturã agnoscit Budaeus. Hesychius gemino R, & Suidas pro *Saxo*. Apud Liuium lib. 27. p. 734. *Porta cataracta deiecta clausa erat: eam partim vectibus leuant; partim funibus subductis in tantum altitudinis, vt subire recti possent. Vixdum satis patebat iter, cum perfugae certatim ruut per portam, & cum sexcenti ferme intrassent, remisso fune, quo suspensa erat, cataracta magno sonitu cecidit.* Super coeli *catarractis*, vide Geneseos interpretes, Eustathium in Dionysium, & Hesychium.

CATARRVS adspiratione nulla, quae, si qua esset, in posterum R caderet: in T nulla Grammaticae lege Medici ipsi ἀπερίβλεψία si Graecam vocem proponunt, Κατάῤῥους, Κατάῤῥοος scribunt: ac paucis post versibus per Θ *Catharrus*.

CATENA depulso H. Alij ortum volunt ex κάθ' ἕνα. Ex ordine, quo annulus annulo consertitur. Alij ex Hebraeo כתם, quod est *fulgere*: honora namque ex auro fulgido constit. Alij pro *Catina* ex Graeco κατ' ἶνας, quod sicut varia sunt *intestinorum* volumina; sic catenarum, Alij aliter nugantur. Vndeunde ortum habeat, Flatum ademit Consuetudo, cui pugnat illud l. 1. contra Symmachum: *Traxerunt longam corda inconsulta cathenam.*

CATERINA absque H. quod & sillaba sit auctius. Suidas: Αἰκατερίνα, ὄνομα κύριον. Exstatque in Augustana Bibliotheca Μαρτύριον τῆς ἁγίας Αἰκατερίνης. *Martyrium S. Aecatrinae.*

CATHMVS perpetuo tenore cum Th crebetrime legimus apud Isidorum Hispalensem. Certe *Catmus* non displiceat seculis quibusdam. Similitudine comptobetur: *Atriaticum mare* pro *Adriatico*. Plin. lib. 3. cap. 16. Apud Artemidorum Τουρίτανία pro Τουρδητανία teste Stephano. *Itus* pro *Idibus* fide Varronis lib. 5. de LL. At Spiritus ἀπροσδιονύσως poni videtur. Nam Palamedes τῶ Θ repertor ipsi Cadmo postumus fuit. Quid si tamen ex veteribus membranis hausit hoc Isidorus, vt plerague notata per insolentiam? Aeoles certe pro Μίσω scribunt Μίσθω: ex Θεῷ fecere Latini *Deum*. Cur non ex veterrimo Κάδμω potuit oriti κάδμος. Rursus ex Μήδω *Prometheus*, Οὐδὲν, Οὐθὲν. Ex Κάζω, *Orno*, κέκασμαι, κεκασμένος, κεκαδμένος fiunt, & Κάδμος, vti indicat in lib. 4. Iliad. Eustath. vbi ait Κάδμον etiam Mercurij epithetum esse. Verum cuncti Graeci, Latinique per Δ scripsere praeter vnicum Isidorum, & supera ratio de Palamede, & *Cadmo* rescindit omnem dubitationem: nisi quod Atticos noto Κλαυθμὸν, Ἀριθμὸν scripsisse pro Κλαυσμὸν, Ἀρισμὸν.

CATHIZOS legenm Plin. lib. 4. cap. 11. nam Hebraeis קטן est *Pusillus*. Plinij verba: *Gerania, vbi Pygmaeorum gens fuisse proditur, quos Catizos barbari vocant, creduntque a gruibus fugatos.* At magnis saepe diuortijs ab Origine voces abeuut.

CATTI Taciti de Mor. Germ. Χάττοι Dioni, hoc est, *Chatti*.

CATTIVS, CATIVS antiqua Saxa. Nec opinor id absque familiarum discrimine. Hor. lib. 2. Sat. 4.

Vnde, & quo Catius.——

CATVLLVS Valeriorum cognomen duplicato LL, ita Nummi, Saxa, Librorum antiquitas. Romae in hortis Carpensibus.

D I S. MANIB
OCTAVIAE. P. F. CATVLLAE
GELADI. DIVAE. AVGVST. L
V X O R I

CATVLVS vda persola. Lutatiorum cognomen. Lapides Capitolini: Graecis Κάτλος.

CATVS vnico T. Αἴσχυς ariolantur ab domestico *Catto*: tunc enim duplex muta perscribatur. *Catus* inde est, vnde *Cato*, ex veterum κατιάλαι Donatus in Andriam: *Catus*, *Callidus*, *Doctus*, *ardes* παρὰ τὸ καίειν: *vnde Cato dictus. Ingeniorũ et: nim igneus vigor esse videtur.* Iuxta illud: *Igneus est ollis vigor, & coelestis origo.* Ignis vero pyramidali forma in acutum exit: quare *Catum*, non Doctum, vt Alcuinus, sed *Acutum* recte exposuerat Varro, D. Augustinus. Varro lib. 6. de LL. *Cata*; *acuta: hoc enim verbo Sabini dicunt. Quare Catus Aelius Sextus, non vt aiunt, Sapiens, sed Acutus: & quod est, tunc coepit memorari, Simul Cata dicta accipienda Acuta dicta.* D. Augustin. lib. 4. de Ciuit. cap. 21. *Quid opus erat Deo Catio, qui Catos, id est, Acutos faceret: cum hoc posset conferre Pelicitas.*

CAVDA. H. Stephani Glossae: *Coda*. Eaedem: *Cludus*, Χωλός, pro *Claudo*, vti *Plostrum*, *Plaustrum*.

Plaustrum. Copo, *Caupo* κάπηλος, Eaedem Glossae.

CAVCASVM. Veteres primorem literam G posuerunt, & R insertarunt. Plin. lib. 6. c. 16. *Caucasum montem Graucasum, hoc est, niue candidum* Scythae vocant.

CAVEAE, & per I *Caviae*. Romae in palatio Crepanitensi:

INTRA. CAVIAS. PROXIME.

CAVLON, non *Caulum*. Item *Caulonia* recte contra Originem, cui Origini C indebitum est. Similiter Καυλὸς fieri ex Αυλὸς docet Etymologus, & subiungit: Καυλωνία, ἐκ τοῦ Αὐλωνία κατὰ πλεονασμὸν τοῦ Κ. Vide, quae pridem notauimus ad lib. 14. Silij Italici.

CAVPONA, COPONA: *Caupo*, *Copo*. V. proxime *Caurus*, & *Cauda*.

CAVRVS, CORVS, vt *Plaustrum*, *Plostrum*: *Claudius*, *Clodius*. *Chaurum*, & *Cahurum* in Virgilianis Exemplaribus se quoque reperisse Pierius testatur, quae adspiratio iure delebilis.

CAVSSA iterato sigmate linguam sibilam reddit, aures acerbat. Scaurus lib. de Orthogr. *Caussam* quasi *Cauissam* a *Cauendo*, *& cantionibus* ducit: ipse interim eorum addictus haeresi, qui simplo S scribunt. Quia, vt ait, *S litera non soleat geminari, nisi praecedente vocali correpta* quam rationem falsam multa comprobant: sententiam tamen amplectimur. Praeterea quoties productam vocalem V sequatur, in id solere desinere sonum, vt in *Plausu*, & *Lusu*. Itacum hac vtique litera eiusmodi syllabarum finiri sonus debeat: nunquam autem a gemina litera syllaba vlla incipiat, [Latinis] apparet *Causam* geminatam S non recipere: quoniam neque in fine praecedentis syllabae alterum potest poni, neque a gemino sequens incipere. Haec ille. Cornutus, siue Cassiodorus: *Nec quenquam moueat antiqua scriptura: nam & Accussare per duo SS scripserunt, sicut fuisse, Diuisisse, Esse, & Caussasse. In qua enunciatione quomodo duarum consonantium sonus exaudiatur, non inuenio.* Nota digna Etymologi verba: Οὐδέποτε δὲ πρὸ τῶν δύο σσ εὑρίσκεται δίφθογγος. *Nunquam autem ante duo sigmata reperitur diphthongus.* Ex toto Graeciae oceano duo excipua facit verba. Atqui eadem est Euphoniae ratio in *Causa*, & *Caussa*: nam Au Latinis aeque, ac Graecis diphthongus est. Antiquitati duplicatum SS Marius Victorinus arrogat. Sic fragmenta Capitolij: CLAVI. FIGENDI. CAVSSA. In ijsdem densissime. Sic *Paussa* habet Vrna marmorea in Vaticano:

IAM. DATVS. EST. FINIS. VITAE. IAM. PAVSSA. MALORVM

cum in Lucretio sit *Vitai pausa* vnico S, & *Pausam fieri* in Plauti Rudente. Quintilianus autem l. 1. c. 7. Scauro obstrepit: *Quid quod Ciceronis temporibus*, inquit, *paulumque infra, fere quoties S litera media vocalium longarum, vel subiecta longis esset, geminabatur? vt, Caussae, Cassus, Diuissiones? Quo modo, & ipsum, & Virgilium quoque scripsisse manus eorum docent.* Attento Quintilianus notat tempora ipsius Ciceronis, & paulum infra. Quo ex iudicio paulo ante Ciceronem *Causa* vnico S scriptum conficitur, item aliquanto tempore post Ciceronem. Indicant hoc & illa expressius ab eodem subiecta: *Atqui paulum superiores etiam illud, quod nos gemina SS dicimus Iussi vnica dixere Iusi.* Particula *Etiam* complectitur *Causa*, *Casus*, *Diuisio*. Quare maiore iudicio, quam veteres (in antiquitate enim, & antiquarijs iudicium subinde quaerimus) humanissimus Erythraeus in Indiculo Virgiliano de *Causae* causa sic perorat: *Sed vicit Consuetudo & Rationem, & Auctoritatem, vt per simplum S notetur.* Sic literatissimus Faërnus. At quam producunt rationem literati aduersae partis? Quia *Caussa* quasi *Cauissa*, a *Cauendo*; a *Cantionibus*. Quasi a *Cantionibus* forensibus ad vniuersam rerum omnium tractationem *Causarum* traducenda sit appellatio. Quasi res aliae perplurimae, ac paene omnes post forum, forique, ac rerum forensium tractationem fuerint. Quae res cum suis *Causis* starent, *Causarum* res, & nomen foro longe est antiquius. Nonnulli igitur a Χάος inserto digammo Aeolum, vt Ὠόν, *Ouum*, Ὄϊς, *Ouis Causam* esse volunt. Ita Cardinalis, Maranta, Cokierus. Hi Causam materialem complexi videntur, vt primigeniam tempore. Quid Efficiens? Non illa maiore vi agendi prouehit se? Quid finis? Non illa impetum, aut secum coniunctum habet, aut agenti indit? Ad Finem pertinet id Senecae: *Vrit miserum gloria pectus.* Ad Effectricem: *Ardor agit.* Κινητικὸν γὰρ τὸ θερμόν, vt philosophatur Plutarchus lib. de primo Frigido. Tullius lib. 2. de Natura D. *Calidum illud, atque igneum ita in omni fusum esse natura, vt in eo insit procreandi vis, & causa gignendi, a quo & animantia omnia, & ea quorum stirpes terra continentur, & nasci sit necesse, & augescere.* Post pauca: *Eo mundi ardore motus omnis oritur.* Macrobius lib. 7. cap. 7. *Cum calor semper generationis causa sit.* Huc facit Isidorus lib. 20. Orig. cap. 10: *Ex igni iuxta Philosophos quosdam cuncta procreantur.* Quos? Secundum Heraclitum, & Hippasum Metapontinum. Ita Plutarchus libro primo de Placitis Philosophorum, & Laërtius

lib.

lib. 9. Περὶ γὰρ ἐργάζεται πάντα, *Igni omnia fiunt.* inquit Aristoteles libro de Respiratione. Galenus quoque lib. 14. de membrorum officijs *Caliditatem* vocat πρῶτον ὄργανον τῆς φύσεως. *Primum naturae instrumentum.* Seneca l. 2. qq. Natur. c. 10. *Sterile est frigidum: calor autem gignit.* Basilius M. hom. 3. Hexaëmeron: Ὁ ψύξει θερμοῦ τὴν δύναμιν τῆς ἐν γενέσει, καὶ φθορᾷ πᾶσιν ἐνδυνάσασαν. *Calidi vim in ortu, exitioque in omnia se potenter exsertantem videas.* Et reuera sine calore nihil nascitur: adeo vt de Septemtrione:

—— Sterili non quidquam frigore gigni dictum sit.

Trismegistus ipse igni arrogat elementorum omnium procreationem. Alij quoque Ζῆνα ἀπὸ τοῦ Ζέειν. a *Feruore*: alij, Θεὸν παρὰ τὸ Αἴθειν, ab *Ardore*. Sic *Formum* antiqui cum dixerint *Calidum* (vnde est *Formosus* auctore Papiriano) Latini *Formam* dicunt causarum facile principem causam. *Forma* quoque *Calida* Festus interpretatur: vnde *Exta deforma*. Meminit & Cato cuiusdam aedificij *aestate frigidi, hyeme formidi*, hoc est, *Calidi*. Et veterum nonnulli Aquam rerum omnium elementum, *Ignem* vero *Formatum* putabant. Qua causa vtrumque in limine positum a sponso, & sponsa tangebatur. Quare mihi non improbetur *Causam* figurari ex καῦσις versa finalitate, vt fit in *Pausa* ex Παῦσις, in *Poesi* ex Ποίησις, nisi praeferes illud Etymologi Παρὰ ὅσω τὸ Πᾶν γίνεται Φύσιν, καὶ Φύσις. Certe apud Scribonium Largum cap. 91. legitur *medicamentum causam faciens*, seu: Καῦσιν faciens, vrens sane, & molestum. Ab eadem Origine Macedonum *Causia*, quae est apud Antipatrū Καὶ Καυσίας ἐνιπετεῖ, καὶ χόρυς ἐν πολέμῳ: *Tegmē sub coelo ninguido, galea in proelio.* His itaque animaduersis *Causam* neq. Ratione, neq. ex Origine grauamus additamento alterius S. Saxorū, Inscriptionumq. notae sunt ambiguae: modo simplum S, modo duplum continent. Quid? De ortis ex *Causa* liticulam hodie mouet nemo. Cuncti in vnum S conspirant in his: *Causula, Causidicus, Excuso, Accuso, Incusito, Causidicina* lib. 30. Ammiani. Tandem claudat hanc disceptatiunculam Beda in Ortographia: *Causa per vnicum S scribatur.* *Caussa* certe τῶν διφθεγγόντων est, & *Paussa* obseruante, ac monente lib. 3. Prisciano. Ob eas res *Olla* veterib. *Aula* scripta: cui *Aulula* inde & Plauti *Aulularia*, non *Aullularia*. Tullius ita scripsit. Esto. M. Varro multorum Origines, Etymologiasque ignorauit, vt ex Notis plurium apparet: non potuit vel Tullius, vel Gellius verbuli alicuius Originem ignorasse? V. *Paulus* in sua serie.

CAVTE, CAVTIM. Terent. in Ἑαυτόν. *Cautim, & paulatim dabit.*

CAVTER absque H. ἐκ τοῦ Καυτῆρος. In Prudentij Vincentio, quo colore nouella editio superaddit H?

CAVTIO passiua scriptura est: Antiqui vnica sillaba auctius scripsere *Cauitio*. Festus: *Cauitionem, quam modo Cautionem.* Sic *Fautor*, olim *Fauitor*, Plautus Amphitruone. Nec in manifestarijs istis, ac pusillis opus pluribus.

CEBENNAS, CEBENNICOSQVE montes per C, non per G scribendum monet apud Caesarem, Melam, Lucanum, Plinium, aliosque Vinetus in Ausonij Vrbes, librarijsque *Gebennas* imputat. Ergo scribit:

Interiusque premunt Aquitanica rura Cebennae.

Hoc veteris Latij more, cum G nondum vsitata. Quare admiserim & *Gebennas* cum G, vt *Gortynius, & Cortynius, Cygnus & Cycnus*, pariaque *Cebenna*, & *Iura*, Plin. l. 33. c. 4.

CEDRVS interdicta diphthongo: pugnaret enim cum Origine, ἐκ τοῦ Κεδάζω. Findi namque *Cedrus* ingenio facilis. I ad Eustathiū in id Odyss. Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, *Cedri facile fissilis.* Libris vetustissimis, quibus est *Caedrus* cum prima biuocali Manutius finet auctoritatem derogat.

CELAENE Solino: Sillo Italico *Celaenae* αὐλῶν. Liuio: *Veteribus Celaenis.* Strabo: Ἀρχηγέτης ὁ ἀπὸ τῶν Κελαινῶν. Sic Herodotus, Max. Tyrius.

CELENDERITIS tres primas sillabas secunda integrante vocali. Ita Pincianus in 5. Plin. c. 27. ex Strabone, Ptolemaeo, Pausania. Non *Celenderitis.* *Celendiris* Apollodoro lib. 2. Iosepho vna item sillaba minus lib. 17. *Celendris.*

CELERANTER, CELERATIM, CELERE, CELERITER.

Accius: *Matutinum cursum hunc celeranter rapit.*

Sisenna: *Quo magis celeratim poterat, in insidijs suos disposuit.*

Plautus Curculione: *Celere obiectum negotium.*

Caesar lib. 5. de Bello G. *Illi imperata celeriter fecerunt.*

CELERRIMVS passim recte scribitur. Veteribus etiam *Celerissimus* Marlius in Iliade:

—— Celerissimus adueniat Hector.

Ennius Annal. *Exin per terras postquam celerissimus rumor.*

CELEVMA absque S. Martial. l. 3. Epig. 66.

Lentos figitis ad celeuma remos.

Sidonij lib. 2. epist. *Ad Christum Centumcellenum.* Cum S. Paulinus de reditu Nicetae: *Nauitas lacti sonitum celeusma.* Sic amat H. Stephanus priore explos.: Radero neutrum displicet, nec mihi, nec Budaeo in Pandectas.

CELLA vdis pariatis, biuocali non admissa. Festus cum Ae: *Caella, quod ea caelentur, quae volumus esse occulta.* Sequitur Torrentius ad Horatium. In diuersum eunt Nonius, Isidorus, Libri, Lapides. V. *Celo, occulto.*

CELO, occulto, diphthongum refugit auctoribus Libris vetustiorib. Virgilio Carpensi, Nonio Marcello.

CELTAE Caesar, alij: *Celt.* Κέλτοι saepius Graeci: inter eos Dores κέλται. Etymologus: κέλτας ἔστι διαλέκτου· ὡς γὰρ τὸ παρ' ἡμῖν φίλτατον φιντατον, ἢ δέλτα δίντα, οὕτω κέλται κέντοι: *Centae dialecti est. Vt enim quod apud nos dicitur Philtaton, Phintaton, & Delta Denta, sic Celtae Centae.*

CENTHO adspiratur in Capitolinis Saxis. Claudiae gentis est cognomen.

CENTVMALVS per V in secunda, Fuluiorum cognomen, Libri, & Capitolij Saxa. Per Ieditio Ciceronis a Victorio (quam Gruterus scriptis ad me literis correctissimam opinatur) tertio de Offic. & sic vulgo fere scribunt.

CENTVMCELLAE vrbs secari recusat apud Lampridium.

CEPHALLENE geminatis LL Silius, Pausanias, Libri veterum. In Catalogo: —— Ἠ'γε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους. Hesychius: Οἱ δ' ἔσαν Κεφαλλῆνες. Sophocles: Ὦ' ξένε Κεφαλλήν. Testaturque Eustathius tam in Dionysium, quam in Homerum scribi duplici signiate contra Originem a *Cephalo* ab Ariopagitis in exilium acto. Apud Liuium l. 38. scribitur: *M. Fuluius perdomitis Aetolis cum traiecisset in Cephaleniam.* Hesychius: Κεφαλῆνες.

CEPHALOEDIVM Oc biuocali Plinio, Straboni, Silio Italico lib. 14. *Cephaloedias ora.* Opidum est Siciliae. *Cephaloedium, cephalis tumens, granidum.*

CEPHISVS in Plutarchi Sylla. At Plinius Gelenij vnico, Homerus, Q. Calaber, Eustathius Apollodorus; Pausanias *Cephissus* correctius. V. *Gnossos, Amtissa, Parnassus.*

CERA diphthongum abhorret, vt Origini Graecanicae repugnantem, ac Libris fidiorib. Κηρός.

CERCINA. Pintianus in Melam: Scribe cum vnico N *Cercina* ex Strabone, Ptolemaeo, Dionysio, Plinio scriptae, & Romanae lectionis; itemque Cornelio Tacito l. 1. Dionysius: Μήνιγξ, ἢ Κέρκιννα Λιβυστιάδ' ὅρμον ἔχουσαι.
Meninx, & Cercinna Libycum portum habent. Vbi duplex ν.

CEREALIS Romae in S. Siluestri:

DATIANO. ET. CEREALE
CONS

Neapoli in aede Gueuarae: ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ. ΚΕΡΕΑΛΙΣ
In hortis Perottinis Romae: NERATIO. CEREALI.
Ioseph. l. 6. Belli Iud. Ἡ'γεμόνα Κερίαλιον. Item per I Romae in vinea Domini Angeli:

CERIALIS. ET. GALLVS

Inque Lipsi Tacito per I semper.

CERIALIA Libri veteres, Nummi tres argentei Andreae Lauretani, Matthaei Forerij, Ioannis Mariae; quibus est: C. MEMMIVS. C. F. QVIRINVS. MEMMIVS. AED. CERIALIA. PREIMVS. FECIT. Lapides ita complures. At in Velleij Lipsiana editione *Cerealibus sacris.* Georg. 1. *Cereale papauer.* Aen. 1. *Cerealia arma.*

Fastor. 4. —— *Gemini hoc Cerialibus ardet.*
Ouid. l. 7. *Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis.*
Passim: *Cereales Aediles, Coenae, Ludi.*

Viuite concordes. Seruius: *Sciendum est indice Euphoria dici Cerealia, vel Certalia, Typhoea, vel Tiphoia, Caesareanum, vel Caesarianum.* Adde ex superiorib. *Aetherius*, vel *Aetherem.*

CERMALVS, GERMALVS, Varro l. 4. de LL. Festus.

CERRITVS, CERRITIOR lib. 8. ad Atticum epist. 5. RR. combinatis. Non additur R ad vim morbi significandam, quod Lambinus somniat, & nimis auide concoquit Brabantius: sed quia E extrito ex *Cereritus* (*Cerritos* enim Δημητριακούς Attici dixere) necessum est *Cerritus* reliquum fieri. Nec referre vult Brabantus simplici, an duplici RR scribas. Atqui hoc admisso in caeteris iaceat vniuersa propemodum Ε'γχαμμαλία, vt eum Galeno loquar. Serenus: *Cerritum saepe horrendi medicantur odores.*

CESELLIVS nulla diphthongo. Ita Manutius Lapidem literatum amplexus. Alij alios

com

cum diphthongo iactant: vtris dederis? Quid si deminutione factum? *Caeso, Caesoullius*, *Caesellius* magis concisa voce?

CESTIVS, CESTIANVS non admissa biuocali. Nummi duo argentei, & Saxa.

CESTVS. V. *Caestus*.

CETEGVS, Iouianus l. 2. de Adsp. qui *Cethegus* putat abusum temporis Ciceroniani: At Plutarchus, Appianus adspirant, Sallustius in Coniuratione, Cicero 4. Philippica.

CETRA rectissime iuxta, atque vsitatissime. In veterib. Libris modo *Caetra* cum *Ae*, modo *Scetra* cum *Sc* principalib. elementis. Neutrum placet.

CHAEREPHYLLI, *aneti*, *pastinacae* lib. 11. c. 3. Columella de Re R. Non *Chaerophylli*: neque *Choerophylli*.

CHALYBS primore elemento asperato, secundam sillabam obtinente Y Graiorum, & vltima B scripta: licet in vetusto Codice Val. Flacci dempta sit adspiratio, & P sedeat in vltima sede. *Alybas* olim dictos tenetur Eustathius Iliados β, & Stephanus, qui terminationem finalem ab ordinaria variantem ponit Χάλυβοι παρ' Ε'κχταίῳ: Χαλύβοισι πρὸς Νότον Α'ρμένιοι ὁμȣ̃ ναίουσι. *Vna cum Chalybis ad Austrum habent Armeny*. Prudentium apud hodie sic:

Procudam calybem ——— —

Vmbrosa Notarum silent oracula: MSS. non producunt, rationem noui consilij nullam proferunt.

CHAMELAEA, non *Chamaelaea*, olea pumila. At namque τȣ̃ χάμαι deperit hoc in composito. Plin. lib. 13. cap. 21. *Fruticem verò thymelaeam*, *alij chamelaeam*, *aly pyrosachnen*. Sic Κνίδιλαιον, Νικέλαιον apud Dioscoridem. *Pissellaeum* Plin. l. 25.

CHAMETAERAE, non *Chamaetaerae*, vt *Chamelaea*. Vtrumque Proportione χαμαιπετής, χαμηλός. Plin. l. 36. c. 5. scribit Scopam fecisse Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Seruilianis hortis, duasque *chametaeras* circa eam. Pedissequas interpretor honorarias, quasi comites *humi sessitantes*, vt hodie more intet nobiles obtinet. Alioqui χαμαιταιρὶς, πόρνη dicitur Hesychio.

CHARACENI Plin. l. 4. c. 12. reponit ἀκρέχως Pincianus pulsis *Carasenis*.

CHENITES portus recte scribitur, ac defenditur a Pinciano: *Caenites* ἀκρέχως ab Hermolao in Plin. l. 4. c. 5. At plus in illo Mauro modestiae desiderem: nec enim Hermolaum potest aequiparare fastuosua sua, & barbarica φιλαυτία.

CHERRONESVS passim. *Cherronesus* semper scribit in lib. 4. Plinij Pintianus eodem iure, quo Graeci, varius. Vnico N Caninius scribendum praecipit, itaque praeferunt Demosthenis Exemplaria. V. *Halonnesus*.

CHERVSCI. Straboni in 7. Χηρȣ̃σκοι.

CHILO *dicitur a magnitudine labiorum*: *Cilo sine adspiratione*, *cui frons est eminentior*, *ac dextra*, *sinistraque velut recisa videntur*, Festus. Hinc in vetere Onomastico rectius sit: *Cilo*, ἔξοφρυς. quam *Silo*. Recte autem in altero Glossario: *Silo*, Σιμός. Eadem Festo diffusius paulo tradit Velius Longus apud Cassiodorum, nisi quod *Chilones a breuioribus labijs* appellitatos autumat. non recte, si non mendose. Quid si A *prauioribus labijs*? Quae scilicet in prauum eruperunt. In antiquissimo denario:

L. FLAMIN. CHILO

In alijs:

L. FLAMIN. CILO

Ex his Pighius Annalium p. 391. lib. 5. Grammaticos conspuit, qui distinxerint. Ego in distinctu permaneo, aioque *Cilo* Latinorum vetustissimis absque H seculi more perscripsisse: nepotes *Chilo*. Et quis alteram Inscriptionem ab errore liberam praestet?

CHIMAERA, χίμαιρα Homero, Hesiodo, caeteris. Χίμαιρος etiam Theocriti abesse A non patitur, vt *Chimera* scribi recte queat. Vide tamen *Aegesta*.

CHIRAGRA, non *Cheragra*. Vsus illabefactus. Vnus Her. Stephanus in Paralipomenis linguae Graecae, ac duobus tom. 4. locis veteres apud Poëtas reponit *cheragra*. Non animaduertit ex χειράγρα caeso E, posse reliquum I contrahi. Id est, quod Musambertius in Ramiresium voluit pag. 85. Sic *Niphates* vbique non obuium prima correptâ, esto ἐκ τȣ̃ νίφειν. Martialis lib. 1. Epigr. 99.

Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat:
Sed nil patrono porrigit. haec chiragra est.

Iunius, ac siquis alius inerti molimine rescribunt *Cheragra*, nescij tam E, quam I deciduum ex biuocali in sexcentis alijs, & in proximo *Chiron*. Nonnulli veteres Libri malo exemplo *Cyragra*: ex eorum praua opinione, quibus ita sedit: Graeca vox: Graecanico igitur Y perscribenda.

CHIRI-

CHIRISOPHVS duobus locis per I, suprema syllaba per F. Ita in Manutio mihi lecto: post in Gruteri Inscriptionibus ijsdem per PH. pag. 760. Vetus Inscriptio:

M. AVRELIVS. CHI
RISOFVS. MEM
MIAE. PRIMAE. COIV
GI. SANCTISSIMAE

CHIRON I Latiati nato ex Χείρων *Chyron* pro eodem intolerabili errore: licet praeferant veteres Flacci Codices, quibus Carrion adhaerendum censet. Consuetudo catholica illi aduersatur, & Origo.

CHLAMYS cum Spiritu, & Y. Neutrum vult Carrion fultus vetere Libro Val. Flacci lib. 2. Οἷος πίτυνλαι. Vsus, & Origo eum expugnant.

CHLOELIA cum Spiritu, quem Graeci demunt κλοιλία Ita Liuius, Florus, Silius.

CHORAVLES saepius apud Martialem: scripsit etiam Apuleius *Choraula doctissimus.*

CHOERILVS, *incultis qui versib. & male natis, Rettulit acceptos regale numisma Philippos,* apud Horatium cum Ch, & Oe. Vide Turnebum l. 25. c. 26. Ioseph. lib. 1. contra Appionem, Laërt. l. 1. Clementem lib. 1. Strom. Raderus in Martialis lib. 1. bis hoc nomen cum Y pingit, quae scriptio mihi opinanti olim placuit, vt ex χοῖρος deminutione nascatur χοιρίλος, sitque *Scropha*, aut *Suillus* aut *Porcius*: Sed reclamant omnes editiones Aristotelis octauo Topicorum, Eustathij in secundam Iliada, Horat. l. 2. epist. 1. & in Arte, Curtij l. 8. Ausonij epist. 16. Eusebij lib. 9. historiae, aliorum, in quibus disertim media per I exprimitur, neque aduersum torrentem niti ausim.

CHORDA aspere. χορδή Isidorus lib. 3. Origin. c. 21. ἀτέχνως ista: *Cordas autem dictas a corde: quia sicut pulsus est cordis in pectore: ita pulsus cordae in cithara.* Hoc si est, non male leuet. Aliter statuit Eustathius in Odyss. 4. Οἱ παραφθείροντες κόρδας οἱ χυδαῖοι φασίν: *Corrupte Cordam vulgo scribunt.* Antigonus ex veteri quo Poëta:

Ε'πλὰ ᾗ θηλυτέρων οἴων ἐτανύσατο χορδάς:
Septem fo. mellarum ouium chordas tetendit.

Ex quo *Heptachordum. Decachordum* aspera.

CHORDVM, ἀπὸ τοῦ χορίου figurat Varro lib. 2. de RR. c. 1. ideoque inspirat. Plin. l. 8. c. 47. *Gerunt partum diebus CL. postea concepti inualidi. Chordos vocabant antiqui post id temporis natos.* Item *Foenum chordum* cum H edente literatissimo Meursio apud Catonem c. 5. de RR. Item apud Columellam. Eadem ratio nominis proprij.

CHRISMA Latinis cum S magis est in Vsu: Graecis quandoque χρῖμα, vt Κρῦμα κρύσμα κέλευμα κέλευσμα.

CHRISTIANVS a Christo. Nota res: notius nomen. Non *Chrestianus.* Tertullianus in Apologetico: *Christianus vero, quantum interpretatio est, de vnctione deducitur. Sed & cum perperam Chrestianus pronuntiatur a vobis de suauitate, vel benignitate compositum est.* Sic Iustinus M. Apologia II. pro Christianis: Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον: *Chrestiani accusamur: at quod suaue, aut benignum est, odisse par non est.* Tranquillus in Claudio perperam quoque & ignoranter scripsit *Impulsore Chresto* pro *Christo*: si modo ita scripsit: ita scripsisse e superis testibus videtur: sic enim gentiles seu errore, seu voluntate, seu contemtu.

CHVLCIDES, COLCHIDES, Fabius lib. 1. c. 6.

CHVNI Sidonio Apollinari l. 8. epist. 9. *Vicinisque prement subinde Chunos.* Sic Ptolemaeus, & Ammianus. *Hunni* Prudentio, quae Ortographia peruagatior est, lib. 2. contra Symmachum: *Denique Romanis, Daha, Sarmata, Vandalus, Hunnus.* Dionysio Geographo sunt Οὖνοι, seu *Vnni* absque Spiritu. Alibi quoque legas vnico N.

CHROMIS. Statius: *It Chromis, Hippodamusque* ——
Tribus vero syllabis agnoscit Etymologus χρόμιος.

CHRONICA, CHRONICORVM vsitatius scribitur. Origenes lib. 2. contra Celsum: Ε'ν τρισκαιδεκάτῳ, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ οἶμαι τῶν Χρονικῶν: *In decimotertio, ac decimoquarto opinor Chronicorum.* Iterumq. Addo Stephanum: Α'πολλώνιος τετάρτῳ Χρονικῶν: *Apollonius quarto Chronicorum.* Athenaeus lib. 4. Α'νδρῶνα ἐν τοῖς Χρονικοῖς: *Andronem in Chronicis.* Iuuat Competentia. Ctesiae *Persica, Indica, Assyriaca.* Aristotelis *Topica, Politica, Ethica, Oeconomica, Analytica, Meteorologica,* Myrtili *Lesbiaca,* Nonni *Bassarica,* Xenophontis *Hellenica,* Pausaniae *Attica, Corinthiaca, Laconica, Eliaca, Achaica, Arcadica, Boeotica, Phocica:* Leonis, & Aeliani *Tactica,* Apollodori *Conica,* Archimedis *Sphaerica,* Marsyae, & Duris *Macedonica,* Elxiae *Colophoniaca, Ephesiaca,*

fiaca, Polycharmi *Lyciaca*, Polycratis *Thessalica*, *Laconica*, Polyzeli *Rhodiaca*, Posis *Magnetica*, Echemenis, Pyrgionis, Sosicratis *Cretica*, Timomachi *Cypriaca*, Xanthi *Lydiaca*, Caecli, Numenij, Pancratij, Posidonij, Oppiani, Seleuci, Leonidae, *Halieutica*, Chephalionis *Troica*, Hellanici *Aegyptiaca*, Macarëi *Coaca*, & Hippocratis, Megasthenis *Indica*, Hyperochi *Cymaica*, Istri *Argolica*, *Attica*, Mnaseae *Europica*, Mochi *Phoenica*, Myronis *Messeniaca*, & Pausaniae, Moschi *Mechanica*, Nicandri *Aetolica*, *Colophoniaca*, *Oetaica*, *Theriaca*, Niciae *Arcadica*, Phaniae *Philippica*, Philocratis *Thessalica*, Sabini Tironis *Cepurica*, aliaque φαρμακοσιογάργαρα in Suida, Pausania, Athenaeo. Claudat agmen eloquentiae parens. Lib. 2. epist. 14. ad Atticum. Tertius ei visum est: Ἱστορικὰ *scribimus*, praequam *Historiam*. Item epist. 16. *Prognostica mea cum oratiunculis propediem exspecta*. Epist. 21. Γεωγραφικά, *quae constitueram, magnum opus est*. Lib. 2. epist. 6. Γεωγραφικὰ *sunt res difficiles*. Plutarch. tom. 1. Aristoclis *Italica*. Pari filo ORTOGRAPHICA scribimus non paucis obstrepentibus. *Chronica*, *Chronicae* non despuenda. S. Cyprian. p. 577. editionis Stelsianae: *Chronicam Marcellini principis legat*. Oratione absolutiori D. Augustinus lib. 4. de Ciuit. c. 6. *Qui Chronicam historiam scripserant*. Sic D. Hieronymus, Isidorus Hispalensis, alij. Apud Gregorium Turonensem legas: *Chronicae* Eusebij. Vide Halieutica.

CIBORIVM, poculum, cum R. Horat. l. 2. Od. 7.

Obliuioso leuia Massico
Ciboria exple ——————

Plutarchus lib. de Iside, ac Osiride. Didymus apud Athenaeum libro vndecimo. κιβώρια τὰ λεγόμενα σκύφια διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν κατῆχθαι, ὡς τὰ Αἰγύπτια κιβώρια: *Ciboria, minores scyphi, quod ima in angustum cogantur Aegyptiorum ciboriorum instar*. Quem vide incipio lib. 3. Igitur sacrosanctum corporis Christi conditorium iure sic appellatur a Zonara tom. 3. Sic S. Germanus in Theoria rerum Ecclesiast. Sic D. Chrysost. hom. 42. in Acta Apostolorum. Sic in Libro Pontificum, & Vitis Pontificum. Alibi legimus Symmachum primum argenteum fecisse *ciborium* librarum cxx. & Gregorium I. ad B. Petrum alterum super altare posuisse *ciborium* columnis quatuor ex argento puro in sacramenti conseruationem. At quia his in *ciborys* res insunt conditae, non incongruenter etiam

CIBOTIA appellentur tam Graecis, quam Latinis, *Scriniola*, *Arculae*. Chrysost. in 2. Matth. c. Οὐ μόνον ἐν κιβωτίοις, ἀλλὰ καὶ ἐν γῇ κατακεχωσμένους. *Non in scriniolis duntaxat, verum etiam in terra recondentes*, diuitias. Plutarch. de Alexandro M. Ἐν κιβωτίῳ φρουρῶν τὴν Ἰλιάδα. Vtitur id verbi etiam Aristophanes. Et vero apud Horatium supra *Cibotia* scripsit nonnemo. Super vtraque scriptione vide Coel. Rhodigin. l. 9. c. 12. Hesychius: κιβώριον Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου. κιβωτὸς λάρναξ ξυλίνη, ἢ σορός: *Ciborium Aegypti vox pro poterio. Cibotus cista lignea, aut sepulcralis*. Etymologicum: Κιβωτὸς παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ τὴν βόσιν, ἤγουν τὴν τροφήν *Cibotus, quod ibi iaceat bosis, siue cibus collocetur*. Orus optime: Παρὰ τὸ κίβος, τὸ σημαῖνον τὴν τροφήν: *Cibotus a* Κίβος, *quod est Cibus*. Nota *Cibum* Graecam esse vocem. Pollux inter vestium conditoria ponit κιβωτούς, κιβώτια lib. 10. c. 31. & Eustathius. Nec praetermittendus Clemens Alexandrinus, cuius sunt illa l. 5. Stromat. Ἄμεινον δὲ ἡγοῦμαι τὴν κιβωτὸν ἐκ τοῦ Ἑβραϊκοῦ ὀνόματος θηβωθὰ καλουμένην, ἄλλο τι σημαίνειν: *Melius autem, existimo, Cibotum ex Hebraico nomine dicitur, aliud quippiam significare*. κιβώριον, ἢ κιβώκιον pro *Faba Aegyptiaca* notauit Dioscorides l. 2. Isidorus lib. 20. cap. 9. *Cibutum Graecum nomen est, quod nos Arcam dicimus* pro *Cibutium*, siue *Cibotium*.

CICCVM *non interdum* duobus CC in Plautinis Codicib. Item in Hesychio, & Isidoro Hispalensi. Apud Varronem lib. 6. de LL. vnico: *Cicum dicebant membranam tenuem, quae in malo Punico discrimen*. Vnico item Glossae: *Cicum*, ῥοᾶς ὑμήν. In Glossario H. Stephani: *Cicum*, χοῦ, κόκκος.

CICONIA Romanis: *Vt Praenestinis Conia est Ciconia*, Plautus in Truculento. Antiquis Glossis *Ciconea* per E.

CIDARIN *Persae regium capitis vocabant insigne. Hoc coerulea fascia albo distincta circuibat*. Curtij vox est lib. 3. Per D scribit & Pollux l. 7. Philo Iud. lib. 3. de Vita Mosis, Arrian. lib. 4. Eustath. in Iliad. γ. Nonnullos per T scriptitasse credo Hesychio: Ἔνιοι δὲ κίταριν διὰ τοῦ Τ. *Quidam per T Citarin*.

CILINVS minus recte. Lipsius lib. 1. Antiq. Lect. cap. 22. & in Taciti Annal. lib. 6. rescribit *Cilnius* varijs Liuij locis secutus Exemplar Vesontionense. Qua in correctione approbatorem habuit Gisl. Victorem, & me ad 7. Silij librum ibi:

Cilnius Arreti Tyrrhenis ortus in oris.

Ful. Vr-

Ful. Vrsinus ad T. Liuij lib. 10. quatuor sillabis legendum contendit *Ciliniae gentis.* Neque displicet. Paene simile. *Cyllenius, Cyllius* : *Cilinius, Cilnius* poëtarum ascia.

CIMBRI recte. Coiuit ex *Cimmerij* B coniugato. Plutarch. in Mario : Κιμμερίων μὲν ἐξ ἀρχῆς, τότε δὲ Κίμβρων. *Olim Cimmeriorum, tunc Cimbrorum.* Quandoque *Cymbros* offendas non sine offensione.

CINCINNVS. Fors etiam *Cicinnus*. Telesilla namque Poëtria dixit Οὐλοκικίννα *de crispis cicinnis* Apud Pollucem l. 2. c. 3. Κικίννας tres fuisse scripsere *Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque Poëtae.* Aristophanis versum reperias & in Suida duobus NN, in voce Κίκιννος, quod mirere. Nam in Σφηξὶν legas : Πολλῶν κικίννων νεανιῶν. *Multorum cincinnos iuuenum.* At Theocritum apud Idyll. 11. vnico ν, Ἤρατο δ᾽ οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐ δὲ κικίνοις. *Amabat non rosis, non malis, non cincinnis.* In scholijs similiter hic, & in Idyll. 14. initio : Αὐαλέοι δὲ κικίνοι. *Squalidi cincinni.* Verum Latinis priori sillabae accessio vnius ν facta est : vnde *Cincinnati* appellatio.

CINEAS I simplice. Κινέας Suidas, Plutar. in Pyrrho. Strabo in 7 *Cyneas* more male morato cum Y Graiorum saepicule oggerunt interpretes, aut librarij. Notauit pridem doctiss. Cruserius.

CINNABARIS gemino N, Dioscor. l. 5. Plin.

CINNAMVM, CINNAMOMVM, CINNAMOLOGVS rectius, frequentiusque vda geminante leguntur tam apud Graecos, quam Latinos. Adnotat & Plinius pro eodem tribus, quatuorue sillabis *Cinnamum*, & *Cinnamomum* scribi lib. 12. c. 19. Hebraeis est קִנָּמוֹן. Geminat & Dioscorides lib. 1. Κινναμώμου ἐστὶ πλείονα εἴδη. *Cinnamomi plura sunt genera.* Geminationis huiusce praesidio prima Poetis tenditur. Nestor tamen priscus Grammaticus vnica N scribendum praecipit hoc nominis, quod inimicum est fidei exemplarium Hippocratis.

CINYPHIVS, CHINYPS summam sillabam absoluente I Romanorum, secundam Y Graiorum. Ita Codices excusi. Chirographi vero earumdem vocalium sedes transcribunt. Herodotus Melpomene Κίνυψ ποταμός. *Cinyps fluuius.* V. *Cinyps.*

CINYPIS a *Cinyps* scribit Priscianus in 6. Sacris tamen Libris Exodi c. 8. & alibi *Ciniphes.* Item apud D. August. 3. de Trinit. c. 7. *Cyniphes musculae sunt breuissimae, qua tertia plaga superbus populus Aegyptiorum caedebatur.* A Graecis *Cniphes*. κνῖπες, & κνίφες ab Aëtio dicuntur. At Prisciani opinionem tuetur Ionismus, & disertim Curtius Valerianus apud Cassiodorum. Correctiora Biblia I Latiari secundam perscribunt, vbi varianter Graeca quaedam Κνίπες, Σκνίφες alia. In D. Hieronymi Libris in Ioëlem scribitur *Cynipbes* Y Graiorum sede praepostera, vbi scribit tam exigua, vt visum fugiant, esse animalia. Item apud Cassiodorum *Cynips Cynipis*, apud quem Papirianus : *Cynips. Cynipbis.* Ex quo finxere omnes *Cinyphius*, nemo *Cinypius.* Silius in 2. *Ciniphiumque Macen.* Seneca Oetaeo *Fontem Cinyphium.* Apud Arbitrum legas : *Scyniphes ore tangebat.* Maro Georg. 3. *Cinyphij tondent hirci* ——

CIO pro *Tio* seculi sui forte more Lexici scriptor Cyrillus, nescio quis, vbique in his, similibusque posuit : *Enicio, Mercacio, Comparacio, Nuncupacio, Lucubracio, Conlaudacio, Gestacio, Iaculacio, sine Cunctacione, Dubitacione, Dilacione, Nundinacione, Oracio, Quaescio, Postulacio.* Omnia improbabiliter, & Latij degeneris.

CIRCA etiam scribitur, quae plurimum *Circe.* Tibull. Eleg. 3. l. 1.

At Circa grauibus pensis affixa puella.

Horat. *Circam* semper, nunquam *Circen* scripsisse testificatur Caper Grammaticus. Legit & Gifanius. *Sirenum voces, & Circae pocula nosti,* non *Circes.* Idque aliquanto etiam est Latinius : etsi per E crebrius.

CIRCIVM minime; sed *Cercium* per E scribit Cato in Libris Originum, & per E consonantius iudicat Gellius l. 2. c. 22. *Ventus Cercius cum loquare, buccam implet,* inquit. Haec scriptio impingitur Origini, a *Circo Circius,* seu a *Turbine,* ac vertigine Gellio interprete.

CIRCVMCAESVRA in 4. Lucrerij antiquitatem retinente Gifanio.

Ultima membrorum circumcaesura tamen se
Incolumem praestat —— ——

Arnob. lib. 3. *Terrenorum corporum circumcaesura finitis deos.* *Circumcisura* scribunt alij ad Plinium l. 16. c. 40. *Stantesque a circumcisura siccatae fideliores.* Iuuat eos mitioris compositionis ratio, & *Incisura.*

CIRCVMCOLVNT, vnitet. Liuius lib. 5. *Qui sinum circumcolunt maris.* Ἀμφινέμονται. Homerus.

CIRCVMEVNT RIPIS —— Lucani lib. 5. Papyrianus vult M scribi : scriptum negat enunciari.

enunciari. Eam induunt Pandectae Flor. quibus solens est praepositurae immutilatas tueri. In Meursi Catone c. 1. *Ne satis habeas semel circumire.* In Varrone a Gryphio: *Circumit, ambit.* Sic Propertio: *Circumaro, Circumequito.* Vel consona subsecuta *Circumlino, Circumlatio, Circumuenio.* Nihilominus Beda M tollit, & Propertio sobolis, *Circuitus, Circuitio, Circuitores.* Heluius Cinna: *Flexibus obliquis circumeundus erat.* Ciofani manus in 8. Metam. Ouidij: *Circumitere. In lib. Statij, aliisque veterib. Circuiere sine M. Verum M necessario requiritur.* In libris Tristium: *More lupi clausas circumeuntis oues.* Iuuenalis: *Frigida circumeunt pigri sarraca Bootae.* Arbiter: *Omnes circumeo porticus.* *Circuitus* vbi oon? Io Augustini Libris de Doctrina Christ. *Circumitus.*

CIRCVMPEDES, & ANTEPEDES Accentu vnico, Agroetius.

CIRCVMVENTVS passim. Discidio scribit Vlpianus l. 12. §. de iure dotis: *Si mulier circum iu hoc venta est.*

CIRRHA absque Y Pythagorae, Latini omnes, Graeci omnes. Cur obturbat editio Papinij a Bernartio perpetuo tenore *Cyrrha, Cyrrhaeus* scripto? Cur alij, nec pauci?

CIRTA, Κίρτα, Liuio lib. 30. Melae l. 1. c. 6. Zonarae tom. 6. Straboni l. 17. Male Latinorum Codicum nonnulli adspirant.

CISTARTIVM τῷ C sillaba princeps, T paenultima inchoantur l. 1. Reg. c. 9. *Cista enim, Κίστη: ἄρτος. Panis.* Recte ergo lib. 1. Reg. *Panis defecit in cistartijs nostris: & sportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quidquam aliud.* Iuuat nos Plutarchus in Themistocle: Ἐπεισπέμψαι Θεμιστοκλῆς πρὸς αὐτὸς ἐν κίστῃ δήπτον ἄρτων, καὶ κρεῶν q. d. In *Cistartio. Misit ei Themistocles in cista panes, & carnes prandio.* Κίστη, seu *Cista* & viatores panem circumferebant, & sacrorum ministri. Eadem Κοίτη dicebatur a prisco Κίω, vnde Κῶμαι nascitur. Vtrumque Pollux notauerat lib. 10. c. 23. καὶ χρτῶων δὲ ἀρτοφόρος· ἄποις δὲ ἂν καὶ Κίςλω ὀψοφόρον, καὶ ταῦ καὶ Κοίτλω. Eupolis βάτλαις, Ἀλλὰ καὶ τὰς Κοίτας οὐκ ἴχνσι πλυσίας Ç(ζαγμίτας. *Arcas non habent locupletius instructas.* Pherecrates Μυρμηκανθρώποις, Ἀλλὰ καὶ κίστας τὰς ἐν ἐμοί, *Arculas, quae in mea potestate.* Quare rectissime Menandrus in Dyscolo apud Athenaeum lib. 4.

——— Ὡς θύουσι δ' οἱ τοιχωρύχοι
Κοίτας φέροντες, στάμνι', οὐχὶ τῶν θεῶν
Ἕνεκ', ἀλλ' ἑαυτῶν ———

Vt sacrificant parietum perfossores Coetas portantes, ferias non Deorum causa; sed sui. Hoc est, aduersantibus Dalescampio, & Casaubono, *Vt sacrificant parietum perfossores cistas ferentes, & vini serias.* Non *Lectos*, vt Dalescampio sedit: non Κίτας, vt Casaubono visum reponendum. Namque dici vtrumque credidi Polluci primulum quem iterum vide lib. 33. c. 33. tum Etymologo: Κοίτας Ἀ'θηναῖοι ἡ μικρὰ κίστη· Τὴν γὰρ κίστην Κοίτλω λέγουσι· ἐστὶ ζ. ἐν ᾗ κοιλαζόμενα αἱ γυναῖκες ἀποτίθεσθαι τὰ χρήματα. Sic verto: *Coetis Atticae pusilla cistula: nam cistam Coetam dicunt: quandoque vasa, vbi dormientes mulieres recondas deponunt.* Hesychius: Κοίτη κίστη, ἐν ᾗ τὰ βρώματα ἐφέρον· ἢ ὁ μικρὰ Κοιλάς. In *Cistas* aurum quoque iniectum. M. Varro lib. 4. Rerum D. L. *Scipio cum aurum haberet in cista viminea, fulmine ita eft ictus, vt cista esset integra, aurum colliquisset.* Verum lib. 2. de AA. Apuleius altero genere vtitur, aliterque scribit. Sed rem contentam ponit, Porcum, gallinulas, vini cadum, & haec *Sitarciam* vocat, seu *Annonam*: *Hac enim sitarcia nauigium Veneris indiget sola.* Similiter *Competentem sitarciam* dicit Augustinus, vbi de Cantico nono. Haec vero sola vox *Sitarcia* complectitur *Annonam competentem*, seu potius sillabatim exprimendo *Annonam sufficientem*. Est autem longe aliud, tamq. haec a *Cistartio* diuertitur, quam Vinum, & Phiala, ἐκ τῦ Σίτυ, καὶ Ἀ'ρκέω. Tertium etiam diuersius, Σιταρχία, *Annonae praefectura.* Quid facias illo Isidori lib. 20. c. 9. titulo de vasis repositorijs: *Sitarciae nautarum sunt, ab eo, quod sutae sunt?* An *Sitas arcas* intelligit in quadā aluei parte, & scribendum *Sitae sunt?* Legat haec, cui digna visa est. *Quae stimae melitibus, cur tintinnabula bubus.* Heribertus Rosueydus διακυδεστάτης homo.

CITHAERON I Latiari, Th, diphthongo principe in medio. Neque siquid luti huic adspersit voci Ausonius, ad imitationem rapiemus. Vide *Aegesta.*

CIVS, non *Tius* in deriuatis a supinis, aut nominib. A supinis, vt *Ficticius, Editicius, Translaticius, Impositicius, Insiticius, Dediticius, Repticius, Nouicius.* A nominib. *Patricius, Tribunicius, Aedilicius, Latericius, Compitalicius.* In quo Librorum, & Saxorum maxime Capitoliorum, qui apud eum plurimi, auctoritatem Manutius sequitur. In Nummo Rioaldi Odoni: AVGVST. TRIBVNIC. POTEST

Item in sexcentis alijs apud Occonem. V. *Patricius, Propitius.*

CLAMDESTINIS *artib. omnia illa peregit*, Arnobij l. 1. editionis a fratis Steuuechij non rectum opinor. Proportio *Indutiae, Indo, Indico, Indoctus* poscit N. Notat & Velius Longus in Orthographia *Clandestinus* per N scribendum: licet *Clam* per M.

CLANIS, CLANIVS. Tacitus lib. 2. *Orantibus Florentinis, ne Clanis solito alueo demotus in amnem Arnum transferretur.* Plin. lib. 3. cap. 5. *Liri amne diuisa Clani quoque appellato,* non *Glanico.* Silius: *Et Clanis, & Rubico* ——
Strabo lib. 5. *Clanius* sillabis tribus. Maro Georg. 2.

—— Vacuis Clanius non aequus Acerris.

Silius lib.8. —— *Clanio contemtae semper Acerrae.*

Alij litera G *Glanius*, *Glanis.* V. *Gnossos.*

CLAVDII quondam *Clausi.* Maro lib. 7.

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmen agens CLAVSVS, *magnique ipse agminis instar*
CLAVDIA *nunc a quo diffunditur, & tribus, & gens*
Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.

Liuius lib. 10. *Seu Appium Clausum, seu App. Claudium mauultis.* Vide Siliana nostra lib. 17.

CLAVVLA a *Clana*, & mutatione peruagatissima, *Clanola*, & vlterius *Clabula.* Varro de RR. l. 1. *Quas alij Clabulas alij taleas appellant.*

CLIBANVS secunda existente elemento L. Sic & Graeci; nam commune Graecorum scripsit κρίβανος cum R, Etymologus; quod Athen. lib. 3. cap. 28. Atticis concedit: Ο'ι Α'ττικοὶ μὲν διὰ τοῦ ρ στοιχείου λέγουσι καὶ κρίβανον, καὶ κριβανίτην. Item Herodotus 2. histor. Sophron: Τίς σωτίτας, ἢ κλιβανίτας, ἡμιτίρλια πέσσεις.

CLOACINAE SACRVM Plauto in Curculione, Tertull. l. de Pallio, Lactantio lib de Falsa Relig. *Cloacinae simulacrum in cloaca repertum Tatius consecrauit, & quia cuius esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit.* Vide Liuium in tertio. Vide *Cloaca.*

CLVACINA per V non male, si cui causa nominis altera potior erit. Plin. lib. 15. cap. 29. *Quippe ita traditur: myrtea verbena Romanos, Sabinosque cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinae habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.*

CLOSTRVM ἀρχαϊκῶς, pro *Claustrum.* Cato de RR. c. 13. *Claues cum clostris.* Quo more *Plostrum, Clodius, Codex, Coda* teste Varrone, scripta, & elata sunt. Item ex בורך fecere *Bandet* nostrates. Baldus apud Vitruuium reposuit *Clostrata* pro *Claustrata.* *Claustrum* Vsu receptius. Maro in 7.

—— Portarum ingentia claustra.

Inuenias & apud Hesychium κλῶστρον.

CLVACA. Victorinus: *Non est Cloaca, vt putatis; sed Cluaca, quasi Conluaca.* Sic antiqui Lapides perplurimi. Vide *Cloacina.* Vulgo tamen *Cloaca*, quod rectum est Proportione *Cloacale, Cloacare.* Et vero Festus, quod ex serie literarum manifestum est, scribit *Cloacas* per O, licet a *Conluendo* dictas fatentur.

CLVDO tam multis scriptorum locis tam multi admouent ducibus Libris MSS. vt repellere vetet religio. Sunt & sexcentae Inscriptiones sepulcrales, quibus ita est. *Claudo* vero, & *Clausum* quis tam improbi oris, vt damnet?

CLVPEA, Africae vrbs (eadem *Aspis*, vt in Silianis ostendimus Merulae, ac Ptolemaei diuersarum vrbium nomenclationes esse opinantium vanitate reiecta) per V apud Ennium, & Strabonem l. 6. Α'σπίδος Καρχηδονιακῆς πόλεως, ἣν Κλουπέαν καλοῦσι. *Aspidis Cartaginiensis ciuitatis, quam Clupeam vocant.* Sic apud Lucan. l. 4.

Et Clupeam tenuit stationis litora notae.

Sic vbique apud Plinium, Melam, Caesarem. Nec *Clypeam* respuerim nonnullis affirmantibus Libris. Nusquam tamen per I Latinorum *Clipeam* notaui, vt *Clipeum* paucies.

CLVPEVS, CLYPEVS, CLIPEVS. Distinguunt Pomponius, & Fronto, vt *Clipeus* sit armorum genus, seu Scutum pugnatorum: *Clupeus* imago. Distinctum hunc iure Charisius improbat l. 1. cui similia sunt *Maximus Maxumus. Optimus Optumus.* Labienus hoc *Clypeum* facit imaginem, hunc *Clypeum* arma, quod idem respuit Charisius. In Pierij Libris est *Clupeus:* cui tamen praeplacet *Clipeus* I Latinorum. Fabricius *Clipeus.* & Liber Fastorum Langij. Ego quaecumq. fuat Etymologia, quaecunq. significantia, quodcunq. genus primorem sillabam tribus praedictis modis variasse autumo. *Clypeus* originem propius respicit siue a γλύφειν. siue a καλύπτειν. non vt peruerse Grammaticorum subtilitas voluit a *Cluendo*, Plinij vox est lib. 35. c. 3. non a *Clependo*, quod improbatum Velio Longo in Orthographia. *Clupeus* veteris Latij fuit: calami nitidioris *Clipeus.* Neque referre masculo, aut neutro vtaris genere clare patescit ex Trebel-

Trebellio : *Illi Clypeum aureum, vel (vt Grammatici loquuntur) clypeum aureum Senatus totius indicio in Romana curia collocatum.* Superiora quoque discrimina futilia arguit vrbs *Clypea*, seu *Clupea*, de qua proxime. Arguit & pluribus Charisius supra : Caper licet aliter sentiat. I ad Lipsi Excursum ad lib. 2. Taciti. Testimonio Ciofani in lib. 3. Metamor. omnes MSS. Ouidij Libri habent I Latinorum :

—— *Crescitque seges clipeata virorum.*

CLYTAEMNESTRA secundam sillabam obtinente diphthongo, tertiam vocali secunda. Vide *Aegesta*. Absque diphthongo, etiam cum O Etymologus : Κλυῖὸς, Κλυταιμνήστρα, Κλυταιμνήστρα. Quidam diphthongum despretim habent.

CNAEVS, GNAEVS, NAEVS figurant vnius praenominis variantia. Iulius Paris e lib. 10. Val. Maximi de ratione nominum : *Gnaeus ob insigne naeui appellatus est, quod vnum praenomen varia scriptura notatur. Alij enim Naeum, alij Gnaeum scribunt. Qui G litera in hoc praenomine vtuntur, Antiquitatem sequi videntur, quae multum ea litera vsa est. Olim enim dicebant Frugmentum, nunc Frumentum profertur; & Gnatura, modo Natura. Igitur etiam qui in corporibus Naeuus gigni solet, Gnaeus appellabatur. Qui C ponunt corruptione sillabae delectari videntur: qui Naeus, lenitatem velle indicantur.* Pandectis Florentinis est *Naeus* : vnde *Naeuiorum* gens digammo internato. *Gnaeos*, quasi Γενναῖος dictos autumat Pompeius, quod non displicet. Manutius *Cnaeus* cum C, & diphthongo affirmat Graeca Consuetudine ; & Monimentis veteribus, quibus Monimentis Diomedem, ac Priscianum reijcit. Terentianum sequar : *Scribimus praenomen vnum, & C quidem praeponimus: G tamen sonabit illic, quando Cnaeum enuncio.* Paris scripturam per G Antiquitati imputat. Nos in veteris Latij Ortographicis Antiquitati ignotum fuisse G praemonstrauimus. Neque *Naeuum*, qui in corpore, *Gnaeum* dictum reor : sed *Gnaeuum*. Neque C praescripto sillaba corrumpitur, si, vt par est, Terentiano credimus, & si Virum obseruamus optimum, fereque solum scribendi magistrum.

CNICVS, CNECVS : vide *Cneciun* Plinio lib. 15. cap. 7. Lib. autem 21. cap. 15. & 32. *Cnicus* per I. Pollux lib. 1. cap. 12. Λάθυρος, κνῖκος, ἐρέβινθος. Sic per I Dioscorides lib. 4. Aristot. Animalium lib 5. cap. 19. Apud Hesychium κνῆκος.

CNOSSVS. Vide *Gnossus*, & *Cobares*.

COAGMENTO, non *Coamento*, non *Coangmento*. Consuetudini do manum.

COBARES Plin. l. 6. c. 26. Verum Gelenij Exemplaria *Gobares* per G. Idem notat in Curtium Modius.

COCCEIVS combinatis literis vncinatis, Libri, Lapides.

COELEBS per BS de communi pene omnium sententia, quod & genitiui Proportio flagitat *Coelibis*. Nam scripta per Ps patrio in casu primigenium P quasi haereditario iure sibi vindicant *Principis*, *Aucupis*, *Aucipis* vetuste. Curtius tamen Valerianus nominibus in Ps procurrentib. *Coeleps* apponit, scribitque per Ps, & paulo subiectius apertissime : *In casibus nominum P litera in B commutatur, vt est Coeleps Coelibis.* Idem praecipit Papirianus. His duumuiris aduersantem Priscianum adhaereo. Inclinat in Curtij opinionem, qui *Coelebs* ducit ex Κοίλη, vt Αἰγίλιψ, κερκόλιψ. Prima sillaba varie vti *Coelum*. Tabula Cremonae reperta :

SIQVI. CAELIBES. ESSENT

Tabula altera :

COELIBES

Vide *Coelius*, *Coelum*.

COELE SYRIA Plin. lib. 5. cap. 20. & lib. 6. cap. vltimo *Syriacoele*. Philo ad Caium : Συρίαν τήν τε ἄλλην, καὶ τὴν κοίλην προσαγορευομένην. Alijs *Coelosyria* iunctim, ac per O in secunda.

COELIVS cum Oe vetustissima Monumenta, inquit Vinetus in lib. Sueton. de Claris Rhetoricis. Item Manutius, Libros veteres, Lapides, Nummos secutus. Vna satis, superque fit ratio id vocis a *Coelo*, a quo oritur, non degenerare. Vt ex *Ponto Pontius* fit. ex *Albo Albius*: sic ex *Coelo Coelius*. *Coelus* autem diphthongo Oe scribitur, Saturni pater. Fabius lib. 1. cap. 6. *Nec ei cedit Modestus inuentione : nam quia* Coelo *genitalia Saturnus absciderit : hoc nomine appellatos, qui vxore careant.* *Coelibes* igitur dictos puta quasi κοιλοβίους instar *Coelo* viuentes: aut quod exsectis ponderibus inania vasa, seu Κοῖλα reliquerit. Inscriptio Baseos repertae in via sacra :

COELIA. CLAVDIANA....

COELIA. NERVIANA

COELVM, κοῖλον, Ios. Scaliger Varronis etyma corrigens. Nihil planius. Rationem conuoluunt illa Lucretij:

—— Circumtegit omnia coelum:

sua scilicet diffusa cauitate. Item Claud. Marius l. 1. Geneseos:

Nixa superfundit rebus, quas circite vasto
Contegit aetherium deducto hinc nomine coelum.

Haec scriptio totis Libris spargitur, & vtcunque adstruitur ex *Coelo* Saturni patre. Vide *Coelius*. Vt Graeci, sic prisci Latini *Coilum*. Ennius:

Quos endo coilum merita vocauerunt sua.

Fauent illa Tertull. lib. de Spect. c. 25. *De coelo, quod aiunt, in coenum.* Vsitata paronomasia, qua Florus vtitur, ac D. Augustinus saepius. Andromeda Nocti apud Ennium:

Quae caua coili signitenentibus conficis bigis.

Vide Priscianum in *Troia*. Varro lib. 1. de LL. a *Chao*, seu *Cauo*, eoque confert haec: Agamemnon: *In altisono caeli clypeo: Cauum* enim clypeum, inquit. Et Ennius item ad cauationem: *Coeli ingentes fornices.* V. inibi plura. Nonnulli per E simplex a *Celando*, seu *Tegendo*, quos Beda repellit in Ortographia, ipse interim Varronem sequitur scribentem diphthongo principe. Eundem Varronem sequitur Plin. l. 2. c. 4 Isidor. lib. 3. c. 4. alijque. Sic Libris veteribus esse testatur Manutius, ac Pandectis Florentinis, qua re Brissonio minus probae sunt libro Παρέργων singulari. Ad hanc scriptionem Tullium allusisse volunt Verrina 5. Sed allusit, nec aliud in eo, quam παρήχησις. Dubitatum iam olim super huius nominis Ortographia indicat Val. Probus libro de Notis, vbi: L. CAE, vel COE, *Lucius Caelius*, vel *Coelius*. Magis etiam dubites ex illo Hesychij: καῖλους, οὐρανοὺς Ῥωμαῖοι: si modo Hesychij manus. Decurtauere Ennius, & Ausonius scripto *Coel.* Subindicat D. Ambrosius lib. 2. Hexaëm. cap. 3. *Caelum dicitur Latine, quia impressa stellarum lumina, velut signa habeat, tanquam caelatum: sicut argentum, quod signis eminentibus refulget, caelatum dicimus.* Sic *Foenus* alij, *Faenus* prima diphthongo alij. Mouit olim hoc mihi problema Michaël Esnius Reuerendissimus Antistes Neruiorum, qui literatis viris exhedras nostras complebat. Vere μακαρίτης! vera pauperum anima! *Nunc placida compostus pace quiescit.*

COEMETERIVM in secunda sillaba & tertia secunda vocali scribitur. Non quod H Graecorum τῷ I Latinorum vices nunc cedat suas (id enim a vero alienissimum est) verum Proportionis ea vis est. Plautus *Poterium*, Plinius *Canterium*: sic *Coemeterium*. Indocti *Cimiterium* per I in primore sillaba. Notat Nebrissensis c. 12. Quinquagenae. Esto, ita sit Martyrologijs vetustissimis: sepulcri situm redolet.

COENA cum Oe. Plutar. l. 8. Sympos. Prob. 6. Κοινὰ δὲ διὰ τὴν κοινωνίαν καλοῦσιν. Isidor. l. 20. Etym. c. 2. *Coena vocatur a communione vescentium: κοινὸν quippe Graeci Commune dicunt.* Ideo *Coesna* veteribus, Festus. Lapis ad Clitumnum:

IN. PVBLICO. COENARENT

Bernardinus Baldus in Vitruuium, & Crueiger ex Θοίνη *Coenam* natam ariolatur. laeue. *Caena* per Ae, praue. *Cena* Libris, & Lapidibus addictus mauult Manutius: itaque Tullianis Libris esse Victorio credunt alij. Romae in domo Caroli Astalli:

POPVLVS. CENET

Notanda mihi visa Manutij mens, quae an laeua sit, examinemus. *Dissentientibus Libris*, inquit, *vtram ad partem lapides inclinant, eam sequor.* Ideo *Cena* extra diphthongum scribit. At hic dissentiunt lapides, dic, o bone, quid agendum, censeas. 2. Cur non Plutarchum suspicias, aut Isidorum prae Lapidibus? 3. Cur Lapidibus plus fidei, quam Libris tribuas? Vtrique publico seruiunt. Et Libri plerique cum literatura, aut saltem literatione sunt exarati: Lapides plerique omnes a stolida manu, aut ignauia operae, aut rudi ingenio impolite politi. Certe Plutarchus vnus, non sex Lapidibus quos iurat, & adorat Manutius, sed millenis mihi grauior, ac potior. Per Oe *Coena* aliquoties apud Plinium lib. 9. cap. 35. Apud Hesychium Κοινὴ δημοσία, *Epulum publicum.* Idem persuadent *Coenitare, Coenipeta, Coenaculum*, super quib. liticula nulla.

COENVM ab eadem cum *Coena* Origine per *Oe*: communia namque de facili sordescunt: vnde in Actis Apostolorum *Commune* pro *Impurato*. Quibus locis *Caenum* est principali diphthongo, coeno collutulati sunt. Manutius veteres Libros sonat, & Virgilium Carpensem.

COEPI in Libris varie scribi testatur Pierius. Caper libello de elegantijs: *Coepit per Oe diphthongū ab antiquo Coepio.* Agroetius idē, & Beda. Catoni *Coepiam*, maiorib. *Coepere* Festus arrogat. Caprum Gell. adiuuat l. 4. c. 17. Vide *Incoepi*. Plautus, ni fallor, Menaechmis: *Neque lites coepio.*

COERCTIO

COERCTIO Ciceroni: integrum est *Coërcitio*, qua integritate laudantur Pandectae Florentinae.

COETVS, COITVS promiscua veterum Ortographia. Hinc in Epigraphe lib. 14. Gellij: *Ex coetu, motibusque siderum.*

Lucret. lib. 3. —— *Qui coetu, coniugioque*
Corporis, atque animi consistimus uniter apti.

COEVS, Κοῖος, non *Caeus*, Iapeti germanus.

COHERCENTIBVS lego lib. 2. Charisij, nec abhorreo. Suadet Origo ab Ἕρκος: vnde & Titulus in Iure de *Familiae herciscundis.* Asperatae sunt etiam Inscriptiones pauculae, Glossae veteres: κολάζω, *Crucio, Punio, Cohereeo.* Consuetudo dissuadet, recepitque *Coërceo.* Sic in Lucret. l. 4. sic in Marone:

—— *Postrema coercent*
Turbidae iuuenes —— ——

Sic in Ouidio: *Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma.*

Ad Antiquitatis cultum Prudentium reuocant lib. 1. contra Symmachum:

Solem certa tenet regio, plaga certa cohercet.

Quasi Prudentij seculum mortales lateat. Vetus Inscriptio Florentiae apud P. Victorium de Fabio Max.

ANNIBALEM. COMPLVRIBVS. VICTORIIS. FEROCEM
SVBSEQVENDO. COERCVIT

COHORS, non *Choors* Membranis praemonstrantib. Vox ab *Horto* quibusdam videtur orta. Nam cum *Hortum* vicum dixerint veteres, bello vicatim militem legebant, & cum *vicus vico*, seu *hortus horto* iturorum in bella iungeretur, id *Cohortem* dixere. Proxime ad altilium saepta explicauere. Melius Velius Longus a *Coercendo*, qui Consuetudine H insertum censet. Fastorum 4. Ouid. de vulpe:

Abstulerat multas illa cohortis aues.

Vnde *Aues cohortales* in Columellae Praefatione, quas lib. 8. cap. 2. describit, *quae vulgo per omnes fere villas conspiciuntur.* Apud Nonium Marcellum, aliosque qui scribunt *Chors*, mihi haut probantur. Iuuari tamen eorum queat opinio, siquis detritam vocem diuinet ex Graeco Χῶρος, *Locus, Spatium*, aut ex Χόρτος. Vitruuij lib. 6. cap. 9. sillaba vnica *Chors. Chortes, magnitudinesque earum ad pecorum numerum.* Recipit Bernardinus Baldus.

COLICVS DOLOR recte: *Collicus* scribere, est absque stipendio ineptire.

COLLACRYMO. Vide *Lacryma.*

COLLAPSVS. Vide *Napsi.* Columna cum B:

VIAM. CASSIAM. VETVSTATE. COLLABSAM

Altera in Latio Inscriptio:

OPVS. PONTIS
VETVSTATE. COLLABS

Albae Iuliae aliter:

TEMPLVM
VETVSTATE.
CONLAPSVM
A. SOLO
RESTITVIT

COLLATIA vulgo recte. Sex. Pompeius: *Conlatia opidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum ciuitatum fuerint conlatae: a qua porta Conlatina dicta est.* Quare non displicet, ἀρχαϊσμός aetatem si obtinet, praesertim prisco Vsu, Origine, & MSS. fide adiutus. Scribam nihilominus *Collatum. Collaticia stips*: quia in his nouior Vsus N de possessione deturbauit. An idem Vsus valuerit in *Conlatia*, iure dicto ambigimus.

COLLECTANEVS proscribit Sosipater: *Conlectaneus* scribi praecipit. Ego τῷ *Collectaneus* principem locum dedero, & alterum in regni partem admisero.

COLLEGA, non *Conlega* aorium iudicio scribit Manutius. sequor.

COLLICIAE, CONLICIAE, COLLIQVIAE. Plin. l. 28. c. 19. *In vsu est & Collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quae in fossas aquam deducant.* Vitruuius l. 5. c. 3. *Tuscanica sunt, in quibus trabes in atrii latitudine traiectae habeant interpensiua, & colliquias ab angulis parietum ad angulos tignorum intercurrentes.* Columella lib. 2. c. 7. de Re R. *Omnemque humorem in colliquias,*

quias.atque inde extra in segetes deriuemus. Legas apud Catonem *Coulliciares* scriptum, Antiquitatis eo more, quo praepofituras nexabant cum verbo immutatas. Sic *Couligere*, *Couliquefacta* apud Varronem, *Coulatiuum* apud Festum.

COLLIMARE, COLLINEARE suo quodque loco, & significatu recte inaratur. *Collineare*, etsi blandius videtur huius aeui scriptoribus; etsi Salmasius *Collimare* per M errore scribi adferat: tamen ex eo est quod, qui *limis adspicit* Terentij verbo rem aliquam, in vnam aliquam destinato fertur. Donatus in Eunuchum: *Limis, si nominatiuus singularis est, Transuersum significat: si septimus, pluralis, deest Oculis. Nam Limis est transuersus: vnde Limen..... Cum Limi dicantur obliqui generaliter; hoc tamen proprie de oculis dicitur. Collineare* vero est cum *linea* visuali aciem contendere. De vtriusque scriptura consuli potest literatissimus Budaeus lib. 5. de Asse.

COLLVM rectissime: *Collus quoque masculine dixerunt*, inquit Festus. *Collos* pro *Colla* vellicat in Caluo Fabius l. 1. c. 6.

COLOCYNTA malim cum *Th*, cum Θ sit apud Dioscoridem lib. 2. saepius, & apud Iustinum M. Dial. contra Tryphonem. κολοκυνθίς apud Aretaeum, κολοκυνθινός apud Lucianum. Malle me dixi; nam κολοκύνθιδος ἀγρίης scriptio apud Hippocratem lib. de natura muliebri, atque apud alios iure me cohibet. Iterum tamen apud Hippocr. lib. de Superfoetatione edente Foesio cum ϑ. In Batrachomyomachia legitur:

Οὐ τρώγω ῥαφάνας, οὐ κράμβας, οὐ κολοκύντας.
Non rhaphanos vescor, non crambas, non colocyntas.

COLOR vulgo recte. At Sallustio *Colos exsanguis*. V. Fabium l. 1.

COLVMELLA absque N. Oritur a vetere *Columa*. *Columnella* tamen Prisciano sustinetur. Donatus in Phormionem absque N.

COLVMEN, COLMEN, CVLMEN. quid testes moramur? I ad Donatum in Phormionem.

COLYRIA ἀπὸ τοῦ κωλύειν τὸ ῥοῦν *a fluxionib. inhibendis*, quidam dictum opinantur: quo semel admisso, vnica liquida scribendum videtur. κολλύρια tamen ea geminata constanter occurrit in Hippocrate. Dioscoride, Columella l. 6. c. 30. Apud Pollucem κόλλυρα, Etymologicum κολλούρια καὶ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν φαρμάκων. *Collyria de medicis pharmacis dicuntur. Collyrae* in Plauti Persa, & *Ius collyricum* etsi aliud sunt: tamen eandem sortem scriptionis obtinent. Iterum Etymologici Auctor in verbo Ἐπικόλλημα, Ὅθεν καὶ τὸ ἰατρικὸν κολλύριον ἀπὸ τοῦ Κολοβόν, *Vnde & in medicina Collyrium, a Colobo, siue Curto.*

COMBVRO, non *Conburo*. Euphonia visa est nasci iniunctione B, vt Graecis Ἠμβροτες, Παμμίμβλωκε. *Conburo* per N repellitur a Libro de Orthogr. qui Bedae vulgo tribuitur. In veteri inscriptione duobus MM *Commuro*.

COMFERT, COMFVNDIT, COMNVBILESCIT, COMVELLIT, COMVOCAT scribit Victorinus, vt *Commemorat*, *Comuincit*. Idem *Imfert*, *Imficit*, vt *Imbibit*, *Immemor*, *Impotens*. Sequatur, cui libido.

COMISATIO, COMISSARI a Κωμάζειν, M simplici, I, non E secundam occupante sedem, & duplicatis sigmatibus de Festi mente. *Comissatio a vicis*, inquit, *quos Graeci κώμας dicunt, appellatur. In his enim habitabant prius, quam opida conderentur. Quibus in locis alij alios conuictus causa inuitabant. Comissatio* est in Terentio Bembi. Ita scribendum censet Victorius, Faërnus in Eunuchum. Caetera etiam a Graecis tracta (vt Cloatius loquitur) scribi postulant. *Comissatio* geminis SS. Ita *Sicilisso*, *Atticisso*, *Patrisso*, *Pitisso*, *Massa* Prisciani calculo. Repugnat Cornutus, & Longus. quid postea? Quod autem Torrentius in Suetonium, & Horatium pertendit à *Comesum Comessari* recte scribi, scribit hoc ignoratione linguae Graecae, cuius ignorationem in *Zabulo* satis prodit, alijsque ex indicijs certo certius constat Atticam illi Mineruam inuisam. Et quam longe haec eunt a Vaticano, & Basilicano Terentij Codice, vbi est, *Commissatio* M duplicato. Abest certe ratio. Qui scribunt *Comesor*, aut *Comessor*, Etymo ludificantur. Qui *Comissor* κωμάζειν exprimunt. Hos omnes frangit Vsus. Libri, Lapides. *Comessatio* per simplicem consonantem scribitur, inquit Baccius, quod de tertia consonante accipiendum, aut de sigmate singulario, vti in Cyrilli Lexico: *Comisatum*, *Comisatio*, Κῶμος. At cur tantopere pro I in secunda sede pugnant Manutius in Orthogr. & Lambinus ad Horatium: cum Analogia ex supra dictis peti nequeat, in quibus est I, in Κωμάζω vero A, quod facilius in E, quam in I transire docent *Subtel* a Talo, *Eculeus* pro Aculeo in Glossis, *Priepus* in Epigrammatis? Quare lubet Dusam in Plauti editione sequi, passim *Comessare* scribentem per E. In Mostellaria: *Comessatum ibo ad Philolachen*. Ibidem: *Domum eo comessatum.*

COMMIT-

COMMEATVS duob. MM, historia Latij. Effoetae Graeciae scriptores vnico. Leo in Legibus Militiae: Υ'πὲρ τ̀ χρόνον τῶ κομιάτυ, & apud Mauricium τὰ κομίατα τῷ στρατιώτῃ γινέσθω. *Commeatus ne militi desiat.*

COMMAGENAE duob. MM, Pintianus in Pomponium, ac Plinium.

COMMINVS siue a *Manu*, vt *Imminco* duplici MM: siue a *Cum*, & *Manus*: nam quod cum manu, seu ad manum, prope est: quod e manu missum est, abest longiuscule, & *Eminus* esse, aut isse dicitur. *Comminus*, Συστάδην, Πλησίον, Ε'γγύς, Παραχρῆμα, H. Stephani Gl.

COMMILITO Taciti l. 1. Histor. Alias *Commilcs*.

COMMITTERE. Veteres *Cosmittere*, Festus. Sic *Dusmosum* olim pro *Dumoso*. V. *Camoena*.

COMMODA. *Chommoda* enuncians a Catullo ridetur:

> *Chommoda dicebat, si quando Commoda vellet*
> *Dicere, & Hinsidias Arrius Insidias.*

An scribentem ferret?

COMPACTO scribi receptum est. Palmerius varijs locis in Spicilegijs *Compecto* praefert, & scribit Plauti Captiueis: *Scini extemplo de compecto rem geri*. Pari Competentia scribit. *Compeciscor*, *Depeciscor*, *Defetiscor*, *Exsercio*. In id membranas Colonienses allegat. Potuit & Festum: *Exercirent*, *farcirent*. Sic & *Depectionem* pro *Pacto* Cuiacius lib. 2. Obser. agnoscit cap. 15. Palmerium sequitur Acidalius in Curtij lib. 4. Haec angusta via videtur alijs, & scrupea. A rusticioris seculi: sed Consuetudine poscitur: E eius aeui, quo compositio partibus mutatis nasceabatur.

COMPENDIFACIO, COMPENDII FACIO, compulsis, dispulsisue vocibus.

COMPERCO, COMPARCO. In Poenulo: *Comperce me attrectare*. vt ex *Parco*, *Peperci* nascitur. At in Terentio *Comparsit miser* cum A legunt plures neoteri, priscos inter Festus.

COMPILAVISTI passalis scriptio, & proba. Naeuio scriptum vna sillaba plus: *Concipilauisti*, Festus.

COMPITVM scribit posteritas. Olim *Competum* per E, quo viae plures *competebant*. Itaque esse antiquissimis Prudentij Libris testatur Salmasius.

COMPREHENDO, COMPRAEHENDO varie in Florentinis Pandectis repertum, varie Taurellius edidit. Scribe absque diphthongo ex Ter. Scauro, & antiquis Lapidibus contra veteres Libros quosdam. Rationem minus firmam edit Manutius a quantitatis sillabariae correptione petitam: namque haud insolenter diphthongos subiectae vocales breuiant. Scribitur etiam decore tribus sillabis tantum *Comprendo*. Vnde Maroni:

> —— *Comprensa nanus effugit imago.*

Ouidius 13. Metamorph. *Tot premor aduersis, quae si comprendere coner.*

Vbi & veteres Libri *Compre'sa*. sed idem efficitur Siculo. V. Pierium, & Tractatum 2. Volum. 1.

COMPREMO, COMPRIMO, Antiquae Glossae referentes & veterem Consuetudinem verba immutata cogendi.

CONAVDITVM, COAVDITVM, *sicut Conangustatum dicitur*, inquit Festus.

CONCADENT, συμπεσοῦνται, *Concidunt*. vett. Glossae. Eaedem: *Concadit*, Συμπίπτει. Eaedem: *Concado*, *Concido*. Συμπίπτω. *Concido* ex Vsu rectius est.

CONCHYLIVM, κογχύλιον caeterorum Competentia deminutiuorum apud Graecos, eorum litera: non *Conchilium*. Y Graecanico Cyrilli Lexicum offert.

CONCHYTA Y Graiorum, τῷ κογχοθηροῦντι est. Rectum *Conchita*, κογχίτης, concharum captator. Plautus Rudente:

> *Saluete fures maritimi, conchitae, atque hamiotae.*

Ducta vox est a *Concha*: non a *Conchylio*. Hesychius: Κογχίτης, Ἰδος λίθυ: *Conchites*, *Lapilli Genus*.

CONCINNVS, ae per I *Concinnis*. Apul. l. 5. de Asino A. *Lucernamque concinnem completam oleo*.

CONCIO cum C a *Conciendo*. Insinuant illa Festi: *Concio conuentus dicta*, *quasi conuocatio*. Deprauata sunt vetera Monimenta T praeferentia, & ea exosculans Andreas Brabantus est perunctus faecibus ora. Neque fieri potest ex *Coitio*: nisi si quidlibet ex quolibet. Vetus tabula aenea, eni *Conctio* cum CT in medio, παρεγχαράχθη: nam quo id iure?

CONCISVM, *non Concaesum*, *& quod quidam percaesum etiam volunt*. Ciceronis in Oratore vox.

CONDEMPNO seculi inficeti vitio nimisquam frequenter in Libros correpsit. Sic *Contempno*: vnde *Contemptus* doctioribus etiam imposuit.

CONDICIO rectene scribitur C litera potius, quam T? Quaerit Anton. Augustinus

Dialogo IX. Antiq. & quaesito contentus est. Respondeo.

CONDITIO consona T, nec aliter. Ratio in exemplis est, *Amatio, Lectio, Dictio, Latio*, alia, quibus vrgetur Competentia. Origo sic imperat *Conditus, Conditor, Conditrix, Conditio. Conditi sumus bona conditione*, inquit Seneca l. 5. de Consol. Qui libros veteres, aut Epigrammata in contrarium iurant, scripti crimen iurant. Pandectae Flor. cum C, vti Lapis Ancyranus per C scripto: QVOCIESCVNQVE. Arnobius: *Glaciali conditione tuctta*: etsi nonnemini productior secunda videri possit a *Condicendo. Condictio* longe aliud, quod nec sine C, nec sine T scribitur.

CONE, absque H, insula ad Istrum. Lucan. in 3.

—— Barbara Cone

Sarmaticas vbi perdit aquas ——

Chone cum H, Italia. Hesychius: Χώνη, ἡ Ἰταλίαν. *Conem Italiam*. Item Antiochus. *Chone* etiam Oenotriae ciuitas apud Stephanum, & Strabonem.

CONLOCARE minus probo: etsi priscae Ciceronis tabulae ita monstrauerint Victorio, & mihi Inscriptiones aliquae. Scribe *Collocare*, vt *Coluuiaris* apud Festum, *Colliniunt* apud Plautum, & *Collatu'ati*. Ea siquidem scribendi ratio illius temporis fuit, quo praepositurae integrae, ac inuariatae verbis praefigebantur, estque Antiquitati relinquenda, ac pro tali suspicienda. V. *Conlegium*.

CONECTO in Ausonij Mosella Codex Gemblacensis. Sic *Conitor* scribit Carrion in Val. Facco. Vide *Conubium*. Nec mirificissima res. Nam haec ita dissecantur; *Con, Co, Cum, Com*. A secundo ista esse possunt. Mihi tamen id sequi non stat. Esto, Inscriptiones antiquae obijeiant *Coferunt. Costitit*. Qui crimen ferunt ex crimine, non idcirco non notarij.

CONFLAGES cum L in medio, Festus: cum R *Confrages* Isidorus. Notissima est harum liquidarum alternatio. *Conflages* per V. Liuio in Andromeda:

Conflages vbi conuentu campum totum inhumigant.

Libri pauci *Confliges* per I: Sed Antiquitati V reddendum.

CONGERRONES crebriuscule, qui *Gerras* vna comportant. An qui simul *Gerunt*, *Congerones* vnico R? Certe *Gerontum* alibi mentio ad Atticum.

CONIBRICA, vulgo Lusitaniae opidum. Alij ex Competentia *Conibriga*, aut *Conimbriga*. Sic *Iuliobriga*, *Segobriga*, *Medobriga*. Vide Itinerarium Antonini. Alijs C praeplacet. V. *Abobriga*. *Segobriga* per G constantissime scribitur viro termaximo Marianae lib. 13. cap. 12. Nisi quod lib. 6. cap. 16. scribitur inconstanter, *Segobrica*, *Conimbrica*, *Mirobriga*. lib. 15. cap. 10. *Nertobriga*. Melae lib. 3. cap. 1. *Lacobriga*. Polybius in Legationibus Ἐρκόβριγα. *Flaniobriga* Nonij cap. 79. V. Antiquitatum Antonij Augustini Dialog. 8. cap. 55. *Augustobriga*. pag. 99.

CONIRE, COMIRE, COIRE.

CONIRE quibus visum potius, quam *Coire*, Fabio ludibrium debent lib. 1. c. 6. Caesellio in Orthogr. *Con praepositio si ad verba a vocalibus incipientia accedat, N consonantem perdit, vt Coaequo, Coeo, Coortus*. Similiter scribit Mar. Victorinus. Becmanus: *Comire est integrum. Com* ceterum remansit in *Comitio*, de quo Plutarchus in Romulo: Μέχρι νῦν Κομίτιον καλοῦσι· κομίρε γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι. *Vsque nunc Comitium dicitur: Comire namque Romani Congredi dicunt.*

CONISCO in Lucretio:

Et satiati agni ludunt, blandeque coniscant.

Volunt esse cornu petere. At non ita est. Est proprie τὸ κονίζειν, in puluere versari, aut puluere adspergere. Post ampliari coepit ad luctas, quae non sine puluere. Quare Becmanus antefert *Conisso* similium Proportione. Placet prae Gifanij *Conussant*. Nec nescio, quid κορύσσειν, aut κορύπτειν sit. Graeci sic: Latinorum quis eos secutus est?

CONIVX, COIVX, CONIVNX, Huic producendae variantiae Manutius coacervat Saxa, & Inscriptiones supra centenas, & quadraginta, nec in tantis spatijs iudicij spargit vmbram. Minutianus in libello de Orthogr. *Sunt qui scribant Coiux citra vllum omnino N a Coeo: alijs vnum addere placet, & Coniux dicunt: sunt qui duplex, vt sit Coniunx ex opinationis varietate in verbi deductione. Coniunx* Priscianus lib. 5. praescribit, & lib. 6. vbi expositione *Coniunx* vult N deciduam esse in *Coniugis*, & superstitiosam rationem confert, vt differat a *Coniungis*, *coniungit*. Quam cramben recoquit lib. 8. & lib. de Accentibus. *Coniunx* etiam lib. de Grammatica scribi

tica ſcribi vult D. Auguſtinus. Velius Longus in Orthographia: *Mibi videtur*, inquit, *non euellendam hanc N literam ex Coniunx, & Seiunx. Nam quamuis idem ait* [Niſus] *non eſſe onerandam ſuperuacuis literis ſcriptionem: rurſus non fraudandum ſonum exiſtimo, cum & lenior ad aures, & plenior veniat. Si ergo licet Coniugis genitiuo eſſe, & Seiugis: Coniux tamen, & Seiux ſubtracta N litera, & difficilius enunciabitur, & aſperius auribus accidet.* A Longo facit Caſſiodorus. Quo dicto querelam Niſi, qua futurum dicebat, vt in declinationibus litera pereat, quae ſit in primis poſitionibus, vanam oſtendit ex his *Fingo*, *Fictus*, *Pingo*, *pictus*. Addo nominandi caſum fuiſſe quondam *Coniunges*, ſeu *Coniungis*, poſt *Coniunx*. Sic *Ninguis*, *Niuis*, *Nix*. Phocas vero in Arte *Coniux* abſque N in prima ſillaba, cum N in ſumma. Tranſeunt ad eius ſubſellia Scaurus, Beda, Niſus, & Sosipater, qui *Coniux* inter ea recenſet nomina, quae in Vx finiunt, vt *Nux*, *Pollux*. Scaurus cum ſpecioſas vtroque rariunculas libraſſet, ita rem conficit: *Melius tamen videtur ſine N litera dicere, & ſcribere.* Huic ſcriptioni quod aiunt fauere Catullum:

Tum Thetidi pater ipſe iugandum Pelea ſenſit,

vanum eſt. Altero id vident oculo, nec vident altero τὸ *Coniungi* vſu multo denſiore apud omne genus ſcriptores in re dici coniugali. Nec etiam iuuat Apuleij locus lib. 6. de Aſino A. *Magni Iouis germana, & coniuga*: non enim patrius caſus *Coniugis* eos iuuat. *Coiux* porro etſi placere poteſt tamquam a *Coiungo* (ſic enim *Coiungo*, & *Coniungo*, vt *Accubo*, & *Accumbo*) tamen ortum putare a *Coëo*, merae ſunt ineptiae. Sic olim φάρυξ φόρμυξ extulerunt Aeoles abſque γ contra morem peruagariſſimum auctore Tzetze.

CONLEGIVM ἀρχαϊκῶς in Tabula aenea de iudicijs apud Sigonium, & Fuluium Vrſinum. Vide *Collaſſus*. V. *Conuocare*.

CONLIBERTVS, *Collibertus* varie varijs eſt Inſcriptionibus.

CONLVTIBILIS, CONRVGO I. Scaligero placent cap. 34. de Cauſis L. L. quod in his M in N mutetur, aut certe, quod a *Con*, non a *Cum* fiant. Priſcis haec non denegem: purgatior auris reſpirat, praeferatque *Collutibilis*, *Corrugo*.

CONNITOR vdis congeminantibus Vſu denutiſſimo, & probiſſimo. *Conitor* eximia facta altera in veteribus Virgilij Libris. Vide *Conecto*. Carrion in lib. 3. Val. Flacci MS. vidiſſe ſe teſtatur, in quo *Coniſus viribus*. Quod cum primum trepidaret admittere, Exemplis poſt adminiculatior recipit. Eſt enim in nono Virgilij *Coniſus corpore*, & in tertia Aeneide *Coniſi humeris*, & in Prudentij Pſychomachia *Coniſa in plagam*.

CANOPEVM E vocali, non *Ae*; quanta, quanta fuerit ea ſillaba. Scio correptam Horatio in Epodis: at prima non poteſt abſque flagitio, quod dum Monceius facit, priſcorum illudit auctoritati. Ecloga tertia ſacra:

Molle canopeum ſinuoſo diffluit oſtro.

Κωνωπεῖον. Propert. *Foedaque Tarpeio conopea tendere ſaxo.*

CONQVINAT, non *Coinquinat*, inquit Marius Victorinus. Neutrum reſpuo. Prius ſemel compoſitum eſt a *Cum*, quae fere ſordidulae: alterum ex *Inquino*, & *Co*, vt *Coio*, *Coaequo*.

CONVBIVM vnico N Tabula Cremonae reperta exhibet:

CONVBIVM. CVM. VXORIBVS. QVAS. TVM. HABVISSENT

Sic Libri veteres, Pandectae Flor. apud Briſſonium Παρέργων libro ſingulari, & Lexicon B. Geruaſini. Sic Exemplaria Plantini, Gentij; Leodicenſium de Raptu Proſerpinae apud Claudianum, & alias in eo Poëta. Idem placet Iſidoro lib. 10. Etym. c. vlt. *Connubium* videas in altera Tabula: Duplicant liquidam Lucani quatuor Exemplaria Pulmani teſtimonio. Sic pene omnes. Quis ſequi trepidet, cum ſit Orthographia verſicolor?

CONREGIONALES apud D. Auguſt. l. 2. de Ciuit. c. 17. legitur. Sic feſtus *Conregione* pro *Eregione*. Quid mirum vocem antiquam ſui ſeculi facie agnoſci? Sunto licet ſcribendi Vſu receptiſſima *Corriualis*. *Corrinare*, *Correpere*, *Corripere*.

CONREPTA *ſub vndis* *Scuta virum* —— Aen. 1. ſcribi veterum aliquot teſtimonio Codicum contoquere non poteſt Priſcianus lib. 15. qui τὸ *Cum* ſequente L, vel R conuertere ait M in ſequentes conſonantes, vt *Colligo*, *Corripio*. Quo dicto apponit haec: *Quamuis raro L, & R ſequentibus ſoleant hoc ſcribentes ſeruare. Sed cum Graecorum auctoritatem in omnibus pene ſequi ſoleamus in hoc quoque imitari debemus, vt* Συμβουλεύω, Ἐμβαίνω, Συμμαχῶ, Ἐμμένω, Συμπλέκω, Συλλέγω, Συῤῥέω, Ἐῤῥάφη, Ἐλλείπω. Vides enim in his omnibus praepoſitiones Σὺν, & Ἐν mutare N in M, B, vel P ſequentibus. L vero, vel R, in eas conuertere N. Neque vero Ter. Scaurus limati iudicij vir aliter cenſet in Orthographia imperitiae quorundam adſcribēs *Conripio*, cuius hic eſt canon: *Quoties ergo a liquida litera ſequens coeperit, vertitur in eam, cui liquida praepoſita fuerit, miſſa nouiſſima ſui parte, ſequentis verbi primam literam geminandam, vt Rapio, Arripio,*

Arripio, Corripio, Surripio. Sic Marius Victorinus: *Corradit, Corripit, Corrodit, Corrumpit, vt Irrepit, Irrogat, Irruit*. Iterat superiora Priscianus apud Cassiodorum.

CONRVGO. Vide *Correpta*. Fuisse N antiquitati acceptius mecum fatetur Manutius in epist. 4. lib. 3. ad Atticum, vt *Conrectum*. At politiori seculo *Corrugo*, & *Correctum* visum rectius V. *Conlatibilis*.

CONSANVISSE a *Consanesco* trepidem scribere, quod in epistolis Ciceronis ex MSS. rescribit Victorius pro *Consenuisse*. Ex *Seneo* voce Catullo bene cognita fit *Senui*: ergo prius demonstrandum illi fuerat non *Sanesco* tantum; sed & *Saneo* veteres vsurpasse, quod priusquam pareat *Consenuisse* in Tullio praetulerim, & peruulgatorum Exemplarium fidem.

CONSCRIBILO, quam *Conscribello* in Plauto.

CONSECRANEVS passim: per A in secunda Glossarium exhibet. *Consacraneus*, Συμμύστης. Adde Romae in aedibus Iulij Porcarij:

CONSACRATAE. SVNT. RELIGIONISQVE. EARVM. CAVSA.

Sic Cornelius Nepos (editionis postremae Parisinae fide) in Alcibiade: *Rursus resacrare sunt coacti* contra Analogiam τῶ *Consecrare, Desecrare*. Eugrammatia res prorsus varia. Item in Papinij Thebaïde *Desacrauerat* rectius visum pluribus.

CONSIDERO I Latiari, vt *Desidero*. Vtrumque a *Sido*. Cum enim considitur, maturius res agitat animus. Et cum rei cuiuspiam desiderio mouemur, animus quodammodo de quieta sede depellitur. Inde Horat. *Desiderijs icta fidelib.* Alij a *Sidus*. Ineptiunt igitur, qui Y Graecorum scriptitant, quasi ἐκ τῶ ζωιδίων.

CONSOLES pro *Consules* quandoque repertum. Romae in Tabula aenea apud Capranicos: CONSOLIBVS. QVEI. SVPRA. SCRIPTEI

Item in Goltzij quadam Inscriptione. Vide *Exulium*. CONSOL in L. Scipionis Inscriptione apud Hier. Aleandrum.

CONSPARGITO, *Conspergito*. Prius Cato. c. 76. de ReR. c. 91. 109. 129. & c. 89. *Consparsa, Conspargunt*, Varro l. 1. de RR. c. 57. Vbi Victorius monet *Adspargit* scriptum. Pacuuius:

—— —— *Ceruicum floros dispargite crines.*

Priscis compositio nil mutabat. Quoties dicimus? Multi frustillatim nostra legent, non continuo tenore, quorum causa, idem saepius reprehendi necessum est.

CONSPICILLVM τετρασυλλάβως ex Competentia, *Bacillus, Scabillum*. Minus recte sillabis quinque, si modo recte, *Conspicillium*.

CONSVEO, non *Consuo*. *Consuere, vt Feruere*, Fl. Caper lib. de verbis dubijs. Ex eo *Consuesco, Consuetus*.

CONSVLTVM SENATI scripsit Licinius Caluus, & ad C. Caesarem, *Senatus consultum* teste Mario Victorino.

CONSVLTV pro *Consulto* Isidorus l. 2. Origin. c. 5. *Cum & peccasse sese, & consultu peccasse reus fatetur*. Item *Senatusconsultu*. Plauto *Inconsultu* in Trinummo:

Me absente, atque insciente, inconsultu meo
Aedei venales hasce inscribit literis.

CONSVMO, CONSVMMO, vt diuertant ecquis ignorat? Vetera nos delectant Epigrammata: sed cur ijs congerendis tumefacta est pagina in re omnium euidentissima, Minuti?

CONTABRA, CANTABRA, CANTABRARII per A, Baronius, & Gretserus: Turnebus in Aduersarijs subdubitabat an *Contabra* dicerentur a *Conto*.

CONTIMAX per I scribit Vel. Longus a *Contemnendo*: tametsi Nisus, inquit, *Contumax* per V posse dici putat a *Tumore*; Sic per I *Contimelia* dicit, scribitque Cornutus apud Cassiodorum, Caesarem, secutus, vt sibi videtur. Niso adsentior. Saepissime Larini eum iram, superbiam, rebellioné repraesentant, *Tumendi*, ac *Tumidi* vocib. vtuntur eloquentiae Romanae antesignani.

Maro Georg. 1. —— *Et operta tumescere bella.*
In sexto: —— *Tumida ex ira tum corda residunt.*

Tullius a Caesaris caede. Attico lib. 14 ep. 4. *Tument negotia*. Epist. 5. *Ne deserere viderer hunc rerum tumorem.*

Ouid. Fastor. 2. *Iupiter intumuit: quaque est non vsa modeste,*
Eripit huic linguam —— ——

Contimax autem a *Contemnendo*, ipse ne contemnere videar, Canonistae iure suspiciant, praesertim vbi *Contumaciam* in ferendis Censuris requirunt.

CONTVMELIA per I scribit Cornutus apud Cassiodorum, Caesarem, vt sibi videtur, secutus

cutus. Nos vulgum, vulgique Consuetudinem secuti *Contumeliam* per V scribamus.

CONTINVSA deprauate N interiungitur. *Cotinusa* scribe, Κοτινοῦσα. Dionysius περιηγήσει:

Κλῃζομένην Κοτινοῦσαν ἐφημίξαντο Γάδειρα.

Dictam Cotinusam famigerarunt Gadira.

CONTOR, conto exploro, inquiro, interrogo, vocali O, C facto eximio. Nonius: *Percontari, diligenter inquirere. Et est proprietas verbi ab eo tracta, quod vada in fluminibus contis exquirant* Vertina 5. in Hotomani Editione: *Percontamini.* Idem Cicero ad Atticum: *Ex eo de me contaretur.* Superiora hausit Nonius ex Verrio apud Festum verbo *Percunctatio.* Plautus Sticho:

Dum percontor portitores, ecquae nauis venerit.

Ibidem: *Alius alium percontamur: Cuia est nauis? quid vehit?*

CVNCTOR V vocali, & C, moror, quasi eos refero, qui *cuncta noscitare, aut factitare* dant operam. Inde *Cunctator, Cunctanter, Cunctabundus.* Ita Festus a Verrio diuertens, Antiqui Libri, Virgilius Carpensis? Idem Festus: *Coctiones dicti videntur a Cunctatione, quod in emendis, vendendisque mercibus tarde perueniant ad iusti pretij finem. Itaque apud antiquos prima sillaba per V literam scribebatur.* Nonnemo *Cuncta* velut *Coniuncta* dici autumabat. Veteres etiam *Cuncto* pulso R scripsere. Accius Alphesiboea: *Ita territa membra animo aegroto cunctant sufferre laborem.* Ennius Hectoris Lytris: *Qui cupiunt dare arma Achilli, vt ipsi cunctent.* V. *Percontor.* Donatus in Hecyram: *Percunctatum, & Percontatum scribitur: sed Percontatum a Conto dicitur, quo nautae vtuntur ad loca nauibus opportuna. Si vero Percunctatum, ab eo quod a Cunctis perquiratur, dicitur.*

CONTVBERNIVM Vsus passiui. Vetus Glossarium:

CONTVVERNIVM SCENE STRATIOTI, ET EROTES.

CONVICIVM, CONVITIVM vtraq. recte, vtraq. longe diuertunt ab inuicem. Vlpianus de Iniurijs, & famosis libellis L. Iniuriarum: *Conuicium autem dicitur vel a Concitatione, vel a conuentu, hoc est, a collatione vocum, quasi Conuocium.* Festus: *Conuicium a Vicis.* Huc propendebat, cui dictum, *Septem Conuiuium, nouem conuicium.* Namq. hic *Conuicium* est περιβόησις. Contra Graecis Ε᾽γκώμιονα *Comis*, seu *Vicis* Metamorphos. lib. 14.

Addidit obscoenis conuicia rustica dictis.

Valla nugatur. Conuitiū autem cūT est, cum *simul* aedificia plura vitiū faciunt. In Epig. Veronae:

CONVITIVM. REFECERVNT, VALVAS, LIMEN DE SVA PECVNIA LARIB. D'ANT.

Haec proprietas loquendi trallaticiam manifestat: sic enim nominis, honoris, famae labes dicitur, vt *Conuitium.* At distingui haec satius.

CONVIVALIS quatuor constitutum sillabis a *Conuiua* rectum esse constat. *Conuiuialis* sillaba auctius rectum quoq. a *Conuiuium.* Prudent. Hamartig.

—— *Conuiuale recentis* *Carmen nequitiae* ——

Curt. l. 6. *Quam inter conuiuales ludos deberet ostendi.* Quam scripturam MSS. Codic. id. Modius arrogat, addito vulgatum videri bonis Auctoribus *Conuiuales.* Sic Macrob. l. 2. Satur. c. 3. *Sermones conuiuales, & Conuiuales fabulas* Tacit. l 5. legimus. Val. Max. l. 6. c. 9. *Oris conuiualis hilaritatem.* Mortierius affinitatis nostrae pars. *Hanc conuiuali lucem celebremus honore.* Apud Spartianum in Vero *Torum conuiualem* legas. Liuij 49. sillaba auctius: *Conuiuialia ludionum oblectamenta.* Nec ab vtroq. abhorret Analogia *Coniugium Coniugialis, Coniugis Coniugalis.* Metam. 5.

—— *Non coniugialia festa.*

Lib. 6. *Nec mea virginitas, nec coniugialia iura.*

Vbi Plantinus excuso *Coniugalia* versum lacerauit. Seneca Medea: *Dij coniugales, tuq. genialis tori* Colum. l. 8. de RR. c. 2. *Protegere coniugalem gregem.* *Princeps Principalis*, vbiuis obuium: *Principium Principialis*

Lucret. lib. 2. *Haut sine principiali aliquo laenore creata est.*

Lib. 3. *Terraeque fuisse.*

Principiale aliquod tempus —— Belletus turpiter in I. Volumine, nobisque inuitis *Principalia* excudit pro *Principialia.* Altero fonte occoecato eiusmodi nomen prouenit. Thebaid. 3. *Connubialia vincula*: Quae vis *Connubalia* quinq; sillabis extundat? A *Prodigium Prodigiale nemus* Theb. 2. Sic *Prodigialiter* Arnob. l. 1. & Hor. in Arte. *A Pernicies pernicij, sine perniciali discidio* scriptum est Lucret. l. 1. Sic *Exitium Exitialis*: *Taberna Contubernalis*: *Contubernium* licet dicatur. *Paricidalis*, an *Paricidialis*, vide sua in serie. A *Municipium Municipialis* non scribitur, sed *Municipalis* a *Municeps* teste Prisciano l. 4. Vide *Praesidalis.* Vniusmodi connumerat Priscianus l. 4. *Curialis Mercurialis, Fluuialis.* Adde e Seneca *Genialis.* Item *Neutralis, Liberalis, Theatralis, Fatalis, Genitalis, Capitalis, Virginalis, Cardinalis, Hospitalis, Naualis, Dotalis, Floralis, Corporalis, Coelibalis,*

balis, Mortalis, Inmortalis, Crinalis, Vocalis. Tamen *Coelibaris hasta* tritius est.

CONVOLSVS in Romano Virgilij Codice lib. 1. & antiquioribus aliquot. Item:

Anolsumque humeris caput

& *Revolsum.* Victorinus *Comuulsus* per M literam scribi iubet, qui V digammon eandem habere vim censeat, quam habeat B muta: parique ratione, si praecedat N ex aliqua compositione in M mutari. Verum penitius introspicienti, V digammon accedit ad B, non eius vim totum refert: quare transmutandae totius N in M vim ei non arrogabo: quod enim prope est, metam nondum tangit: neque simile idem erit, aut eadem praeditum vi. Nullo igitur modo per M scripserim eum Victorino. *Connolsus* autem per O vetustatis imagine scriptum est, vt *Probancrout*, talia, quae hodie probat nemo: sua licet Virgilio non ademerim, quippe omni aeuo φιλάρχαιος audijt.

COPERTORIA Pandectae Flor. quae vulgo *Coopertoria* scribuntur.

COPIES pro *Copia* veterum licentiae tribuit Charisius l. 1. V. *Beniuolentia, Beniuolenties.*

COQVVS, QVOQVVS, QOQVVS, QOQVS, COCVS, & singula per Os finale. *Coquus* ex his politius primorem sillabam ordiente C. Olim *Arquus* (vnde *Arquites*) & *Oquulus* consonia Q scripta fuisse testatur Priscianus lib. 1. Sic apud Lucretium ἀρχαΐζοντα in 6. scriptum volunt *Arqui.* Post amoeniora visa sunt *Arcus, Oculus*, Vide *Praecocem. Cocus*, idcirco vtrobiq. C scripto Nisus amauit, quod Velio Longo nimis exile videtur: *Nam sicut non est primasillaba oneranda*, inquit: *sic sequens videtur explenda*, scribitq. *Coquus.* Sic Cassiodorus, Gratus artigraphus, Beda, & Papirianus: *Non enim dicimus*, inquit, *Cocere*, sed *Coquere*, vt Virgilius:

——— *Apricis coquitur vindemia saxis.*

Nihilo secius *Cocula.* ζύλα χάγχρυα vtroq. loco per C scribirur apud Festum, Varronem, Isidorum, & *Culinam*, siue *Colinam* veteres dixisse, non *Coquinam* Nonius enotat. Etsi alij aliter. Arnob. l. 4. *Per humani generis coquinas currit.* Ammianus l. 14. *Huic atratum coquinae adiungitur ministerium.*

CORALLIVM vulgo recte liquidis consociatis. Hesychius: κοράλλιον, λίθος θαλάσσιος ἐρυθραῖος *Corallium, lapillus marinus, rubens.* Ausonius in Mosella:

Cum virides algas, & rubra corallia nudat.

Est enim *Corallium*, quo αἱ κόραι ἅλλονται, quodq. hiante cupiditate affectant, vt κόραλλις, quod *luminibus adsilit.* Videtur hanc & scriptionem corroborare, & Originationem insinuare Claudian. de Nuptijs Honorij:

Mergit se subito, velitq. corallia Clotho.

Ouidius Dorum more primorem extendit sillabam (dicunt enim illi Κῶραι, vnde Apuleio *Inrorem*, ob oculos, & Κωράλλιον) alteramq. liquidam exspirauit in auras Metam. 4.

Nunc quoq. coralijs eadem natura remansit.

Lib. 15. *Sic & coralium, quo primum contigit auras,*

Tempore ——— ———

Arrianus in Periplo κοράλλιον; Plinio *Corallium, Corallum*, Vocem autem Κοραλλίζω nunquam L. simplici efferunt Graeci. Basil. M. hom, ζ. in Hexaëmerum Κουράλιον, & Plinio lib. 32. c. 2. *Curalium*, vbi a *Tonsu*, & putatione ἐκ τῆς κουρᾶς, aut a Κουρίζειν vocem ortam insinuat: *Acri ferramento praecidi, inquit, Hac de causa Curalium vocitatum interpretantur.* In aliam Originem duxit me moduli sillabarij varianitia. Apud Theophrastum κουράλιον altero λ defectius. Priscianus:

Curalijq. decus liquidi — —

Arriani varia sunt Exemplaria. Orpheo Poëmatium, ΚΟΥΡΑΛΙΟΝ inscribitur, in quo:

——— Μένος μέγα κουραλίοιο,

Vim magnam curalij ———

Et: Αἰεὶ κουραλίου προτέρην φύσιν ἀλλάσσεσθαι,

Semper curalij priorem naturam mutari.

Tribus absoluit sillabis Sidonius Carmine 11. *Lactea puniceo sinuantur colla corallo.*

Praeiuerat Plinius. V. Hesychium.

CORIVM, CORIVS quoque scribas e Plauti Poenulo:

Heri in tergo meo tres facile corios contriuisti bubulos.

CORNIFICIVS pura puta vox e Latio. Cedo cur Y scribi iubes Andrea Brabante? Ful. Vrsini fide? Fidem suam Nummis Graecis commodat Vrsinus. Graeci pridem regnabantur à Romanis, quorum imperio, quoties de Latinis nominib. iudicium, pareant necesse est. Veteres Itali dixerunt *Cornus, corni* auctore Prisciano: vnde conflata vox *Cornificius*, non *Cornuficius*, neq. *Cornyficius.* Monstrum videtur cornutum, si Pythagoricae literae cornua in vocem Latinam hanc induas. Quid quod peierat Brabantus in partib. suis stare Appianum? Libro vltimo

timo Ciuilium pag. 382. editionis optime a Carolo Stephano concinnatae: Πεζὰ πάντα Κορνιφικίῳ παραδοὺς ὁ Καῖσαρ. *Peditatum omnem Cornificio cum tradidisset Caesar*. Pag. 383. Αὐτὸς ὁ Κορνιφίκιος ἐπιδίδωσιν ἐπιχειρῶν. *Ipsos incursantes Cornificius inuadit*. Eadem facie inibi plus quinies occurrit, & folijs insequentibus. Dubites merito professa an ille impudentia vocet in partes Strabonem, vt *Calidou* l Latino scribat, & hic Appianum, an literatos, illiteratosque omnes ludificari propositum habuerit. Brabantus Appianum nominat, sed a Ful. Vrsino temere nominatum Notis ad prooemium Accusationis in C. Verrem. Legimus & nos *Vrsinum* virum antiquitatis curiosum: sed eius in verba non iurauimus. Et ille, & scriptor quinis cum iudicio legi amat, non imperare.

COROEBVS Aen. 2. cum tertia biuocali. Euseb. l. 10. de Praeparat. E. c. 3. Ἐνίκα δὲ στάδιον Κόροιβος Ἠλεῖος, *Vicit stadium Coroebus Eleus*, quae ipsissima verba habes Strabonis l. 8. Eadem Eliacum l. apud Pausaniam. Item in Phocicis: Κόροιβος ὁ Μύγδονος. Agnoscit, praecipitq. diphthongum Adamantius. Apud Eustathium in Odyss. K Κόροιβον ἐκτάνθη. Vide Hesychium.

CORONA nullo H. Festus: *Corona cum videatur a choro dici, caret tamen adspiratione: fine coronae dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur*. Ita Libb. veteres, Saxa; Virgilius Carpensis. E Graeciae meditullio promta vox. Iliad. δ.

—— χρυσῆν δ' ἐπέθηκε κορώνην. *Aureum imposuit circulum*.

Et quidem *Coronae* significatu, si Eustathio credimus, etq. Hesychio: Κορώνη, Ἰωνικῶς στέφανος. *Corona, genus coronae*. Item Hesychius: Κορωνίδες, οἱ ἐκ τῶν ἴων πεπλεγμένοι στέφανοι: *Coronides, corollae ex violis plexae*. Superiori certe Homeri loco est corona dimidiata, semicirculus. Alius nescio quis de praeputio: Ἐπιδεῖξαί τις τὸ ἀιδοῖον αὐτοῦ ἄχρι τῆς κορώνης περιηχθέν. Flagitium fit Appionis verba de Romana Lingua praetermisisse; Τὸν στέφανον πάλαι χορωνὸν καλούμενον ἀπὸ τοῦ χορευόντας ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῷ χρῆσθαι. *Coronam olim Choronam appellatam, ex eo quod saltantes in theatris uterentur*. A *Choro* igitur Origo Spiritum postulat, quem valentior deuicit Consuetudo. I ad Tractatum de veteris Lat. Orthographia. V. Fabium lib. 1.

CORRIGIA geminum poscit RR compositi partitio: est enim *corium regens*. Varro Flexabulis: *Pedes corrigijs compedio*. Idem in Manio: *Cum corrigias diruptas tenet*. Lib. 2. de Diuinatione Victorio edente: *Corrigiae abruptio*. Alij a *Corio* R vnico contenti sunt, agnoscuntque in Monachis *Corigias* pro *Cingulis*: vnde nostratibus *Coroye*.

CORTEX vulgo recte. Veteres Glossae: *Cortix*, φλοιός. Ibidem: Σωλήν, *Fistula*, *Tullus*, *Imbrix*, pro *Imbrex*.

CORTONA *superbi Tarchontis domus* —— Silio Italico. Eidem *Croton*. Iustino lib. 20. *Crotona*.

CORTYNIVS. Vide *Gortynius*.

CORVNCANIVS syllabis quinque, non *Coruncanus*. Libri veteres, Lapides Capitolini, alij, Graeca Consuetudo, Similitudo talium apud Romanos nominum.

CORVSCVS absque H quin rectum sit, haut dubito: licet in MSS. repererit Carrion *Chorsucus*, Notis ad Lib. 1. Val. Flacci. Origo haec: Κόρος, κόρυθος, κορύθαιολος, & truncata vox κόρυσκος, *Coruscus*. *Ardens*, *fulgensque galea* ex Poëtis nota, tum rebus alijs additur.

CORVVS Valerij cognomentum honoris ergo Valerio inditum ab auxiliante *Coruo* contra Gallum. Sic rectius visum Onuphrio, & Pighio, quibus *Coruinus* ... *Coruus*. Sic in priscis Monimentis Vineto aditis. Amicissimu mihi caput olim fuit *Ludouicus Corbeau* Montibus Hannoniae oriundus ex nobili sanguine. Vir integerrimus, a quo procul fraus, dolus, impostura: ideoque aeterna dignus est memoria. Tribus syllabis scribi *Coruinus* magis e Consuetudine est; a qua vix, aegreque secessionem facio.

CORYBANTES Eusebij Chronica in Pithoei Libro. Alij *Corubantes*; alij *Coribantes*. Enotauit Pontacus vir omni memoria dignissimus. Strabo lib. 10. Κορύβαντας, καὶ Καβείρους. Claudian. *Lustrabit Corybas* —— *Ingeminant Corybantes aera*. Sic apud Horat. Lucianum, Suidam, Vide Plin. l. 11. c. 37. *Cybantes* nota ex Hesychio: Κύβαντες, Κορύβαντες.

CORYLVS. In peruetere Maronis Codice *Corulos* legimus Ecloga 1.

Hic inter densas corulos ——

In oblongo Codice in Georgicis: *Nec inter vites corulum sere*. Prisca olim Consuetudine Romani peregrinas literas non admittebant. At Priscianus *Corylum*, & *Nympham* accepisse hos a Graecis tradit, quae per Y scriberemus. Veterem igitur Consuetudinem deuicit noua robustior.

CORYTHVS rex Telephi nutricius, Diodori lib. 4.

CORITVS Helenae, ac Menelai F. Eustath. in Odiss. δ.

CORYTVS sagittarum conditorium. Sic Erythraeo scribitur, sic in Silij editionib. lib. 15. *Corytus interea sudant* [dum educuntur sagittae] *Ductique sagittis*

Pendentes saliunt ——

Aldo Manutio, & Gifanio placet *Coritus*. γωρυτοί. Glossae veteres per G: *Gorythum*, βιλοθήκη. Iure displicet adspiratio. D. camus & per transennam contra Silij auctoritatem nobis ista Papinij interpretis minime probari: *Coryton, theca arcus solius sicut pharetra sagittarum, & sagmascuti* Forte: *Theca arcus soluti*. Tunc enim conditur. Neque ista Adr. Iunij concoquo: *Errore enim imbuti sunt Grammatici non pauci, qui sagittarum thecam, quae pharetra est, sic appellari autumant.* Ambigua Hesychij manus: Γωρυτός, τοξοθήκη, δόλιχος· οἱ δὲ χωρυτός· Ambigua inquam: Τόξον tam *Arcum*, quam *Sagittam* denotat. Et possit arcui, vti sagittis seruisse *Corytus*: crebrius tamen sagittis, ideoque Poëtae *Humeris* aptant. Negare vero *Corytum* esse sagittarum, diuersissimi erroris est, ac deuij ab Vsu, & ratione. Etymologus: Γωρυτός, ἡ τῶν βιλῶν θήκη: *Corytus sagittarum theca*. Minus etiam ad illa Papinij videtur attentus fuisse lib. 9.

—— *Coelestibus implet* *Coryton telis* ——

Vide *Gortynius*. Ciofanus quoque hic praefert C.

COSMITO pro *Commito* veterum fuit Orthographiae apud Festum.

COSROES, COSDROES. Tarracone in horto Reuerterij cum spiritu CHOSDROES. Cum D, Victor, Suidas: Ἐπὶ Χοσρόου. Sic Agathias, sic Martyrologia, Georgius Monachus, alij. Scriptum quoque detrita principe consona *Osroës*, & *Osronis* pro *Cosdroënis*. Sic apud Silium *Cadone* pro *Vdone*, vide nostra in eum scripta, si libentia. V. *Esdras*.

COSSETANIA Ptolemaeo in citeriori Hispania. Variat per I, & vnicum S in veteri Inscriptione, quae Tarracone visitur:

TARRACON. VRBS
COSITAN

COSSYRA mihi probatur. Silius l. 14. — *Cossyraque parua*. Appiano l. 1. Ciuilium. Ptolemaeo Κόσσυρα. Verrio, & Melae *Cossura* Ouidio vnico S

—— *Sterili victua Cosurae*.

& Plinio. Apud Strabonem vacillante editione modo Κόσουρα, modo Κόσσυρα.

COTHVRNVS Graecorum, imitatu cum H. Κόθορνος Etymologo, Suidae, Hesychio, Xenophonti; caetteris. Sed hi Graeci. Martial. l. 3.

An in cothurnis horridus Sophocl. is.

Horat. in Arte: —— *Magnúmque loqui, nitique cothurno.*

Nescio quid in mentem fuerit Andreae Valerio scribenti: *Coturnus sine adspiratione*.

COTIB. CAVTIB. seu pro monte, seu pro montis particula, indifferenter.

COTYLA per Y, Rhemmius Palaemon: *At cotylas, quas, si placeat*. Per V apud Martialem lib. 8.

Post haec in cotula rasa selibra data est.

Per V. Budaeus lib. 5. de Asse. Scribitur & Palaemoni *Cotyle* vltima per E. Sic & Gorrhaeus. Κοτύλη Graecis.

COTYS Liuio mille locis, Tacito, Eutropio, Latinis. An. Senecae lib. 4. *Cothus* per Y. Graeci Spiritum demunt Κότυς Ex ijs alij consonam duplicant Κόττυς.

COTTYTIA, non *Cocytia* scribendum Od. 17. Epodon Horatij docuit Politianus Miscellan. cap. 10.

Inultus vt tu riseris Cottytia

Vulgata, sacrum liberi Cupidinis?

CRAGVS potius τοῦ *Gragus*. Graeci perpetim Κράγος, Ἀντίκραγος, Strabo, alij.

CRAMBE, CORAMBLE. Priscis ab Origine fuit *Coramble*, κοράμβλη. Retinuit Columella lib. 10.

Nunc veniat quamuis oculis inimica Coramble.

Suidas: Κοράμβλη. Fuit & Κοράμβη.

CRASTINVS Lucani lib. 7. *Crassinius* sillabis quatuor Plutar. in Caesare, apud eundem in Pompeio anctioribus sillabis *Crassinianus*: sed hac accessione sillabae fit nomen aliud, vt in adoptione amat fieri.

CRATHIS cum Th fluuius Achaiae, & alter ad Sibarim, qui Vibio *Crathys* per Y: *Crathi* leuatum, Africae fluuius, qui Ouidio de Ponto *Crates* scribitur.

CRATER, CRATERA. V. primum Vol. 1. Tract de Variantia: nunc addo Horat. in Sermon.

—— *Craterae limus adhaesit.*

Item lib. 3. Oda 18. *Vina craterae*, quam lectionem pro germana Pulmannus, & Lombinus agnoscunt.

agnoſcunt. Liuius lib. 5. *Crateram auream fieri placuit, quae donum Apollini Delphos portaretur.* Pighio l.3. Annal. placitum fuit in Liuio reſcribi *Creterra* vtrobique per E; ac duplex R. At Nonij non eſt iſta ſcriptio ex lege. Naeuius Lycurgo:

—— Nam vt ludere laetantes inter
Se vidimus praeter amnem creterris ſumere aquam de ponte.

Nonius *Situlam* vertit, recte. Non tamen ideirco quaeras aliud a *Cratera*, ſiue *Cretera* nomen. Vtrumque aeque admiſero. κρατὴρ Theocrito, & Κρητὴρ Homero, & Herodoto. Non nouere forte οἱ χαλκοχαραττοῦντες *Crateram*, aut *Creteram*, niſi potoriam. Errore non puſillo. Vide mi Herodotum l. 4. ter vlūm aliter. Profero Idyll. V. Theocriti, vbi *Crater*, ſeu *Cratera* ſitula eſt:

Στάσω δ' κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος,
Statuam crateram magnam niuei lactis.

Mox addit *Crateram ſuauis olei*. Ingentes fuere *Craterae*, multoque pateris patulis vaſtiores. Quare Argon. quinto legas: —— *Aeſoniden magno cratere laceſſit.* Maro *Crateras magnos* appellitat. At 2. de Natura D. ſcribo R per ſola: —— *Fulgens cretera relucet.*
Originem aliam τοῦ *Creterrae* aperiant, &c, cur geminetur R, conſileſcam, ipſiſque accedam, & Pighio, & Paſſeratio, &, ſi Muſis placet, Nonio.

CRETA, CRETE *propiora tuliſſet*, Metamorph. lib. 9. Varietate vulgaria.

CRIASVS Latiari vnico S omnium optime editur. Sic in Euſebij Chronicis, & lib. 10. de Praepar. c. 3. *Criaſis, Creaſus, Creanſus*, deteriora ſunt: *Cariaſus* tolerabile.

CRIMISVS, Κρίμισος in Plutarchi Timoleonte, apud quem conſtanter per Iota, itaque rectius, quam per Eta. Sic Strabo lib. 16. Dionyſius Halicarnaſſeus l. 1. Verum apud Maronem in tertio, inque Seruianis Cōmentarijs per N *Criniſus*: quam recte, viderint alij. Apud Lycophronem, & Tzetzem cum M. duplicique ſigmate, quod rectiſſimum videtur. Rectius enim, atque integrius *Lyrneſſus*, *Parnaſſus*, *Edeſſa* geminato ſibilo, quam vnico. Quoddam Seruij Exemplar: *Heſiona ad Siciliam delata a Crimiſo fluuio, quem Crimiſum Virgilius Poëtica licentia vocat.* In Aemilio Probo *Crimiſſus*. Apud Diodorum lib. 18. κριμισσός: alio in Exemplari Κρημισσός: apud Lycophronem κριμισσός.

CRIODOCE Vitruuij l. 10. c. 18. non Ch: vt Ἱεροδόκη Homero. Vtrumque figuratum eſt ex Ionico verbo δέκεσθαι. Mirari deſinat interpres doctiſſimus.

CROCODILVS. Curnon & *Crocydilus*? Noto ex Etymologo κροκόδειλος. ἀπὸ τοῦ κροκόδειλος κατ' ἐναλλαγὴν τῶν ϛοιχείων: *Crocydilus ex Crocodilus elementorum mutatione.* Noto iterum ex Ει fieri, reddique vnicum I.

CROCVTAS *uulue ex cane, lupoque conceptos*, Plin. lib. 8. c. 21. Per O, duplexque T Heſychius: Κροκόττας ζῶόν τι τετράπουν, ἀιθιοπικόν· Salmaſius pro *Corocottis* teſtimonium fert.

CROMYON apud Scironia ſaxa rectius O in primore ſillaba. Ita Thucydides, Pauſanias, Strabo. Ouid. *Quodque ſuam ſecurus amet Cromyona colonus.*
A *Cromyonia* Calydonij apri matre. Stephanus per E *Cremyon a Cremo* Neptuni F. Itē Plin. l. 4. c. 7. *Opida Sidus, Cremyon, Scironia ſaxa.* Similiter apud Graecos nomen ſimile: κρόμμυον, κρέμμυον, Heſychius.

CROTOPVS Argiuorum rex Euſeb. l. 10. de Praepar. c. 3. Pauſan. l. 1. 2. paſſim ita recte. *Crotophus* vbiubi, deprauatum eſt. Vide nihilominus *Trophaeum*.

CRVSTVMINA in Feſti fragmento Farneſiano, *Cruſtomeria* Dionyſio l. 2. Plutarcho in Romulo, Stephano de Vrbib. *Cruſtuminiū* Liuij l. 1. *Cruſtumeri* Aen. 7. *Cruſtuminum* Silij l. 8. & Seruio agnoſcenti quoq. *Cruſtumerium. Cruſtumina tribus* Ciceroni pro Plancio. & Balbo. Antiquae Inſcriptiones nonnullae *Cluſtumina* varietate notiſſima, aut linguae haeſitantia.

CVBICLVM quandoq. τρισυλλάβως. Martialis Epigr. l. 4. *Sed a cubiclo, lectuloq. iactatam.* Τετρασυλλάβως paſſim. *Cubiculus* in Marmore Romae:

HIC. CVBICVLVS. CVM
SVO. SOLARIO

CVCVLLIO, Cucullio, Gloſſae. Alias *Cucullus*. Cato Meurſi c. 2. vnico L: *Cuculiones familiam oportuiſſe ſibi ſarcire.*

CVLCITA rabioſula litera depulſa, Libris antiquiſſimis auctoribus, Cypriano Veronenſi, Pandectis Piſanis, Iſidoro l. 19. c. 26. Etymol. *Culcitae vocatae, quod calcentur.* Feſto: *Culcita, quod tomento inculcatur, appellata.* Varro lib. 4 Vulgus male *Culcitras* ſcribit.

CVLEVS, non *Culleus* L L geminatis. Olim *Coleus*. Propius Graecitatem. Homerus Ἔλκετο δ' ἐκ κολεοῖο —— Vaginae materiēs *Culeus*, ſeu *Corium* vulgo: alias ex ebore vaginas legimus laboratas.

CVLIGNA, CVLINA. Festus: *Culigna vas potorium.* Cato: *Culignam*, inquit, *in foeno Graeco ponito, vt bene oleat.* Et ex eo, quod Graeci κύλιχα dicunt, denominari ariolatur.

CVLINA *vocatur locus, in quo epulae in funere comburuntur*, idem Festus. Vide *Coquus.*

CVM scribi C, non Q, probo: non quia non scribitur, quod Catulli nimium securus pronunciat And. Brabantus: sed quod eadem praepositura *Cum* voce tenus, fit aduerbium temporis. Caesellius Vindex distinctionem vt suffulciat, producit ex Ennio:

Cum legionibu' quum proficiscitur induperator.

Frustra ille, frustra Caper, alijque Grammatici discrimen moliti sunt: *Cum, Com, Quum, Quom* eadem est vocula significatione, literatura non eadem. Et iam *Quum* nemo scribet: contra e Plautinis versibus tollet nemo. *Cum*, & *Quum* tritissima variantia, vt *Cocus, Coquus, Arcus, Arquus.* Vide *Quotidie.* Certe discrimen hoc frigidis accenset Quintilianus lib. 1. cap. 7. *Illa quoque seruata est a multis differentia: Cum si tempus significaret per Q: si comitem per C: si vero causam per Q ac duas sequentes VV scriberetur.* Nec Victorinus discrimen agnoscit. Quid Calepinistae sentiant, floccifacteon: namque raro exactum habuit, quod scriberet Calepinus. Idem discrimen Priscian. reijcit lib. 15. & Terentius Scaurus addito priscis scriptum *Cume*, vt Numae in Saliari carmine:

CVME. PONAS. LEVCESIAE
PRAETEXERE. MONTI. QVOTLIBET
CVNEI. DE. HIS. CVM. TONAREM

Vide Cur.

CVM PRIMIS. CVMPRIMIS pleriq. scribunt: quia *Primus* plura generat eiusmodi aduerbia composita, vt apud Virgilium *Flos apprima tenax* ——

Gellius l. 17. c. 2. *Apprime crebius est, Cumprime rarius, traductumq. ex eo est, quod Cum primis dicebant pro eo quod est In primis.* Sic igitur *Cumprimis* iungendum videtur Iul. Scaligero. Non offendor eo iudicio; tamen cum plures indicantur, malim diuidi, Lucretij lib. 5.

Nuper & haec primus cum primis ipse repertus
Nunc ego sum —— Sic in primis

Georg. 2. —— *Penitus terrae defigitur arbos*

Esculus in primis —— ἐν πρώτοις, *Inter primas.* Aen. 1. Iterum in Georg. in Mediceo Virgilij Codice, & plerisque alijs veterib. *Area cum primis ingenti aequanda cylindro.* Priscian. lib. 15. *Loco eius* [Cum] *in compositione semper C on ponatur, vt Concurro. Coniungo, Contraho, Conspiro. Sic ante P. Co m. vt Comprimo, Compello, Compages. Comperior, Compita.* Ducta hinc Analogia *Comprimis* per O scribatur.

CVMAE vitiatius, quam *Cymae*. Priscian. lib. 1. Ex eo Ecloga 4. *Cumaeum carmen.* Aen. 6. *Cumaea Sibylla.* Aen. 3. *Cumaeam vrbem.* Testatur nihilominus Carrion omnib. Val. Flacci Codicib. MSS. esse *Cymaeas vatis* l. 1. atque vni *Cimaeae* Latino l. Vide *Cymatilis.*

CVPA vnico P ex Κυβὴ: ea namque singularum assularum forma. Pandectae Florentinae variae sunt. Alij ex Κύπη. Verum & *Cuba*, dixit Adelinus: *Martyres in cubas mittuntur.* Inde Galli nostrates *Cuuas.* *Cuppa* vero cum duplici pp scyphum, pateramue significat, estq. de Graeco κόββα, *Cuppa, vne couppe.* Hesychius: κόββα, ποτήριον.

CVPPES, CVPPEDIAE, CVPPEDINARIVS ex quodam Palatino Codice, ac veterib. editionib. duplici PP. Terent. *Cuppedinarij* ···· *coqui.* Glossae: *Cupper, fastidiosus, superbus, cupidus.* Hinc *Cuppedo* ἀρχαϊκῶς pro *Cupido, sicut Amecus, Amicus.* Lucret. l. 5.

Quantae conscindunt hominem cuppedinis acres Sollicitum curae?

Cicero, Tuscul. 4. *Pernicacia, liguritio, vinolentia, cuppedia.*

CVR recte. Veteres *Quur* ex *Quare*. Vel. Longus in Orthographia: *Est enim Cur res, quod significat ob Quam rem. Ex hoc retinuit Consuetudo hodierna, vt diceremus Quare, quod vna sillaba castigatius fit Cur, quod non contenti sumus per C scribere.* Idem Cassiodorus. *V. Quur*, pro quo veteres olim recte *Quor*: idque haesit in *Quorsum.*

CVRATORES. Olim *Coeratores.* V. Vol. 1. Cicero lib. III. de legibus SVNTOQ. AEDILES. COERATORES. VRBIS

CVRCVLIO C litera principe, non G. Plautus *Curculionem* scripsit, in cuius argumento Fabulae Literae capitales versuum *Curculionem* exprimunt:

Curculio missus a Phaedromo it in Cariam,
Vt petat argentum: ibi ille eludit annulo
Riualem —— Eidem liniculae obnoxia secundae sillabae scriptio.

CVRIA-

CVRIATII τετράσωμάβως passim, & recte. Iornandes licet τριασωμάβως *Curatis*. Membranae calamo exaratae primae Liuianae decadis τετρασωμάβως *Curatij* obtulere Vineto. Similiter apud Dionysium. Halicar. l. 3, edente Rob. Stephano Κοράτιοι τρίδυμοι.

CVRSTRIX *si velimus a Cursor Cursitrix facere foemininum, sicut a Victor Victrix, inconsonum,* inquit Alcuinus in Grammatica. Imo vero consonum rationi similium. *Assestrix* ab *Assessor:* nam vix est sonabile *Assessrix* Afranij: neque *Cursrix*, sed *Curstrix*. Sic *Possestrix* a *Possidendo* apud Nonium, & Afranium in Liberto: *Tui monilis possestricem*. Ita *Tonstrix, Impulstrix, Curatrix, Plantrix, Assestrix*, V. *Tonstrix*.

CVRVLIS magistratus, aut sella, licet a *Curru*, Vsu praescribente, vnico R, Sic a *Mamma mamilla*. Ita sentit & Vinetus in Ausonij Burdigalam: Ita scribit Festus eadem Origine probata: ita Pand. Florentinae, Silius lib. 12. ——— *Fortass: curulibus altis.*

CVTVRNICES, non *Coturnices*, Fl. Caper. Existimo C in medio surrepticium esse pro *Coturnices*. Festus: *Coturnix appellatur a sono vocis:* postulatque vocum series O in prima. Primam tetendit Lucretius: *At capris adipes, & coturnicibus auget.*

Quem porro vocis sonum Festus intellexit? κοτίλος est *Garrulus* Theocrito, & Doribus Ὄρτυξ pro Ὄρτυξ: ex quibus ortae *Cotornices*, seu *Coturnices*, seu *Cuturnices*, his vocalib. inuicē cedentib.

CYCNVS potius est Passeratio, quam litera G *Cygnus*. Adstrepit Analogia pari ductu a Graecis tractorum *Tecmessa, Procnae*. Veteres tamen Libri *Cygnus* per G, & *Pyragmon* habent fide Carrionis Notis in lib. 1. Flacci. Antiquissimis scriptum reor *Cycnus*, ante Sp. Carbilius, quam literam G inuenerit. Ex quo Ausonij manu:

——— *Gammae vice functa prius C.*

Quod liquens est ex Duilliana columna perpetuo tenore;

LECION. MACESTRATVS. PVCNANDOD. EXFOCIONT

Pro *Effugiunt*. I ad veterum Orthographica, I ad *Gnosus, Curculio*.

CYLLIVS tribus sillabis pro *Cyllenius* etiam Homero scribitur Iliados β. & *Cyllenus* mediam occupante secunda vocali absq. l. Metam. 1.

Et cum Cylleno gelidi pineta Lycaei.

Haud ista sillabarum caedes mira videbitur non ignoranti *Cyllenium* dictum, *quod omnem rem sermo sine manib. conficiat, quib. partibus corporis, qui carent κυλλοὶ* vocantur, inquit Sex. Pompeius. Stephanus: κύλλιος λέγεται Ἑρμῆς κατὰ συγκοπὴν τοῦ κυλλήνιος: *Cyllius dicitur Mercurius per syncopen pro Cyllenius*. I ad Seruium in 8. Aen.

CYMATILIS COLOR placet his, alijs *Cumatilis* per V. Varij sunt Plauti Codices. Aeque varie scribitur *Cuminum, Cyminum*. Columella lib. 10.

Frigorib. caules, & veri cymata mittit.

Sic *Cyma*. Columella l. 11. *Coliculum facit, & cymam de brassica*. Lib. 12. *Reponi oportebit cymam, caulem, capparim.*

CYMBA passim recte. Vetus Glossarium: Ἀκάτιον, *Cumba*. Editio Prudentij postrema sequitur lib. 2. contra Symmachum:

Cesset frugiferas Lilybaeo ex litore cumbas.

Aeneid. 6. *Cymba* magis ex vsu, & consuetudine:

——— *Subuectat corpora cymba.*

Festus: *Cymbam Graeci appellant κύμβην.*

CYMBALA Y Graecanico Tullius in Pisonem: *Collegas tui cymbala.* Item *Cymbalissare* Cassio Heminae l. 3. Lucret. l. 2, *Cymbalaque circum, Concaua* ———

CYMON damnat Pontacus in Polybio, ac Mariano repertum. Et ego: nam *Cimon* est Cor. Nepotis, Plutar. Thucyd. caeterorum.

CYNAEGIRIS. Vide *Aegeria, Aegesta, Aequicoli*. In Plutarchi Catone Maiore legitur Κυναίγειρος cum E, & sexcentis locis in Polemonis Declamationib. Item apud Basilium M. in Grammmatica: Κυναίγειρος, κύριον, Suidam.

CYNOMYIA. V. *Harpyia*. Adde ex Beda: *In Exodo, & Psalterio translatum esse arbitramur [Coenomyia] vt omnis generis musca significaretur: sed similitudine soni per incuriam contigisse, vt Cynomyia pro Coenomyia diceretur.* Videtur ex D. Hieronymo mutuatus. Sic enim ille ad Suniam, & Fretellam: *Coenomyia, non vt Latini interpretati sunt, musca canina dicitur per Y Graecam literam: sed iuxta Hebraicam intelligentiam per Oe diphthongum debet scribi, vt sit κοινόμυια omne genus muscarum.* Aquila Παμμυίαν, est omnimodam muscam interpretatus. *Cynomyia* igitur eorum opinamento vox est deprauate scripta. At sic ὀρθογραφεῖται retur M. Platonis imago Philo Iudaeus lib. de Vita Mosis: κυνόμυια, ἣν ἰτόμως ἐκάλε

ἐκάλεσαν δὲ ἀστικοὶ τῶν ὀνομάτων· ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐκ τῶν ἀναιδεστάτων ζώων συνθέντες τοὔνομα, μύιας, καὶ κυνὸς: *Cynomyiam vrbe nomenclatores vocauerunt. Cati enim erant. Idq; ex duobus impudentissimis animalibus musca, & cane nomen hoc composuerunt.* Iterum post pauca: Ἡ δὲ κυνομυῖα τὴν ἀφ' ἑκατέρου τόλμαν προσειληφυῖα, δηκτικόν, καὶ ἐπίβουλον ζῶόν ἐστι: *Cynomyia accepta ab vtroque audacia, mordax est animal, aptumque insidijs.* Macarius Chrysocephalus: Τετάρτη πληγὴ ἡ διὰ τῆς κυνομυίας· δηλοῖ δὲ ἡ κλῆσις τὸ αὐθαδές: *Quarta plaga per Cynomyiam: quae appellatio contumaciam signat.* Eequod αὔθαδες in *Coenomyia?* His συμψηφούλας adde duumviros capitales Suidam, & Hesychium. E quibus Hesychius modo per A Κυνάμυια, modo per O. Prior scriptio, apud Homerum legitur:

Τίπτ' αὖ, ὦ κυνάμυια, θεοὺς ἔριδι ξυνελαύνεις

Cur Cynamyia deas iterum bellis inimicas?

Quam per A scriptionem Eustathius recipit, & postumam retur. alteram per O antiquiorem. Iul. Scaliger in lib. 4. Aristotelis de Animantibus vocem ab *infestandis canibus* ortam opinatur. Est & doctissimi viri nota ad Exod. c. 8. Κοινόμυιαν *vitiose.* Sed quia Bedae praesidio nonnemo ferocior est, pilum etiam ab Etymologo mutuemur: κυνόμυια. τουτέστιν ἀναιδής· Ἐσχημάτισται τὸ ὄνομα ἐκ δύο ἀναιδῶν ζώων, τοῦ τε κυνός, καὶ τῆς μυίας, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀναιδείας· ὁ μὲν γὰρ ἀναιδής, ἡ δὲ θρασεῖα: *Cynomyia, hoc est Impudens. Figuratum est enim nomen ex duobus insigniter impudentibus, ex cane, & musca, quod impudentia in eis summa: hic enim impudens, illa temeraria.* Eadem apud Hesychium legas, qui per O, & per A scribit. D. quoque Hieronymus seipso attentior, aut doctior, vt amat fieri, in psalm. 105. *Cynomyiam caninam muscam* rectius interpretatur. Et seipso doctior Etymologus in Ἀνδρακάς facto ex Ἀνδροχάς profert Similitudinem, Παντελίων, Παντα-λίων, Κυνάμυια, Κυνόμυια· Idem: Πολλάκις δὲ τὰ σύνθετα τρέπουσι τὸ ο εἰς α, Κυνόμυια, Κυνάμυια, Ποδόνιπτρα, Ποδάνιπτρα. Est & Psyllion *Cynomyia* Plinij lib. 25. cap. 11. Fuit & Nicij scortilli agnomen non ignobile Κυνάμυια Athenaeum apud lib. 4. cap. 14.

CYPARISSVS quaternione sillabarum, & Y Graecanico: *Cupressus* ternione, & V Latiari. Ouid. Metam. 10. *Gratus erat Cyparisse tibi* ——

Sic Graeci κυπάρισσος: ex eo Attici Κυπάριττος. *Cyparissiam* herbam lege a Plinio l. 26. c. 8. Maroni *Coniferae cyparissi*, & *Tenera cupressus.*

CYPSELLVS, Κυψελλός, Polyaenus l. 1. Plin. l. 35. c. 3. Vnico vero L Strabo l. 8. Aristoteles 5. de Rep. Pausan. l. 2. Plut. in Arato.

CYPERVS ac per I *Ciperus*, Hermolaus Barbarus in Corollario.

CYRINVS Lucae 2. Eusebij Chronicon Exemplaria tria, inque eius Historia lib. 1. cap. 5. Iof. Antiq. Iud. l. 17. & lib. 18. cap. 5. At in Graeco Lucae textu κυρήνιον, Et Graeci alij κυρήνιος, vel Κυρῖνος. Sueton. *Quirinus*, & Dio. lib. 53. vulgaria C, & Q transitione.

CYTISSVS rectius Y Graecanico, & ingeminabis sigmata cum Dioscor. l. 4. κύτισσος, θαμνός ἐστι λευκὸς ὅλος. *Cytissus, frutex est totus albus.* Post pauca inconstater cum vnico S. Sic Maro carminis iugo subiecit:

Dum cytiso pascentur apes, dum rore cicadae:

est enim ἑλκτικὸν τῶν μελισσῶν Dioscoridis voce: *apium trahax*, vel *delenificum.*

GERARDO

GERARDO CORSELIO
CONSILIARIO S.

Propinquis honori, praesidioque nomen, ac memoriam *Archimedis fuisse historiae Romanae parens* Liuius *auctor est*: Gerardo Corselio *honori, praesidioq́; est* Wamesij *nomen blandum, dulcisq́; recordatio. Nam*

Ταύτης τοι γενεῆς τε, καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Et mihi vicissim Corselij *dignitatem hunc Tractatum cudenti velim esse praesidio: philograecum philograeco. Neque enim pars vlla literarum tractari periculosius potest, quam* Orthographica. *Scribunt omnes, & suo iure omnes, ac sub iugum mitti iure libertatis merito recusant. Recta mens illis, agnosco. At aequo iure mihi libertatem non inuideant, neque calamum meum incidant: nulli sponsam suam eripio: Spartam meam, qua possum, exorno, cuius ne ornamenta tagax vlla manus abstrahat, cautio tua esto,* Florentissime Corseli: *sub tuum clipeum velut alter pusillius Aiax secedo tutelae causa. Tu potes vnus, cui multiplici eruditione pectus incoctum. Id vero cum vbique praestabis, tum in hoc potissimum Tractatu. Abiunctissimam quidem meditaris Iberiam, quo te Regis summi fata vocant: an reuocare ausim? Velim, si possim.*

Da spatium, tenuemque moram——

Serio tibi obijcio Dahas *gentem indomitam. Ne trepida: vmbrae sunt solis figuratae liniamentis.* Dalmatas *deinde*, Delicuit, Destra, Deana, Dicis causa, Diequarti, Diequarte, Dissidium, Discidium, Domnus. *Has vbi lustraueris gentes, & locos: I pede fausto, quo cogitas: euola.*

TRA-

TRACTATVS QVARTVS.

D

DAAE, DAHAE, DACAE, DASAE, DACI, DAHI, DAVI scribi posse noto, vt in Silianis docuimus. Ijs addo esse Libros, quibus sit *Daci*, item quibus *Dacae*. In Romano Virgilij Libro *Dahae*: vnde perperam figurarunt *Dachae*, qui *Nichil*, & *Michi* ad Latinitatis ludibrium vsurparunt. *Daas* recipi video ab eruditis. Hermolaüs Byzantius: Δάαι, Σκυθικὸν ἔθνος, εἰσὶ δὲ Νομάδες· λέγονται δὲ Δάκαι μετὰ τοῦ κ, *Daae Scythica gens. Sunt autem Nomades. Dicuntur & Dacae cum C*, non dicit X. Et quos Attici Δάους, *Dauos* appellat Comoedia Latinorum. In Stephano sic: Δαῖα [An Δάαι] Σκυθικὸν ἔθνος· εἰσὶ δὲ Νομάδες. λέγονται καὶ Δάσαι μετὰ τοῦ Σ. Reuide Hermolaum, & nostra Siliana. Martialis vbique *Daci*, *Dacos*. Baptista Mantuanus diuertit eos.

DACTYLI IDAEI rectissime. In Codice Fabriciano praue cum I Pontaci iudicio ad Eusebij Chronica. Vox enim genere Graeca, inquit: vnde natiua Orthographia seruanda, vt habent Pausanias, Strabo. Photius in Bibliotheca. V. *Idaea*.

DACTYLIOTHECA sillabis sex: quinque vulgi peccato scribitur. I ad Martialem l.14. Epigr. 123. Plinius l.37. c. 1. *Caesar Dictator sex dactyliothecas in aede Veneris genitricis consecrauit*. Aeterna *Dactyliotheca* orbem literarium opulentauit Abrahamus Gorlaeus vir nobilis.

DALMATIA, DALMATAE per A primore integrata. Sic Taciti Editio a fatis Lipsi. sic Pamelij Tertullianus. Stephani vox vna: Δάλμιον. πόλις Δαλματίας. μεταξὺ Ἰλλυρίας, καὶ Ἰταλίας.... Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ. Κουάδρατος δὲ Δάλμιον· φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ Δαλμάτας *Dalmion. Dalmatiae ciuitas. Illyriam inter, & Italiam ..... Appianus ciuitatem Delminium vocat. Quadratus Dalmium: Dalmatas quoque eos vocant.* Altera: Δελματία Ἰταλίας χώρα· οἱ οἰκήτορες Δαλματεῖς, καὶ Δαλμάται *Delmatia Italiae regio, cuius incolae Dalmatienses, & Dalmatae.*

Horat. l.2. Od. 1. *Dalmatico peperit triumpho,*

Sic Porphyrio; sic Seruius. Strabo lib. 7. per A. Sic Procopius Gotthicorum 1 Δαλματία ἐπικαλοῦνται edente Oeschelio literatissimo. Ita Phlegon narratu 12 ab eruditissimo Meursio. Velius Longus diuersus abit: *Placet vt Delmatiam, non Dalmatiam pronunciemus: quoniam a Delminio maxima ciuitate tractum nomen existimetur. Delmatici fluctus* Lucani l. 2. per E opinione Sabellici. Pintianus in lib. Plin. 2. c. 45. veterem lectionem iudicat aptiorem: *Qualis in Delmatiae ora* per E, atque Graecos teste Stephano *Delmatiam* dicere, non *Dalmatiam*. Illius ergo Stephani verba praenotaui. Idem Pintianus in lib. 3. c. 22. scripturam eandem per E arrogat Plinij Exemplaribus Salmanticensi, ac Toletano. Patauij vetus Inscriptio:

BELLO. DELMATICO

Iuxta fontem Timaui: DELMATARVM

Salonae: SVNT. IN. DELMATIA

SVB. Q. PONPONIO

Ita Graeci Δῆλος, Δᾶλος varie. Cassiodorus: *Placet etiam Dalmatiam scribamus: quoniam a Dalmana in extima eiusdem prouinciae ciuitate tractum nomen.* Quantos viros Orthographiae campus exercet!

DAMAE vnica Muta vulgi, meoque iudicio recte. At Pierius in Virgilium adducit *Dammae*, sic Virgilius Plantini; Horatius Hunaei, libri Metamorphoseωs, & Fastorum Langiani.

DAMOCLES per A apud Tullium in Tuscul. Val. Max. alios, vt *Damoetas*, *Damon*, aliaque a Δᾶμος paucula flexu Aeolico. Nonnullis pentius est *Democles*, quibus haut pugnauero: nam ita apud Hippocratem est l. 5. de Morbis vulgarib. Δημοκλῆς. At Latini Αἰολίζειν amant, vnde *Fama* non ex φήμη, sed ex φάμα. Vide *Demaratus*, & *Alea*, & *Dalmatia*. Hippocrates autem, & Aretaeus ἰωνίζουσι. *Choragium* ex κορηγίῳ Latini: eo modo scripsere Tullius, ac Vitruuius. Sic *Dresus*, *Drasus* Etymologici Auctori, qui in verbo Ἠνορίη notat: Τὸ γὰρ Εὐφράνωρ, καὶ Νικάνωρ, Δώριά εἰσιν· ἔδει γὰρ εἶναι Εὐφρήνωρ, καὶ Νικήνωρ: *Nam Euphranor, & Nicanor Dorum sunt: debuerat enim esse Euphrenor, & Nicenor.*

DAMPNAT cum P, scriptio pastoralis. Leges tamen in Notis Magnonis: D. DAMPNAT.

DANVBIVS vnico N. DANVIVS absque B inscriptio in ponte Danubij ad ruinas vrbis Wachel. Item alia. Alibi: *Dannuius*, & *Danibius*. Ausonius:

Dannuius penitus caput occultatus in oris.

DAPSILIS. Plaut. Trueulento: *Aut vasum aheneum aliquod, aut lectus dapsilis.* At Passeratius legit: *Laptilis*. De Libro opinor suo. Simile *Dacrumae*, Lacrume. Ἄδακρυς, *Alacris*. Sed & *Daptilis* per T legit vndeunde. Sic *Tertus*, *Tersus*: Τεῦτλον, Σεῦτλον.

DAVVS, AN DAVOS? Donatus in Andriam: *Dauus vt recte scribatur, Dauos scribendum est: quia nulla litera vocalis geminata vnam facit sillabam. Sed quia ambiguitas vitanda est nominatiui singularis, & accusatiui pluralis, necessario pro hac regula digamma vtimur, Da*Ϝ*us, Ser*Ϝ*us,* Ϝ*ulgus, Cor*Ϝ*us.* Tribus ergo modis scribi licet. Verum haec periodus falsum continet: nec enim necessario ambiguitas vitanda scriptione. Altera vanitas cognoscitur ex *Aequus*, *Antiquus*, & veterum *Postiquum*.

DEBORA absque L. Ita Codices Graeci, aut qui ex translatione Graeca ad nos venerunt: sic Antiqui libri omnes Latinis, Longobardis, Gothicisque inter Poenos scripti. Auctores Ecclesiastici דבורה, alias דברת.

DECANO cum A in medio. Apud Valer. Probum in Catholicis: *Cererem decanamus*. Abscedit ab aliorum Competentia: *Accino, Concino, Incino, Occino.*

DECARPO. Vide *Adspargo*.

DECEBALVS, quam *Decibalus*, rectius. Adi Pontacum ad Eusebij Chronica.

DECEM per E in suprema sillaba recte ex Vsu. *Decim* per I in Romano Virgilij Codice, & in antiquissimo Aspri Grammatici. Item in veteri Liuiano.

DECEMPRIMATVS, vt *Decemuiratus* Hermogeniano de Muneribus, & Honoribus.

DECEMPRIMI vnica continentia, vt *Decemuiri*. Verrina 4. *Euocat ad se Centuripinum magistratum, & Decemprimos.* Iterum pro Roscio Amerino.

DECEMSEPTEM, & *Septemdecim* scripsisse Liuium testis est Priscianus lib. 18.

DECIMVS, DECIMAE passim, nec improbe. Val. Flacci Exemplaria lib. 2. *Decimas: vnde* per I. Item Ouidio *Fluctu decimo*. Ipsi Ciceroni *Decuma* V media, & A finiente vocem. Verrina 5. *Affirmante se plus decuma non daturum.* Sic Victorius: sic Hotomanus. Pierius in nonam Aeneidem antiquissimum Codicem Verrinarum Tullij subsidio aduocat, in quo sit *agri Veientani decumas votas*, aliasque semper cum V, & ita passim apud Liuium in vetere Libro. Exstat item:

QVARTIONIS. DECVMI

Augusti liberti Monumentum. Antiqui Maronis Codices in vndecimo:

—— *In decumum vestigia rettulit annum.*

Vide Fabium l. 1. & *Edecimata*.

DECMVS. Inscriptio in Ianiculo:

CIPPVS. DECMVS. A. CIPPO
DECMO. AD. PRIMVM. PED
LXXXXVII

Sic Appianus vbique Δέκμος. *Decimus* Bruti praenomen in Philippicis Tullij ἀπροσδιονύσως ariolantur, cum legi oporteat *Decimus*. Plutar. 1. in Rom. qq. integrauit Δέκμος πρῶτος.

DECVLA, non *Decola*, cognomen Tulliorum, Libri, & Lapides Capitolini.

DECVMANVS pene obtinuit: raro *Decimanus*. Vopiscus in Probo: *Decimanos fortissimos exercitus sui.*

DECV-

DECVRES scribebant concisius, pro *Decuriones*, Festus.

DECVTES TOGAE. V praescribit Origo, quibus veluti *Cutis*, seu lanugo filorum portatu, trituque excidit. Mauult Lipsius per V l. 1. Elector. c. 14. Nugantur maxime, qui mediam tendi volunt. Cruciger: *Decotes, tanquam cotibus detritae tunicae*. Saxa loquitur hic homo, & insaniam obsoletas vestes indutis objicit, tunicis cotes vt affricent. Glossae Philoxeni etiam per O, & per V *Discote, Discute*.

DAEDALEVS absque biuocali paenultima. Horat. lib 4. Oda. 2.

Iule ceratis ope daedalea.

Et sic, & aliter Graeci. Etymol. Δαιδάλεον, τὸ ποικίλον τῇ κατασκευῇ. Ἔστι δὲ ἀπὸ Δαιδάλειος κατ' ἀποβολὴν τοῦ ι. Hoc est. *Daedaleum, constructione varium: estque a Daedaleius I reiecto*. Vide *Aetherius*. Iteratque Etymologus in voce Δαμάλιος, Δαιδάλιος ἀπὸ τοῦ Δαιδάλειος. Silius lib. 14. *Daedaleam repetit pennam* ———

DEFENSTRIX addita T. Vide *Carstrix, Tonstrix*. *Defenstrix* e Ciceronis Timaeo profert Priscianus.

DEFERVERIT pro *Deferbuerit* scripsit Cato de RR. c. 96. *Vbi lupinus deferuerit, & faecem de vino bono*. Idem: *Vbi feruerit, in catinum indito*.

DEFETISCOR, vt *Defessus* per E, licet a *Fatiscor*, Priscian. lib. 8. & Palmerius in Spicilegijs. Iidem ambo *Depeciscor*. Terent. Phormione:

Neque defetiscar vnquam adeo experirier.

DEFINIO, DIFFINIO vtrumque minimo discrimine. Sic *Derumpo, Dirumpo*: *Demoueo, Dimoueo*: *Designo, Diffigno*: *Designator, Diffignator*: *Demitto, Dimitto*: *Deripio, Diripio*: *Derimo, Dirimo*. Maiori paulo discrimine *Deminuere* est delibare, id detrahere; vnde & *Capitis deminutio*: *Diminuere*, dissipare, differre, disijcere. Fuit & veteribus *Diminuo* teste Prisciano ex *Dis* vltimam in M vertente. *Degero* Catoni de RR. c. 37. passim *Digero*. *Delargior* l. 8. Priscian. ex C. Graccho, *Dilargior* quoque.

DEFINITIO rectius, antiquius. Nec male *Diffinitio*, finium; aut rerum finitarum disseparatio. Inconsulte repudiatur a Manutio.

DEFLVTVM, DEFRVTVM, ἕψημα veteres Glossae. Origini conuenienter. Vsus sequendus.

DEFRVDO absque A vniformiter habent Pandectae Pisanae. Victorinus: *In defrudo apicem secundae syllabae imponere debetis: nam a deferuendo, & decoquendo fit tale quod defrudetur, id est, frudetur coctura, & minuatur*. Sic apud Plautum in Asinaria referente Nonio:

Ten' ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu,

Nisi quid tu porro vxorem defrudaueris?

In Phormione Terentiani: *Meum defrudans genium comparsi miser*. Veteribus inscriptum *Defraudo* teste Brissonio Παρέργων lib. singulari. Catonem veteribus annumero, cui scriptum c. 5. de RR. *Segetem ne defrudet*.

DEGRESSVS autem per E, quam per I: *Degredi enim e superiore loco descendere: Digredi ex aliquo loco discedere*, Mar. Victorinus. H. Steph. Gl. *Degreditur*, Καταβαίνει.

DEHORIO Catoni c. 66. alijs *Dehaurio*, vt *Exhaurio*, peruagatissima varietate.

DEIMPROVISO 4. Tuscul. nec tit Victorius antiqua secutus Exemplaria. Sic *Derepente*.

DEINDVSTRIA scribitur in Oratore Tullij a Victorio editi. Item in eiusdem Bruto.

DEINTEGRO compulsis in vnum vocib. quidam volunt. Dispulsis edebat R. Stephanus in Prologo Andriae: —— *Quas fecisset de integro comoedias*.

DEIVDICARE, Pandectae Flor.

DELECTVS scribit Manutius repugnante Librorum vetustate, & Festo, cui *Dilectus militum*. Quae per I scriptio Libros pene omnes occupauit, eam nusquam reijcit, magis sequitur Valtrinus l. 2. & Lipsius l. 1. de Militia R. Vide *Desinio*. Sic etiam in Pandectis Florentinis tit. de Re Militari c. 4. Sic Aeneid. 3.

—— *Digressu moesta supremo.*

Vmbra tamen inest discriminis *Delectum* inter, & *Dilectum*. *Diligit* proprie, qui ab altero legit, separatue: quod qui agit, sibi alterine legit, siue *Deligit*. *Deligit* autem, qui suo prius commodo consulit animo, quam ab altero separet, aut, *diligat*.

DELENIMENTVM Pandectae Flor. Analogia ex Plauti *Delenificum* capi potest. Codd. alij, *Deliniméntum*.

DELERVS, DELIRVS Festo, Glossisque antiquis. Origo ἐκ τοῦ λήρου.

DELICIAE per C a *Delicio*. Competentiae ius hoc est. *Delicior, Elicius Iupiter*, *Illicium*, *Illicet*. Per T scribi nullatenus debet, non magis, quam *Delicatus*. Est autem apud Phocam in Arte mendose *Delitiae*. Hodie nouant Prudentium contra Symmachum l. 1. scripta prima per I:

Hae sunt diliciae Iouis infernalis ——

Delicia est tignum, *quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigatum collocatur*: *unde tectum deliciatum*, *& tegulae deliciares*. At scribitur quoque per Q. *Deliquiae* Vitruuij lib. 6. c. 3. *Displuuiata autem sunt, in quibus deliquiae arcam sustinentes, stillicidia reijciunt*. V. Turnebum lib. 10. c. 17. & supra *Colliciae*.

DELICVIT a *Deliquesco*, quo Columella vtitur l. 12. c. 41. *Eliquatum* est. Ouid. lib. 3. Trist. Eleg. 10. *Ergo vbi delicuit nondum prior, altera venit, nix*.

Metam. 4. *Protinus imbutum coelesti nectare corpus*
Delicuit, terramque suo madefecit odore.
Lib. 7. *Atque genitrix Hyrie seruatum nescia flendo*
Delicuit, stagnumque suo de nomine fecit.

Sic *Elicuit* pro *Liquidus fuit*, apud Isidor. Hispalensem in Chronico: *Iulius Africanus sub Imp. M. Aurelio Antonino simplici historiae filo elicuit*. Ab eadem origine *Colliquisset* cum litera Q reperio. Varro Rerum diuinarum l. 3. *L. Scipio, quum aurum factum haberet in cista viminea, fulmine ita est ictus, vt cista esset integra, aurum colliquisset*. Idem de proprietate scriptorum: *Quod aer, aut quid aliud eius generis ferrefactum colliquisset, & in forma esset infusum*. Ἀρχαϊκῶς opinor. Vide *Licebit*.

DELICO eiusdem stirpis habet semina, quasi *Delicido*, seu *Deliquido*, declaro, vt patet ex subiectis, scriptumque inuenio litera C, non Q. Accius Achille. *Quare alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica*. Titinnius in Quinto: *Quid istuc est? aut illic sibi vult sermo? mater delica*.

DELINIO, LINIA per I Eutyches. Alij per E, idque tritius.

DELIRARE I Latiari. Incertus Auctor, vulgo Beda hausit ex Velio Longo haec: *Deliramentum, non Deleramentum: quia a verbo Liro, id est, Sulco, originem trahit. Et sicut boues cum a recto sulcandi actu declinant, delirare dicuntur: sic & homines, qui de bonis ad mala corda diuertunt*. Per I Varro quoque. At Fl. Caper *Delirare*, *& Delerare* ἀπὸ τοῦ λήρου. Ita lib. de Verbis dubijs.

DELITVM, non *Deletum*, quod *deleuerit*, Caper de Verbis Dubijs. Vide Verrina 5. Dixisset *Delitum a Delino, Deletum a Deleo*.

DELPHIN, DELPHIS, DELPHINVS. Gell. lib. 7. c. 8. *Delphinos Venereos esse, & amasios*.

DELVCTO, non *Delustor* dumtaxat. Plautus Trinummo: *Cum hisce aerumnis deluctaui*. Vidularia: *Quid multa verba? plurimum luctauimus*.

Terent. Hecyra: *Dicitque illi annulum sese, dum luctat, detraxisse*.

DEMARATVS cum E tueri posse videor Proportione, Terentius *Demea*, Plautus Curculione *Demarchus*, alij *Demochares*, *Nicodemus*, *Demophoon*, *Charidemus*, *Democoon*, *Democratia*. Vide caput de Varietia, & supra *Damocles*. Nec per A *Damaratus* respuerim: ne mihi cum Saxis Capitolin's, & Manutio sit depugnandum. Dionysius lib. 3. Δημάρατος ὄνομα λόγιος. Item Suidas. Iustin. l. 20. *Demarato locuplete negotiatore*. Sic *Demoteles* Plin. lib. 36. c. 13. Vide Originem in Vol. 1. Iniuria *Demaratum* exstinxit Manutius. V. *Alis*.

DEMOLIO ἀντιγραφικῶς pro *Demolior* non detrita sit Orthographia. Sic ex Iure refert Brissonius Παρέργων Lib. singulari. Id vsitatius veteribus adserit Diomedes ex Varronis libris Poëtices, ex Epistolicis Quaestionibus, ex Naeuij Corollaria. Brissonius iterum sex locos ex eodem Iure confert, vbi *Demolior* παθητικῶς sit acceptum.

DENSELETHAE Plin. l. 4. c. 11. Idem alibi *Denselatae*. Ptolemaeus per Th *Denthelètae*. Nomina licet barbarica, qua tamen potest accuratione, scribenda Latinis vtentibus.

DEPECISCOR. Palmerius in Spicilegijs, vetus Codex M. Tullij l. 9. Epist. ad Atticum ep. 6. *Depaciscor* Consuetudo aliorum probat.

DEPLECATI, DEPLICATI Antiquis Glossis.

DERBICES Mela, Strabo, Ptolemaeus. Ctesias *Derbios* nominat. Alijs sunt *Derbicae*. Apollonio duobus KK Δερβίκκαι.

DEREPENTE *licenter* vsurpasse Terentium in Hecyra Victorinus affirmat. Nescio quam *licenter*, quod vsurparunt Turpilius, Ennius, Afranius, Accius, Nonius, Varro. *Licenter* fortasse: quia Latinis Aduerbijs praepositionem diuulsam praenotari cum Prisciano non patitur. Neque id nos patimur, ideoque eam coniungimus tum ratione iam prodicta, tum ex lege Competentiae. Sic *Desubito* sexcentis apud Nonium auctoritatib. *Deimprouiso* Diomedi l. 1. *Desuper*, *Deinsuper* Sallustio l. 1. Histor. Donatus in Hecyram: *Derepente vna pars orationis est*.

DER-

DERTONA leniter Plinio l. 3. c. 5. Strabo aspere: Ἔστι δὲ Δέρθων πόλις ἀξιόλογος. *Est autem Derthona magni momenti opidum.*

DESABVLARE gratius est Ios. Scaligero in Ausonianis ex Varronis Sesquiulysse, quam aliorum *Desubulare*. Ἐπέχω.

DESCENDI trium est vulgo sillabarum: quatuor Valerio Antiati histor. 75. *Deinde funere locato ad forum descendidit.* Laberius item in Catulario ita scripsit:

Ego mirabar, quomodo mammae mihi descendiderant.

DESCRIBO ex prototypo: *Discribere*, Διαγράψαι in Philoxeni Glossis est scribendo in portiunculas, & articulos distinguere.

DESECRO habent nonnulli Statij Codices Thebaid. 9.

Quercus erat, Triuiae quam desecrauerat ipsa.

Competentiae iure *Consecro, Exsecror, Obsecro.* Quaedam Inscriptio CONSACRAVIT. vetuste. Glossae item Philoxeni: *Consacrauem.* Alias *Consecrauem.* Quapropter alij apud Statium *Desacrauerat* legunt. Reuocant nos Plinij Exemplaria lib. 28. cap. 8. *Per singula membra desecratum.*

DESINARE, DESINERE, Festus. Rescribere: *Desinare*, ineptire est. Mox ipse Festus: *Fodare, Fodere.* Sic *Pisare, Pinsere: Vsanuere, Enannare.*

DESIDERO. I Latinorum. Vide *Considero.*

DESPOLIATVM apud S. Lucam ὀρθογραφῆται ex Cicerone, Plauto, Apuleio, Arbitro:

Atque Arabum populus sua despoliauerat arua.

Dispolio quoque recte, ac paene aliud.

DESPONSATA vulgo. Vitterbiensis, ac Romanus Suetonij Codices *Disponsata* per I. Notat ad Iulium Casaubonus.

DESTRA veteres pro *Dextra*. Sic Inscriptio prisca, & Glossae Philoxeni. Vide *Iusta*, & *Iuxta*.

DESTRICTE pro *Districtae*, Pandectae Flor.

DESVBITO. Vide *Derepente, Desursum.*

DESVRSVM, DESVBITO *non sunt duae partes orationis, sed vna compositae. Si diuidas praepositio est, connexa aduerbium facit: ideo praeiudicium non facit, quia vno accentu pronunciantur, tanquam singulae partes orationis, non tanquam diuisae.* Cledonius in Arte iacit ambages.

DETORSVS pro *Detortus* Cato scripsit teste Prisciano l. 9. Isi. 2. Origin. *Marsus hostem occidit priusquam Pelignum: propterea Marrucini vocantur, de Marso detorsum nomen.* Silius Italicus:

Detortis laeua celer effugisset habenis.

DETRACTO ijsdem Auctorum locis reperitur, vbi alijs in editionibus est *Detrecto* per E. Neque negari potest *Detracto* a *Detractum* enasci. Nec aliter scripsero l. 4. Trist. Eleg. 4.

—— *Detractat praesentia liuor.*

In Maronis Codicibus Mediceo, Romano, alijs antiquissimis, vno excepto scriptum inuenit *Detractans* per A Pierius, quod etiam obseruauit in oratorum aliquot Exemplaribus, praesertim Liuij.

DETRECTO Competentiae iure admittatur, vt *Obtrecto, Contrecto.*

DEVCALION *lacrimis ita Pyrrham affatur obortis*, Metam. 1. l. LEVCARION etiam ἀντιστοιχίωσις literarum, auctor Etymologus.

DEVELTON opidum Thraciae, posteris seculis *Deultum*, Plin. l. 4. c. 11.

DEVERSORIA prisci illius Libri, qui Notas bonas dedit in Nonium, cuius nomen nobis inuidit typographus Perier. *Diuersoria* tamen non ausim aspernari. Claud. Salmasij fide Libris priscis est *Deuersorium, Deuertere, Deuersari.*

DEVERTICVLVM Pandectae Flor. Similiter in Glossario. Vulgo *Diuerticulum*. Neque vulgo male.

DIANA recte, atque ex Vsu. At in Pontificijs indigitamentis *Eiana*; vnde vetera Monumenta *Deianam* nobis exhibent. Olim etiam *Iana*. Macrob. l. 1. Satur. c. 9. *Pronunciauit Nigidius Apollinem Ianum esse, Dianamque Ianam apposita* D *litera, quae saepe* I *literae causa decoris apponitur, vt Reditur, Redhibetur, Redintegratur, & similia.* Item ad D. Eustathij Romae Inscriptio vetus a Pierio repraesentatur, vbi DEANAE. D. D.

DICIS CAVSA Vsu vulgario. Varro lib. 5. de LL. a *dico dicis* diducit. *Dices causa* scribendum diuinat Hotomanus in sextam Verrinam, locutionemque ortam ex voce Δίκη,

quod

quod ea plerumque ritum, modumque significet, vt *Dices causa*, ritus tantum obseruandi causa, ac non reuera aliquid fieri dicatur. Vnde Δίκην etiam aduerbium, inquit, pro *Instar* Graeci vsurpant. Si sic; declinationem quid remoratur? Fl. autem Sosipater l. 1. *Sunt quaedam, quae declinationem non admittunt, & in quibusdam casibus tantum inueniuntur, & dicuntur ἄπτωτα*, vt *Dicis causa, hic tantum genitiuus est*, inquit. Minus satisfaciunt annotata Turnebo l. 11. c. 20. Aduers. Vide Varronem lib. 5. de LL. Hotomano praeiuerat Pithoeus Aduers. lib. 2. c. 8. scribens Δίκης, vel *Dicae causa*. Nam & in veteri Lexico sic redditur: Νόμου χάριν, ὡς παρὰ Γαΐῳ τῷ νομικῷ. V. Glossas H. Steph. V. Duarenum lib. 1. Disput. Anniuers. c. 47.

DICTAMVM, DICTAMNVM varie Aen. 12. & apud Plinium, varie in Theophrasti Exemplaribus licet in Theophrasto per M & N scriptum adseueret Erythraeus: in quo alij N esse negant, vt apertius sit Exemplaria discrepitare. Δικταμνίτης οἶνος, Δικταμνοειδὴς apud Hesychium, item ψευδοδίκταμνον arguunt cum N scribi rectius. *Dictamum* absque N penitus despuit Hermolaus in Dioscoridis l. 3. vbi τὸ δίκταμνον reperies, vti apud Alexandrum Aphrodiseum τὸ δίκταμνον. Et vero seposita consona N, A correptum futurum est, si similium nominum formam apud Graecos attendimus. Hofmannus lib. 3. c. 2. constanter cum M, & N pingit, & Hippocrates lib. de Natura muliebri Δίκταμνον, ψευδοδίκταμνον, ἄμωμον. H. Stephanus t. 3. apud Plut. absque N edidit p. 1792. Eruditissimus Maussacus apud Aristotelem l. 9. c. 8. de Animalibus edidit cum N, & Meursius in Antigoni hist. mir. τὸ δίκταμνον.

DIDYMAEVS APOLLO recte Plinio l. 5. c. 2. l. 6. c. 16. Strabo nominat μαντεῖον Διδυμέως Ἀπόλλωνος lib. 14. Geographiae. Locus ipse Δίδυμοι a Pausania in Achaicis. Quare male visum est scribendum *Dindymaeus* cum N Alexandro Neapolitano.

DIEQVARTI, DIEQVARTE, DIEQVARTO, QVARTO DIE, DIE QVARTO. D. Augustus duabus in vnam consertis vocibus per I terminauit. Coelius l. 2. Historiarum: *Diequinti Romae in Capitolio curabo tibi coenam coctam*, quod ex M. Catone mutuatum volunt Macrob. l. 1. Satur. c. 4. Gell. lib. 10. cap 24. Sic *Pristini, Pristine: Proclini, Procline*, atque alia multa id genus varie dixerunt. Sed & *Die Pristino, & Pristino die*. Simili figura *Diecrastini*. Sacerdotes quoque populi Romani cum dicunt in diem tertium, *Dieperendini* dicunt. M. Cato in Orat. contra Furium *Dieproximi* dixit. Denique Gellius haec: *Hoc igitur intererit, vt Diequarto quidem de praeterito dicamus: Diequarti, aut quarte de futuro*. Quem distinctum recipit & Macrobius; nos parum probamus.

DIEQVARTE Pomponius in Atellana, quae Meuia inscribitur:

> *Dies hic sextus, cum nihil egi: die*
> *Quarte moriar fame.*

DIEQVARTO. Cn. Marius in Mimiambis pro *Nudiusquartus* dicit: *Nuper diequarto, vt recordor, & certe aquarium vrceum vnicum domi fregi*. Quarto die. Maro Aen. 3.

> *Quarto terra die primum se attollere nobis.*

Claudamus haec Macrobij verbis: *Nec Diecrastini a doctissimo viro sine veterum auctoritate prolatum est: quibus mos erat modo Diequinti, modo Diequinte pro aduerbio copulate dicere. Cuius indicium est, quod sillaba secunda corripitur, quae natura producitur, cum solum die dicitur.* Post Praetoris verba depromit: *Dienoni post Cal. Ianuarias Quiritibus Compitalia erunt.*

DIFFICILLIMVS geminatis LL. Vide *Facillimus*.

DIGNOR rectissime: vetuste *Digno*. Pacuuius Hermiona:

> *Quum neque me adspicere aequales dignarent meae.*

Idem Iliona: *Quis deos infernos, quis coelestis dignet decorare hostijs?* Accius Meleagro: *Remanet gloria apud me; exuuias dignaui Atalantae dare.*

DILIBVIT VNGVENTO, non *Delibuit*, incertus auctor, vulgo Beda. Idem iterum Vsu publico aduersante: *Deluit, purgat: Diluit, temperat.*

DILVVIO EX ILLO —— Maro, perplurimi. Item *Diluuies* Horatio, & Lucretio. At Glossarium: *Deluuium*, κατακλυσμός. Ex his, ac superioribus vtcunque euidens est in compositis multis, *De*, & *Di* promiscue in Vsum venisse. Lexicon Cyrilli: Κατακλυσμός, *Dilubies, Dilubium*.

DIMENSVS pene omnibus, ac Maroni:

> *Exsulibusque datum dimensis litus arenis.*

At Ciceroni etiam παθητικῶς lib. 2. de Nat. deorum: *Ita dimetita signa sunt, vt in tantis descriptionibus diuina solertia appareat*. Vide *Mensus*.

DIMINVO a *Di: Diminuno* a *Du*, sibilo in proximam abeunte mutam. Priscianus lib. 1. *Transit haec eadem* [S] *in* M, *vt Rursum pro Rursus, Diminuno pro Disminuo.* Terent. in Adelphis: *Diminuno tibi cerebrum. Deminutum* autem est Pandectarum Florentinarum. Vide anterius *Desinio.*

DIMOERON pro *Dimiro* apud Vitruuium lib. 1, c. 1. rectissime rescribit eruditissimus Baldus Abbas, ἐκ τῆς Μοίρας.

DINGVA veteres pro *Lingua*, Mar. Victorinus l. 1.

DINOSCIT absque G scribunt Vel. Longus, Papirianus, Salmasius in Verum Spart. *Dinoscitur* in Apuleij Asclepio. Tritiore Vsu *Dignosco.* Angelus Caninius detritum opinatur, Διαγινώσκω, *Dignosco*, vt Διαφέρω, *Differo.* Quaero ex eo *Cognosco* τοῦ G scribitur, & vnde deteritur. Ratio potior, *Gnosco, Nosco* promiscue scribitur. Sic supera composita.

DIOCESIS scribunt indocti: tirones Musarum *Dioecesis.* nec aliter ὀρθογραφοῦσι. In Musas coniurati tertiam quoque breuiant. Nec par est cum *Poësi* ratio: nam in hoc verbo Graeci quoque Poëtae subiunctam vocalem detriuisse videntur. Can. 99. Eccl. Africanae: Ἀλλου τινὸς Ἐπισκόπου διοίκησιν. *Alius cuiusdam Episcopi dioecesin.* Plutarch. in Cicerone: Τὴν ἑαυτοῦ τὴν περὶ Κύπρον, καὶ Βυζάντιον διοίκησιν. *Suam Cypri, Bizantijque administrationem.* Manutius mecum.

DIONYSVS Homero Iliad. ζ. Orpheo, alijs. Quibusdam per X *Dionyxus* scriptum. Etymol. Οἱ μὲν Διόνυξον αὐλόν.

DIOTA apud Horatium, Oda 9. l. 1. quam *Dyota* rectius. Sic Διώρυξ, τάφρος Hesychio. Διωτυχόμυλλον Athenaeo. Passeratius etiam admittit cum Y bicorni.

DIPLOMATA I Latinorum. Legi *Duplomatibus*, vt in Pandectis, praecipit ad Capitolini Pertinacem Casaubonus. Meminit Florentinarum Brissonius Παρέργων libro singulari, quibus ita sit. Verum nos Pandectae istae saepius ludificantur. Διπλώματα vox est vt tota flexu Graeco, sic Origine ex διπλόω: ergo in eo tam iure vocalem bicipitem inducimus, quam in *Diptychis* primore syllaba. Dices cum Gifanio *Duplum Duplionem dici*, quamuis sint ex Διπλόω. Fateor ista omnia ab eadem Origine: sed in his vt obtinuit flexus Latinorum, ita scriptio ijs placita vsucapta est: Διπλώματα vero vox est flexu, non Origine dumtaxat Graeca. Ex quo doctrina Fl. Capri fluxit illa libro de Verbis Dubijs: *Diploma, non Duploma*, aut *Duplomum.* Budaeus in Pandectas in cap. *Eos*, & in cap. *Continuus* de verbor. obligat. *Nemo qui bonarum literarum*, inquit, *monimenta attigerit, ignorat Diploma legendum esse, non Duploma.* Sic apud Ciceronem, Macrobium, Tranquillum, Lampridium.

DI, DIS. *Sit in omnibus Virgilianis Codicibus reperisse se affirmat Pierius.* Haec verbatim ab Andrea Brabanto mendaciter scribuntur. Nam tantum in Aliquot antiquis codicibus id se reperisse testatur Pierius pag. 81. in tertium Aeneidos. Item de *Dijs* testimonium fert, non vt illi affingit de suo Brabantus de recto ipso: etsi vtriusque sit propemodum eadem ratio. At Probus mauult *Diis* per duas II vocales scribi, & in Virgiliano opere ζωίζησιν agnoscit mecum Erythraeus. Sicut *Ii* ab *Is* nom. dicitur. Imo *Dei* rectum est: Victorinus: *Dei potius, quam Dij.* Iutum venio ex Plauti Mostellaria:

Quicquid Dei dicunt, id rectum est dicere.

DIS, DITIS vtrumque nominandi casu. Petronius:

Has inter sedes Ditis pater extulit ora.

DISCISCO ex Cauchiani Codicis fide rescribit Pighius Val. Maximi lib. 6. c. 6. *Ne a societate nostra disciscerent.*

DISCOQVANTVR *coelesti aqua* mauult Plinij lib. 22. c. 25. Gelenius, quam *Decoquantur.*

DISCORDO, CONCORDO adspiratione sublata. Poscit hoc Origo a *Corde*, vt vulgo sentiunt. Alij a *Chordis* musicorum. ἀπὸ τῶν χορδῶν: vnde adspirabant barbari: verum & hac Origine confessa notum est Aeoles a flatu abstinuisse, veteresque Latinos.

DISCRESCERE, ἀπομειοῦσθαι est in Cyrilli Lexico, quae scriptio sic admittenda, vt *Decresco* non repudietur. Vide *Discribo.*

DISCRIBO Lambinus multis locis ponit, quibus exturbat *Describo.* At qui exemplare sequitur, de eo describit: qui seorsim, ex aduersarijs verbi gratia, alio confert, *Discribere* videtur.

DISYLLABVM vnico S absoluta primore sillaba. Δισύλλαβος enim vt δίλοχος Σ caduco ex Δίς. Sic Terentianus:

Nam addit primum illa disyllabon vt libet.

Post

Post: *Ille tetrametro datur ante disyllabus.*

Lucillius l. 17. Satyrarum: *Atque disillabon elige quoduis.*

Hephaestio: Καλεῖται κατα̈ληκτικὸν εἰς δισύλλαβον. Similiter Hesychius. Apud Theodorum Gazam legas Δισύλλαβα, Δισυλλαβεῖν, Ὑπερδισύλλαβα. V. *Disspicio.*

DISPEREO vulgo recte: *Dısperire* Pandectae Florentinae.

DISQVAERO, DISQVIRO. Victorius in Varronem lib. 1. de RR. c. 57.

DISSICO mediam sillabam I perficiente Antiquitas adamauit. Apuleius lib. 8. de AA. edente Vulcanio: *Sua quisque brachia dissicant.* Plaut. Curcul.

Clypeatus elephantum vbi machaera dissicit.

Cl. Puteanus, Lamb. Manur. Gifan. in Lucr. Carrion in Val. Flaccum, Pierius in Virgilium ampl ctuntur. Ego vt Antiquitati sua non detraho symbola: sic Analogiam secutus *Exseco, Deseco, Reseco* (a qua longissime abit Andreas Brabantus scripto: Nam & in alijs compositis verbi *Seco* E mutatur in I) dissuauior, *Disseco.* At mihi vide, Lector, nefandam Antiquitatis amblitionem. Non deest, qui libro Ouidij vndecimo

—— Nondum totos ornata capillos

Disjicit hos ipsos—— ——

dictet pro oraculo rescribendum *Dissicit*, quod sit *Capillum discindere*, idque inimicum facto Alcyones, cui cum minus esset otij concinnandis capillis, *hos ipsos disiecit*, & obuolitare iussit: non *Dissecuit.*

DISPARGERE Palaemon scribit cum A apud Charisium l. 2. & vnico S. Antiquitatem suspicio: posteritatis Vsum sequor per E. V. *Dispartio, Adspargo.* Neque Gruterum hic audio, cui sola per A placet scriptio.

DISPARTIO. Vide *Dispargo.* Sisenna Histor. l. 3. *Exercitum dispartiunt.* Ibidem: *Manu dis lapides dispartit.* In Afranij Abducta apud Nonium: *Dispartiantur patris bona pariter.* Eodem loci ex Nouij Decuma nihilominus scribitur: *Vt pariter dispertiam* per E. Sic Varroni lib. 2. Rhetoric. *Ea, quae ad mortales pertinent, quadrifariam dispertierim.* Proportio *Expers, Expertem* dicimus. Vide *Bipartito, Impertio.*

DISSPICIO *scribi debet, & ita diuidi Dis, & Spicio*, inquit Caesellius, addito: *Nonnulli vero Dispicio per vnum S scribendum putant, quod praepositio Dis interdum literam perdit, vt est Diduco, Diuido, Diiudico.* Tandem concludit: *Sed melius est, per duo S, scribo dispicio.*

DISSPICIO, quo super ista est Cassiodori praeceptio: *Disspicio per duo SS scribendum est, non per vnum: quoniam ex praepositione, & verbo constat esse compositum, quemadmodum est Conspicio, Aspicio, Despicio: ac per hoc per duo SS Disspicio scribi debet, & ita diuidi Dis, & Spicio. Nonnulli vero Dispicio per vnum S scribendum putant, quod praepositio Dis interdum literam perdit, vt est Diduco, Diuido, Diiudico: sed melius est per duo SS scribi Disspicio.* V. *Disillabum.* Ad quam effigiem recta sint *Disscribo, Dissico, Disspargo, Disstructum, Disspono, Dissensor*, διεσπορευμένον; non rectum puto illud Lexici a Cyrillo *Disensor.* Quod si admittes *Disspicio*: cur non *Adspicio?*

DISTINGVO. V. *Tinguo.*

DISSIDIVM, DISSCIDIVM recte. Vtrumque corporis est proprie: vtrumque ἀκυρολογίᾳ animis accommodatur: vtrumque ex imitatione Graecorum. Pollux l. 2. c. 4. Στασιάζειν, καὶ διεστάναι, hoc est *Distare, Dissidere.* Homer. Διαστήτην ἐρίσαντε. Scholia in l. 1. Thucyd. Διαστάντων, διενεχθέντων στασιάζοντων πρὸς ἀλλήλους. *Distarent, dissererent, inter se distarent.* Sic Fabius Declam. 7. *Quod aliquando dissedimus.* Cicero 1. de Finib. *Cupiditates enim intus etiam animis inclusae inter se dissident, atque discordant.* Suetonij in Tiberio c. 7. *Cum Iulia primum concorditer, & amore mutuo vixit, mox dissedit, & aliquanto grauius, vt etiam perpetuo secubaret.* Sallust. 4. histor. *Dissidere inter se coepere.* Quibus in locis Manutius, Lambinus, alij nouatores si *Discindere* tentent reponere, iudicij vanos clamabo. Pari ortu, ac notione lib. 14 Metamorphoseos:

Non bene dissidium Phrygij lætata tyranni,

Quem in locum vide Ciofanum. Vox est profecto curialis, cum sententias per discessionem dicebant senatores, atque etiam *Dissidebant*: inde latius, ac latius pro quauis animi alienatione, atque amicitiae distractione. Ac rursus ex corporum, animorumque dissensione cum fieret *dissidium*, insociabiles inimicitias, dissensionesque significantius expressuri ad metaphoram confugere & a dithissis, disruptis, discissis *Discidij* nomen huc applicatum, quod propritim vsurpauit Terentianus: *Dum ne discidium verbi quarto pede fiat*, id est, sectio, diuisio. Arnob. l. 5. *Cum discidio partium sanguis immensus fluit.* Et hoc imitatu Graecorum, quibus Ἀπεῤῥῆχθαι, διεσχίσθαι est Διεμεμορφεῖν apud Pollucem. Vnde & vox Ecclesiastica, aut profana potius *Schismata.* Vtrumque Competentiae lege fulcitur. Ab *Obsideo Obsidium* Tacito: *Desideo Desides* Lucretio: *Insideo Insidiae:*

sic *Dissideo Dissidium.* Iterum vt ab *Exscindo Exscidium*: sic *Disscindo Discidium.* Homines curti iudicij, lectionis non maioris, neque exactioris delitigant super his, & seuero supercilio *Dissidium* ex orbe literarum exulare iubent. Quasi vocum similis nulla sit facies. Glossae ab H. Stephano: *Discidium* (ita illic) χωρισμός. *Discidium, Diuortium* dicit, Διάλυσις γάμου.

DISTINGVERE *quoque sine V litera & scribere, & dicere maluerunt adijcientes illam rationem, quod Distinguere est interposito puncto diuidere, atque diducere.* Haec ἐν αἰνιγμοῖς Vel. Longus lib. de Orthographia. Qui sentere V non scribendum ob allatam rationem, hoc opinor, voluere. Στίζειν, vide στίγμα, esse *interposito puncto diuidere*: inde fieri *Stingo, Distingo.* Aliam subdit: *Siue quod Tingat id, quod inscribitur.* Tunc componatur ex *Dis* & *Tingo.* Quibus deinde reiectis sic concludit Longus: *Tamen in hac voce sic V literam occupauit Consuetudo, vt non facile possit auelli.* Haere Consuetudini.

DISTRVCTVS amplius, quam *Destructus*: χωριστότερον namque partium discidium, ac segregationem auribus obijcit. Inscriptio in ponte Salario de ponte varie distracto, ac disiecto loquitur:

A. NEFANDISSIMO. TOTILA. TYRANNO. DISTRVCTVM

Distructio, Καταστροφή, Glossae Philoxeni. Alias suo loco *Destructus* recte.

DISSVPO vocali V veteres scripsere. Notant multi. *Dissipo* posteritas elegit, vt *Optimus, Maximus, Monimentum, Libens*, quae per V prius, Fabius in 1. Silij Exemplaria omnia per I *Dissipo.*

DITE οὐδετέρως, non tantum *Dives.* Val. Flacc. l. 2.

Non populos, non dite solum, non vlla parenti
Regna peto ——

Ex *Diues* ortum *Diuito*: vt *Dito* ex *Dis, Dite.*

DIVONA ex veteri Codice Lugdunensi potius, quam *Duiona* putat Vinetus in Ausonium. Burdigalae fons est.

DIVS, DIVVS inиecto digammo. Sic *Archium, Archiuum: Musium, Musiuum.* In lapide rudi terminali oblongo per E, vetuste:

DEVAS
CORNISCAS
SACRVM

DOLABELLA per A passim Cicero, Liuius, Sueton. Patercul. Solinus, Ammianus: Libri veteres, Etymon a *Dolabra*: cognomen est Corneliorum. Consentius in Arte: Sciendum est quaedam nomina esse & propria, & appellatiua, vt *Seropha, Dolobella, Sura.* Ita in eo per O, vti apud Columellam l. 12. c. 10. *Pyra Dolobelliana.* Item per O Gellius l. 15. c. 28. Iul. Obsequens, Cassiodorus, Florus, Plinius, Plutarch. in Sylla, Appian. in Ciuilib. Quorum opinionem qui tueri volet, quaerat, cur nominis Etymum esse non possit *Dolabellae*, qui *Dolo bellat.* δόλῳ, οὐ δὲ βίᾳ. Quia historiae congruentius alterum est.

DOLITVS, DOLATVS, Nonius.

DOLIVM, ALLIVM *per I, non per* E, Beda. Inscriptionibus tamen complurib. *Doleum, Dolcarius* cum E. itaque esse optimo Varronis Codici testatur P. Victorius.

DOMICILIVM. An a *Colendo* veteres scripsere *Domicolium?*

DOMINVS, DOMINA, DOMNVS, DOMNA: e quibus duo postrema tam in appellatiuis, quam proprijs tandem in Vsum venere. Sic *Domna* absque I in L. 38. §. Lucius D. de Leg. l. 2. D. Gregorius M. l. 1. epist. 6. *Domnum Alexandrum, domnum Theodorum, domnam Eusiriam, domnam Eustochiam, & domnam Dominicam.* Atque in multis monasteriorum membranis Abbatissae dicuntur *Domnae* Quanti est semitarius versiculus: *Coelestem Dominum: terrestrem dicito Domnum?* Ecce tibi in Breuiario Pij V. iussu correctiore: *Iube Domne benedicere.* In Litanijs item: *Domnum Apostolicum.* Oppianus:

Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτεύσατο Δόμνα Σεβήρῳ.
Quem magna magno genuit domno Seuero.

Idem: Δόμνε πάτερ Ἀντωνῖνε.
Domne pater Antonine.

Plerique *Dominus*, & *Domina* Deo, Deique matri reseruari opinantur, quibus omnimodum dominium, vt hominibus mancum, ac temporarium. Ii voces superas Christianae religionis pomoerio concludunt: potius vero sunt (quas repertas vides in Oppiani saeptis) voces Latij deflorescentis. Inscriptio Techier in Asia:

ΑΝΗΡ. ΔΟΜΝΟϹ

Non-

Nonnulli tamen lib. 4. de Ponto Eleg. 7. legunt:

At tibi progenies alti fortissima Domni.

DOMITIVS, DOMITIANVS litera T, non C. Lapides, Nummi, Inscriptiones, Libri, Origo a *Domitis hostibus*. Graeci cum Δομίτιος scribunt, recte scribunt: contra sensit Rhotius. V. *Sulpicius*. Nota e Valerij Probi Notis:

DOMIC. COS. XIII. LVD. SAEC. F. C

Domicius Consul XIII. ludos saeculares faciundos curauit. Hinc *Domnio, Domna, Domnina, Domninus*, de quo Suidas, & Palladius. Δομνῖνος quidam a Proclo commemoratur l. 1. in Timaeum Platonis. Notat Onuphrius libello vocum obscuriorum primulum Pontificem, mox Episcopos alios affectos *Domni* nomine. In Graecorum Epigrammatis:

Μή με λέγῃς Δόμνε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

Ne mihi dixis Domne: nil habeo dare.

Gregorij Turonensis editio postrema nobis exhibet l. 9. *Domnam sororem, Domnum Clotharium*.
Numismata: IVLIA. DOMNA. AVG.

Item: ΙΟΥΛΙΑ. ΔΟΜΝΑ. CEB.

Cassiodorus l. 7. *Gloriosissimo Domno auo nostro*, de auo suo Theodorico loquitur Athalaricus. Est & Δόμνος Episcopi Caesareae Palaestinae nomen Eusebij l. 7. hist. Eccl. c. 14. Ex eo *Domnedius* in Philoxeni Glossis. Ex eo *Domnulus* apud Sidonium l. 4. epist. 25. Et *Domnula* apud Saluianum epistola ad Hypatium. Non compilo quae super his doctissime obseruauit Nigronus Italiae literatae decus.

DONEC Vsus probissimi: *Donicum, Donicom, Doniquum, Doniquies fuere*. Romae in domo Iacobi Alberini:

DONIQVIES. LOCVS. QVEM. EMERAM. AEDIFICARETVR

Liuius Andronicus: —— *Ibi manens sedeto, donicum*
Videbis me carpento vehentem domum
Venisse —— —— —— ——

Lucret. l. 5. *Donicum eos vita priuarant vermina saeua*. Et lib. 2.

DORICA NOX melius, quam *Durica* in Argonauticis Val. Flacci, contra quam Miscellan. l. 5. opinatus est Politianus, & Delacerda. Nam ea *Dorica* nox est, qua *Dorica* castra se Troianorum vrbi dominatores infudere mox victores futuros. Esto vero ab equo *Durateo* appellatio: nihilosecius *Dorica* per O scribi poterit Dorum, Aeolumque de exemplo, quibus Ου migratur in Ω grandiusculum. Ex quo *Polydamas* Iuuenali producitur, & *Polypus* Horatio. Sic ex Δοῦρο, Δωρικόν.

DORMIO rectissime. Priscis fuit *Dermio* ἀπὸ τοῦ δέρματος: pellibus enim indormiebant vetustissimi. Aen. 7. *Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit.* V. Etymologum in Δραθεῖν.

DORSO Fabij cognomen est: non *Dorsus*, vel *Dorsuo*, vt passim Liuij, & Cassiodori habent Exemplaria. Dicitur enim *Naso, Masso, Vulso*: non *Nasuo, Massuo, Vulsuo*. Haec Pighius lib. 4. Annal. Claudicat haec Etymologia. Veteres enim *Dorsu* scripsere, vt *Testu*: vnde *Dorsuo* figurari potuit: non autem *Nasu, Massu*. Neque omnino prauum est *Dorsuenum* ob eam causam in proletarijs Horat. Exemplaribus. l. 2. epist. 1. quamuis melius *Dorsenum*. Ἀρχαϊκῶς *Dossenum* alij volunt. V. *Sepennis*.

DRACHMA, δραχμή, cum Ch rectissime, cuius loco G male surrogatum a quibusdam meminit Iouianus lib. 2. de Adspirat. nam est Δράγμα, ὃ περιλαμβάνει τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ὁ θερίζων. *Dragma, manipulus, quem manu messor complectitur.* & vt scribit in primum Theocriti Idyllium Zacharias, ὅθεν καὶ δραχμὴ ἡ πληροῦσα τὴν χεῖρα τοῦ κέρματος. *Ab eadem origine Drachma, quae manum pecunia implet;* Eadem verba reponit Etymologus.

DRACONEM dicimus, ac scribimus vniuersi. Accius in Philocteta non trepidauit scribere *Dracontem* Antiquorum vtique flexura *Dracon, Dracontis, Leon, Leontis*. Post *Draco, Leo* casus absque T reliquerunt.

DRAMA, non *Drachma*, nec *Dragma*, cum dicitur *Dulcia cantica dramatis*. Scenica vox. Sic Origenes in expositione Canticorum: *Epithalamium Salomonis, quod in morem dramatis compositum est.*

DROMADARII cum A libenter scripserim e Curtij l. 5. *Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximiae.* Isidoro teste l. 12. c. 1. centum, & amplius milliaria die vno pergunt. Ex Liuio l. 7. *Cameli, quos appellant Dromadas.* Strabone l. 15. ἐπὶ δρομάδων καμήλων. At in Isidoro: *Dromeda genus est camelorum*, & vulgario Vsu *Dromedarius*. Quin & *Dromida* per I legas a *Dromas*, vt *Numida* a *Nomas*.

DRVPAS *nostri vocant, Graeci vero Drypetas*, Plin. l. 15. c. 1. Plin. iterum l. 12. c. 27. *Deterius ex druppa.* Ita Origini conformius PP gemines. Athen. l. 2. c. 15. Eupolis: Σητίας, δρυπετῖς ἐλαᾶς. ταύτας ῥωμαῖοι δρύππας καλοῦσι.

DVA, scripsit Antiquitas horridula. Accius in Ciceronis Oratore: *Video sepulcra dua duorum corporum.* Scripturiunt & apud Propertium lib. 2 *Et qui monstris dua litora* —— —— dissentientibus Codicibus meis: quibus est *Duo* per O. Quintiliani lib. 1. c. 6. *Quid quod quaedam, quae singula procul dubio vitiosa sunt, iuncta sine reprehensione dicuntur. Nam & Dua, & Tre, & Pondo diuersorum generum sunt barbarismi: at Duapondo, & Trepondo usque ad nostram aetatem dictum est, & recte dici Messala confirmat.*

DVCENTENI, *Trecenteni, Quadringenteni, Quingenteni, Sexcenteni, Septingenteni, Octingenteni, Nongenteni, quae omnia ita concidi patiuntur, Duceni, Treceni*, &c. Priscianus l. de Numeris. Similiter *Ducentenarius, Ducenarius*, &c.

DVCENTESIMVS, & *Ducesimus*, Priscian. lib. de Numeris.

DVELLVM pro *Bellum* Antiquitas amauit: ex quo l. 2. Lucretio *Duellica proles*, *Perduelles* Plauto. Horat. l. 2. Epist. 1. ad Augustum:

—— *Totum confecta duella per orbem.*

Plautus Epidico: —— *Nempe quem in adolescentia*
Memorant apud reges armis arte duellica
Diuitias magnas sibi adeptum.

DVILIVS I vocali secundam ineunte sedem absque duplicatione liquidae. Ita est Marmoribus antiquis Vincti fide in lib. 2. Flors. Sic olim & Manutius ἑαυτοῦ κρείττων: *Duillius* duplicatis literis liquidis correxit, Ciceronis auctoritate fretus in Oratore *Quia vero licentius, quam quod hominum etiam nomina veteres contrahebant, quo essent aptiora? Nam vt Duellum bellum, & Duis Bis: sic Duellium eum, qui Poenos classe deuicit Bellium nominarunt: cum superiores essent semper appellati Duellij.* Posteriori E in I migrante *Duillius*. A *Duello* scilicet figurato nomine. Ex Origine LL.

DVMOSVS. Veteres S insertum posuere *Dusmosus*, Festus. Sic *Casmoenas*.

DVMTAXAT cum M. Libri, Lapides. Veteri Inscriptioni *Dumtaxit* per I in finalitate. quam recte?

DVPPLICAT in Ecloga Maronis secunda, qui gemino PP scripsere, veriti videntur, ne muta, liquidaque non satis essent sillabae producendae.

DVPONDIVS *a duobus ponderibus.* Varro l. 4. de LL. & l. 8. Lib. 6. *Dupondius*, *Dupondium.* Compositi pars esse potest altera *Duo*, aut *Dis*. In Plinio l. 33. c. 3. *Dipondius assis* scribitur, item apud Bedam. Apud Columellam varianter nunc I, nunc V. *Duopondium* quibusdam Hygini MSS. est.

DVRIAS flumen in citeriore Hispania Valentiae proximum nominatur a Pomponio Mela, ex quo *Durense proelium* Ciceroni pro Cornelio Balbo. Eundem *Turium* initiali litera T Sallustius indigetat loco non vno. Claudianus: *Floribus, & roseis formosus Turia ripis.*
Toletano Archetypo Plinij Pintianus arrogat *Turius*, & Salmanticensi *Toris*. Alius est *Durius* Straboni, qui multis *Dorias*: Silio, *Duriusque, Tagusque.*

DVROCORTORVM, non *Durocortum.* Quinque sillabis Graeci scriptores exprimunt. Ita esse Ful. Vrsinus in suis Emendationibus testatur libro sexcentos iam annos scripto, & quod exeuerit, & in Vaticano *Durocortorum.* Ptolemaeus Δουροκόρτορον, Aethicus, Surita, Flodoardus, Hincmarus.

DYRRACHIVM duobus R in Appiano, Etymologico, Plinio, alibi. recte. Pressius Originem refert Alexandrus in Europa scripto per Σ:

Δυῤῥαχίου τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλου χθονὸς ἄλλης.
Dyrrachij Epidamnus in terra vicina litori.

PHI-

PHILIPPO DE VRGES CONSILIARIO.

NOBILISSIMVM Dei munus ingenium scientia perpolire praeclara res est, & consultae mentis industria quaedam: vt cum

Argentum, Pariusue lapis circumdatur auro.

Sinere autem dona Dei silueſcere, illiuies est, a qua tu, Vir Humaniſsime, deformitate tam maxime abes, quam proxime ad Papinianos, & Tribonianos accedis rara illa Iuriſprudentia tua, qua controuerſorum iurium hirſutiem, & iniuriarum peſtem, legum catus late ſubmoues. Nunquam vero tam alte in Legum penetrales receſſus te immerſiſſes, ſi non prius impigre literas meliores excoluiſſes, hiſtoriam veterem, nouitiamque cognitam habuiſſes, & orbem ipſum diſciplinarum curioſius pertractaſſes. Quibus adiumentis confido fore, vt pari diligentia, qua caetera, diſpicias quae hoc in Tractatu V. magis videntur libranda: Ebenus, Ebor, Ecadémia, Eitur, Emtum, Enipeus, Entelechia, Ephebus, Ephebeum, Ephialtes, Epiſtola, Etruria, Euhoë, Eulogium, Ex, Eſquiliae, Exſul, Exſilium.

TRACTATVS QVINTVS.

E

EAMDEM per M in medio, Lipsius Notis ad lib. de Pronunciatione L L. Sic ex editione Steuuechi Arnobij l. 2. *Vmquam. Eandem* per N plurium est, quos sequor. V. *Quanquam, Vmquam.*

EBENVS. V. *Hebenus.*

EBIONITAE, non *Hebionitae* ita proletarijs exemplarijs praeferentibus Origines 4 περὶ ἀρχῶν, Οἱ δὲ πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ Ἐβιωναῖοι τῆς πτωχείας τῆς διανοίας ἐπώνυμοι· ἐβίων γὰρ ὁ πτωχὸς παρ' Ἑβραίοις ὀνομάζεται, אב יון. *Mente mendici Ebionitae, mentali mendicitati cognomines. Ebion namque apud Iudaeos mendicus dicitur.*

EBOR vetustate euanuit. *Ebur* comtius est. Ab isto tamen figurauit *Boreus* Quintilianus. Neque *Eburarius* habent veteres Inscriptiones, sed EBORARIVS. Sic *Marmor Marmoreus, Marmorarius*, non *Marmurarius*. Idem iudicium subeat *Iecor*, mirum vt sit in nouissima ex Germania Prudentij editione ista per O repraesentari, ac si Fauni acuo Christianus iste Poëta floruisset. *Eboratâ vehicula*, & *Eburatâ* promiscue legas. Sic *Robur, Robor.*

EBVR cum V: vnde *Eburnus*, & Plauto *Vehicula eborata*. Ebor per O priscis: vnde *Eboreus.*

EBRIVS, *Hebrius* simul ponit Passeratius. Posterius non placet. *E bria* qui bibit, *Ebrius* euadit, aiunt. Itaque legi in MSS. quodam Lexico.

EBRODVNVM quatuor omnino sillabis Antoninus in Itinerario: vna amplius *Eburodunum* Ptolemaeus.

ECADEMVS, *Academus, Ecademia, Academia.* Illustrius, & Diogenes in Platone:

—— Ἐκαδήμου   Δένδρεσ' ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱᾶσι.

Horatius: —— *In siluis Academi quaerere verum.*

Stephanus, vbi de Academia: Κέκληται ἀπὸ Ἀκαδήμου· γράφεται δὲ διὰ τοῦ Ε Ἐκαδήμεια .... καὶ ἡ πλείων χρῆσις οὕτως. *Nomen habet ab Academo: scribitur autem τοῦ Ε Ecademia. Sic crebrior Vsus obtinet.* Iterum Ἐκαδήμεια, ἡ Ἀκαδήμεια ἀπὸ Ἀκαδήμου .... ὁ ἥρως δὲ διὰ τοῦ Ε γράφεται. Plutarchus in Theseo: Ἐχέμου, καὶ Μαράθου συστρατευσάντων ποτὲ τοῖς Τυνδαρίδαις ἐξ Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ μὲν Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι τὴν νῦν Ἀκαδημίαν. *Cum Echemus, & Marathus Tyndaridarum in commilitio fuissent olim ex Arcadia profecti, a quo Echedemiam dictam accepimus quae nunc Academia.* Suidas: Ἀπὸ Ἐκαδήμου τινὸς ἥρωος ὀνομασθεῖσα· πρότερον δὲ διὰ τοῦ ε Ἐκαδημία ἐκαλεῖτο. *Ab Ecademo quodam heroe denominata prius Ecademia vocitabatur.* Sunt & haec ipsissima Diogenis verba lib. 3. in Platone. Notat & Suidas: Καὶ οὐδετέρως Ἀκαδήμειον. Addo ego id rectius, licet infrequentius, vt Ἀχίλλειον, Ἀπολλώνιον, talia. Nota Plutarchum inante scripsisse Ἐχεδημίαν per X, Ch: sic Hesychius: Ἐχεδημία, ἡ νῦν Ἀκαδημία καλουμένη.

ECBATANA. Vide *Agbatana.*

ECFERVNT LAVDIB. a Cicerone. si Musis placet, scriptum vult noua Nonij editio. Id Lucillio l. 26. concedo : *Neu mutires quidquam, neu mysteria ecferres foras.* Sic Varro : *Vt humorem ecfugerent*, ἀρχαϊκῶς. Sic *Ecfatus*, aut *Exfatus* scribunt antiquarij renitente Scauro.

ECLYPSIS inscite Y Graecanico scribunt nostri Theologi. Ἔκλειψις. *Eclipsis.*

ECQVID *per C scribendum in prima syllaba : quoniam En quid significat.* Sunt Prisciani verba.

EDECIMATA, electa, per I, Festus: *Edecumata* per V, Glossae, & Macrob. l. 1. Satur. c. 5. *Probauere omnes Q. Aurelij iudicium, quo edecumatos elegit sodales.* Idem l. 2. c. 1. *Iocos edecumatos.* Sic *Decimae*, *Decumae*. V. *Decimus.*

EDERA. V. *Hedera.*

EDESSA. V. **EMESA.**

EDONI varie. Scholia in lib. 2. Thucydidis : Ἠδωνοί, καὶ μεταπλασμῷ Ἠδῶνες, καὶ Ἠδωνοὶ οὕτως Ἡρόδοτος. *Edoni, & metaplasmo Edones, ac Edonae. Sic Herodotus.* Horat. l. 2. Oda 7. *Non ego sanius bacchabor Edonis* : Patior quoque *Edonias hyemes* —— etsi Ἠδῶνες : ex Κύδωνες fit Κυδώνιος, & *Cydonius*, ex Βίστωνες, *Bistonius.*

EDVLIS, non *Edilis*, per V, non per I. Sic *Edulium*, & *Edulitas* in Lampridij Seuero.

EDVMAEI, Vide *Idumaei.*

EFFVSI recte scribitur. Olim *Exfuti*, vt *Mertat*, *Pultat* pro *Mersat*, *Pulsat*. Ita Festus.

EGERIA. Vide *Aegeria.*

EGESTA. Vide *Aegesta.*

EGESTOSIS PARENTIB. Aurel. Victor. Alia Exemplaria syllabis quinque. *Aegestuosis*, quod Origine vetor probare. Saluianus lib. 2. *In comparatione dudum sui egestuosus.*

EGGERO duplici GG, Libros, & Lapides secutus probat Manutius. Concedo veluti compositum ab *Ex*, vt *Exloquor* Planto scriptum a plerisque omnibus recipitur. Verum non ideo propudiosum est *Egero* ab *E*, vt *Eloquor*. Cur id in Originib. LL. damnat Becmanus? Hoc reiecto vnde erunt *Egesta* Festi?

EGRESSVS passiua scriptio. Veterum fuit *Egretus*, Festo teste. Attico more T pro S, & antiquo vnico T : quia olim non geminabant consonas.

EII, EIIVS, PEIIVS olim scribi sueta curtauit aetas sequens vnico I contenta.

EISDEM, IISDEM, ISDEM. Cicero in Praefat. Orat. *In templis isdem probauit Ennius : at Eisdem erat verius : nec tamen Eisdem optimius : male sonabat Iisdem, Impetratum est a Consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret.* Terentianus de syllabis :

> —— *Et isdem breuibus aeque fungitur.*
>
> Ouidius : *Isdem sub dominis adspiciare domus.*

EITVR cum diphthongo veterum *Ei*. Terentianus :

> *Eitur in filnam necesse est E, & I conuertere.*

Principali namque verbo nascitur, quod est *Eo*. Terentiano accedit Cledonius in Arte plus vice simplici. Aletrij Tabula de marmore perantiqua :

PORTICVM. QVA. IN. ARCEM. EITVR

Consuetudine detracta vocalis prior, estque receptissimum *Itur*. Vide de Vltimantium Variantia in quarto casu pluratiuo : hic enim eadem ratio vim obtinet.

EIVLO lamentis non disconuenit. Euripides : Ε, ε, ε, ε. Ex quo *Elegia* nata. Eutyches *Heiulo* ab *Hei*, & Pontanus plus vice simplici. Vel etiam ab *Heu*, inquit Adamantius. Suo quisque indulget affectui.

ELEGANTER cum E receptius est. *Eliganter* per I Caper de verbis dubijs. Item in nouissima Nonij editione *Eligans*, *Eliganter* perpetuo tenore.

ELEGEA per E in Parentalibus Ausonianis. Nec iniuria Ει namque Graecorum tam I quam E Latinis vertitur :

> *Et paruos Elegea meos reminiscere cantus.*

Quo super Priscianus lib. 1. Frequentius tamen *Elegia* per I. Vide *Alexandrea.*

ELEPHAS, non *Elephans*, Caper de Verbis Dubijs. Per F *Elefantos* ostendunt Pandectae Florentinae. Scribitur & *Elephantus*. *Venales elephanti.*

ELEVIES (ab *Eleuit*) purgatio. Lucill. lib. 27. *Vt eleuiem facere per ventrem velis.* Ita apud Nonium. At ordo verborum exscriptoribus imposuit *Eleuit*, *eleuies*. Scribe *Eluuies*, vt Aen. 3. *Foedissima ventris Proluuies* —— vt Horatio *Diluuiem meditatur agris.*

ELEVTERIAE CLYTORIS absque H Romae in Quirinali. ἀρχαϊκῶς, pro *Eleutheriae*. Cui scriptioni repugnat Hellas vniuersa. Testor te Ζεῦ Ἐλευθέριε. Testor te Ἐλευθώ nota puerperis.

ELIAS,

ELIAS, non *Helias*. Suidas: Ἠλίας δασύνεται· Ἠλίας δὲ ψιλοῦται.

ELIGANTER. V. *Virgilius*.

ELISSA gemino sibilo nonnullis. Vulgo vnicum est in Velleio, Marone, Ouidio, Silio, caeteris. Etymologici M. textor: Διδὼ, ἡ ἱερασαμένη Ἀκερβίου ἱερέως φασὶ δὲ αὐτὴν Ἔλισσαρ, ἔτι Ἔλισσαν ὀνομαζομένην κληθῆναι ὕστερον τῇ τῶν Τυρίων φωνῇ: *Dido, Acerbae amore correpta heroina, quam Elissar, seu Elissam vocatam tradunt Tyriorum lingua*. V. *Antissa*, *Larissa*.

ELLVM *in veteri comoedia scriptum erat, non recte vos fecistis illum: est enim En illum*, inquit Mar. Victorinus.

ELPIS recte. Praue vetus Inscriptio CLAVDIA. HELPIS. Quod mendum opinor ex Graeca quapiam Inscriptione transscriptum Latio: ΚΛΑΥΔΙΑ ΗΕΛΠΙC *Elpis Samius natione* memoratur Plinio lib. 8. cap. 16.

ELOGIVM. Vide *Eulogium*.

ELVSA extremae Galliae vrbs non admodum Oceano abiuncta. Claudianus l. 1. in Rufinum:

Inuadit muros Elusae ——

Ita Ful. Vrsinus emendat in lib. 3. Caesaris, & Aldus Manutius. Caesar: *Tarbelli, Bigerriones, Preciani, Vocates, Tarusates, Elusates*. MSS. Claudianis est *Elisa*. Nec Plinio lib. 4. c. 19. Ammiano, Antonino in Itinerario sunt incogniti. Neque Scaligero in Ausonium scribenti displicet *Elysa*. Vetus prouinciarum nomenclator in recensendis Populoniae ciuitatib. *Elosates* scribit, & *Elusinam plebem* dixit Seuerus in Historia de Priscilliano haeretico. Scribitur quoq. *Eluso Elusonis* a Paulino. Est & in Palaestina Ἐλοῦσα Stephano cognita.

ELYSIVS I Latiari in tertia. Non probo per E *Elyseus*: etsi ita sit Codicib. Maronis Mediceo, Longobardico, alijsque.

EM, IM ab *Is* pro *Eum*; Festus vtrumque notat.

EMATHIA ab *Emathione* Iustini l. 7. a quo regio Macedoniae, Liuij l. 40. Gellij l. 13. c. 6. Plin. l. 4. c. 10. Eustath. in Dionysium. Homerus dicit in Catalogo Ἠμαθίην ἐρατεινήν. Metamorphos. lib. 4.

Vel nos Emathijs ad Paeonas vsque niuosos

Cedemus filiis ————

Vide l. 6. Epigr. Graecorum. *Aemathia* scribunt alij errate puerili.

EMATHIVS Solini Codd. proletarijs: non adulteratis *Emathus*. Eustathio Ἠμαθίων, Iustino *Emathion*.

EMEM pro *Eundem* veteres; Festus.

EMESA, EMISA, EMISSA. Claudius Spenceius l. 1. de Eucharistia: *Vtroque Damasceno anterior Eusebius Emisenus, an Emesenus*. Stephanus: Ἔμισσα ὡς Λάρισσα καὶ Ἐμισηνὸς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Λαρισσαῖος Διονύσιος ὁ ποιητὴς συνέστειλε τὸ Ι. φησὶ γὰρ, Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Ἐμισσῶν πόλιν —— Καὶ ἔοικε κλίνειν τὰ Ἐμισσᾶς· ὁ χρόνος δὲ θηλυκὸς· ἐντεῦθεν δὲ Ἔμισα εὑρηται, ἀφ' οὗ Ἐμισηνός. *Emisa*, vt *Larisa*, & *Emisaei* gentile, vt *Larissaei*. Dionysius poeta contraxit I. Ait enim: *Respicit ortus Vrbs Emisorum* —— Et videtur neutraliter inclinare *Emissa*, cum Vsus sit foeminei. Libris in quibusdam *Emesa* inuenitur, vnde *Emesenus*. Iulianus Μισοπώγων, Ἐμισηνοὶ Χριστὸν ἐπόθουν. *Emisseni Christum desiderabant*. Ex Stephano prope verbatim excerpsit Etymologici auctor. Simili varietate Eusebij Chronicorum Exemplaria quaedam *Edisseni*, quaedam *Edesseni*. Similiter *Edessa* Euseb. lib. 1. histor. Eccl. c. 14. Ptolemaei lib. 3. Αἴδεσσα *Edissa* est Antonini Itinerario. Vide Iustinum l. 7. Chrysostomi tom. 5. Ἔδεσσα, quo S. *Bernicem* ad Martyrium euolasse refert, sic & Suidas. Auienus, si modo emendate:

—— *Emesus fastigia longa renidet*.

V. *Larisa*, *Parnassus*.

EMINENS, EMANENS, Ἀπόκοπος, Ἀρχὸς, Vett. Glossae.

EMTVM, *Demtum, Comtum, Promtum, Interemtum, Emturio, Comtus, Ademtus, Comtus, Incomtus, Promtus, Impromtus, Promtuarium, Interemtus, Interemtor, Peremtum, Peremtus*, explosa litera P. Ratio peroptima. Nulla litera est in supino, quae in praesenti vel reapse non reperiatur, vel virtute contineatur: P in superioribus verbis praesentibus non exprimitur, nec alterius elementi complexu continetur: ergo. Terentius Scaurus: *Interdum & P litera superuacuo adijcitur, vt cum scribimus Sumptus, Demptus, Comptus: cum alioqui caeteris declinationibus verborum non adsit. Sumo enim, & Demo, & Emo detracta P, vt superuacua, scribuntur: quare participationibus adijciatur, ratio non est*. Addit *Raptum* P

scribo:

scribo: quia *Rumpo, rupi*. Marius Victorinus: *Nam Hyems, & Sumsit, & Insumsit, Demsit sine dubio per MS scribetis. Et quando in harum vocum mentionem incidimus, nec Consumptum, nec Emptum, nec Redemptum, nec Temptat, Attemptat, & similia illa per PT scribetis vitiose: sed, vt ego scripsi iuxta M, T ponetis, & lucrifacietis literam, quae detracta nihil de significatu vocis deminuit, & scribitur expeditius*. Veteribus adde nouicios scriptores Lambinum in Horatium, Carrionem in Val. Flacci lib. 3. Adstruit hoc ipsum pronunciatio, quae P literam despuit, vt enunciatu asperitatem inducentem. Adeo vt mirari subeat Priscianum, qui nonnullos addere P adserat supinis, ac praeteritis euphoniae causa. Qui Priscianus l. 9. & 10. cum superioribus verbis P interutum doceat, male profecto ijs iungit *Nuptum, Sculptum*: horum enim P aequiualenter in *Nubo*, reapse est in *Sculpo*, parque ratio cum *Ruptum*. At Val. Probi lib. de Notis nota haec: EMP. EMPTOR. Verum ita notat de exemplo Inscriptionum veterum, in quarum plerisque omnibus P inuenias. Quid accumulem? Gruterum vide, & scabritiem istam marmoribus impactam videbis. Granatae tamen refertur Inscriptio:

SVMTV. PVBLICO. POSVIT.

Item aliubi: AB EMTORE. EIVS.

P insiticium Mureto nihilominus placet, & Anton. August. Dialogo X Antiq. Eadem labes peruasit in haec: *Temptamentum, Hiemps, Dampno, Sollempnis*. Quibus consignatis reperio literatissimum Ciofanum a nobis esse in lib. 13. Metam. vbi pro altera cum P scriptione producit Inscriptionem in aede Concordiae prope Capitolium, ea parte, qua forum Boarium, & Romanum spectatur.

SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS
INCENDIO. CONSVMTVM. RESTITVIT

In *Contum* peculiaris est ratio. Origo namq. Κομῶ nusquam toto suo in regnu P sibi sociat. Neque *Damno*, & *Temno*: quae a Graecis quoque tracta sunt. Eum namque *Damnare* dicor, qui mihi δάμναται: & eum *Contemnere*, quem velut reiculum a me separo, seu Τέμνω.

ENDOIACTIO ESTO vetuste in XII. pro *Iniectio*.

EMISSARIVM prima per E apud Vitruuium lib. 8. c. 7. *Castello coniunctam ad recipiendam aquam triplex emissarium*. Ita Sipontinus, & Baldus. Sueton. in Claudio c. 20. *Emissarium Fucini lacus*. Cicero lib. 16. epist. ad Tironem. Philander, & Barbarus per I *Immissarium* vulgatos Vitruuij Codices secuti; minus recte.

ENDOITIVM pro *Initium* veteres scripsisse scimus e Festo.

ENECO. Olim *Enico*, vt *Seco, Sico*, vnde *Sica*.

ENETI lib. 3. Curtij editionis a Modio non rectum censeo scribente Homero in Catalogo Ἐνετοί: quae adspiratio in digammum transijt, scriptumque est *Veneti*. Tamen *multitudinem Henetum* legas in Liui propylaeo. Strabonis l. 5. Ἐνετοί. Qui plura volet, legat vberrimum Eustathium in illud ex Catalogo:

—— Πυλαιμενίος λάσιον κῆρ Ἐξ Ἐνετῶν ——
Pylaemenis hirtum cor ex Henetis.

ENIPEVS Thessaliae fluuius absque spiritu, Herodotus l. 7. horum Thessaliae fluuiorum meminit, Ἀπιδανοῦ, καὶ Ὀνοχώνου, καὶ Ἐνιπέος. Plin. l. 4. c. 8. *Flumina Thessaliae Apidanus, Phoenix, Enipeus, Onochonus*.

Lucan. l. 6. —— *Gurgite rapto Apidanos numquamque celer, nisi mistus, Enipeus.*

Val. Flaccus. —— *Apidani vires vbi sentit Enipeus.*

Apollodorus lib. 1. videtur de Enipeo Thessaliae fari: Ἤρατο ἴσχε Ἐνιπέως τοῦ ποταμοῦ. Thucydides in 4. Ἐπὶ τῷ Ἐνιπεῖ ποταμῷ. Thessaliae videlicet. Georg. 4.

Et caput, vnde altus primum se erumpit Enipeus.

Vbi Codices aliquot Pierius testatur habere cum Ph *Enipheus*. Hanc scriptionem Lucano attribuit Turneb. Aduers. l. 3. c. 2. moremque Latinis celebratum affirmat, vt plerumque P Graeco adspirationem adiungant. Propertius meus olim Basileae excusus sic habet:

Non sic Aemonio Salmonida mistus Enipheo.

Et, quod maxime turbat, Strabo lib. 8. *Enipeo* posito apud Salmonam in Pisatide cum P, subiungit: Τὸν δὲ ἐν Θετταλίᾳ Ἐνισέα γράφουσιν, ὃς ἀπὸ τῆς Ὄθρυος ῥέων δέχεται τὸν Ἀπιδανὸν κατενεχθέντα ἐκ Φαρσάλου. *Qui in Thessalia est, Eniseum scribunt, qui ab Othry fluens Apidanum ex Pharsalo lapsum excipit*. Sic per S Aldi Codex Casaubono lectus. Eustathius eadem Straboni ponit. In omnibus Ouidij Libris eum Φ scriptum scribit Ciofanus in Metam. Itemque in septem Vaticanis Maronis, in Propertio, Lucano, Claudiano. Vibij Sequestri nota est: *Enipheus ex monte Othry Thessaliae*: vt sit Ἐνιφεύς, Ἐνιπεύς, vt, Τρόφαιον, Τρόπαιον *Enipheus, Enipeus*, vt *Trophaeum, Tropaeum*.

ENNA,

ENNA, non *Henna.* Absque Flatu Silius l. 14. *Enna Deum lucis* —— Claudianus. Cicero Verrina 5. & sexta saepissime. Strabo lib. 6. Οἱ περὶ Ἔυνουν τὴν Ἔνναν κατέσχον. *Ennus occupaverat Ennam.* Diodorus Siculus similiter. Sic omnes Graeci, Latini, Poetae, Historici. Vanum obstrepit And. Brabantus futili de causa, quod Plin. l. 3. *Ennenses* numeret inter populos ab adspiratione H incipientes. At hoc fortuitum: non enim Plinius ex ordinata elementorum serie sua composuit. Pariter fortuitum in Silio *Ennaeae orae, Isthmus, Ephyraei alumni, Arethusa, Aetna.* Omnia hic leuantur: ergo *Enna.* Argumentum cassa nuce non licendum.

ENTELECHIA, *quasi quaedam continuata motio, & perennis,* vt explicatur I. Tusculanarũ, ac inibi per T ἐντελεχία, quia correpsit in Libros Latinorũ auctorum, dispiciendum nobis super eius scriptione, quando sapientes de ea, quid sit, quaerunt. In Tertulliano lib. de Anima per T Pamelio edente. Item lib. 1. de Anima apud Aristotelem, apud quem & Ciceronem sic scribendum pronunciat Hermolaus in lib. 5. Plinij. Corinthus Grammaticus auctor est Atticos Ἐνδελέχειαν ἀντὶ τῆς ἐνδελεχείας consuesse scribere. Apud Lucianum in iudicio Vocalium D suo se regno pulsum dequeritur a T hac in voce: Ἀφείλετό μου τὴν Ἐνδελέχειαν, Ἐντελέχειαν ἀξιοῦν λέγεσθαι παρὰ πάντας τοὺς νόμους. *Priuauit me Endelechia, Entelechiam dicendum par esse ratus aduersantibus legibus cunctis.* Plutarchus περὶ ἀγωγῆς ex Cherilo:

Κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ.

Aquae gutta cauat lapidem lapsu continuato.

Aream Aristoteles dixerit animam ἐντελέχειαν, sic Plut. explicat l. 4. de placitis Philos. c. 2. Τὴν δ' ἐντελέχειαν ἀκουστέον ἀντὶ τῆς ἐνεργείας. *Sic sane curiose Entelechiam pro efficientia capere oportet.* Pariter Hesychius: ἐντελέχεια, ἐνέργεια. Scaliger Exercit. 307. commatio 12. Cum igitur formam dixeris, intelliges immaterialitatem, simplicitatem, potestatem, perfectionem, informationem. Hoc est enim ἐν, quod innuit maximus Poëtarum —— *Totosque infusa per artus.* Hoc est τέλος: quia est vltima forma sub coelestibus & princeps inferiorum, finis, ac perfectio. Hoc est ἔχειν, *Posse.* Vt ipsa sit auctor omnium functionum, omnium motuum, etiam contrariorum in eodem corpore, cuius est potens. Eadem Exercit. commatio 39. ridet scribentes Ἐνδελέχεια: Nam si anima est *entelechia*, inquit, quae ab istis fit *Endelechia*, vt sit agitatio, substantia erit accidens. Verum *Endelechia*, non est agitatio, sed continuata motio παρὰ τὸ ἐν, καὶ δεῖν, καὶ ἐλᾶν τὸ ἐχόμενον. Non negat *Endelechiam* esse agitationem, sed cum anima aut forma dicitur *Endelechia*, tum recte interpretari per *Agitationem* negat, adiutus prodicta ratione. Politianus lib. 1. Miscellaneorum rem in medium relinquit. Hesychius: Διαπεριτρίβαι. ἐνδελεχισμοί. ἐνδελεχεῖσθαι. Idem: Ἐνδελεχισμός, ἐπιμονή· Ἐνδελεχῶς, ἀδιαλείπτως. Idem Ἐντελέχεια ἐνέργεια Viuelis. Ex his igitur diuertere voces vides significatu: etsi Lucianus aliter innuet; seu in tam abditos sophiae recessus non se ille penetrauerat. Vnde Ecclesiastici c. 30. ἐνδελέχιζε μάστιγας. *Assiduat flagella.* Quam vocem habes apud Sophronium, vbi de Ignatio Martyre. Ἐνδελεχής quoque, ἐνδελέχεια cum Δ locis multis. Suidas cum T saepius, nec aliter in Aldina editione. Apud Macarium Alex. saepiuscule cum Δ, edente Guil. Morellio. V. Comment. in lib. 22. D. Aug. de Ciuit. c. 11. & Nemesium Commentario de natura hominis c. 2. p. 40. & Budaeum lib. 1. de Asse contra Tullium, & Politianum decertantem. Etymologus: Ἐντελέχεια σημαίνει τὸ ἀεὶ ὄν. παρὰ τὸ ἐντελῶς ἔχειν. *Entelechia, quod semper est, significat a summa perfectione.* Idem Ἐνδελεχίζεται, καὶ Ἐνδελεχῶς ab Ἐνδιχεμαι. Philoponus ἀπὸ τοῦ ἐντελές τι ἔχειν.

ENTELLA Siciliae vrbs construitur vdis binis. Silius lib. 14.

Entella Hectoreo dilectum nomen Acestae.

Cicero Verrina 3. Plin. l. 3. c. 8. Haut placet Passeratius vnica contentus.

EORVNDEM, EARVNDEM per N in medio, non per M, Beda in Orthographia. Vide *Eandem, Quanquam, Vmquam.*

EOVS, quod fiat ab Ἠώς. *Dies, Aurora,* adspirari placet Iouiano Pontano. Iniquissimo iudicio! Sexcentis locis Homero Ῥοδοδάκτυλος Ἠὼς leniter. Eidem Ἀμφ' ἠοῖ similiter. Ouid. Fastor. 4.

Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos.

Poëtis Latinis omnibus *Eous* leniter. Andr. Schottus retur apud Latinos primam breuem in *Eous.* Audiat Georg. 2

Eoasque domos Arabum —— Aeneid. 1. *Eoasque acies.* ——

Recte autem *Diem* interpretatur Pontanus. Affirmo ex Hesychio: Ἐς ἀῶ, ἐς μίαν ἡμέραν, *Vsque ad Ao,* hoc est. *In vnam vsque diem.* Neque Ἠὼς apud Calabrum est *Vesper*, quod affirmat Lacerda, sed *Dies* συνεκδοχῇ.

EPHEBEVM *in medio*, Vitruuius lib. 5. c. 11. Baldus: Vocabulum hoc a plerisque video male scribi: *Ephoebeum* Philandro, *Ephaebeum* Hermolao, *Ephebaeum* Mercuriali, cum tamen germana scriptio, si a Graecis petatur, sit Ἐφήβιον, siue Ἐφηβεῖον, *Ephebium,*

biam, seu *Ephebeum*, vt videre est apud veterem Aristophanis interpretem in Auibus. Ἐφήβαιον vero, id est, *Ephaebeum*, ipsa pubes. Haec nos pro Grammaticis. Caeterum *Ephebeum* istud Vitruuianum, locus erat in pulaestra, in quo puberes exercebantur, & sic omnium rectissime scribitur. *Ephebaeum* longe, aliud. V. Etymol. in Κυρτηνεφίλη.

EPHEBVS media sillaba diphthongum indignante Superuacaneum monitu, ni Isidorus *Ephoebum* a *Phoebo* scripsisset dici: si modo non scripsit ἀφ' ἥβης: quo scripto labem dederit exscriptoris ignorantia. Vox est e Graeciae meditullio, Ἔφηβος, *Ephebus*. Tullius Statium laudat 1. Tuscul. in *Synephebis*, vti Victorius edidit. Edunt hodie in Prudentio:

—— *Coelicolam descendere Ephaebum*

cum principe biuocali, non probante Phoebo. Ἔφηβος, ὁ ἡβῶν, Hesychius.

EPHIALTES, EPIALTES, EPIALES, EPIOLES, EPIALVS. EPHIALTES scribitur Aeginetae l. 3. c. 15. quod etsi oriatur ab ἐφάλλεσθαι, vti traditum huic medico: tamen quia fit a παρακειμένῳ syncopen passo, videtur scribendum fuisse Ἐπιάλτης, vt Homero ἐπάλμενος, rectiusque exarari absque Spiritu. In Rhetorico Lexico, & Apollonio Ἐπιάλτην legas. Eustath. in Iliad. l. 5. anceps est: adspirationem tamen dicit vsitatiorem. Multa sane ab Origine tenuata asperantur, μοιχός ab *Oeco*, seu *Domo*; Αὐθέντης ex αὐτοέντης; a πένθη φίλος quorundam opinamento. Apud Etymologum Ἠπίαλος, καὶ Ἠπιάλης, καὶ Ἠπιόλης: apud Alcaeum Ἐπίαλος scribitur. Neque Hesychius hoc equidem loco praetermittendus: Ἐπιάλης, ὁ Ἐφιάλτης, ὃν Αἰολεῖς Ἐφίλην, ἄλλοι, Ἐπιάλλην, καὶ Ἐπωφίλην καλοῦσιν: *Epiales, qui Ephialtes, quem Aeoles Ephelen alij Epialen, & Epophelen vocitant*. De *Ephialte* nomine proprio Etymologus παρὰ τὸ ἰάλλω τὸ ἐκτείνω γίγονεν Ἄλτης, καὶ Ἐπιάλτης. In Culice: *Moestum procul adspiciens Ephialten*.

EPHRON rectius scribit Barclaius, quam *Hephron* Boucherius.

EPIRRHEDIVM acceptius cum duobus RR. Quianam caeterorum non sequatur Analogiam Ἐπίρροος, ἐπιρραίνω, ἐπιρράπτω? Fabius quidem l. 1. c. 5. adserit voces esse peregrinas, & Consentius in Arte ex Graeco, & Latino corrumpi, quod non incommodat repetitioni R, Fortasse tamen seu *Rheda* Latina vox est, seu peregrina, recte demetur adspiratio: solet enim ea R Graecorum afficere: labi, etiam cum voces in Latium transscribuntur, vt *Roma*, *Romulus*. Iuuenalis: —— *Tritoque trahunt epirhedia collo*.

Ac penitius rimanti, vix tibi apud Graecos occurret. Quare Iuuenalis sequndus vnico R exarāti.

EPISTILIVM. Romae prope Capitolium:

COLVMNAS. CVM. EPISTILIO

Alij Origini inhaerentes cum Y. Rectius meo iudicio, Strabonis l. 17. Πολύστυλος οἶκος.

EPISTOLA per O, non *Epistula*. Hoc volunt Graeciae voces Latio quoque bene cognitae *Diastole*, *Apostolus*, *Stola*, ab eadem Origine omnes, tertiaque pictas vocali. Hoc *Epistolium* apud Catullum, inque Tiburtino Saxo apud Octauium Pantagathum:

MANNEIA. D. L
EPISTOLIVM

Hoc Anctorum pene omnium Libri omnes. *Epistula* portatur in tergo Lapidum aliquot. Vide apud Gruterum. Sedet id Politiano ex Pandectis Florentinis, ac Gifanio, quos contra stant aequis frontibus duoviri termaximi literatorum lumina Iul. Scaliger, & Lipsius. Vmbrorum fuit V pinguiore aures oblimare: at Romanorum O rotundiore mulcere. Politianus igitur Vmbrum se, non Romanum hac scriptione agnoscat. Vide Brissonium ΠΑΡΕΡΓΩΝ libro singulari paginis 388. 389.

EPVLONOS pro *Epulones* scripsit Antiquitas, Festus. Eadem *Epula*: post *Epulae*.

EQVS in vetustis aliquot Maronis Libris vnico V temere. Ortus ab ijs error, qui verebantur, ne V prius aut consonans esset, aut vocalis: si consonans, videbant primam tendi sillabam: si vocalis, diphthongi terrebantur vmbra. Itaque ambiguam mentem suam elusere altero V repudiato. Ab iisdem *Sequtus*, *Loqutus* V persolo. Rectius, quod vsitatius *Equus*.

EQVVLEVS cum Q ab *Equo*: *Eculeus* cum C sibi vindicauit Antiquitas. Tullius in Hortensio: *Domitores equorum non verbera solum*, &c. *vt saepe debilitetur eculearum nimis effracuata vis*.

ERAPHIOTES Bacchi agnonem ab euentu fabuloso. At Poëtae Graeci per Ει. Nonnus Bassaricis: Καὶ θεὸν ἀρτιλόχευτον ἐφήμισαν εἰραφιώτην. Orpheus, Ὃς Βάκχον Διόνυσον ἐρίβρομον Εἰραφιώτην. Ergo παρὰ τὸ ἐρράφθαι, ab eo, quod est *Insutum fuisse*. ea Ouid. lib. 3. Meram.

Insuitur femori, maternaque tempora complet.

Delirant admodum, qui ἀπὸ τῆς ἔριδος, a litibus ferendis agnomen hoc ducunt. Literae I tamen accessio est a Poësi, vt in Εἰρατῶ. Rectius igitur per E scribas.

ERCISCOR est ἐρκίζω citra dubitationem. Nec ideo afflatur, Idque priscae Italiae, seu Graeciae maioris more, cui flatus odiosior. Festus: *Erctum a Coërcendo dictum, vnde & Ercifcundae, & Ercisci.* Nec adspirat Pontanus lib. de Adspiratione. At Iurisconsultorum Libri ab ea se vindicarunt Antiquitate. Est etiam veterib. Glossis & cum H, & cum I prima coepta sillaba: *Hirciscundae familiae.* Cuiacius passim scribit difflato Spiritu.

EREBVS. V. *Herebus.*

ERECHTHEVS probissime ex Catalogo: Δῆμον Ἐρεχθῆος Tull. l. 3. de Natura deorum: *Erechtheus, cuius Athenis & delubrum vidimus, & sacerdotem.* Idem pro Sestio. Sic Pausanias, Iustinus. Sic *Erechthidae* in Eusebij Chronicis. Demta alterutra, vel vtraq. adspiratione peccatur. Neq. scribi I in media potest: etsi correctissimae Metamorphosi Ouidij ita sit lib. 6.

EREGIONE contextim, quam dissolute malim. Cicero Acad. l. 4. *Dicitis esse eregione nobis in contraria parte terrae, qui aduersis vestigijs stent ad nostra vestigia.* Sic Lucretius. Sic *Derepente, Deimproviso.*

EREMBI. Etymologo etiam Ἐρεμβαῖοι, Crateti Ἐρεμνοί. Singula iuuantur Etymologia. Strabo l. 1. Ἀπὸ γὰρ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν τοὺς Ἐρεμβοὺς ἐτυμολογοῦσιν οὕτως οἱ πολλοί. *Erembos, Erembaeos a subeunda Era, seu terra veriloquium multi adsignant.*

ERICHTHONIVS recte cum duplici spiritu apud Pausaniam lib. 1. Apollodorum in Biblioth. Virgil. Antigonum, Ouid. Isidorum, Augustin. lib. 18. de Ciuit. cap. 13. Notata sunt viro doctissimo *Irichthonius*, *Merichthonius*, *Erithonius*, *Erictonius.* Mostella κακογράφων.

ERINNA I Latiari, duplicato N rectissime. Stephanus: Ἤριννα ποιήτρια. Plin. l. 34. c. 8. Suidas. Inepte *Herina*, *Berinna*, aut *Hetrinna.* *Herina* tamen admisso, secundum nequitur respui, vt *Helena*, *Belena.*

ERODIVS, HERODIVS, RODIVS: Operae sacrorum voluminum seguius elaborantes male asperant vocalem principem, *Herodius.*

Iliad. K. Τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο.
Quib. dexterum misit erodium propter viam.

Vbi Eustathium consule. Spiritum iugulat felicior Etymologia: Ἀπὸ τοῦ Ἔρωτος, καὶ τοῦ Ἴδιον γίνεται Ἐρωτίδιος, καὶ ἀφαιρέσει τοῦ τ, καὶ συναιρέσει Ἐρωδιός: *Ab Erote, & Idio fit Erotidios, tum excutione T, & synaeresi Erodius* Scripsere veteres Graeci vna sillaba minus, Ῥωδιός. Hipponax:

Κνεφαῖος ἐλθὼν ῥωδιῷ κατηυλίσθην:
Cum per tenebras venissem cum rodio sum deuersatus,

seu, Ad tesqua iacui, Obdormiui. Neque *Ardea* asperatur, quod genere mutato secundum Caninium detrimento nominis Graeci venit in Latium.

ERYNNIS duplicato N, & Y. Aeneid. 2.

Quo tristis Erinnys, Quo fremitus vocat ——

Hesiodus: Γείνατ' Ἐριννῦς τε κρατερὰς, μεγάλους τε γίγαντας:
Genuit Erinnyas fortes, ac gigantes magnos.

Aristophanes in Lysistrata: Ἐριννύων ἀπόρρωξ. Iliados T. ἠεροφοῖτις Ἐριννύς: *Aërinaga Erinnys.* Vnus Etymologus scriptionem incertat demta liquida altera: Ἐρινύες, θεαὶ τιμωροί: *Erinyes, deae vltrices.* Etymologiae quatuor, quas ille congerit, sic efflagitant.

ERVITVRVS sillabis quinque: licet *Eruturus* tribus, Priscianus in 6. Aeneidem.

ERVS, non *Herus.* Eutychetis praeceptio est. Sic Inscriptiones. Turpilius in *Eterea* demit Spiritum, quemadmodum & in ipso comoediae nomine. *Erus stupidus adstat.* Priscorum Orthographia fuit *Erus*, ex quo *Eritudo*, seruitus Festo. Turpilius: *Erum, si forte quas galiolas vini tango.* Item: *Vbi legis Aquiliae actio ero competit.* Pontanus adspirat more noui Latij. Rectius, magisq. ex Vsu. Versa igitur quantitate *Herus* ab Ἥρως scribendum. V. *Herus.*

ERYCINO VERTICE recte per Y editur in Prudentio nouissimo lib. 1. contra Symmachum. At cur non mutauere? Cur pauculis ante versibus *Libica ex arce* per I Latiare? Cur post paulo: *Frigia ab Ida?* O Phrygiae! Recta est ἀντιστοιχείωσις in his *Erycina, Erucina, Ericina.*

ERYTHIA cum Y Graecorum scribi praecipit Hermolaus Barbarus ex Strabone, Callimacho, Mela, Dionysio. Addo ex Apollodoro lib. 2. Ἐρύθεια δὲ ἦν Ὠκεανοῦ πλησίον κειμένη νῆσος, ἣ νῦν Γάδειρα καλεῖται: *Erythia ad Oceanum insula: nunc Gadira dicitur.*

ERYTHROTAONES, non per I Latiare. Nec verbis opus.

ESCENDERE pro *Ascendere*, Lipsius in Tacitum, Muretus Varijs, Turnebus Aduersarijs.

ESDRAS per S, & D insertim. Sic Ioseph. Hieron. August. Suidas, Chrysost. hom. 7. in eam, quae est ad Hebraeos vulgata Biblia. Septuaginta interpretes cum Z *Ezdras.* Pontacus

Ezras

Ezras D facto eximio subnixus consensu septemdecim MSS. Eusebij, & fauente Hebraica, seu Chaldaica litera עזרא. At non tam uidendum quid in originali verbo sit, quam quid in Usu Latine, aut Graece vertentium. Nam Graecis ἄνιρος, ἄιρὸς visum est insulsum. Itaque D immisere. Sic ex eodem Ἀνδρέας, *Andreas*. Athenaeo Κορίαννον: Plinio *Coriandrum*. Similiter Latini *Tuitu*, *Tendo*, *Eo*, *Redeo*, *Prodest*, *Redintegro*. Galli *Iungo*, *Ioindre*, *Tenere Tendre*, *Cineres Cendre* *Minor Moindre*. Sic in *Esdras*: etsi D non sit ab Origine. Sic *Cosdroës* tam frequens occurrit, quam *Cosroes*, nec recte minus. Scribenti nihilominus per Z, D paene superfluens est. Ut enim in Ὄζω τῷ Ὀδώδα, & ex Μάζα μάζδα, non Μάζδα: sic *Ezras*, & *Esdras*. V. Guichardum in Harmonia Etymologica, qui etiam D in originali contineri vult, uti in Graecis, quibus scribitur Ἀνήρ, ἀνδρός. Homero quoque ἐπόδρα ἰδών, pro ὑπόρα.

ESCENDO Cornutus scribit teste Cassiodoro. Haut mirum, si tam cum E, quam cum *Ex* coire potest *Scando*. Quo more, *E scriptum* veteres quoque scripsere. At idem esse cum *Adscendo* apparet ex subiectis. Liuius: *Licinio Consuli ad quadrigas mittendas escendenti*. Varro: *E vinea in arbores escendit vitis*. Iterum: *In carnarium escendit*.

ESCULUS, ESCULETUM apud D. August. l. de Grammatica vocali deserta. Cogimur Origine, ab *Esca*. Eandem sequitur Etymologiam Isidor. l. 17. Orig. c. 7. qui cum Seruio conuenit: nisi quod Seruius eodem ortu deduci, & diphthongo scribi vult.

Georgicon 2. *Aesculus in primis* ——

Horat. Carminum l. 3. Oda 10. —— *Nec rigida mollior aesculo*.

Exemplaria varia sunt. Glossae: *Aesculus*, ἰξὸς δένδρυ.

ESSEDONES vulgi recta Consuetudine. Stephanus etiam *Assedonas* agnoscit: Ἰσσηδόνες ἔθνος Σκυθικόν, Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἀλκμὰν δὲ μόνος αὐτοὺς Ἀσσεδόνας φησί. *Issedones Scythica gens*, *Hecataeus Asia. Alcmam vero unus eos Assedonas dicit* per A.

ETIAMNUNC complexe l. 5. de Asino A. in editione Vulcanij Apuleius.

ETOLLO, ἐξεπαίρω in Lexico Cyrillum inscripto. Cur minus quam *Eloquor*, *Eradico*, quae sic geminant: *Exloquor*, *Exradico*? Neque ita scribens respuit *Extollo*.

ET QUIS discretim, pro *Quis*, ut τὸ *Et*, sit parelcon mille locis. Virgil. Ecloga 10.

Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat.

Ita vetus Liber. Rursus Aen. 3.

Et quae iam puero est amissae cura parentis?

Phormione: *Et quid spei sit relliquum*. Prudent. Apotheosi:

—— *Et quis alumnus Chrismatis inscripto signaret tempora signo.*

Horat. lib. 2. Sat. 7. —— *Et quis*

Audit cum magno blateras clamore, furisque?

Ita veteres Codices. Nec tollimus *Ecquis*: valet enim *Numquis*. Sic *Et cur* ex Masurio apud Gellium l. 4. cap. ultimo: *Et cur ita est, ut tu sis, quam eques curatior?*

EUANDRUS. Vide Nicandrus.

EUELATUM cōcise scripsit Antiquitas, pro *Euentilatum*, Festus. Item *Velabra* pro *Ventilabris*.

EUESTIGIO Q. *Epidauri Romanorum legatos in templum Aesculapij perductos*, Val. Maximus scripsit vnirer. Apte.

EUGANEI, an *Euganei* scribendi, V. Vol. 1. Tract. 1. c. 10. de Consuetudine scribendi.

EUHOE, εὐοῖ, recepta apud Latinos in medium adspiratione, ut in *Ahenum*, *Vehemens*, *Prehendo*: ut Graecis Ταὼς: ut notantur ab Etymologo Argiui, Lacones, Pamphylij, Eretrienses, & Oropij, quod pro more habeant eiecto sigmate Spiritum asperum subscribere, ut: Ποιῆζαι, ποίησας, Βῶσα. Βῶα, Μῶσικά, Μωϊκά, Εὐδοῖ, Εὐοῖ, ex quo *Euhoe*. Uberiora habes Volum. 1. Tractatu de Spiritu, inque nostris Silianis. Pontanus l. 2. de Adspiratione: *Euoe, quae vox Graeca, & bacchantium, caret adspiratione*, inquit. Sic & scribit I. Scaliger. lib. 2. de Causis LL. c. 49. Lexicon Cyrilli: Ἐπίφθεγμα ἐπὶ Διόνυσον, *Euoe*. Mutuatus est ex Demosthene contra Ctesiphontem: Βακχικόν τι ἐπίφθεγμα ἐστὶ τὸ εὐοῖ: *Bacchica quaedam ista est exclamatio, Euoe*. Dionysius περιηγητὴς: Εὐοῖ Βάκχε λέγοντες —— *Euoe Bacche, dicentes*. Horatij Codices, quotquot videre contigit:

—— *Satur est, cum dicit Horatius, Ohe.*

Incorrecti. Quanto melius Sidonius lib. 8. Epist. 9. scripsit: *Horatius Euhoe* disyllabo? Literatius. *Euoe*. Ouid. 1. de Arte: *Pars Hymenaea canunt, pars Euoe, Euoe clamant.*

Quod ad ultimantem syllabam attinet, paria sunt *Demoe*, οἱ δῆμοι Festo: *Cleruменoe* Plauto, οἱ κληρούμενοι: *Canephoroe* Turpilio, & Verrina 6. *Golgoe*, *Hippoe* Plinio. Hinc

EUAN, EUIUS, quasi *Euhoius*, seu *Euoius*. Quare *Euius*, aut *Euhyius*, qui scribunt,

ac si in Gigantomachia dixisset Baccho diuum Pater: *Euhye*, mihi non probantur, quod in Libris proletarijs inuenias. Plautus Menaechmis:

Euoe, atque Euie, Bromie, quo me in siluam venatum vocas?

Sic apud Horatium *Euias*, non *Euhyas*. Nonnus Bassariceon lib. Θ.

Ε'υιὸ ἀβλιτίλεσον ἔχων παιδήϊον ἥβην.

EVLOGIVM scribitur Manutio, qui Libris veteribus, & Consuetudine sese tuetur. Ortum si exquiris, dictu nihil facilius, Ε'υλογεῖον. At si obijcis multae, poenae, mortis causam ea voce contineri quandoque, respondent ex ancipitium verborum esse classe. At Turnebo iudice temere faciat, qui tantum iuris sibi sumat, vt e tam multis libris vocem tamdiu receptam, velut quodam praetoris edicto eijciat; nisi meliorem reponat. Intelligit *Elogium* quocunque significato, de quo Valla. l. 4. c. 66. Vtrunique est in Petri Danielis Onomastico: *Elogia*, & *Eulogia*. Casaubonus in Suetonium *Elogium* plane nihil esse aliud: quam Ε'κλόγιον, id est titulum, causae breuem explicationem, praefationem. Hermolaus Barbarus constanti tenore *Ellogium* duabus liquidis. Quintilianus in Coeco: *Non est Iudices, quod putetis ideo nullum adiectum ad exhaeredationem iuuenis elogium, quia de scelere constaret.* Idem l, 7. c. 5. *Si exhaeredatum a se filium pater testatus fuerit elogio: propterea quod is meretricem amauerit.* Scaliger a praepositione Latina, *Elogium*, vt *Antelogium*. Marius Victorinus adiuuat prolata eorum sententia, qui Ε'λεγεῖαν παρὰ τὸ ἐυλέγειν dictam putant. Cur non adaeque Y caducum sit in *Elogium?* Ε'κλογεῖον, quod e Suida promunt, admitto, & Latio vocem inuisam opinor: Muretus licet cum risu admittat l. 11. Variar. cap. 13. Turneb. vide lib. 18. c. 5. Aduers. Itaque omnium optima est vulgaria scriptio *Elogium*. Becmanum vidisse iuuerit: mihi non displicuit.

EVPHRATES literis Ph conformius Origini Iudaicae: *Eufrates* tamen alibi legit Vinetus per F.

EVRAE, AVRAE. Hesychius: Ε'ὖραι, αὖραι Cur minus, quam Ε'ώς, Ἠ'ώς Α'ώς, Α'ὖως; Ipsius etiam Ouid. Metam. 1. *Eurus ad auroram, Nabathaeaque regna* ponitur, & ab *Eos* nomen sortitur.

EVRYPIDES nullo Y Graeco, Libri Polybij, Cicero. Plin. Val. Max. Aelianus, Pausan. Athen. Strab. Plut. ipsa Euripidis opera. Εὐρυπίδης nihilominus reperias in iambicis Nazianzeno adscriptis, & Sidonio: *Orchestram quatit alter Eurypidis* cum Y in secunda.

EVTALIVM, *Eupolim, & alia huiusmodi quidam per Y literam putauerunt, eo quod Graeca esse dicerent: sed apud nos Y litera nunquam vocali coniungitur.* Post pauca excipit, mentemque explicat Curtius Valerianus in Orthographia: *Nunquam vocali praeiectae coniungitur: subiectae namque coniungitur. Harpyia.*

EVXINVS, AXENVS. Plin. l. 6. c. 1. *Pontus Euxinus antea ab inhospitali feritate Axenos,*

Ouid. *Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*

EX eum vocib. coeptis ab S qui componas? qui scribas? Tollas sibilum? non enim necessarium est: namque in X sillaba potest terminari. Sed soni suauitatem sequendam censeo. Itaque commodius dicemus *Exequor*, Graecorum exemplo, qui certis locis Ε'κ, alijs ἐξ dicunt. Sed recentiores, vt sapere videantur, omnia obturbant: at nos veterum sequmur simplicitatem, qui *Exul* scripsere, quanquam ab *Ex*, & *Solo* duceretur. Haec I. Scaliger de Causis Linguae Latinae c. 34. hausta ex Prisciano lib, 1. qui lib. 2. pag. 571. seipso consideratior praepositionem *Ex* integram manere posse fatetur *sequente C, P, Q. S, T. Excurro, Expello, Exquiro, Exsicco, Exsequor, Extendo.* Tamen nequid dissimulem lib. 15. *Exequor*, & *Expiro* absque S scribi vult. Hisce satis liquet Priscianum, hac de re quid scriberet, non habuisse satis exploratum. Isidorus l. 1. Orig. c. 26. *Exultat melius sine S litera, scribitur X. Nam cum ipsa X ex C, & S constat, quomodo cum in ea sit S, additur altera?* Verum bona horum pace, Latinis magnopere dissident *Exspecto. Expecto*: vnde manant *Exspectare, Expectere, Exputare* a *Puto* (vnde *Inexputabilis numerus* Columellae l 9. c. 4. de RR) & *Exsputare* a *Spuo*, Caesellio apud Cassiodorum. Terentius: quod animaduersum est Fabio lib. 1. Instit. c. 7. Alioqui *Expolio* a *Poliendo*, & *Expolio* a *Spoliando* coincidant. Quare scribatur alterum cum S *Exspolio*, vt *Despolio*. Etiam Scaurus Orthographiae pag. 2258. ita praecipit: *Scribendi ratio corrupta est, cum Expectatus, Exulet sine S litera scribitur: cum alioqui adiecta ea debeat scribi: quoniam similiter Solum, Spectatusque dicatur: & adiecta praepositione saluum esse illis initium debeat.* Papirianus: *Quaecunque verba primo loco ab S litera incipiunt, si composita sunt, Ex praepositionem accipiant, seruata S litera scribantur.* Caesellius idem verbis parum mutantibus, ac Velius Longus. Idem docet Manutius in *Exspecto* aduocata Virgilij Carpensis auctoritate. in 1. Georg. *Exspectata seges vanis elusit aristis*, cum XS. Est autem litera S pernecessaria ad

vocis

vocis integritatem constituendam, sicut in *Emunxsti* in Mostellaria Plauti, S non tollitur societate X. Nam esto, X aequiparetur CS, vel GS: non idcirco *Spesto, Spatio*, & id genus capite multanda sunt: siquidem in mille alijs SS geminat. Neque Graecorum exemplo diuertimur a proposito, cum a Graeciae Consuetudine sese saepissime Latium vindicet. Duriusculam huiusce scriptionis pronunciationem clamitant. Euphonia quandoque muro abeneo impingitur. Scriptum igitur in Pandectis Florentinis est: *Exstat, Exspectat, Exsoluo, Exsequor, Exstruo, Exspirat*. Apud Bedam in Orthographia: *Exstirpo, Exscindo, Exsculpo, Exstruo, Exsisto* per XS. Caesellius: *Exserco, Exsculpo, Exsisto*. Caere:

A. SOLO. EXSTRVI. AIRE. CONLATO

Tabula item marmorea in aede D. Catherinae de Tolentino: SCHOLA. EXSTRVCTA. In aedibus autem Coritianis in foro Traiani altera Tabula absque S: EXTRVCTO. TRIBVNALI. In S. Maria in Aquino similiter absque S:

HIC. IACET. ELPIDIVS. FATIS. EXTINCTVS. INIQVIS.

Rursus cum S. in hortis M. Velseri Augustae EXSIGNIFERO. *Exsoluo* Tullij veteres Libri Victorio lecti. Plautus in Pseudolo *Exstillo*: Lucani io 4. Exemplaribus lib. 8. *Exsiccata cutis*. *Exsulto* vetus Pulmani Lucanus lib. 8. contra quam Isidoro visum. Corouto apud Cassiodorum placent *Exsilio, Exsultim*. *Exsors* Codex Virgilij Romanus in quinto. Item *Exsanguis* in plerisque Codicibus Maronis antiquis. *Exspes* Prisciano lib. 1. qui addit: *In quo videmur contra Graecorum facere Consuetudinem*, cui responsum proxime. Ergo ex superiorum Competentia scribemus *Exsatio, Exsatuero, Exsecror, Exsequiae, Exsurdo, Exsensus, Exsupero, Exsurgo, Exsorbe, Exsacrifico, Exspuo, Exsibilo, Exsplendeo, Exsomnis, Exstercoro, Exstimulo, Exsto*. Caetera ad eundem modum. Quid quod veteres pene ad insaniam coniugium X, & S adamarunt? Eo scripta offendes Tibure in saxo Tiburtino: EXSEDRAM. ET. PRONAON. Sed hic S subire locum τοῦ H videri possit. Quid in subiectis. FELIXS, ALEXSANDER, CAPPADOXS, VIXSIT?

Quae vt saequi nolim: ita neque priscas Inscriptiones emutare: sui namque seculi Consuetudinem nobis io memoriam redigunt. Licet haec Caesellij iudicio sint apud Cassiodorum reposita: *Caetera, quae simplicia sunt, & non componuntur, sine vlla dubitatione X tantum habebunt, vt Vixi, Dixi, Vexaui, Faxi, Vxor, Auxilium, Examen, Axis, & Exemplum*. Serpebat forte Caesellij aeuo, aut iam inualuisse animaduertebat, vt literae X consociaretur S exemplo, moreq. male morato. Duriuscula videri possint *Auxsilium*, & *Exsemplum*, quae suppeditant Epigrammata, & posterius videtur a *Simplo* exoriri: cum enim transscribitur fit *duplum ex Simplo, Simplumq.* esse definit, vt *Exconsul, Expraetor*, talia.

EXVSV *dicunt, & E repub., quod in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi literam sustulisset: vt Exegit, Edixit*, in Oratore Cicero.

EXANCLARE, EXANTLARE, ANCLARE, ANTLARE. Festus: *Antlare, haurire, a Graeco* ἀντλῶ *descendit*. Seruius suis in Virgilium: *Ante L numquam inuenimus T, nisi in paucis, vt Exantlauit, quod & in Plauto lectum est, hoc est, Exhausit*. Et vero Graecis ἀντλῶ, vt notissimum est, & ἀντλία, ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὸ ἐν τῷ πλοίῳ γινόμενον ὕδωρ ἀπαντλοῦσιν εἰς θάλασσαν. καὶ ὁ νῦν καλούμενος κάδισκος. Verba sunt Etymologici. Latine: *Antlia, vas quo nauigij aquam exhauriunt in mare. Nunc vocatur Cadiscus*. Sic & Latini. Martialis l. 9. Epigr. 19.

Curua laboratas antlia tollit aquas.

Sic Pithoeus Aduers. lib. 2. cap. 16. & Lips. lib. 2. Elector. cap. 15. Raderus legit *Curua*, neque displicet: Vtitur & Suetonius in Tiberio: *In antliam condemnato*, quod εἰς ἀντλίαν καταδικασθῆναι dixit Artemidorus. Vineto magis placet *Exantlare*, ad Ausonium.

ANCVLARE ex quo, *Anclare*, & *Exanclare*, agnoscit ipse etiam Festus pro *Ministrare*, ex quo dij quoque inquit, ac deae feruntur coli, quibus nomina sunt *Anculi*, & *Anculae*, quae nomina ex Graeco Ἀγκύλον, quod est *Curuum* efformant, a quo *Angulus*, & *Ancylia*. Sic volunt legi Liuium Andronicum Turnebus ac Ios. Scaliger: *Florem anculabant liberi ex carchesijs*. Turneb. l. 3. Aduers. c. 10. *Quod si ab* ἀντλεῖν, *deducitur, vt Festo videtur, certe litera mutatur*. Serius haec illi scribenti non obuersabatur. Priscianus lib. 6. ex Odyssea Liuij Andronici: *Carnis, ait, vinum, quoque quod libabant, anclabatur*, ἐξηρύσατο, interpretatur. At in alijs Prisciani editionibus est *Antlabatur*. Mariangelus in Ausoniū scribit *Exanclare*. Glossar. *Anclat*, ἀρύεται. *Exanclare* in Nonij editione nouissima. Hanc vocem Tullio etiā arrogat P. Victoruis. Sic censet Muretus in Varijs, Gifanius ad Lucretium, Lambinus, & Iouianus Pontanus, cuius verba maeandri, ac telae araneorum. Plautus Sticho:

Ne iste edepol vinum poculo pauxillulo
Saepe exanclauit submerum scitissime.

Quare τῷ *Anclare* suus honos maneat Manutio vel inuito.

EXAGO, EXIGO, Glossae veteres.

EXAMETER, EXAMETROS, EXAMETRVS in Grammaticorum peculio recensentur. Carmina *Hexametra*, &c. si tibi volenti, est *Hexmetra* Hesychio praescribente: ἑξάμετρα, ἑξάμετρα, ἑξαάμετρον, Basilius M. S. Ambrosius, alijque scripsere: quandoque ἑξάμετρον reperias. In vtroque certe A supervacaneum est.

EXBIBO scripsit Plautus in milite, vt alibi *Exloquor*. Tam enim verbi societatem amat *Ex*, quam *E*. Sic in Truculento: *Suum nomen omne ex pectore exmouit meo*. Sic Lexicon Cyrillo inscriptum: ἀπομύσσω, *Emungo*, *Exmungo*. Sic *Expotus* in Trinummo.

EXCALCIATVR. Vide *Calcio*.

EXEDRA Vsus apud Latinos obtinuit, vt sine Spiritu scriberetur, inquit Baldus in verborum Vitruuianorum expositione. Intellige depulsum de media voce Spiritum. Nam *Hexedra* nugacium est. V. Dialog. X. Antiq. Anton. Augustini.

EXGREGIAE pro *Egregiae* Antiquitas. V. *Exradicatus*.

EXEMPLARE *dare, & vestigia notitiai*, Lucretius: non solum *Exemplar* scribitur. Adde *Exemplarium* ex legibus.

EXINSPERATO non dispessis vocibus vt *Eximpronisо Exordine*, ἐξῆς Georg. 4. *Extempore*, vnde Martiali *Extemporalis*, & Suetonio *Extemporalitas*. In Etymologo, ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

EXOCOETVS per *Oe*, non *Ae*. Ita poscunt Origo, & Auctores. Athenaeus in 8. Theophr. lib. de Piscibus Plin. lib. 9. cap. 19. Miratur & Arcadia suum *Exocoetum*, *ab eo, quod in siccum somni causa exeat* extra vndas. Hesychius: ἐξώκοιτος, quod aquas *extra cubet, dormiat*, agatue.

EXODVS. *Vide Synodus*. Aspiratione neglecta. Dices, Est in primigenio verbo ὁδός. Quid tum postea? Vetus Latium asperitatem istam neglectu poliuit. At Libri veteres adspirant, inquit Manutius. Cum nouis mitius agitur, vt norunt omnes. Et cum non sit adspiratio ipsa in voce Graeca ἔξοδος, cur erit in Latia? Cacoëthes quandoque obtinet. Sic *Exhodium* in Nonio.

EXPERTVRVS passim. Catoni c. 156. de RR. placuit interseri vocalem tertiam: *Valetudinis causa experiturus*.

EXPERS vulgatissimum. Glossarium: *Expars* per A, ἄμοιρος Quod non magis repulerim, quam *Impartio*. *Impertio*, Antiquitatis est reuerentia. *Experta* pro *Effocta* Varronis lib. 2. cap. 5. *Vt sint hae pecudes aetate potius ad fructus ferendos integrae, quam iam expartae*.

EXPVO, S non interlocata inter X & P, si Donato in Eunuchum Terentij credimus, hanc Originis, & compositionis rationem expromenti: *Expuere est extra pus mittere, id est, foras. Nam Pus est omnis humor corpori onerosus*. At magis est, vt componatur ab *Spuo*: & tunc scribatur *Exspuo* cum S, vti prodictum.

EXPROBO defectum altero R praeferunt veteres Tullij Codices animaduertente P. Victorio, Improbo. Plautus Mostellaria: *Cur exprobras? Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?*

EXQVAESITVM *mores mulierum vitulis mihi*, Plauti Sticho ex recensione Douzica. *Et* paucis hinc versib. *At ego ex te Exquiro*.

EXQVILIAE expuncta biuocali, & consona duplici, expressa non *Aesquiliae*, Varro: Cato ab *excubijs regis*. Malim ab *Excolendo*, vt in Amphitruone: *Cul'est* pro *Quale est*. Collem siquidem *Exquilinum* ex infrequenti *excultum*, & frequentem reddidit Hostilius. Sic *Inquilinus* ab *Incolendo*. Isidor. l 9 Orig. c. 4. *Inquilini* vocati quasi *incolentes aliena*. Apud Halicarnasseum lib. 2. habes ἐσκυλῖνον λόφον. At l. 4. per I saepius scripta primore litera ἰσκυλῖνον, & ἰσκυλίας νάπος. Rursus l. 9. ἐσκυλίνων πυλῶν. Strabo l. 5. ἠσκυλῖνον cum saepius per H posuisset (si modo is posuit) vlteriore pagina τὸ πεδίον τὸ ἐσκύλινον. Id si diligentius disputetur, rectius per H Graece scribas: namq. *Ex* natura vocalem tendit, quod claret ex E. Eusebij Chronica *Exquilinum collem* habent. Nec Pontaco displicet per S, affirmanti sic frequentius occurrere, quam scriptionem complectuntur Paulus Manutius, Sigonius, Vertranius: Libri offerunt. Apud Plutarchum, nequid dissimulare videar, in Sylla: τὸν λόφον τὸν Αἰσκυλῖνον. *Montem Aesquilinum*. Sic, per S veteri more ante X inuentum, recte.

EXQVIRO ex Vsu vulgi recte. Plautus ἀρχαϊκῶς *Exquaero*, vel agnoscente Prisciano, in Aulularia: *I intro, exquaere, sitne ita, vt ego praedico*. V. *Exquaesitum*.

EXRADICATA Varroni lib. 1. de RR. cap. 27. Non *Eradicatus* dumtaxat. V. *Exgregiae*.

EXSCREO scribes eum S ab *Screo*, non a *Creo*. Plautus Amphitruone. *Tuum diminuam caput, vt linguam cum dentibus exscreas*. Item: *Pectoris vitia exscreabilia* apud Plinium.

EXSCIDIVM lege producta: & secunda breuior indicinam facit esse ab *Exscindo*, non ab *Excido*. Festi vox tamen: *Exscidionem vrbis a Caedendo dictam manifestum est*. *Exscidium* contraxit Prudent. l. 1. contra Sym. *Usque ad famae exscidium formas enituisse decoret?*

EXECVERIS Vsus promiscui: *Exsecaueris* Caton. c. 42. de RR.

EXSEQVIAE *vero habent S: sequi enim est in simplici. At Exiguae non habent* S, Verba Cassiodori ex Caesellio.

EXSTINGVO per V, & O Cornutus apud Cassiodorum. V reuellere haut trepidem. Imo exoleuisse videtur ea per V scriptio, vt *Indigus* scripsit aetas politior: anterior *Indiguus* duobus VV teste Cassiodoro lib. de Orthogr. Quid quod *Promiscus* in quibusdam Taciti inuenias Exemplaribus? Imo *Vacuus* pro *Vacuo*: vnde est *Vacefacere* Lucretio.

EXSVGAM. Plautus *Exsugebo* scripsit Epidieo: *Iam ego me vortam in hirudinem,*
Atque horum exsugebo sanguinem.

EXSVVIAE. Vide *Exui*. Festus: *Abexuendo*.

EXTA absque S. Cum fit extispicium, pecus medium aperitur, & operta viscera suis exuuntur inuolucris: inde *Exta* συγκοπῇ, quasi *Exuta*. Pulmanus ab *Exstando* scribit *Exsta*. Cui scriptioni, & Origini res, & ratio pugnat. Nam quae maxime abstrusa, vt *Exta* fugiunt oculos, ea vero dicere *Exstare*, itque eminere perridiculum videtur. Festus tamen: *Exta dicta, quod ea dijs prosecentur, quae maxime exstant, eminentque*.

EXTENTIO cum N Victorinus. Recte. Nam & Horat.

Ille per extentum funem ——

EXTERNVS, *Exterraneus*, Festus.

EXTO, EXSTO varianter in Pandectis Flor. reperta varianter edidit Taurellius.

EXTORRIS *sine S: ex terra enim eiectum significat*, Caesellius. At Isidorus *Exterris* per E, *eiectus e terra*. Κυρίως is est, cui igni, & aqua interdictum: ignis autem *Torris* appellatione continetur. Quare a vulgaria, receptaq́. Consuetudine minime abeundum. Mecum Budaeus posterioribus in Pandectas Annotationibus.

EXTRINSECVS, INTRINSECVS; non per A *Extraunsecus* aut *Extrasecus*. Monet id Terentius Scaurus aduersus eorum opinionem, qui proportione τῶ *Extrancus* illa per A scriptitabant.

EXVBIAE, EXVVIAE, veteres Glossae. Item *Ellubiones*, *Elluuiones*. Item: *Elubies*, *Eluuies*.

EXVI recte quidem ab *Exuo*. At *Exsui habet S: Sui enim est, & Insui, quasi alicui rei immitti. Unde Exsui, quasi iam emitti, & non dari. Inde Exsuuiae: vnde Exsuti, id est Spoliati*, Caesellius apud Cassiodorum. Postremum amplectuntur pauci.

EXSILIVM nihilominus volunt Eutyches l. 2. de Coniugationibus. *Exulo, Consulo* V *penultima in I conuersa Exilium, Consilium*. Sic Pandectis Florentinis Taurellio visis. Eutychetis auctoritate pulsus Lipsius, & Librorum omnium mordicus eam scriptionem retinet. Postrema Cassiodori editio ex Caesellio: *Exsilium quoque cum S scribi debet: ex solo enim ire est exulare, quasi exsolium, quod Graeci ἐξορισμὸν dicunt, & antiqui Exsoles dicebant, quos nos Exsules dicimus*. Dubito tamen an haec Cassiodori manus: viciniora enim sunt *Exsulium, Exsolium*, quam *Exilium*. Huc facit *Exilica causa* apud Festum, ita deposcente verborum serie. Sic Cornutus, Beda. Eos iunge, qui ab *Exsiliendo Exsilium* denominatum volunt. Eos iuuat *Praesul a praesiliendo*: quo dicant exemplo *Exsul ab exsiliendo*. Hoc exigit & *Consilij* Proportio. Sequor non tam Auctorum numerum, quam quod seculo venustiore *Maximus*, *Optimus* V reiecta venerint in Consuetudinem.

EXVL praue. Cum enim *Exsules dicantur solo patriae suae pulsi*, vt Donatus loquitur super *Eunuc*. *Exsul cum addito S scribendum est. Etymologiae causa*, inquit Caper in Orthographia. *a solo, quod vertit*. Sic Nonius: *Exsules dicuntur extra solum*. Sic ab eadem Origine *Consul*. Dubijs namque in rebus ibant, non ad externum, sed fiducia maiore ad *Consolem*, ad eum, qui in eodem *solo* natus erat. Ex quo natum *Consilium*. Nec placet Scaligeri diuinatio in lib. 1. hist. de Animalibus a *Considendo*. Certe ideo *Consol* per O veteres pinxisse auctor est Velius Longus in Orthographia, atque ita est columnae rostratae Duillij. Veteribus item aliquot Maronis Codicib. antiquis etiam Marmoribus teste Pierio in l. 5. & 7. Aeneid. (quem vide) *Exsul*. Sic Isidorus Hisp. l. 1. Orig. c. 26. Item in Lexico Cyrilli: Ἀ'ἔυλια, *Inconsulium*.

EXSVLO consimiliter cum *Exsul* ex Scauro, Libris, Lapidibus scribit Manutius, Lambinus duobus in locis, Pierius in 5. & 7. Aen. ex Libris, Marmoribus, Grammaticis.

EXVLTAT *melius sine S litera scribitur*, inquit Isidor. l. 1. c. 26. & Beda in Orthogr. Vterque secuti ratiunculae vmbram, quae supra euanuit. Scribe *Exsultat, Exsultim, Exsilio.* Cassiodorus: *Necessario scribitur Exsilio, Exsicco, V. Ex.*

EZECHIEL vulgo non male. Sic Nazianz. Apol. 1. Suidas in Ἐζεκιήλ, & verbo Θάρσος. Estque haec scriptio Vsus promiscui. Notat Pamelius in D. Cypriani lib. de Lapsis MSS. Codicibus esse *Iezechiel*, etiam auctorum aliorum, & nominatim in Commentario MS. Rabani. Quae certe lectio probatur, quod Hebraice appelletur יחזקאל, & Graece apud Septuaginta Ἰεζεκιήλ. Sic est, & series flagitat, apud Suidam, sic hom. 1. S. Macarij, Cyrilli Alex. tractatu de Iudaeorum Synag. Origines l. 4. περὶ ἀρχῶν, Macarij editio a Pico Mirandula, homilia 33. Item Chrysost. ab Etona hom. 14. in Ioan. & tom. 6. p. 232. Suidas in serie ab I incoeptorum, Gregorius Nyssae hom. 14. in Cantica I praefixo, & scripto X, Ἰεζεχιήλ. Idem in vita Mosis. Basil. M. in c. 2. Isaiae, Iustinius Martyr qq. 44. 45. Ita Cyprianus supra.

IOANNI DENNETIERES
TORNACI PRAETORI.

V*Etera in precio sunt, in amore noua. Antiqui vini potores sapientes Plautus putat: cantio, vt quaeque recentior est,* Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται, *commendatior Homero est. Tu, Vir Nobilis, ad colendas Musas natus* dictasti iuuenalia carmina *pridem, quae tibi nunc emluerunt. Receptui Sapientia cecinit, audisti, simulque philosophari coepisti. Boëthÿ monimenta in manum indidisti, explicuisti, tersum, purpureum, nitentem edidisti. Atque haec tua sunt munia, cum a reip. clauo missionem impetrasti. Haec propemodum iuuenis: cum vlterius vitae spatium emensus fueris, quid, quantumue abs te exspectari oporteat, & haec non obscuris vestigÿs nos docent, & quae parens tuus fatiscente corpore, animo iuueniliter exsultante publici iuris fecit. Macte & virtute tua, & patrita velim haec te videre in* Orthographicorum *nostrorum Tractatu:* Foenum, Fanum, Felix, Fenestra, Ferentinates, Fetiales, Foedus, Foecundus, Foetus, Formosus.

TRACTATVS SEXTVS.

F

F Litera, & Ph veteres vsi videntur in *Folus*, *Triumphator*, *Forcus*. Tamen haec est Diomedis cautio l. 2. *Hoc scire debemus, quod F litera tum scribitur, cum Latina dictio scribitur, vt Felix. Nam si peregrina fuerit*, P & H *scribimus, vt Phoebus, Phaëthon*. Idem Priscianus lib. 1. verbis tantum non ijsdem.

FABRICIVS litera C, Plutar. Appian. Graeci caeteri, Lapides Capitolini, alij. Venetijs apud Rinaldum Odonum:

L. FABRICIO. Q. F.

FABA. Veteres *Haba*, Vel. Longus.

FABVLIA veteres, neoteri *Fabalia*, in lib. 1. Varr. de RR. Scaliger.

FACES pro *Fax* scriptitauit Antiquitas teste Festo. *Luces* pro *Lux*, colligas e Macrobio.

FACILLIMVS, DIFFICILLIMVS geminis LL, vt producatur sillaba, quae alioqui breuis esset, inquit Manutius, & cum eo Andreas Brabantus. Ratio delumbata. Id eum dicunt, Poëtarum licentiam trahunt in exemplum, & consensu animi fatentur scribendum vnico L. Et vero cur non Poëtas producunt, qui *Difficillimus* scripsere carminis integrandi? Ita nullo vsi iudicio a sua ipsi scribendi lege desciscunt. Sic tamen scribendum sentio Auctoritate Prisciani lib. 3. *Facillimus, Difficillimus, Gracillimus, Humillimus, Simillimus, Dissimillimus, Agillimus quorum cum in Is desinant positiui abiecta Is, & addita Limus faciunt superlatiuum.* Altera scilicet L vti locum possidebat, possidente. Vide *Simillimus*. Sic poscit Exemplarium vetustas: sic Proportio. An rectum hoc e Cyrilli Lexico: Ε'υκολώταΤ@, *Facilissimus*? vbi continenter: Ε'υκολώταλα, *Facilime* vnica vda.

FACINEROSI, δραμαλ'υργοί, Lex. Latinograecum, & Graecolatinum: Α'τοπηματοποιός, *Facinerosus*, ac si Antiqui *Facineris*, vt *Iocineris*, *Pigneris* scriptitauerint. Crebrioris Vsus *Facinorosus* per O, vt *Cadauerosus* apud Terentium.

FACVL, FACVLTER pro *Facile*, *faciliter* scripsit Antiquitas Festo testata. Afranius:

Haut facul foemina inuenietur bona.

FAENVM cum AE Pandectae Florentinae. In Kalendario peruetere FAENISICIVM *Faenumne* igitur παρὰ τὸ φαίνεσθαι, quod hodie paret, & cras in clibanum mittitur? Minime gentium. Vsu vulgi per Oe, quasi a *Foetus*. Sic apud Catonem, Varronem, Columellam, Palladium, alios rei rusticae scriptores inuiolato tenore. Sic Virgilio, *Foenilia*, & Ouidio, *Foenisecae* Persio. Iuuat Hesychius: φοινὸν, πυῤῥόν: etsi Α'ἷμαλ φοινὸν Homero, sit *purpureum*, *rubrum*. Herba vt peraruit, rufescit. *Fenum* absque biuocali Festo, vti *Festuca*.

FAESVLAE Etruriae opidum, quae nunc Florentia, cum AE sillaba primore. Sunt enim denominatae ab Hyadum vna. de qua Hesiodus:

—— Νύμφαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι
Φαισύλη, ἠδὲ Κορωνὶς, ἐυςεφανός τε Κλέεια.

Nymphae Gratijs pares
Faesula, & Coronis, beneque coronata Cleea.

Silius

Silius Italicus: *Affuit & sacris interpres fulminis alis*
Faesula ———

Nota numerum. Diphthongus & Saxis exprimitur, & Graecorum Consuetudine Scriptorum. Tamen in decreto Desiderij Italiae regis extra diphthongum : FESVLANIS. Item in Plinij l. 3. c. 5. exeuntis a Gelenio, atque in Thesauri Orteliani serie. Bernardinus Baldus *Fesulas* absque diphthongo dici putat a *Phasal*, seu *Pasal*, quod Sculpere, ac dolare est, atque ex eo *Fesul* idolum sculptile.

FAEX biuocali Priscianus l. 2. praescribit. Qui distinctum iri fic a *Feci* praeterito ariolantur, permaximas nugas agunt, Apuleius, & sectarij. In Iunij Nomenclatore biuocalis pars prior euersa est.

FALARICA cum F Festo, atque ita discas e serie. At in Gellij l. 10. c. 25. *Phalarica*, *semiphalarica*. Sic Liuij l. 21. in Marone, Silio, Lucano, Iuuenale. Festo succenturiatus est Isidor. l. 18. Origin. c. 7. addita simul Origine: *Hoc autem telo pugnant de turribus, quas Phalas dici manifestum est* . . . . *A phalis igitur dicta Falarica*, inquit. At ipsae etiam *Falae* in correctiore Plauti Mostellaria: *Subeunt sub falas*. Vnde ipsae *Falae*? *Ab altitudine a falando, quod apud Etruscos significat coelum*, inquit Festus. Scribe a *Falo*. Vnde Hesychius : Φαλός, λευκός. Coelum enim *albens* dicitur, & veteris Poëtae vox est:

Iam iam albicassit Phoebus.

Pareat Hesychius incorrectus, atque ex his lucem accipiat: Ε'υφάραλα, λαμπρά. Scribo: Ε'υφάλαρα. Vide *Phalae*.

FALERNVS, FALERINVS. Martialis lib. 8. Epigr. 77.

Candida nigrescant vetulo crystalla Falerno.

Iuuenalis Sat. 4. — *Cum pulmo Falerno*
Arderet ———

Horat. lib. 2. Sat. 4. Plin. lib. 14. c. 6. Sillaba auget Athenaeus lib. 1. c. 21. ex Galeno : Οἶνος Φαλερῖνος. Ibidem: Τῷ Φαλερίνῳ παρεμφερής: *Phalerino similis*.

FALISCI, Etruriae populi: *Sic* Libri veteres. Fasti, Liuius, Ouidius. Vide F Tractatu 2. de Veteris Latij Orthogr. Pighius in Aequipeta: *Scribebant autem hoc nomen per F Romani, non more Graeco per PH*. V. in Silium.

FALLAM FECI pro *Fallaciam* apud Nonium scripsit Poëta vetus.

FAMILIA per I: etsi a *Famulo*. Antiquum Latium per V *Famulia*, vt apud Ennium
——— *Famul infimus esset*.

FAMIS patrio casu. Varro eodem casu *Fami* per I in finalitate Charisio teste. At Plautus in Sticho *Fami* scripsit in tertio casu. Rectus *Fames*, & Varroni l. 2. de RR. c. 5. *Algor enim eas, & famis macrescere cogit.*

FANNIVS duplici NN, familia Romana, Libri veteres, Lapides Capitolini. Sic *Rhemmius Fannius* de Ponderibus, & Mensuris scriptor.

FANVM rectius F, quam Ph. Varro l. 5. de LL. & Liuius lib. 10. a *Fando* ducunt. Idem arguit *Profanus*, quod nemo Ph expingit. Siue a *Fauno*, vti Festus, & Cornel. Fronto. inde namque *Fanatici*. Qui ἀπὸ τοῦ φαίνειν, *Phanum*, ludij sunt. Ea tamen imagine nonnulli Ph scripsere, simul inducti Terentiani institutione: *Quippe nos siquando Graecum Φ necesse est exprimi, P, & H simul solennis, non Latinam hanc ponere F minio.* Martianus Capella a *Fatuo, Fatuaque*. Dixisset apertius a *Fato*, vel *Fatando*: hoc enim voluit. Sed certum est, vndeunde Origo adsignetur scribendum per F: siquidem prisci scripsere *Hanula*, pro *Fanula*: H vero loco F ponitur. Vide *Haba* pro *Faba*.

FARRATA PVERIS PLAVDENTIBVS OLLA. Persij Sat. 4. Omnia occupat scabies Exemplaria contra Competentiam; scriptum namque *Farreare, Confarreare, Diffarreare*: cur non hic ζωυζικῶς *Farreatam*, vt Maroni:

Aurea composuit sponda ———

FARINA vnico R: etsi a *Farre*.

FARSILIS apud Apicium l. 4. c. 5. scribitur per S: *Gustum de cucurbitis farsilibus* : apud Plinium lib. 10. c. 22. per T: *Fartilibus in magnam amplitudinem crescit.*

FASCELINA DIVAE, rectius Silij lib. 14. scribitur, quam *Facelina* propter auctoritatem Seruij, & aliorum, quos satis temere Cluuerius repudiat: propter sillabae modum: eaque fides est Exemplarium, & Origo comprobat. Cluuerius in Sicilia, vt rescribat *Facelina* absque

na absque S, *Dinae* amolitur, reposito *Dianae*. L. Lollius Dianae *Fascelinae* nummum cudit. *Fascelinam* scribunt Antiquitatis duouiri scientissimi Pighius in Fastis, & Giraldus Syntagmate XII.

FASELVS. V. *Phaselus*.

FATICINVS I tertiam perficiente sillabam. Metam. 15.

Faticinasque ferunt sortes ——

Sic poscitur Competentiae vi *Vaticinus*, *Vaticinium*, *Fidicinus* in Rudente Plauti, *Siticines* apud Gellium, *Psalmicines*, & *Cicuticines* in Apollinare, *Incino*, *Concino*. *Occanuerunt* autem Sallustij l. 1. ἀρχαΐζοντος est. Contaminate igitur lib. 9. & 10. Metam. *Faticanus*, quo lib. 9. Ciofanus malit *Vaticino*, aut *Fatidico* ex Libris. Apuleij quoque lib. 2. Florid. *Intellectu vtilis, & modo omni cana scribitur*.

FAVIA LEX, FAVIANA ACTIO est Pandectis Flor. Pauli Sententiarum Libris, Codici Theodosij pro *Fabia*, & *Fabiana*. Ἀρχαϊκῶς.

FAVONIVS digammo Aeolico ad Φαώνιος addito, vt Graecis familiare. Vrsini Lapidi FAONIVS inscriptus est. Sed an peccato fabrili, vt μυρία ὅσα?

FAVTOR *antiqui dixerunt: at Fautor nec Auctoritate, nec ratione dicitur*, inquit Charisius. Verum apud Plautum hodie admittunt plerique omnes:

Sat fautorum habet semper, recte qui facit.

Iterumque Plautus: *Virtute ambire decet, non fautoribus.*

Lucillius *Fautorem me tibi amicum.*

FEBRIS *dicitur, quae ante Hebris dicebatur*, Seruius.

FECIALES Varroni lib. 4. de LL. vocali simplice: Pomponio Melae cum Oe a *Foedere*.

FELES, FELIS varie praeferunt Exemplaria Plinij lib. 6. cap. 29. Nominibus in ES accensei Charisius, apud quem diphthongo prima scribitur *Faeles*: at non in editione nouissima. *Felles*, seu *Fellis* gemino L scriptum Lipsio l. 1. Epistolic. cap. 4. in Plauto, Martiale.

FELICVLA τετρασυλλάβως saepicule. At Romae Inscriptio:

FELICLAE. ALVMNAE. SVAE

In altera: FELICLA. SIT. TIBI. TERRA. LEVIS

FELIX non diphthongata primore sillaba, auctoribus Libris antiquis, Lapidibus Capitolinis; & Inscriptionibus, super quibus vide Manutium, & Gruterum. Sic adstruente Graeca Consuetudine, & Origine Ἥλιξ, *Felix*, vt *Hostia Fostia* Festo, *Horda Forda* Ouidio, *Helena*, *Felena* veteribus. FAELIX Inscriptio Veronae. Feltriae altera cum Oe:

DECIO. PIO. FOELICI

Item in Suida ab Aldo: Κλαύδιον Φοίλικα. Plutarchus in Sylla: Εὐτυχῆ προσαγορεύεσθαι· τοῦτο γὰρ ὁ Φῆλιξ βούλεται μάλιστα δηλοῦν. *Bene fortunatum agnominari. Hoc enim Felix vult maxime declarare.* In duobus Nummis Fausti Syllae FEELIX. Longam sic videntur ostentasse. Suidas in verbo Μεννωνάριοι, Φιλικισσίμῳ pro *Felicissimo* cum Ἰῶτα in principe sillaba.

FEMINA, μηροί, extra diphthongum. Lucretius lib. 4.

Surarumque, ac feminum pedibus fundata plicari.

Similiter *Feminalia*. Hesychius: Ἀναξυρίδες, φημινάλια, Βρακία βαρβαρικά. *Anaxyrides sunt feminalia, bracae barbaricae.*

FENESTRA absque vlla diphthongo: licet sit ἀπὸ τοῦ φαίνειν, q. Φαίνεστρα, vt παλαίστρα, auctore Nonio. Liquet e Persio: *Clarum mane fenestras* *Intrat* —— Antiquitatem *Festram* scripsisse Festus auctor est, Macrobius, Petronius.

FERCTVM cum CT in medio. Festus: *Ferctum genus libi dictum, quod saepius ad sacra ferebatur.* In eodem tamen legas *Floriscertum* absque C, *quod eo die spicae feruntur ad sacrarium.*

FERENTINATES Liuio, qui Straboni Φερεντῖνοι, alijs Φερεντανοί, vnde Silio *Frentani*. Hermolaus in lib. 3. c. 5. Plinij sic discriminat, vt sint in Thuscia *Ferentini*, in Latio *Ferentinates*. Eum vide, nec inuide. Nec optimo iure Melae libros, quibus est *Frentanus* carbone insignitos putat Orlandins. Φερέντιον etiam scriptum Dionysio l. 16. Stephanus enotat. *Frentum* nihilominus Intolerabile. *Humilis Ferenti* tribus sillabis apud Horarium certa memoria est. Φερεντίνων nominat Diodorus l. 19. Biblioth. Ful Vrsinus in Oratorem pro Cluentio *Ferentanos*, & *Frentanos* agnoscit. Liuius lib. 28. *Marrucinum*, *Frentanum*, *Praetutianum*.

Silius lib. 15. *Socijs Frentanus in armis.*

FERE-

FERETRVM Silio Italico l. 17. passim alijs, Eustathius in Homerum agnoscit φέρετρον, item φέρετρον κλιτὰ νεκρικά, inquit in Odyss. δ.

FERIAE, non *Fereae*, Bedae monitu. *Ferias antiqui Fesias vocabant*, Festus.

FERRVGINEVS Aen. 6. *Ferrugineus* expulso E Lucret. l. 4.

—— Russaque vela,
Et ferrugina cum magnis intenta theatris.

Sic *Ahenus*, *Primigenus*, *Ahenews*, *Primigenius*.

FESCENNINAS *imponent montibus arces* Aen. 7. Vtramque liquidam Libris firmare est quamplurimis. Vnicam vero Festus agnoscit, cum *Fescenninos* versus a *Fescenina* vrbe, quia *Fascinum* putabantur arcere, dictos opinatur. Cui fauet Dionysius lib. 1. Antiq. Rom. scripto φασκένιον.

FESTVCA. Olim *Fistuca*, Budaeus, Baldus, Barbarus.

FETIALES per T. Dionys. Halicarnasseus l. 2. τῶν καλουμένων φετιαλίων. Lib. 6. φετιάλεις cum I in prima. Similiter Libri, ac Lapides literati. Apud Festum sic ex coniectura scribo: *Fetiales a Faciendo dicti: apud hos enim belli, pacisque faciendae ius est.* Verborum collocatio *Fetiales* postulat: Originatio *Feciales*: quare per C scribunt Sigonius, Becmanus, Cruserius, quibus accedo ob Auctoritatem Plutarchi in Numa, etsi in eo per T scribatur: Οἱ μὲν γὰρ φιτιάλιοι, εἰρηνοφύλακες ἦσαν ὄντες, ὡς δ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, *a Faciendo nomen sortiti*, Festus supra, Varro, Fenestella. Diphthongus iam fere explosa est: nisi sic dicti, quod *Foederum indices* esse iubentur lege a Tullio commemorata.

FIBLO. V. *Infibulati.*

FIBRES, *non Fibrae*, Fl. Caper de verbis dubijs. Contra *Fibrae*, non *Fibres* hodie videtur praescribendum. Nec alibi Antiquitatis istius mihi memoria superest.

·FICTVS, pro *Fixus* antiquissimi scripsere. Diomedes l. 1. *Figor ambigue declinatur apud veteres tempore perfecto: reperimus enim Fictus, & Fixus.* Scaurus de vita sua: *Sagitta confictus.* Varro lib. de RR. tertio: *Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub ordines singulos tabulae fictae.* Ibidem: *Omnia saepta afficta villae.* Cyrilli Lexicum: Καθηλωτής, *Fictor.* Dixerat: Καθήλωσις, *Fictio.*

FIDEIVBEO conserte: Item disseparata voce *Fide iubeo.* Vlpian. tr. de Fideiussor. *Fide tua esse iubes.* Vsurpat eadem verba Paulus L. *Vbi autem.* ff. de verb. oblig. Scaevola D. l. 17. Tit. *Mandati*, L. 60. *Id me mea fide esse iussisse saluum te habiturum.*

FIDENAE Tacito, Maroni, Liuio. Plinius scripsit ἑνικῶς lib. 16. c. 4. *Fidenam primus irrupisset.* Vide *Thebae*, *Mylae*.

FIGALEA. FIALEA etiam absque G, Stephanus lib. de Vrbibus.

FIGVLINAE pro *Figlinis* in l. 6. D. de seruitut. rust.

FILAMEN, pro *Flamen.* Inscriptio Emeritae Augustae:

D. AVGVSTO
ALBINVS. ALB. F. FILAMEN
D. AVGVSTAE

In qua scriptione expressius Originis vestigium cernitur, de qua Plutarchus in Numa: Ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προσηγορευμένους φλαμίνας ἀπὸ τῶν περικεφαλίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι, πιλαμίνας ὄντας. *Filamen* passim recte disyllabum. *Vocabant autem seniores Flamines a circumpositis capiti pileis, quasi Pilamines quosdam.*

FILEROS, non *Phileros.* Inscriptionis antiquae frustum est ad D. Pauli:

C. FLVILIVS. C. L. FILEROS. SIBI. ET. SVIS

Sic *Filius* ex φιλός. φήρ, *Fera*, φράτηρ *Frater.*

FILICETVM. Vna sillaba minus Columella l. 2. c. 2. de RR. *Filictis, alijsque frutectis impeditus.* Sic *Dumetum* ex *Dumiceto*, quod ex obsoleto *Dumice* conciditur.

FIRMVS per I, omne Latium, contra Originem ἐκ τοῦ ἕρμα.

FLAMMA duobus MM. Ita Libri veteres, Lapides, Virgilius Carpensis, Manutius, Muretus in Philippicas M. Tullij, alij. Romae in Museo Cardin. Carpensis:

TIB. CLAVDIVS. FLAMMA

Graece φλέγμα Aeolice φλέμμα, Siculorum more *Flamma.* *Flama* vnico M Tullij prisci Codices Victorio tractati, quod antiquo Latio adscribi potest. V. *Pellex.* Neque refert scribi vnico M *Flamen* aut *Flaminica*: est enim a *Filo* teste Plutarcho, quasi *Filamen.*

FLAMEVS COLOR vnico M. Liberi prisci. Dictus, quod eo *Flaminis* vxor *Flaminica* vteretur. *Flammeum* autem per solo M scribitur. Ex quo *Flamearij*, *infectores flamei coloris*, Festus.

At ex *Flamma*, *Flammeus*, *Flammatus* gemino M. Ita inquam *Flameus color*, nisi hanc scriptionem Antiquitati imputas. Nam & ante *Flaminicas* fuit color *Flameus*, & cognitus fuit. Quare magis probem Etymum a *Flamma*, nec difformiter scripserim.

FLAMININVS, non *Flamininus*, vt in multis Libris, Quintiorum cognomen. Ita Lapides Capitolini.

FLAMINIVS gentis Romanae nomen vnico M, Lapides Capitolini, Silius Italicus:

Flaminius modo talis erat——

Prudentius. *Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.*

Plutarch. in Marcello: Giselinus in *Flaminio* imaginem prisci seculi, quo insonas non geminabant, considerauit, contra quam in *Flamma*, vnde oriri censet.

FLEMINA in Epidico Plauti, Festo, *Flegmina* scribunt alij. Flauius Caper: *Flemina sunt, vbi abundant crura sanguine. Plemina cum in manibus vel in pedibus callosi sulci sunt.* Quid si obtinuerit aliquando G in medio, vt apud veteres *Fragmentum*, & *Aprugna*? Quid si quia ex caldore immodico *Flegmina* proueniunt, ἀπὸ τῶν φλεγμάτων nominantur?

FLOCCIFACIO geminantibus vncinatis literis. An rectius disseparabis ad exemplum *Quanti*, *Tanti*, *Magni*, quae τῷ *Facio* apponuntur, non cum eo componuntur? Diuisit Tullius lib. 4. ad Atticum: *Totam denique rempub. flocci non facere.* Idque Plauti aemulatione in Rudente: *Minacias ego istas flocci non facio tuas.* Idem nihilominus in Mostellaria: *Caue tu vllam flocci facias mulierem.* Tullius item iunctim *floccifacticon* extulit. De *Floccipendo* apud Plautum, Tertotium par iudicium, hoc est varium pro Visus ratione, ac *Flocciscecerim* in Eunucho est.

FLVVIDVS V altero secundam ordiente sillabam, Eutyches l. 1. *Fluidus* vnico V in prima Vsu receptius est.

FOCILLAT, an vnico L *Focilat*? Sic Glossarium: *Focilat* θωπεύει. Scriptor ad Pisonem ex veteri lectione:

—— *Sed miseram parua stipe focilat*

Apud Suetonium, & Varronem V da congeminat.

FODI. Columella lib. 11. c. 2. sepiusque *Fodiri*. Plautus item, Lucretius, Cato c. 2. *hortum fodiri*. Festus: *Fodare, fodere.*

FOEDVS, FOEDIFRAGVS, FOEDERIFRAGVS. Oe scribenda haec indicinam facit prisca Consuetudo scribentiũ *Foidus*. Apud Mauricium l. Strateg. c. 2. Φοιδεράτους inuenias. Iulianus CXVII. Φοίδερα, σπονδαί. V. & Rigaltij Glossarium. Sic Ennius apud Varronem lib. 4. de LL. Sic Virgilius Carpentis, alij Codices prisci, ac Lapides. A pecude *Foede caesa* in feriendo *Foedere* dicit Isidorus lib. 18. c. 1. Origin. Hinc *Foedus* pro *Foeditate*, Brissonius lib. singulari Παρέργων. Sanguis enim, cum manat, dicitur: cum manauit, cruor *Foedus*, seu *Foeditas*. Idem Isidorus lib. 10. Orig. *Foedus nomen habet ab hirco, & hoedo F litera addita.* Goropius Seruium ridet, qui *Foedus* a porco *faede caeso* crediderit nominari. *Quasi vero*, inquit, *nulla conuentio, nulla pactio citra victimam iniri posset.* Quasi vero, Goropi, vox nulla explicatiorem Origine sua sensum complectatur. Quasi vero *Adam* proprietatis angustijs coarctatũ nomen non in cuiusuis etiam hominis significantiam se fuderit. Quasi *Assidui* soli sint ditiores, qui *asses dabant*. Vna, eademque opera Romanos claude Tiberi, vt olim. Discrimen Bedae, & aliorum *Faedus deformis*: *Foedus pactum* ex dictis euanuit. Neque praetereundus Fenestella c. 9. *Cum vero pugnare desitum est, foedere fides pacis constituebatur, quae Foedera aliunde Fidera appellata ab Ennio, quod fidei faciundae causa, tradusta sunt, Marcus Varro testis est.* Similiter *Foedifragus*, quod Naeuius sillaba anctius reliquit notante Gellio lib. 19. c. 7. *Foederifragus*. Ea scriptio placita Victori Giselino. *Fidus* etiam pro *Foidus* in quibusdam Varronis l. 4. de LL. *Foedus* vero adiectiuum cur ea vocali? φοίνιος χείρ Euripides vsurpauit, & φοίνιος μάχη. Homerus: Αἵματι φοινόν. Vnde Aeneid. 2. genuine elatum est:

—— *Qui nati coram me cernere lethum*

Fecisti, & patrios foedasti funere vultus.

Item: —— *Foedatique ora Galesi.*

At certe melius, quia in Foedere sanciendo *Hoedus* feriebatur, qui priscis *Foedus* scribebatur auctore etiam Scauro, vt *Fordeum Hordeum*, *Fora Hora*. Statuitur ea quoque scriptio ex Suidae nota: Φοιδεράτοι· οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι τοὺς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν. *Foederati: ita vocant Scytharum eos, qui in foedera coierunt.*

FOECVN-

FOECVNDVS, FOEMINA, FOENVS, FOETVS. Omnia haec inter se cognatione, atque Origine deuincta scribo diphthongo *Oe*, sic Vsu vulgante Pierio in Virgilium, I. Scaligero l. 4. de Causis LL. Erythraeo, Gellio praecipientibus aut scribentibus. *Foemina*, inquit Scaliger a *Foetu*: *Foetus* autem παρὰ τὸ φοιτᾶν: nam hoc verbo veteres rem Veneream significant pudenter: Pierius in id Maronis: *Depellere foetus. In Oblongo Codice Foetus cum Oe diphthongo scribitur: in reliquis Fetus absque diphthongo. Sed enim Numismata Foetus per Oe scribendum monent, dum quae inde vocabula deducuntur. Foecundus, Foecunditas, & similia per Oe scripta nobis ostendunt, vt in Faustinae Aug.* FOECVNDITAS. AVGVSTAE, *& ita in reliquis.* Videtur id Ouid. 4. Fastor. insinuare:

> *Forda ferens bos est, foecundaque dicta ferendo:*
> *Vnde etiam Foetus nomen habere putant.*

Forda O habet mutatione: Φέρω, Φορὰς, Φοράδα, *Forda*, vt ex λαμπάδα, *Lampada*. *Foecundus* adiunctione. Itidem *Foetus*. Lambino in Horatium *Faecundus*, *Faetus*, *Faemina* principali diphthongo scribenda placuere. Quam ob scriptionem Pandectas Florentinas minus probat Brissonius Παρέργων Libro singulari. Lambinum quoque Gellius expugnat lib. 16. cap. 12. *Foenus autem dictum a Foetu, & quasi a foetura quadam pecuniae parientis, atque increscentis: & idcirco M. Catonem, & caeteros aetatis eius Foeneratorem sine A litera pronunciasse tradit* [Varro] *sicuti Foetus ipse, & Foecunditas appellata.* Sic Gellius meus: tu tuum vide, & alios inuenies; quibus placita princeps biuocalis. *Fenus*, & *Fetus* secunda vocali desolata repraesentat apud Festum series elementorum, apud quem post paulo *Foedus*. Eandem alterius vocalis detractionem agnoscit Silburgius Notis in Leges vet. Romanorum, eamque etiam alij Pandectis Florentinis tribuunt, scilicet vt Pandectae Florentinae omnigeno flore floreant. Quibus etiam hic odiosa diphthongus, a Libris, & Saxis velut certi funditores, suppetias petunt, in quibus Saxis tales Inscriptiones densae. Romae Inscriptio in capite pontis S. Bartholomaei:

HEIC. EST. SEPVLCRVM.
HAV. PVLCHRVM. PVLCHRAE. FEMINAE

Ibidem prope turrim Sanguineam:

GRAPTAE. OPTIMAE. FEMINAE

Non defuerunt, qui Faeneratorem principe biuocali scripserint. Reijcitur hoc nomine a Gellio Cloatius: *Faenerator, inquit, appellatus est: quasi φανερώτερον ἀπὸ τῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον: quoniam id genus hominum speciem ostentent humanitatis, & commodi esse videantur inopibus nummos desiderantib. Idque dixisse ait Hypsicratem quendam Grammaticum, cuius libri sane nobiles sunt super ijs, quae a Graecis accepta sunt. Sine hoc autem ipse Cloatius, sine quis alius nebulo effutiuit, nil potest dici insulsius.*

FEMILLA pro *Foemella* Glossae: Θῆλυ, *Femilla*.

FOENORIS, FOENERIS, vt *Pignoris*, *Pigneris*: *quamuis verba eorum magis E penultimam habent Pignero, & Foenero*, inquit Priscianus, & Cassiodorus: *Foeneratos dicimus.* Lexicum B. Germani *Foenerator*. Sic *res foenebris*. Vide *Oppignero*.

FOENVGRAECVM, FOENOGRECVM quoque hic, ibi legas. Nec paucies apud Vegetium de Re Veterinaria, & Marcellum empiricum: Glossae: *Foenugraecum* Τῆλις. Sic Ἀδριανούπολις, Ἀδριανόπολις, & ὅσα ἄλλα.

FOLLIS duplicat semiuocalem ex Latij, & Graeciae Consuetudine Φόλλις. Alij Φολὶς, *Folis*, vt in Eusebij Historia l. 10. c. 11. Est enim hoc vocabulum purum putum Originis Hebraicae, פלים idem, quod סקל. Vtraque vox polysema, & significationis latissimae.

FOLIVM *a Graeco venit, quod illi dicunt φύλλον. Sed ideo per vnum L: quia Antiqui non geminabant consonantes.* Festi vox haec.

FONTANALIA, FONTINALIA Varro lib. 5. de LL. Festusque.

FORFICES, FORCIPES, FORPICES sic Papirianus, alijque discernunt, vt *Forfices* sartorum sint a *Filo*: *Forpices* tonsorum a *Pilo*: quae calidum capiunt ferrum, *Forcipes*: *Formum enim antiqui Calidum dixerunt*, vnde *Formosus* Papiriano. Eadem differitas triuio versu iactatur:

> *Forfice fila: pilos cape Forpice: Forcipe ferrum.*

Sed enim inepta haec esse monet Charisius ex Lucillio, qui etiam *Medicorum Forcipes dixit LXIX. scalprorum forcipium millia XX.* Idem paulo post: *Forcipibus dentes vellere.* Velius Longus in Orthographia notat veteres per transmutationem sillabae *Forcipes* dixisse. Nam &

Virgilius: —— *Versantque tenaci forcipe massam.*

Forcipes dicimus ab eo, quod Formum capiant, id est, calidum. Legit ille *Massam: Ferrum* alij. Marius Victorius non abit ab hac disciplina. *Purcepem* pro *Forcipem* reperias in quadam apud Manutium Inscriptione. Verum ad superiorem distinctum reueniamus. Celsus lib. 7. c. 12. *Forfice dens excipiendus est.* Ibidem de dente: *Ne sub forfice confringatur. Recta vero forfex ducenda est*, saepiusque per F in Codice meo prope annorum C. Donatus in Phormionem a *Formo Forcipes* ducit: accedoque Velio Longo *Forpices* Μετάθεσις prorsus idem esse, neque diuertere *Forfices*: sed a Fornacibus (quae vox quoque ex Donati diciplina a *Forma* est) ad vsum quotidianum translata sunt vocabula ista.

FORMA, non *Phorma*: etsi *Phormio* dicatur eadem ab Origine. Fuit enim *Forma* primitus caseis fingendis, ac cohibendis canistellum, aut sportula, φορμός. Vnde Columella propritim locutus est l. 7. c. 8. *Liquor in fiscellas, aut in calathos, vel in formas transferendus est.* Ex eo ad alia omnia signanda transfunditur vox. Nisi si ab Ὁρμὴ vis magis: omnis enim actio est a *Forma*: Ὁρμὴ autem *Impetus* admisso digammo iuris sit Latiaris. Vide *Caussa*.

FORMIAE, HORMIAE. V. Originem in Volum. 1.

FORMOSVS fine N scribitur ab Etymo, quod est *Forma*, & hoc a *Formo*, Fl. Caper in Orthogr. Cassiodorus. Terent. Seaurus nec in *Formosus*, nec in *Gloriosus* fert accessionem literae N. Idem sentit Papirianus, fulciturque Proportione *Frondosi, Aquosi, Herbosi.* Sic Isidor. lib. 1. Orig. c. 26. Victorinus, Beda. Et nouelli Grammatici absque iudicio tot, tantisque viris valida impudentia Saxa oggerunt. Esto *Fimbriae* tripedali fulciantur elemento.

FORS, pro *Sors* in antiquis aliquot Codicib. in Moeri scribitur:

—— *Quoniam fors omnia versat.*

FORSIT, FORSET, Seruius vtrumque agnoscit. Prius Horatio repetitur, Oda 28. lib. 1. ita Lambino censente, & Satyra 6. lib. 1. Posterius Aeneid. l. 11.

Forsit vota facit, cumulatque altaria donis.

Quo loco dispessis sillabis nonnulli Libris: *Fors &.* Itaque Erythraeus. I ad Variantiam Aduerbiorum Vol. 1.

FORTVITO passim cum O: cum V lib. 2. ad Herennium ex correctione Victorij saepius. Reperio & apud Isidorum lib. 17. Orig. c. 7. *Arbores aut ex seminibus fortuitu iacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant.* Sic Plinij l. 8. c. 16. edente Gelenio. Item lib. 11. c. 37. D. Aug. l. 3. de Genesi ad literam c. 12. Vtitur Lipsius in Excursu A ad Taciti l. 13. & scribit ipse in 2. Senecae de Ira. Pariter *Gratuito*, & *Gratuitu.* Lexicum Cyrilli nomine insignitum: Κεχαρισμένως, *Gratuitu.*

FOSTIM pro *Hoste*, *Fostiam* pro *Hostia*, Antiquitas Festo laudata.

FREGELLAE duobus LL. Sic omnia, quae viderim Silij Italici Exemplaria, & Auctor ad Herennium l. 4. quem Ciceronem saepicule Priscianus nominat. Strabo Φρεγέλη, & Plin l. 3. c. 5. *Fregenae*, ac infra *Freginates.* Similiter Antonino *Fregenae.* V. *Thebae*, γ geminat Etymologus, & finalitate alia scribit: Φραγγέλλοι γὰρ ἔθνος Ἰταλίας.

FRENSA FABA, Glossae. Probatur Similitudine *Prendo*, *Prensus.* Frendo autem est Festo *Frango*, & Varroni l. 2. c. 4. de RR. *Amisso nomine lactentis dicuntur N. frendes, ab eo, quod nondum fabam frendere possunt, id est, Frangere.* Cyrilli Lexicum: Ἐρειγμός, *Faba frensa.* Plinij lib. 22. cap. 25. *In cibo fressa, & cum allio cocta* absque N. Sic Isidori l. 20. Orig. c. 16. *Fresus* vnico S Columellae l. 2. de RR. c. 11. *Cicera bubus erui loco fresa datur in Hispania Baetica.*

FRENVM extra diphthongum a *Frango*, quo equi frangitur impetus. Eadem facie Libri veteres, Virgilius Carpensis. Carrion Notis ad Val. Flaccum: *Frenabat, sic vetus Codex.* inquit: *nec aliter omnia vetustatis Monumenta.* At verior Etymologia diphthongum vindicat: *Feri aeneum, Fraenum: ferus* enim Aen. 2. equus est, cui primulum induxere *Fraena Pelethronij Lapithae Fraena* autem primitus ex *Aere* iuxta Lucretium:

Et prior aeris erat, quam ferri cognitus vsus.

Estque diphthongi scriptio receptissima.

FRETVM nuda vocali. Conciditur enim ex *Feruetum.* Itaque Poëtae omnes.

FRINCILLVS, *Fringillus auis*, Fest.

FRIXERANT scribendum. Sed amabo an absque auctore verborum curiosissimus Augustinus scripserit tractatu 48. in Ioannem: *Frigucrant diligendi caritate?*

FRONS, FRVVS, FROS. *Frons*, & *Frondescere* scribimus imperio Consuetudinis, & seculi politioris. *Fruns*, & *Frundescere* per V veteres scriptitasse Ennium, Lucretium, alios constat e Prisciano, Sosipatro, atque Ausonio:

Aut

Aut de fronde loquens, cur dicat: Populea fruns.

Ita quoque Virgilium φιλάρχαιον quandoque posuisse in 2. Georg. testatum est a Seruio, atque Nonio. Ouidium consimiliter fecisse nondum persuadeor, quidquid alij pertendant. Bono certe iudicio Antiquitatis scabritiem *Cuncha, Cungrum, Fretu, Lauru, Huminem, Fruns, Acheruns* leuamus scripto O. Dices *Humana.* scimus: Sic imperat Vsus. Verum N quoque depulsam Antiquitatis voluntate scimus de Sosipatro ex Varronis testimonio in Libris Antiq. Roman. *Fros, Foenum, messis.* Idem adnotat Nonius, Vide *Por.*

FRVTICETVM, FRVCTECTVM, FRVTETVM in vetustis Codicib. recte, Non *Fructetum:* vt ex *Caricetum* fit *Carectum*, aliaque alibi a nobis signata: Sic *Fructecta* lego apud Ammian. Marcellinum lib. 18. inque probioribus Prudentij Libris.

FVFICIVS vnico F, Libri, Lapides, Manutius. Idemne,

Fufidius forti miscebat mella Falerno?

De *Fufidio* Iurisconf. dicet Cuiacius lib. 1. Obseruationum cap. 9.

FVFFETIVS tripliei F, non *Suffetius* per S apud Liuium legi oportet. Dionysius Halicarnasseus perpetuo tenore Φυφίτιος. Ianus Parrhasius Liuij Codicem cana vetustate monstrabat, in quo *Fufetius* per F, non S. Quem Codicem Vindicianus, Nicomachus, Dexter, & Victorianus manu se sua professi sunt in Symmachorum gratiam emendasse. Eodem scribendi charactere insignitos proferebat Nonij; aliorumque Auctorum Libros. Adde Pomponium Laetum virum antiquis madentem sermonibus *Fuffetium* cum F inchoasse. Pierius similiter, & Gruterus V. C. Refragantur Eliae Vineti Libri.

FVGA, φυγά Dorice. Antiquo Latio G deficiebat. Exinde *Fuca* scripsere. Columella:

Deletura quidem fronti data signa fucarum.

De fugitiuarijs sermo est. Ex eo more est *Incerint* pro *Incgerint* Varroni lib. 1. c. 3. de RR. Hesychius ab eadem doctrina notat ex Γῆρυς. κῆρυξ, τῷ Κ πρὸς Γ σύγγενειαν ἐχόντος. *Quod ex Gerys nascatur Ceryx ob literarum C, & G cognationem.*

FVLCIMEN, FVLCIMENTVM, *Fulmentum, & Fulmenta.* Solinus: *Affunctis fulcimentis innititur.* Vbi Libri alij more veterum: *Fulmentis.* Lucillius: *Fulmentas fenis,*

Plautus: *Fulmenta iubeam suppingi soccos.*

FVLCTRVM Pandectis Florentinis est pro *Fulcrum*, quibuscum pugnat Similium ratio. Vide tamen *Arctus*, & Antiquitatis canos reuerere.

FVNTES scripsere prisci a *Fundendo*: qua Origine despreta posteri *Fontes*, Politius, & magis Romano more: Vmbri namque V deamant.

CAROLO

CAROLO DOREMIEVLX SACERDOTI.

O Tu mearum conſcie noctium;
Iugoque montis note biuerticis,
Amara curarum repellis
Officijs procul abiugatis.

Felix! Vide tamen blando inertiae veneno declinato Muſarum cultura ne iaceat. Quae te cura coquit? Quam pro me curam geris, optime, pro me depone, Dauſqui, ais. Factum puta mi, Carole. Sed per loca ſenta ſitu, qui carbones ſuppoſitos cineri doloſo deuitaſti, ne ambules mihi cautio eſt: quia te amo, ingenium tuum, communem Arteſiam, a qua diuerſi, cum tibi volentia eſt, literas colimus, cum mihi otium, ſeueriores. Ne trepida: vmbrae ſunt ſolis figuratae liniamentis. Gades, Gadir, Gaeſa, Gaetuli, Callecium, Gamelos, Gangarides, Gargaphien, Garganum, Garulium, Gedroſiam, Gelaſinum, Gelonos, & Geloos, Gelanorem, Genetricem, Geryonam, Geſſoriacum, Gingras, & Gingrinas, Glaucomam, Glycomaridas, Gortynios, & Gotthos, Graecos, & Gracchos, Grauthungos, *denique* Grynaeum Apollinem *Humanitatis Praeſidem, cui tu modo iudex, & arbiter praeſidebis, ſi libentia eſt. Nimis haec forte multa: & taedet plura congerere. Abundas otio,* φίλη κεφαλή: *& haec qualiacunque ictu oculi expedies: eo liberius, ac fidentius te inuaſi.*

TRA-

TRACTATVS SEPTIMVS.

G

GABALA triplicato A Straboni, Plinio, passim: Stephano *Gebala* secunda vocali primam occupante sedem. Nata ex Hebraicae L. interpretibus diuersitas videri posset, si non e locorum differitate prouenirct. Nam Stephani vrbs Arabiae est: altera Phoeniciae. Sed porro etsi diuertunt vrbes: ipsius tamen vocis variantia ex Origine, & interpretibus ortum habet.

GADES, GADIR simplici D. Omnes praeter vltimam Prisciani editionem, in qua *Gaddir;* haud amplector. Origo poscit vnicum D. גדר *saepire maceriam struere*: nam *Gades ex eo, quod circumsaepta sit mari*, inquit Isidorus lib. 4. cap. 6. est appellata. Cui accedit Priscian. lib. 5. Plin. l. 4. c. 22. Solin. Mariana, Auienus:

Gadir prima fretum solida supereminet arce,
Attollitque caput geminis inserta columnis. Post:
Barbara quinetiam Gades haec lingua frequentat:
Poenus quippe locum Gadir vocat vndique septum.

Nam *Gadira* dicere, ac si γῆς δειρά, vt docuit Eustathius in Dionysium, & l. 5. innuit Diodorus Siculus, est τῇ παρηχήσει illudi. Rectius Hesychius: Γάδειρα, τὰ περιφράγματα οἱ Φοίνικες.

GAESA principe diphthongo. Γαῖσον, & Γαιζὸν Graeci dixere. Inepiunt, qui vocem hanc ex *Caedo* cudunt. Vox est Gallicana: vnde Seruius in lib. 8. Aen. ait Gallis viros fortes *Gesos* dici, & Propertius telum Gallicanum facit lib. 4.

Virdomari genus hic Rheno iactabat ab ipso
Nobilis erectis fundere gaesa rotis.

Iudithae cap. 9 Ἠλπίζαν ἐν ἀσπίδι, καὶ γαισῷ, καὶ τόξῳ, καὶ σφενδόνῃ. Sic Varro lib. 3. de Vita PR. *Cum binis gaesis essent.* Hesychius in serie bene ordinata: Γαισός. ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον. Γαῖσος, ἢ Γαῖσον pro iaculo solido, ex ferro agnoscitur ab Eustathio in Iliad. β. Etiam *Gesum* dictum fuit, inquit Fruterius in postumis. Nec admodum propudiose scribas vocali secunda *Gesum*. Sic in Pompeiana serie, & Fl. Sosipater dicto: *Gesa*, εἶδος ἀκοντίου, γαῖζα Graecis diphthongum arrogat, Latinis derogat. Sic Γία, & Γαῖα. Sic ambigue Suidas: Γαῖζα καὶ Γαισὸς κοντὸς εἶδος ἀμυντηρίου, δίου δόρατος. Post: Γίσοι, οἱ ῥωμαῖοι πήξαντες τοὺς γίσους, καὶ τὰς περικεφαλαίας τούτοις ἐπιθέντες. V. *Aegesta.*

GAETVLI cum diphthongo Latinorum, Graecorumque Consuetudo. Dionysius:

Γαιτοῦλοι τ' ἐφύπερθε, καὶ ἀγχίγυοι Νίγρητες.

Dionis lib. 54. Γαιτούλιοις Sex. Empiricus l. 3. Hypot. c. 24. Θρακῶν δὲ, καὶ Γαιτούλων. Λιβύων δὲ ἔθνος τοῦτο: Vide *Aegesta*. Valer. Pierius in 4. Aen. *Hinc Getulae vrbes.* In antiquis aliquot Codicibus, inquit, *Gaetulae* cum diphthongo prima syllaba scriptum obseruaui Graecorum more, apud quos Γαιτύλιοι Artemidoro sunt. Nostri cur nomen hoc absq. diphthongo scripsitent, mihi non constat: neque cur ausus sit Martialis primam, & secundam in hoc nomine corripere.

Traducta est Getulis, nec cepit arena nocentes: Quanquam in media O paruum ex diphthongo abijci potest; & Y, quod in V apud nos transire solet, ea ratione corripi, quod communis

apud Graecos habeatur. Id non ita euenit in prima sillaba, si Graeci Codices per Αι diphthongum eam scribant. At non vnius Martialis crimen est: verum & veteris alterius, seu Ouidij, seu Sabini: *Quid dubitas vinctam Getulo me tradere Iarbae?*
Et ex diphthongo Latia tam cadere potest prior, quam posterior litera. Adde veteres Inscriptiones plures absq. biuocali, vt in aerea lamina Taurini Augustae:

DECVRIONES. ALAE. GETVLORVM

Addo *Getulos a Getis* quorundam opinamento forma deminutionis. Isidorus lib. 9. Orig. c. 2. *Getuli Getae dicuntur fuisse, qui ingenti agmine a locis suis manib. conscendentes locos Syrtium in Libya occupauerant, & quia ex Getis venerant derinato nomine Getuli cognominati sunt.* Quod cum ita sit, quaerendum potius erit, cur alij biuocali primam sillabam integrent. Nos ad scriptionis Variantiam referimus. Videlis Raderum hoc loco medio mari nantem, nec vsquam appulsum litori. Facile deteritur A ex diphthongo primore, quod factum vide supra in *Egeria, Egesta* & sexcentis alijs.

GALATEA absq. spiritu, absq. diphthongo: altera enim vocalis, ex diphthongo decidua est in Latio. In quo Ει in E longum transite constat ex Terentiano, atque alijs: ἀπὸ τῆς θεᾶς qui deducunt, imperite agunt. Γάλα γάλακτος veterrimi flexus fuit: inde a candore lacteo Γαλάτεια. Redi ad Volumen prius. Terentianus autem non patitur E hoc porrectum ἀμέσως oriri ex Ει: sed hanc diphthongum prius ire in H Dorum, nec nolo. Namq. istius commatis nomina saeplus E, quam I praeferunt. Hinc *Alexandrea* Horatio, *Iuleus* Ouidio, *Oreades* Maroni, alijs alia. Et cum alijs nominib. I perpetuum haeserit, *Thalia, Arius, Inarime*, idq. productum: indubitanter I non fuit alterum diphthongi membrum: sed natum è tota diphthongo, atque ideo non breue. V. *Alexandria*, & Priscian. lib. 2. *Galathea* per H in plerisq. codicibus Veteribus, imperite.

GALBANVM, ET CHALBANVM, inquit Matthiolus in Dioscoridem lib. 3. vbi: Χαλβάνη. ὀπός ἐστι νάρθηκος: *Chalbane succus est ferulae.* חלבנה. Veteres Glossae: Γαλβάνη. χαλβάνη.

GALBINVM, quam *Galbanum* scripserim pro colore χλωρῷ. Videtur enim A tendi debuisse, vt *Arcanum, Albanum*: at Latini corripiunt istud alterum. Iuuenalis:

Coerulea indutus, scutulata, aut galbina rasa.

Martialis: *Fuscos colores, galbinos habet mores,* lib. 1.
Alibi: *Galbina decipitur calamis, & retib. ales.*
Item: *Iacet occupato galbinatus in lecto:*

Lipsius lib. 1. Elector. c. 3. per A citat Martialem.

GALESVS extra diphthongum. Statius 3. Siluarum:

Et Lacedaemonij pecuaria culta Galesi.

Sic apud Silium, Martialem, Horatium, Maronem, cuius Romanus Codex cum biuocali *Galaesus*: caeteri E incomitata.

GALLAECIA, GALLAECI consona G, liquida geminante, diphthongo principe non ineptissime scripseris. Nam Tarapha dictos autumat a *Galate* Herculis F. & Isidorus a *candore*, vti *Gallos*; nimirum ἀπὸ γάλακτος. Sed non aeque adstruunt. Cum ergo *Callaecus* litera C vbique constanter apud Plinium, Silium, Iustinum scribatur: Librìq. varij plurium auctorum *Callaecia*, & *Callaeci* per C praeferant: cum sero G inter Romana receptum sit elementa: istae autem voces Vsus sint prisci: correctius arbitror ista C litera initiari, vt *Cortina, Pyracmon, Nonacria*, & alia, quae litera G videntur inquinari. Populonij Inscriptio:

PROVINCIAE. CALLAECIAE. PRAESIDI

Callaecis in sillaba secunda biuocalem debitam arguit τὸ *Callaicus*, vt ex *Achaeo Achaicus* nascitur apud Martialem, & Silium *Callaico vestes auro* —— Notae ad veteres Inscriptiones dicunt C pro G esse in his vocib. Parum id stomacho meo facit. Dicta proxime causa. Iisdem Inscriptionib. ducib. abijt in deuia vir doctissimus scribens in Euseb. Chronica.

GALLIENVS duab. liquidis ex MSS. & Vsu densiore correctius. Gallice transscripseris *Galien*. At Franci incogitanter id pro *Galeno* medico passim substituunt Libris editis, inque concionibus.

GALLVS vbiq. geminis liquidis mihi occurrit. At Fuluius Vrsinus in lib. 1. Ciceronis de Oratore (vbi de *Sulpicio Gallo agitur*) scribendum praecipit vnico auctorib. veterib. Numismatib. in quib. ita hoc cognomen. Fauet Origo nominis quorundam opinamento ἐκ τοῦ Γάλατος, seu Γάλακτος.

GAMELVS quondam dictus, qui *Camelus* auctore Terentio Scauro. Hinc in Strabone l. 6. legimus pagum *Gangamela* in Perside, vbi pascebatur *Camelus* Darij sarcinarius iam emeritus.

ritus. גן enim istis populis hortus, campus, & *Gamela* pro *Camelo* Chaldaice, quod Hebraeis גמל, vt sit *Gaugamela*, *Campus cameli*. *Gaugamela* per AV ferri haut potest in Libris Latinorum, & Plinij l. 6. c. 2. vbi opidum dicitur. Deprauate: item in Plutarchi Alexandro, vbi Παυσίμηλα: nisi forte istiusce loci sit epithetum, vt locus Παυσίμηλος sit, vbi pecudes quiete donantur, & pausa laborum est. Sic apud Festum *Cameliae virgines sunt* γαμήλιοι θεαί. Nec omittendus Varro: *Camelus suo nomine Syriaco in Latinum venit.*

GANGARIDAE. Georg. 3. & Argon. Valerij l. 5. per G in secunda sede. At Diodori lib. 3. Τὸ ἔθνος τὸ τῶν Γανδαριδῶν, & Straboni l. 15. *Gandaritis* regio per D.

GARGANVS Boiorum rex Silio, passimque per A. Verum M. Velserus l. 1. Rerum Boicarum per E, & Marsi Codex. Est & cui placitum sit scribi *Gargaeni* mediam insidente biuocali. Posteriora haec deteriora.

GARGAPHIE, ARGAPHIE, GERGAPHIE. Metamorphos. 3. fons est, & vallis *Nomine Gargaphie* —— Etymologus producit ex vetere quo: Νιψάμεναι κρήναις ἱδρυμον Ἀργαφίης. Parmenius quoque inquit, absque Γ. Supra dixerat: Τινὲς δὲ διὰ τοῦ Ε ἀπὸ Γεργάφου τοῦ Ποσειδῶνος. *Quidam per E, a Gergapho Neptuni F.*

GARGARVS pro vrbe. Ἑλλανικὸς δὲ Γάργασον ἔφησεν πόλιν διὰ τοῦ Σ. ἀλλ' οἶμαι σφάλματι. *Hellanicus ciuitatem Gargasum per S dixit. Sed errato imputo*, inquit Stephanus. Cur, o bone? Non dicunt Graeci Ἄῤῥην, Ἄρσην, Κόῤῥη, Κόρση, Ταῤῥὸς, Ταρσὸς, & alia? Ita sane, inquies, vbi geminat rabiosula litera, non vbi solitaria est. Ne te Graecis morer *Fusuos* scripsit Antiquitas pro *Furuis* Scauro teste, aliaque sexcenta, quae vide Voluminis prioris Tractatu II.

GARVLAE vnico R cur sit vulgarijs Nonij editionib. quaeritur Notis ad eum? Respondeo Origine sic posci. Γαρύω, & μελιγάρυες apud Pindarum edocenter. φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν in 5. Oda. *Citharam varie garrientem.*

Philetas: Γαρύσαιτο δὲ νεβρὸς ἀπὸ ζωὴν ὀλέσασα.
Interpres: *Argutum carmen mortua cerua canat.*

Item *Augurium* vnico R, licet ab *auium garritu*. Sed Vsus Originem postrauit, extuditque *Garrulus*, & *Garrire*. Vide *Naro*, *Terra*.

GASPAR, CASPAR, IASPAR. Itali, Hispani, Galli per Gamma scribunt, enunciant. Fauet το גזבר quod est *Numerauit ordine, Recensuit.* Alijs per Cappa carior est scriptio. Nota variantia κύκνος, *Cygnus*: Κνωσσός, *Gnossus*, & *Cnossus*. Et cum *Aspar* nomen Punicum sit in extremo bello Iugurthino apud Sallustium, Photium in Bibliotheca, Priscianum, Silium Italicū: cūq. Hebraicae cognata lingua sit Punica D. Augustino saepius ita sentiente, cur sicut ab *Asaph*, *Ieoseph*, *Ioseph*, non pariter dicatur *Aspar*, *Ieaspar*, *Iaspar*? *Gaspar* nugiuendi est. Vnius etiam e Magorum triumuiratu nomen volunt, cum Romana res floreret maxime. Vide nihilominus Barthl Aduers. l. 54. c. 4.

GEDROSIA cum G. Stephanus: Ἐν δὲ τοῖς τοῦ πολυΐστορος διὰ τοῦ Κ εὑρέθη ἡ πρώτη συλλαβή, ἀλλ' ἦν ἀδιόρθωτον τὸ βιβλίον: *In Polyistoris scriptis per C inuenitur prima sillaba: sed incorrectus erat liber.*

GELLENSES duobus L valide concinnauit Vrsinus ex antiquis Numismatis, quibus ΓΕΛΛΑC, *Gelenses* adseruit dextra. V. *Gelus*, *Gela*, *Gelum* Volum. 1.

GELASIMVS, quartam sillabam ordiente M lego in Plauti Sticho, non *Gelasinus* per N, quod voluere nonnulli, quos inter Nannius Συμμίκτων l. 1. *Gelasimus* enim est *Ridiculus*: parasitus autem iste sic loquitur.

Hoc adeo nomen repperi: quia iam inde a pusillo puero ridiculus fui.

Manifestat & alter versiculus rectam scribendi rationem:

Nunc ego nolo e Gelasimo mihi te Catagelasimum:
Cum sis ridiculus: nolo te irrisorem.

Allusitque Plautus Aristophanis Acharnanes: κἂν γελᾷ, κἂν καταγελᾷ. Et vt *Gelasinus* alibi legatur, *Catagelasinus*, quod respondeat, non legitur. *Gelasinus* autem ab eadem est Origine, diuersum tamen. Est enim facies *Ridibundi*, vel simulati viri, puta Tiberij, aut similis. Martiali lib. 7. Epigram. 24.

Nec grata est facies, cui gelasinus abest.

Quem versum explicant illa Etymologi: Γελασῖνοι δὲ εἰσιν αἱ γινόμεναι κοιλότητες εἰς τὸ πρόσωπον ἐκ τοῦ γελᾷν.

GELLIVS. V. *Agellius.*

GELOI,

GELOI, GELONI diuerſa ſcriptio diuerſorum populorum. *Geloi* a *Gela* Siciliae: *Geloni* barbari, qui cur Maroni cantentur *Sagittiferi*, ne quidem iugeribus commenſi explicant commentarij. Sic accipe. *Geloni* non pharetrari, non ἰοδόκοι: ſed *Sagittiferi*, quod *ſagittas* in orbem caput obeuntes *ferrent*. Claudianus in Nuptijs Honorij:

Et gens compoſitis crinem veluta ſagittis.

Ibidem: —— *Quaecumque Gelonus,*
Armeniuſque dedit: quantum crinita ſagittis
Attulit extremo Meroe circumflua Nilo.

Quo more & Indos moratos ſcribit Hamarrigenia Prudentius —— *Non decolor Indus Tempora pennatis redimitus nigra ſagittis.* Aethiopas Lucianus περὶ ὀρχήσεως, Heliod. l. 9. Aethiop.

GELLIVS. V. *Agellius.*

GEMELLIPERAS vocalis E poſcitur Analogia *Puerpera*, *Puerperium*, *Vipera*, vt ortum ſit a *Peperi*, non a *Pario*: etſi *Viuipara*, & *Ouipara* dicantur. Ouid. 6. Metam.

Magna gemelliperae venerantur numina Diuae.

& Faſt. 5. *Gemelliperus*, διδυμάτοκος.

GELANOR, GELENOR varie in varijs Euſebij Exemplarib. Similitudine nititur ſcriptio vtraq. Vt *Alcanor*, *Euphranor* Aeolum more, ſic *Gelanor*. Pauſanias l. 2. Γελάνορα τὸν Σθενέλα. *Gelenor* autem, vt *Antenor*, *Elpenor*, *Agenor*. & habes Plutarchi tom. 2.

GENESTAE per E antiquiora Maronis Exemplaria: proletaria per I *Geniſtae*. Ita quoq. Antiquae Gloſſae, ac per E legit apud Maronem Paſſeratius.

GENETHLIALOGIA per A, non per O ſillaba quarta ſcribendũ praemonuit Baldus.

GENETIVVS, γενικὴ. *Genitiuus* Gloſſae veteres, quem caſũ *Patricum* Varro indigetabat.

GENETRIX ex Pierij praecepto in Virgilium, Giſanij in Lucretium, Steuuechij in Arnobium, & Apuleium de Dogmate Plat. Probiſſime. ſed Pierij verbis vtendum: CAESARIEM. NATO. GENITRIX. In Romano Codice *Genetrix* media ſillaba per E paſſim ſcriptum. Eandem ſcribendi rationem in Titulis antiquorum, marmoreiſque Monimentis non ſemel obſeruaui: quin etiam in Nummis, qui fuerunt eruditis adhuc ſeculis cuſi, vtpote IVLIAE. PIAE, vbi Venus eſt laeua haſtae innixa, dextera exporrecta cum Inſcriptione, VENVS. GENETRIX. Romani enim genus a Venere propter Aeneam eius filium ducere aſſeuerabant, & Iulia gens condente, dicanteq. Iulio Caeſare templum erexit VENERI. GENETRICI, quod Plinius, & Tranquillus tradidere. Vidimus autem Romae ſcriptum GENETRIX per E non vno loco. In eo vero Monimento maxime placuit, quod in hortis Caroli Stallae habetur vndique mutilatum:

PATER. MEI. ET. GENETRIX. GERMANA. ORO. ATQ. O
DESINITE. LVCTV. QVESTV. LACRVMAS. FVNDERE.
SEI. IN. VITA. IVCVNDA. VOBIS. VOLVPTATI. FVE

Titulus ſuperbiſſimus idem oſtentat:

IVLIA. AVGVSTA. GENETRIX. ORBIS

Ne vero quis huiuſmodi ſcriptiones, vt exoletas exigat, animaduertendum eſt Probum Grammaticum non temere obſeruaſſe GENITOR per I, & GENETRIX per E ſcribi: non ita autem in *Monitor*, & *Monitrix*, quorum vtrumque per I ſcribi conſtet. Idem Probi iudicium amplectitur Steuuechius in Arnobium. Eſt & in Nummo argenteo Alexandri Toti: VENERI. GENETRICI. Atque vt a *Genitum Genetrix*: ſic a *Meritum Meretrix*. Ergo *Genetrix* per E probiſſime, idque ex Vſu ſeculi doctioris, & eius ſeculi doctiorum, quorum ſcriptionem adſpernari vaniſſimi ſit. *Genitrix* per I minus recte: recte tamen Origine, atque Analogia, & pauculis veterum Inſcriptionibus.

GENEZARETH cum Z: cum S Plin. lib. 5. c. 15. Solin. c. 48. Deminute Iſidorus l. 13. c. 9. *Geneſar*. Suidas: Γεννησαρὲτ, ὄνομα τόπου.

GENIALIS LECTVS paſſim. Fuluio Vrſino placet etiam *Genitalis* ſcribenti in Orat. Tullij pro Cluentio, quam ſcriptionem reddit Horatio epiſt. 1. & Feſto. Certe Feſto ſic emendato (ſi modo emendatus eſt) fauent plurimi Lucretij verſus.

GENVCIVS cum C, familia Romana, Libri, Lapides Capitolini, atque alij. Liuius, Plutarch. tom. 3.

GEOGRAPHVS quis non ſcribit? Heſychius etiam diphthongo: Γαιοχάφοι, τὰ ἐν τῇ γῇ χάφοντες. V. *Aegeſta*. Neque mirum. Graecis Δὴ, Δαὶ, γέα (vnde *Geographus*) γαῖα, vnde alterum eſſe poteſt.

GERARDVS Consuetudo per D firmauit. Origo postulabat T, ἐκ τοῦ Γεραίρων Γέραρτος. Quam vocem quib. plus est animae cum H *Gerarthus*, aut *Gerhartus* minus recte scripsere.

GERYONEVS, GERYONES, GERYON. Aen. 8.

Tergemini nece Geryonae, spolijsque superbus

legit Seruius. Ita quoque in perueteri membraneo Codice inuenisse testatur Vinetus. Hanc indubitanter Orthographiam firmat ille Lucretij: *Atque tricorpora tergemini vis Geryonai.* Etymologus: Τριχῶς σχηματίζεται τὸ ὄνομα Γηρυὼν, Γηρυονεὺς, Γηρυόνης: *Tripliciter figuratur hoc nomen, Geryon, Geryoneus, Geryones.*

GESSORIACVM sigmatibus geminantibus vulgo recte scribitur in Claudio Suetonii. Flori lib. 1. Vnico S habet Panegyricus Maximiano Caesari dictus. Apud Ptolemaeum Γεσσοριακὸν per I in prima syllaba, vnico S, duob. ρρ. Vetus editio Flori a Grutero *Gesoriacum* cum R in principe syllaba. Quid de scriptura ausi. nne ludere? An *Gerforiacum* elementis leniter mutantibus, quasi dicas Χέρσου ῥύακα, *Continentis alueum, seu Fluxum* a Ῥύαξ? Vnico S placet Hermolao Barbaro, returq. quasi Brugas esse cum portu Sclusiarum errore non magno. Est & pagus *Gessoriacus* duplici consona Plinij l. 4. c. 17.

GIGNO, *Geno vetustissimi protulerunt*, inquit Priscianus lib. 10. Varro lib. 1. de Re R. c. 4. *Semen, quod est principium genendi.* Lib. 2. c. 6. *Quod similes parentum genuntur.* Quam lectionem MSS. omnib. Pierius arrogat. V. *Ingeno.*

GIGVRI vnico R vulgarijs Plinij Codicibus: Salmanticense, ac Toletanum duplicant *Gigurri* fide Pintiani. Duplicat Inscriptio Compostellae:

POMP. REBVRRO. FABRO
GIGVRRO

GINGRAE, GINGRIAE, GINGRINAE, GINGRAINI cum N Solini c. 11. & Festo in *Gingrire*. At Helychio absq. N· Γιγγρίαι, αὐλοὶ μικροί. *Gingriae, tibiae pusillae.* Polluci lib. 4. c. 10. Γίγγρας δέ τις αὐλίσκους. *Gingras vero aliquis tibias.* Eustath. in Iliadem Σ, Γιγγραίνους vocat ex Xenophonte. Sonus earum *Gingritus* Arnubio lib. 6.

GLADIOLI recte. *Gladiola* carpit in Messala Fabius l. 1. c. 6.

GLANIS. Vide, quae de veterum Orthographia scribimus, Siliana nostra, & *Clanis*.

GILVVS. Maro: ——*Color deterrimus albo*, *Et gilno.* —— Palladio *Gilbus* l. 4. tit. 13, *Ceruinus gilbus, scutulatus.* Sic *Inglubies, Ingluuies, Inlubies, Inluuies, Labatorium, Lauatorium, Nabalis, Naualis, Olibetum, Oliuetum* veterib. Glossis.

GENGIBIAE Οὖλα ὀδόντων, Glossae Philoxeni. Ibidem: *Gengiuae*, Οὖλα, Γόμφοι non multo post. Recte ex communi Vsu, *Gingiuae*.

GLAVCOMA, GLAVCOMAM quarto casu scriptum fuit. Prius ex Sereno noris: *Si vero horrendum ducunt glaucomata peplum.* Qui *Plumbum* legunt, nae illi plumbei sunt. Alterum e Plauti Milite: *Glaucomam ob oculos obijciemus*, Sic *Diploma, Diplomam*.

GLAEBA cum AE diphthongo ex antiquissimis Libris, & Virgilio Carpensi, inquit Manutius, Victorius in Varronem, ita passim in Varrone de R R. vbi & veterem lectionem *Clacbis* per C repraesentat. Sic scribi placitum Victori Giselino, & Petro Victorio in eum Varronis lib. 1. de R R. c. 7. locum: *Simul glaebis a sole percalefactis.* Testatur, & veterib. Libris esse cum C *Claebis.* ἀρχαϊκῶς.

GLISSAS, ciuitatis nomen. Γλίσσας Etymologo. Notat Ortelius quibusdam alterum S deficere.

GLOSSA per O vbi non? Etiam Graecis Γλῶσσα. Etymologus. Πρῶτος, πρᾶτος.

GLVTINVM, non *Glus*, Caper de verbis Dubijs: Ausonius tamen:

Tergora quid faciat clypeis accommoda, dic: glus.

Vbi Exemplaria laudantur a Vineto, quibus sit *Glut*, pro *Glutinum*. At Sosipater lib. 1. *Glus* monosyllabis accenset. In Glossis Latinis *Glis glitis, humus tenax*.

GLVTTIT, ἐγκάπτει, Glossae. Persius Sat. 5. etiam duplicauit:

—— *Nec glutto sorbere salinam Mercurialem.*

Iterum Glossae: *Gluttus*, Βρόγχος. Iuuen. Sat. 4.

Quales tunc epulas ipsum gluttisse putamus
Induperatorem. ——

GLYCOMARIDAS lego per A Macrob. lib. 2. Sat. cap. 9. Apud Plinium l. 32. c. 11 *Glycomeridas* tertia per E picta.

GNEVS. V. *Cnaeus*.

GNA-

GNARVS non tam compositum *Ignarus* persuadet, quam *Gnaritas* Taciti l. 3. & *Gnare.* Vide Ciceronem in Oratore. Victorinus aliter censet: *Nos quaedam pauciorib. literis scribimus, quam antiqui solebant: vt, Narus, Nauus, Nosco: nam illi has voces interposità G scribeb.mt, cuius rei vestigia retinemus, cum scribimus Ignarus, Ignauus, Cognatus, Cognosco.* Sic Graecis Ἄνοια, Ἄγνοια, Ῥάικοὶ, Γραικοί.

GNATVS minus placet, quam *Natus.* I. Scaliger concidi ariolatur ex *Generatus*, neq. G esse aduenticium, sed genitiuum, nec extrudi posse. Ergo similiter *Natura* non erit ex *Nascor*, sed ex *Generatura*, & consequentiae vi scribendum erit *Gnatura.* Nec adamante nexa est Prisciani ratio: quia in compositione G retinetur in *Agnato.* Fit enim ex *Ad.* Olim igitur *Gnatus* ex Victorij mente suo vox non inuidenda seculo, nec e poëmatis exigenda. Hodiernae Institutionum, & Iurium editiones cum D, G *Adgnatus*, *Adgnationes.* Duri oris scriptio.

GNAVVS, NAVVS, GNAVITER, NAVITER. Nihil ex his iure repudiaueris: ne quidem *Nauc.*

GNIDVS. Vide *Gnossius*, *Gortynius.* Cum G in 4. MSS. Eusebij teste Pontaco i in duob. *Cnidus.* Et sic habent, inquit, Clemens l. 1. Strom. Laërtius, Plut. Athen. l. 8. Suidas, Graeci. Tria ista nunquam aliter Graeci: nos autem Latij Orthographica vrgent, quibus potius sit *Gnidus* per G ex Terentiano subiectius. Inscriptio in Aequicolis:

GNIDIVS. SIBI. ET. PLAETORIAE

GNOBILIS Antiqui: Festus. Depulso G posteri.

GNOSSOS, GNOSSIVS geminata litera serpentina, securus alienae scriptionis, cui ratio non suppetit, scribo. Similiter *Parnasso*, *Cephisso*, quae seriatim vide. Pindarus amat alterum demere. Pyth. Od. 4. Καφισοῦ παρ' ὄχθαις *Cephissi apud ripas.* Olympie. Od. 13. Γνωσίας ἄμειψε πάτρας: *Gnosso patria priuauit.* Facit hoc versus tyrannis. Graeci cum C, Latini G. Terent.

N tertia vda sic videtur posse G mutam sequi,
Graia verba quando in vsum sermo noster suscipit
Gnossios si dicere areus, insulam aut Gnidum velis,

Anton. Nebrissensis Quinquagenae c. 21.

GOBIO. Sed & Graecanice *Cobi* per C scriptitasse Plinium scribit Barbarus in l. 32. c. 7.

GORGON vbi non? In prima positione *Gorgona* Prudentij in Romano. Cur minus quam *Cratera*, *Lampada*, *Hebdomada*, *Cassida?* *Tremant venenum sibilantis Gorgonae.*

GORTYNIVS Graeco fonte cadit, Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν in Homeri Catalogo, & Stephano. Addicunt Siltj Italici quotquot viderim Exemplaria inibi:

Intrauit coecum Gortynia lumen arundo.

At Virgilij Longobardicus, & Mediceus *Cortynia spicula.* Val. Flacci libri vulgati *Cortina*: sed vetus Codex *Gortina* fide Carrionis in lib. 1. Olim *Cnossus* cum C, vt *Acna*, *Lece*, *Acro Cabino* pro *Agna*, *Lege*, *Agro Gabino*, quae Victorinus enotauit. Sic in priscis tabulis iudiciarijs:

QVI. IOVDICARE. NECAVERINT pro *Negauerint.* Ant. Nebrissensi supra praeplacet *Cortyna.* V. *Corytus.*

GOTHI cum Adspiratione, Libri, Lapides. In pontae viae Salariae:

QVI. POTVIT. RIGIDAS. GOTHORVM. SVBDERE. MENTES

Ausonius: *Hinc possem victos inde referre Gothos.* Gerbertus Episcopus Rauennas:

—— Gladio bacchante Gothorum Libertas Romana perit ——

Ita Sidonius lib. 7. epist. 1. Saluian. lib. 5. Giselin. in Plinium. Alij T. & Th. Γότθοι, Sic passim Procopius, Stephanus de Vrbibus, Suidas in & Ἄλωπον, & Ἀταλάριχος, Georgius Monachus, Themistius Orat. 10. saepicule, Pollio. Spartianus geminat T absq. Spiritu GOTTICVS.

GRABATVS per G in principe sillaba, & vnico B. Martialis lib. 12.

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa.

Sic Poëtae alij, & M. Tullius de Diuinat. *Non modo lectos, verumetiam grabatos.* Item Biblia Latina: Graeca tamen duplicant B, & cum C primam integrant Κράββατον Amos c. 3. Marci c. 2. Ioann. c. 5. Etymologus etiam primam per E vocalem scribit: Κρεββάτιον, παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις: *Crebbation, a pendentibus basibus.* Ergo ex κρεμῶ τὸ M in B abit. Verum alij a Κάρα ducunt quod *Grabatus capitis* sit *basis*, seu, quo *caput vadit*, τὸ χρῆμα τῷ κάρα βατόν est κράβατον. Vsu κράββατον. Latini expresserunt per G, postquam hoc elementū dominari coepit.

GRAECI pridem scripti: antiquius tamen Ῥάικοί absq. G. Eustathius in Iliadem M ex vetere Lexico Rhetorico, & Etymologus. Hesychius: Ῥαικός, Ἕλλην· Ῥωμαῖοι δὲ τὸν γ προσθέντες Γραικὸν φασι. Qui Hesychius hoc dicto φιλαιτίως suggillatur a Casaubono in l. 1. Strabonis, vbi Strabo dictos Graecos probabat ex Callimacho, vti Eustathius ex Sophocle, & Lycophrone.

phrone. Quibus addi poteſt Ariſtoteles. Non enim Heſychius ſolis id Romanis tribuit.

GRAECISSO. V. *Patriſſo.*

GRACCHVS, GRACHVS, GRACVS. Primum Conſuetudine longa tritum ijt in literas, Nummis, antiquiſque marmorib. adſtrepentibus, & Grammaticis conuenientibus. Abſque H abſque altero C retroſiora ſecula. Sed eademne ſecula ſcripſere *Gragus*? A *Gerendo* vocem ortam retur Varro referentib. Chariſio lib. I. & Scauro in Orthographia. Quia ſcilicet menſes XII. vtero geſtus, a tardo partu, ac difficili nomen inuenerit. Alij a *Gracilitate*. Sed huiuſce ſcriptionis exempla nos deſerunt. Quintilianus lib. I. c. 5. *Diu deinde obſeruatum ne conſonantibus adſpiraretur, vt in Graccis, & Triumpis.* Quibus monnit non id fuiſſe perpetuum.

GRANITVM, GRANATVM, Κοκκῶδες, Gloſſae veteres.

GRATVITV, V. *Fortuito.*

GRAVTHVNGI, GROTHVNGI, GRVTHVNGI paſſim apud Auctores. Ammianus lib. 27. *Grathungos belliceſam gentem.* Claudianus:

Auſi Danubium quondam tranſnare Grothungi
In lintres fregere nemus ——

Idacio in faſtis *Greothingi.* Iidemne ſint *Iuthungi, aut Vithungi*, alius loci eſt. In abſtruſis, barbariſque nomenclationib. modeſta curioſitas, quae confuſionem tollit, laudabilis: nimia, quae fatigat legentem, aut ſcribentem, deuitanda.

GRVMMVS male Libris ineſſe notant Notae ad Nonium. Paſſim vnico M. recte, I ad Feſtum.

GRVNDIO pro *Grunnio* veteres. Videſis c. 6. de Priſca Orthographia Tractatu II. Ex eo *Grundiles.*

GRYLLVS, GRYLVS, GRYALVS, I ad Meurſium Archontum lib. 4. c. 13. Quo libro Meurſius ipſe τῶν ἀρχόντων ἀρχων ἐστί.

GRYNAEVS Apollo Aeneïd. 4. ſcribitur diphthongo principe. Fauet Pauſanias Atticis reponente Camerario Ἐν γρυνείῳ cum fuiſſet ſillaba amplius γρυνιαίῳ. Rectene? Certe Athenaei lib. 4. c. 13. Lego per ſecundam diphthongum γρυνείου Ἀπόλλωνος.

GRYPHI Mela. l. 2. c. 1. Plinius autem modo *Gryphi*, modo *Gryphes*, & in Ecloga 8.

Iungentur iam Gryphes equis ——

Herodotus γρῦπες. Apud Gellium l. 1. c. 2. *Griphos* diſſoluere ſcriptum oportuit per I. Etymologus: Λέγονται γρῖφοι, καὶ τὰ δίκτυα, καὶ τὰ συμποσιακὰ ζητήματα: *Griphi dicuntur & retes, & quaeſtiones conuiuiales.* Idem: γριφῶδες, τὸ δύσκολον, καὶ συμπεπλεγμένον λόγιον: *Griphodes, difficilis, & perplexabilis oratio.*

GYZANTES. Vide *Byzacium.*

HIERONYMO VVINGHIO CANONICO S.

VOLENTEM me pridem suis nidis, & opibus cepit Bibliothecae tua: me, inquam, a te, ab eruditione tua, ab humanitate antecaptum. Ea tam varia, ac multiplex, antistitem vt flagitet. Quemne alium tibi? Habeant suos aliae Bibliothecae nobiles Praefectos, seu Biploptas, seu Biblarchos. Ptolemaei Euergetae in Bibliotheca regnet Eratosthenes, vicariam praefecturam gerat Apollonius, iisdem postea euris implicetur Aristonymus: Alexandriae Bibliothecis curet Zenodotus Ephesius; Diothysius Traiani Librorum gazan instatione recomponat, curet, regat: tua, OPTIME WINGHI, DOCTISSIME VVINGHI *non alium Domino, & possessori praesidem requirit. Vnus tu libris lectitandis sufficis, disponendis, seruandis, ornandis, & qui fructus est, amicitiae amplissimus, semper amicis patere vis, nec extraneis claudi.*

—— κοινὴν γὰρ χελιδὸν Τοῖς φιλομαθοῦσιν ἀναδιδάχαις ἐσιαν.

Sumus ὁμοταγεῖς, *vicini, & amici sumus, ad quem potissimum hac in vrbe Neruiorum antiquissima consilia mea referam? Te vnum Consum spectant, hoc in Tractatu VIII. meorum Orthographicorum:* Hadrianus, Haemus, Haerede, Haetruria, Halieutica, Halonnesus, Haue, Hebenus, Hedera, Helleborum, Helucus, Hepar, Herba, Herbesus, Here, Hic, Hieronymus, Homo, Hominium, Hortus, Hiems, Hispal, & Hispania, Hippoe, Holus, *Alia etiam vltro sese tibi obijciunt, quae alios fugiant.*

TRACTATVS OCTAVVS.

H

HABA pro *Faba* Falisci dixere teste Ter. Scauro in Orthographia, Sabini teste Capro. *Sic Haula parua delubra, quasi Fanula* Festo: Contra olim Ϝάμαξα, Ϝεκηβόλος, Ϝελένη auctore Mario Victorino pro Ἅμαξα, Ἑκηβόλος, Ἑλένη.

HADRIANVS Libri, Lapides, Inscriptiones creberrimae, vt illa in ripa Danubij:

HADRIANO. POTVI. QVI. IVDICE. VASTA. PROFVNDI.

Val. Probus in Notis: HA. HADRIANVS Eutyches similiter. Quod si ab *Adria* est, non imperite vulgo scribunt leniter *Adrianus*. Nec solis Graecis id crimini dare debuit Pontanus lib. de Adspiratione. Vide *Adria*. In nupera Prouerbiorum farragine iure displicet H solum *Hadriani* loco. Fraudi multis queat esse opinaturis *Herculem* designari, aut *Herium* Silij, aut Platonis *Hippiam*, aut *Hiperum*, aut *Hubertum*. Dices accessio Iunij rem aliter finit. Respondeo. Non ergo H Hadrianum signat: sed H cum *Iunio*, nugae merissimae. Atqui eiusdem libri Praefatione Christiano homine indignissima blasphemia inquinat, cum homini mortali tribuitur *Omniscientia*. Neque omittenda Magnonis nota: H. A pro *Heredes Adriani*. V. *Adria*.

HAEMOCHARES. Peccant, qui non afflant. V. *Haemus*.

HAEMON, a quo *Haemonia* Thessalia, rectissime. Reperit Pontacus in duobus Eusebij Codicib. Petauij, & Pithoei eliso spiritu: in alio truncata biuocali *Emon*. Item *Hemon*. Quas labes aperit Apollonius l. 4.

Αἱμονίην ἐξαῦτις ἀφ' Αἵμονος.
—— *Haemoniam rursus ab Haemone*.

HAEMONIA similiter. Esto, apud Val. Flaccum sit *Aemonia*. Hinc *Haemonides* cum H Aen. 10. in aliquot veterib. Libris.

HAEMVS, vtut dubitatum sit, adspirate scribendum est. Theocritus: Ὑφ' Αἷμον. Prodictum ad Silium memini. Herodotus lib. 4. ἐκ δὲ τῶν Αἵμου τῶν κορυφαίων. *Ex Haemi verticib.* Fluxa Vineti fides in Ausonium scribentis: *Haemum autem minime adspirant Graeci. Haemum* autem ab *Haemo* dici, prolixe docet Stephanus. Ammianus lib. 27. & Trebellius *Haemimontum* dicunt. Ciofanus in 2. Metam. testatur *Adspirationem* esse Libris veterib. Etymologus quoque. Ἡ γὰρ ΑΙ δίφθογγος πρὸ μὲν ἄλλου συμφώνου ψιλοῦται· πρὸ δὲ τοῦ Μ δασύνεται: *Ai diphthongus alias ante consonantes tenuatur: sed ante M aspiratur*.

HAEREO biuocali. Nouatores exterunt *A*, ideo risi a Carrione in Val. Flacci Lib. 1. etsi in priscis Tullianis ita reperit P. Victorius, sequaturque Muretus in Philippicam 4.

HAERESIS primore biuocali ἐκ τοῦ αἱρεῖν. Superfluum sit monere: nisi hallucinati visi essent viri sapientes. Sed illi sunt fere, qui tractationem literariam detestati sunt. Paludanus in 4. Sentent. ab *Haerendo*: Hostiensis ab *Ercisco*: Abbas supernumerariam Originationem procudit a verbo *Erro*. Stomachetur ad has ineptias Tertullianus de Praescriptionib. aduersus Haereticos c. 4. *Haereses dictae Graeca voce ex interpretatione Electionis, qua quis sine ad instituendos, siue ad suscipiendas eas vtitur*. Post pauca: *Nobis vero nihil ex nostro arbitrio inducere licet: sed nec ipsi [Paulus, alij] quidquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt*. Vocalium nihilominus priorem repudiauit Prudentius: —— *Ruptis Heresis perit horrida membris*, quem ideo iure carpit Nebrissensis: inualide tuetur Giselinus. Da Prudentio socios: illi salua res erit. V. *Aegesta, Aecate*.

ſe HAH vocalem vtraque obſidentibus duobus H. Ita Priſcianus lib. 1. *Quaeritur cur in Vah, Hah poſt vocales ponitur Adſpiratio, & dicimus, quod apocopa facta eſt extremae vocalis, cui praeponebatur Adſpiratio: nam perfecta Vaha, Haha ſunt.* Addito poſt pauca: *Nec mirum cum in Syrorum, Aegyptiorumque dictionibus ſoleant etiam in fine adſpirari vocales: Interiectionum autem pleraeque communes ſunt naturaliter omnium gentium voces.* Hebraei הָה, & אָהָה. Cioſanus optimis quibuſque Ouidij Libris teſtatur eſſe *Ha quotiens* in 2. Metam. vbi de huius voculae ſcriptione legitima exuberat. *Ha*, & *Ah*. V. c. 14. de Spiritu Vol. 1.

HALCYON. Vide *Alcedo*.

HALESA nuda vocali ſecunda Silij lib. 14. atque in Verrinis. *Alaeſus* tamen eſt antiquis Virgilij Libris cum biuocali Ae, & Graecis Ἄλαιſος.

HALEX ab Origine videtur adſpirari Ἁλικὸς *Hallecula* gemino LL cur apud Columellam lib. 6. cap 8. de RR. ſcribitur?

HALICARNASSVS geminis ſigmatibus Dionyſij, Herodotique inſcriptionibus annotuit, Gellij, Pauſaniae, aliorumque teſtificatione. Tullij 2. de Diuinatione *Scylax Halicarnaſſeus*. In Baronij voluminibus, atque apud alios alterum S demitur. In Pighij, Baronij, aliorumque doctiſſimorum virorum monimentis Dionyſius *Halicarnaſſeus* mendoſe ſcribitur. Ἁλικαρνασεὺς eſt ab Ἁλικαρνασσός: ergo *Halicarnaſeus* abſque diphthongo, & ſillaba minus, vt *Achilleus*, *Tydeus*. Similiter Ἡρόδοτος Ἁλικαρνασεύς.

HALIEVTICA, an *Halieuticam* ſcripſiſſe Oppianus dicendus ſit, ambigunt. *Halieuticam* typis editi Euſebij olim Codices. Cedrenus quoque: Ὀππιανὸς ὁ ἁλιευτικὴν συνεγράψατο. *Oppianus Halieuticam conſcripſit.* At ipſius Oppiani Exemplaria, quotquot viderim, Ἁλιευτικά. Sic ſane rectius Similitudine *Chronica*, *Ethica*, *Politica*, *Oeconomica*, *Topica*, *Phyſica*, *Meteorologica*, *Georgica*, *Geoponica*, quae πληθυντικῶς, quam ἑνικῶς politius efferuntur. Sic Suidas: Ἔγραψεν Ἁλιευτικὰ ἐν βιβλίοις ε. Itaque Tullio familiare eſt, & Plutarcho tom. 1. p. 129. editionis H. Stephani: Ἐν μουσικοῖς τις, ἢ γραμματικοῖς ἐπιδιδούς. Alibi: Οἱ δὲ πλεῖστοι τοῖς διαλεκτικοῖς ἐνδύντες. *In Muſicis, aut Grammaticis qui proficit.* Item: *Plurimi ſe dialecticis dedunt*, Tullius, Vide *Chronica*. V. & p. 239. in *Gamicis*.

HALIMVS, an *Alimus*? Aſperitatem a mari videtur ducere, ὅτι φύεται ἐν παραθαλασσίοις verbo Dioſcoridis in 1. & Ἄλιμος ab Aëtio dicitur *a ſalſilagine*. At leniter in ſupero Dioſcoridis loco, & Solino, quoniam *famem arceat* Ἄλιμον, *Alimus*, quod, vt ἄδιψον, rectius puto.

HALLIVM probat nonnemo, velut ab *Halo*. At ſi mitius *halet Alij* aura, forſitan recte. *Alium* abſque H Vſu tritius eſt, & vnico L eum antiquis Codicibus quorundam recipit Auctoritas, & Antiquitate adſeritur. Vetuſtiſſimi namque non congeminabant literas: Ex quo *Pelix*, *Pelicatus*, aliaque in Gloſſis ſexcenta. Alij *Aleum* per E in paene vltima, vt *Doleum*, *Palleum*, quos Soſipater reſpuit, & merito lib. 1. Inſtit. *Allium*, *Palleum*, *Scrinium*, *Dolium*, *Solium dici debet*, inquit, *non vt alij diſerti dicunt Alleum per E, & Doleum, & Palleum.* Nam & Virgilius:

Allia, ſerpyllumque herbas contundit olentes.

Iſidorus ab *Olendo*: Beda nihilominus per I. Veteres Gloſſae Vda vnica: Σκόροδον, *Alium*, *Neccar*. An quod odore *necet*? Vtut alij ſentiant, rectius duplicabis L.

HALO pauculi Adſpirationem adimunt. imperite. Pierius aſperitatis cauſam allegat in fraudem lubricam: quia ſcilicet natura ei verbo inſit adſpiratio. Nam ex hac ratione ſcribendum ſit *Hodor*, *Holfacio*, *Holeo*, *Hadſpiro*, *Heſſo*, quae ridicularia ſint. Pierio idem docebat Pontanus l. 1. de Adſpir. Neque probo ſcribi apud Prudentium Hymno III.

Quod calet alitus interior.

Pridem, pridem factum, cum Latio H receptum eſt. Neque in nouioribus Scriptoribus Antiquitatis affectatio laudi verti poteſt.

HALONNESVS duplicat NN apud Strabonem lib. 3. Analoga ſunt perplurima *Proconneſus*, *Hecatonneſus*, *Hipponneſus* Plin. l. 5. c. 30. *Arctonneſus*, *Dracontonneſus*, *Alopeconneſus* l. 4. c. 12. & c. 13. *Cephalonneſus*. Lib. 5. c. 31. *Myonneſos*, *Crommyonneſos*, *Arconneſos*, *Priaponneſos*. Item c. 32. *Elaphonneſus*, *Proconneſus*, *Demonneſos*, *Arctonneſos*. Lib. rurſus 4. c. 12. *Glauconneſos*, in quo N geminari imperat Pintianus, in hoc & ſimilibus teſtatus ſuas in Pomponiũ Animaduerſiones. Caninius vir impeſiſſime doctus, cuius ego lucubrationes ab annis quadraginta, & quod excurrit, mire ſuſpexi, in Alphabeto duo vnico N ſcribi praecipit, *Haloneſus*, *Cherſoneſus*. Subeſt ratio Ἅλω νῆσος, Χέρσου νῆσος, tum detractione puſilla, adiectione nulla naſcitur cõpoſitio. Superiora aute paene omnia, & ſequentia, videntur a genitiuis pluratiuis integris oriri. Certe Stephanus vnico N ſcribẽda praecipit Ἁλόνησος, Ἁλονήσιος, ὡς Προκοννήσιος, inquit, &

Ἁλονησί-

Ἀλοννησίτης, ὡς Χεῤῥονησίτης. Item Χεῤῥόνησος, & in Pericle Plut. & in Demosthene, si modo ea Demothenis est oratio, quae *Halonesi* nomen praefert. Euripides scripsisse vnico N videtur:

Ὃς τὴν ἀρίστην χεῤῥονησίαν πλάκα Σπείρει.

—— —— *Qui optimam Chersonesi plagam seminat.*

Est porro Stephanus hoc genus scriptorum ἀκριβέστατος apud quem noto ε κατόννησος, & Πελοπόννησος cum hac ipsa in voce, tum in Σικελία, alibique: vt verear ne inuito Stephano sint haec apud eum scripta vnico N: Ἀρκόνησος, Ἀρκονήσιος, Ἀρκτόνησος, Ἐλαφόνησος, Ἱππόνησος, Ἀλωπεκόνησος, Κορακόνησος, Μυόνησος, *Arconesus*, *Arconesius*, *Arctonesus*, *Elaphonesus*, *Hipponesus*, *Alopeconesus*, *Coraconesus*, *Myonesus*, quae suis quaeque locis inuenies. V. *Chersonesus*. *Proconesus* vnico N. imperio legis metricae scripsit in Perieg. Priscian.

—————— *Saxisque viget Proconesus in illa.*

Peloponnesus duobus N Euripidis in Temenidis: Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις.

Tota Peloponnesus feliciter agit vrbs.

Ἀλωπεκόννησος vnico N apud Etymologum.

HALAPANTA, HALOPHANTA, HOLOPHANTA, HOLVPHANTA. Festus: *Halapanta significat omnia mentientem, ab eo quod halet omnia, vn grand souffleur.* At eius ratio mihi non probatur. Ἄλην *enim Graeci*, inquit, τὸν πλάνην *id est*, *Fallentem appellant*. Errorem Graeci dicunt Ἄλην leniter: vnde *Campi Alei* in vetere Poëta, vbi Bellerophon errauit. *Fallens* autem, seu *Impostor* Πλάνος dicitur.

HALOPHANTA scribendum autumat Canterus lib. 4. Nouarum c. 10.

Plautus Curculione: *Halophantam, an sycophantam hunc esse dicam, nescio.*

HOLOPHANTA duabus sillabis O perfectis, Turneb. l. 11. Aduers. c. 5.

HOLVPHANTA cum V, seu Y placere videtur Nonio, quod *ob fucanda mendacia, miserrima mercede conducitur*, inquit. Rem in medio relinquo. Diuinem cum diuinantib? Atque reijciar.

HALTERES *agili rotat lacerto*, Martialis. Adspiratur ab ἅλλομαι. Non *Alteres*, quod longe est aliud. Idem Martialis:

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti?

Martialis Exemplaria variant: at Galeni, Aeginetae, Themistij, Auctoris Etymologici asperant: cur leuemus? Meminit Aristoteles in Quaestionib. Encyclicis. V. Mercurialem.

HALYATTES aspere apud Pausaniam Eliac. l. 1. Strab. l. 13. Ἀλυάττου χῶμα. Herodot. l. 1. Leniter, & inconstanter Pausaniae in Phocaicis.

HALYZEA Plin. l. 4. c. 1. Thucydidi, Straboni. Ἀλυζίας est *Hazylica* in Ptolemeo.

HAMADRYADES, Ἁμαδρυάδες, non *Amadryades*: quae secundum Pindarum ἰσοδένδρου τέκμαρ αἰῶνος λαχοῦσαι labentibus quercubus ipsae collabebantur. Ex ἅμα, & δρῦς. V. Etymologum. Verum Ἅμα Dorib. Ἅμυδις leniter scribitur: vnde & Latini Ασρίζοντες potuere non adspirare huic voci. Eodem modo Ἦμαρ fit ex Ἡμέρα. Ἧδος ex Ἡδονή. Consultius tamen scripseris *Hamadryades*. Vsitatius, & Origini cõformius: nã detrimentũ Spiritus quaesitius quã verius.

HAMAXAGOGAE. Plauti Truculento: *Damnigeruli foras gerones Bonorum hamaxagogae.* Erant ij, qui *carrucis agebant*, ferebantque bona omnia. Scribere *Hamexagogae* pro *Hamarum* asportatoribus, coactius est.

HAMOTAE duriuscule in Pontano scribitur: vna sillaba auctius, & melius apud Plautum *Hamiotae*. Rudente: *Saluete fures maritimi, conchitae, atque hamiotae.* Vide *Amus*.

HAMVS, vt adspiretur, Prisciani est praeceptio. V. *Amus*.

HANAPVS. Detrita est asperitas Silij l. 14. *Anapus*, apud Theocritum Ἀνάπω casu patrio. Et hoc rectum est, non *Hanapus*.

HANNIBAL. Vide *Anno*.

HANNO tam adspirationem detestatur, quam *Anna*, *Annibal*. Nec vsquam Plutarchus asperat. Silius: —— —— *Et te seruabimus Anno.*

Liuius similiter, dissimiliter tamen in editionib. incorrectis. V. *Anno*.

HARA porcorum: *Ara*, *Altare*. Notauit Priscianus.

HARENA asperatur a Mar. Victorino. Vide *Arena*.

HARIOLVS, HARIOLOR, quasi *Fariolus*, inquit Donat. in Terentium a *Fatis*, & *Fando*. H enim, atque F vicarias saepe vices obeunt. Idem praecipit Terentius Scaurus. V. *Hoedus*: Philoxeni Glossae Latinograecae: *Pariolus*: προφήτης, θυοσκόπος. Scriptum opinor *Phariolus*: sed & hoc minus recte. Sequar libẽtius Vsum, vt princeps vocalis in hoc nomine principatũ teneat.

HARMAMAXAE potius quam *Armamaxae*, quod in Tertulliano de Spectaculis: *De curribus, de thensis, de armamaxis.* Ita sine Spiritu Parisina nouissima editio. Ἅρμα pro *Curru*, proq. loco Dẽso

exprimitur Spiritu. Eustathius in Iliad. β. Δασύνεται Ὅρμος, Ἅρμα, Ὁρμαθός. Ἅρμα locus in Attica, pagus ad Mycalessum, Boeotiae ciuitas, vbique Spiritu semper aspero, neque *Harmamaxa* carere debuit, Herodoti lib. 7. Ἐκ τοῦ ἅρμα τος εἰς ἁρμάμαξαν. Curtius lib 3. *Quindecim deinde, quas harmamaxas appellabant, sequebantur*, plerisque Libris desit Spiritus. Etymologus: ἁρμάμαξα, ἡ πρὸς ἀνδρῶν καθέδρας κατεσκευασμένη ἅμαξα. διον ἅρμα, καὶ ἅμαξα.

HARMODIVS tyrannorum Athenis exactor, aspere. Thucyd. l. 1. *Armodius* damnat erroris, licet inueterati Pontacus cum adsensu nostro.

HARMONIA Cadmi vxor. Origo ἁρμός, seu Ἁρμονία. Ita passim, & recte. Ignorantia plures Eusebij Chronicon Codices inquinauit effuso Spiritu.

HARPALVS Diodoro, Laërtio, Plut. Iust. Pausaniae. *Arpalus* quis probet?

HARPYIA diphthongo Graecanica, Eutyches, & Priscianus apud Cassiodorum. V. *Cynomyia*. Sic *Orithyia*. Amplificatione sillabae *Arepyia*. Etymologus: Ἅρπυιαι· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε Ἀρέπυιαι.

HARVNDO. V. *Arundo*.

HARVSPEX cum H. Donatus in Phormionem Act. 4. Sc. 4. *Haruspex ab Haruga* nominatur: nam *Haruga* dicitur hostia ab *Hara*, in qua concluditur. V. *Aruspex*.

HASBYTAE cum Spiritu Ptolemaeo, Eustathio, Silio. Eo excluso, & iniecto *S* ante vltimam Callimacho:

Οἵη τε Τριτωνὶς ἀφύδασιν ἀσβύσας. καὶ ἐφ' ὕδασιν.

Sic Herodoto, sic Dionysio.

Ἀσβύσαι δ' ἐπὶ τοῖσι μεσήπειροι ναίουσι,
Asbytae mediterranei supra hos sunt.

HASDRVBAL spiritose. Origo חצרו בעל, *Atrium Domini*.

HASTA cum adspiratione ab ἵστημι, Andr. Brabantus. Quasi *Hasta* atriorum tantummodo sit iners ornamentum; non procliorum instrumentum, quibus in procliis hastae eunt, volant, mittuntur apud scriptores omne genus: non autem *Stant*. Scriptio placet: ratio ista euanida non aeque. Olim *Asta*. Sic olim, non tamen ob Isidori rationem l. 18. Orig. c. 7. quod ab *Astu*. *Hasta* qui pugnat, aperto Marte pugnat, non *Astu*. St. Guichardus ab הצן. V. *Hedera*. Veteres Glossae: *Asta*, ἔγχος: sed veteres. Perpetuo tenore hodie apud Prudentium *Astas*, *Astu* excuderunt, neque mihi Prudentium tam φιλαρχαῖον persuaserint: stilus eius seculi recentioris est.

HAVE adspiratur à Valerio literarum Hebraicarum professore. Ex Hebraeo *Haga*, id est, *Vixit*, inquit. Arqui norunt Abecedarij linguae istius היה inter, & הגע quantum intersit. Sane quantum οὐρανὸς ἐς' ἀπὸ γαίης. *Aue* scribimus vulgi vsum secuti, à quo neque doctiores abhorrent. Idque vndevnde sit. Nam probabile est ex Ἀυοῖ, *Aue* figurari, vt ex εἰν Ἀρίμοις Homeri, Latini Poetae *Inarime* scripserunt E longo simplici. Est autem Αὔως, ἡ Ἠώς apud Aeolus teste Etymologo, eoq. versiculo: Ἕσπερε πάντα φέρων ὅσα φαινόλις ἐσκέδασ' Αὔως. Vt enim Χαῖρε Xiphilini verbo est ἑωθινὸν προσφώνημα: sic *Aue*. Latini autem suo iure semel, atque iterum inflexere. Inscriptiones varię sunt. Romae in domo Latini Iunenalis: HAVE. ATIMETE. Est & vbi Spiritus abest. Sassinae: SABINE. VRSE. HOMO. OPTIME. AVE. & in alijs Inscriptionib. notat H superfluum cum iudicio Gruterus. Porrò in Magnonis Notis lego HV. HAVE. Sed eae notae & aeui rusticioris sunt; & recentiores ex his affirmo, quam quib. multum deferatur: *Excellentia tua: Grauitas tua: Illustris magnificentia tua*. Nunc autem vix inuenitur, qui adspiret, inquit Pontanus. Nobiscum Fabius l. 1. c. 6. *Multum enim literatus, qui sine adspiratione, & producta secunda sillaba salutauit, Auete*. Certe *Haue* heluonem pridianum redolet, & australe nescio quid. Neque quid Ios. Scaliger in Varronem sit opinatus ignoramus, aut Victorius in Ciceronis epistolas productis Epigrammatis Marcelli Ceruini. Literatiss. Lipsius in 6. l. Senecae de Beneficijs c. 34. scribit: *Cuius vulgare, & publicum verbum & promiscuum ignotis* AVE. Tametsi loco hoc MS. Erasmi habent HABE, cui haeret Cuiacius l. 2. Obseruat. c. 15. *Veteres*, inquit, *dicebant* HABE, *aut* HAVE.

HAVD, HAVT. Pautis, T summa esto litera, si consona subijcietur: D, si vocalis. Quae distinctio Victorini est, Eutychis, Lambini, Lipsl. Profert Victorinus exempla:

Haud aliter muros —— *Haud equidem* ——— Contra: *Haut dudum, haut multum, haut placitura refer*. Suppar in Graecis Variantia: Μετ' αὐτῶν, Μεθ' ἑαυτοῦ, Verum antiqui Codices euariant in eo Aen. 5. ——— *Operum haud ignara Mineruae*.

Et quamuis per D scribas, sonum tamen ipsius T Solipater audiri scribit. Adi ad Lipsium lib. 3. Variar. c. 29. A praenotato discrimine distrahunt nos Auctorum testimonia arena crebriora.

HEBE-

HEBENVS infrequenter inuenias: *Ebenus* concinnius, Graeciſque conformius. Plin. l. 12. c. 4. *Raram arborem ebenum Meroën vſque a Siene fine imperij.* Idem lib. 16. c. 40. Stagirita lib. 4. Meteor. c. 7. ligna dicit ἐπὶ τῷ ὕδατι ἐπιπλεῖν, πλὴν ἐβένου. Theophraſto inter grauiſſima numerantur Πύξος, καὶ ἔβενος. Dioſcorides lib. 1. c. ρλ Ε῎βενος κρατίστη ἡ Αἰθιοπική: *Ebenus optima, quae Aethiopica.* Claudianus de Nilo:

Qui ramos ebeni, qui dentes vellit eburnos.

Lucanus: *Laeta comis ebeni Meroë* ——

Aſperitas Pontano diſplicet. At ſcribunt in Prudentio hodie: *Hebenoq. cryſtallum facis.* Neq. diſſimulandum in Dioſcoride quaedam exemplaria praeferre diphthongo principe Ε῎βαινος. Diſſauent Hebraea הָבְנִים. Ex Suida diſcas quibuſdam placuiſſe cum L *Ebelus.* Ε῎βενος τὸ μέλαν ξύλον, καὶ ἔβελος ὁμοίως. Attente diſparat: *Ebenus atrum lignum, & Ebelus conſimiliter. Ephebenum* legas inter gemmas Plinio recenſitas l. 37. c. 10.

HEBER, HEBRAEVS cum adſpiratione. Inueterauit Conſuetudo potentior Origine: עבר enim caret Spiritu. Heſychius: Ε῎βρεὶ, ἑβραῖος, καὶ ὁ ἑβραῖος περάτης. Originem ſequitur Druſus ſpreta Conſuetudine.

HEDERAM multiplicem proauis iuuerit Flatus. Alij ab Ε῞δος, quod vbique ſeſſitet, vel cum ſublime adminiculatior nititur. Iſidorus lib. 17. c. 9. quod *arboribus reptando haereat,* .. *Alij ab Haedis*, inquit. Feſtus: *Quod haereat, ſiue quod Edita petat, vel quia id, cui adhaeſerit, edat.* Terentianus orae Niliacae Praeſes: *Haſta quando, & Hedera dicis, Hiſter, Hoſpes, atq. Humus.* Pontacus Originem ab *Edo* complectitur: & afflat nihilominus. Afflat Eutyches, & Becmanus. Pandectae Florentinae leniunt Spiritum, & Feſtus in voce *Ederam*, alij, nec pauci hodie. Diphthongum reſpuunt Poëtae. Maro:

Inter victrices ederam tibi ſerpere lauros. Horatius.

Neſcio quis ———— *Ederoſo conditus antro.*

Apuleius tamen Grammaticus etiam ab *Haerendo* deducit. Vel Origo, vel Conſuetudo diphthongum fregit.

HEI, quod affectui ſeruiat, & cordibus exſpiretur, H videtur initium ſui poſtulare. ει ab *Eiulo*, inquit Andr. Brab. Nec animaduertit I in *Eiulo* ſubiectioris ſillabae particulam eſſe, neq. cum τῷ ε ἑνοῦσθαι. Imo ex ea cauſa non ſcribatur Ei: nam eiulans, *cordib.* eiular, vt cum eo loquar. Adſpira ergo. Aen. 12.

Hei mihi, quid tanto turbantur moenia luctu?

In 2. *Hei mihi, qualis erat* ——

Hei quoque, vt *Dei*, pro *Hij*, ſiue *Hi* docet Priſcianus in lib. 9. Aen.

HELENIVM Adſpiratione deſtitui minime poteſt, niſi ſubſtitutione. Diſertiſſime Plin. l. 21. c. 10. *Helenium e lacrimis Helenae dicitur natum, & ideo in Helena inſula laudatiſſimum.* Ι᾽σοκλέστερον Heſychius: Ε᾽λένιον βοτάνη τις· ἥν φασιν Ε᾽λένην σπεῖραι, πρὸς τοὺς ὄφεις, ὅπως ἐρχόμενοι ἀναιρεθῶσιν: *Helenium herbae genus, ab Helena ſatum, vt aiunt, ſerpentibus exitiabile, ſi edunt.* Ε᾽λένιον Dioſcoridi lib. 1. c. κζ. κη. Theophraſto Βιλένιον, vt *Helena, Belena.* Eandem per B. ſcriptionem Ariſtoteli lib. de Plantis tribuit Hermolaus Barbarus. Scriptum & *Inula, Enula.* Columella lib. 10. *Capparis, & triſtes inulae, ferulaeq. minaces.* Idem lib. 11. c. 3. *Siſer, atque inula conualeſcunt alte paſtinato, & ſtercorato agro.* Palladius titulo 24. *Hoc menſe inula ſeritur.* Hoc, alijſq. Palladij locis *Inela* per E in ſecunda Commelinus edidit. Officinae *Enula Campana.*

HELICE in omnibus veteribus Monimentis legit Carrion: alij Spiritu iugulato ſcribunt *Elice.* Minus recte. Aratus mille teſtes: Τὴν ἑτέρην Ε᾽λίκην, Ε᾽λίκῃ γε μὲν ἄνδρες Α᾽χαιοί.

HELLEBORVM cum Spiritu Graeca Conſuetudine. Probat Etymum παρὰ τὸ ἑλεῖν τῇ βορᾷ, quod *Eſu* perimat, Suidas, Etymologus, Maro:

— *Helleboroſque graues, nigrumque bitumen.*

Abſque Spiritu dixit Rudente Plautus: *Elleboroſus ſum.* Ipſi ſimiliter Graeci. Nicandrus in Alexipharmacis Πόσιν ἐλλεβόροιο. Dioſcorides: Ε᾽λλέβορος λευκός, Ε᾽λλέβορος μέλας. Scribitur & in prima poſitione *Elleborum.* Gelenius ſaepiſſimis locis apud Plinium Spiritum exſpuit. V. l. 25. c. 5. Martialis lib. 9. Epigr. 106. *Accipias, ſed ſi potat in elleboro.* Vbi Raderi Commentarius: *In helleboro.* Abſque H ſcribi praecipit Merula in lib. 4. de Ponto. In Gellij perbona ſane editione à Gryfio lib. 17. c. 15. conſtanter aſperatur haec vox, idq. Origini iam à Suida praeſtructae conuenienter. Verum & ipſi Graeci quandoq. abeunt ab Origine diuerſi. Scribunt enim leniter Ε᾽λαφος, cum ſit παρὰ τὸ ἑλᾶν τοὺς ὄφεις ſecundum Didymum, a *trahendis, vorandiſque ſerpentibus.* V. Etymologum, Dioſcoridem lib. 4. Theophraſtum lib. 9. c. 11. hiſtor. Plaut. Legi & in

Scylacis Caryandeni Periplo ἐλιβορίζεσθαι leniter, & Ἑλιβοριᾶν in Hesychio, cuius editio: Ἐλλίβορος, ἡ βοτάνη, ἣν ἐσθίουσιν οἱ ὄρτυγες. Iidem Graeci eodem modo scribunt Ἐμμανίως, cum sit ex Ἅμα ἴσος. Ἔμπουσα, ἀπὸ ἑνὸς ποδός, *Empusa*. Hesychius: Ἔμπουσα φάσμα δαιμονιῶδες.

HELLESPONTVS, Ἑλλήσποντος, πόντος ἀπὸ τῆς Ἕλλης, Hesychius. Quo super vberant pusilla in Homerum Scholia. Cicero in Oratore vocem partitur:

Qua pontus Helles superat modum.

HELIOGABALVS scribendum ex Spartiano, Capitolino, Lampridio, Victore vtroque, Eutropio, Marcellino, Seruio, Graecisque vniuersis. Historici namque alienigena nomina linguae suae modulis concinniora faciunt, detersa scabritie barbarica. Tantum valet Consuetudo, praesertim paulo vetustior. Origine spectata scribes *Alagabalus*: ita est literatis Saxis: vel *Elagabalus*, quod Nummis antiquioribus est familiarius. Ratio: אל Hebraeum est, ex quo Syrorum אלה, quos Saxa sequuntur, Nec alias ignoramus formas. Dionis Epitoma: Ἐλεογάβαλος. Regia e Dione Excerpta: Ἐλιαγάβαλος. Zonaras apud Photium: Ἐλαγάβαλος. Herodianus: Ἐλαιογάβαλος. Lipsius lib. 3. Antiq. Lect. perpetuo tenore *Eligabalus* secunda in statione I posito.

HELORVS Aen. 3. in antiquis Codicibus.

—— —— Undae clamosus Helorus.

Silij lib. 14. in Verrinis *Elorus*, *Elorini* interliso Spiritu. Similiter apud Scylacem Caryandenum, Plin. lib. 3. c. 7. Apollodorum.

HELVCVS Spiritose. Non est ab *Heluone*, non ab *Elno*: sed quasi Ἑωλικός, ab Ἕωλος, vt Ἕωλα λείψανα, *Reliquiae pridianae*. Est enim stupor corporis, atque animi ex pridiana crapula, & compotatione, qualis Acerrae a Martiale traducitur. Vide Apuleium Apol. Tertullian. de Corona, Festum, Gellium lib. 16. c. 12. Nec ab *Heluone* est, nec ab *Elno*. Tertullian. de Corona Militis: *Cerebrum ab heluco defensare*. Animi causa adscribatur Hesychius: Ἑωλοκρασία, χθεσινὴ μέθη. Festus: *Elucum significat languidum, ac semisomnum ... id est, Hesterno vino languentem, quem* ἕωλον *vocant Graeci*. Notauit Originem, & absque H notauit.

Tantum aeui mutare valet longinqua vetustas!

HELVO, per H, & L vnicum nonnulli ab eo, quod est *Holus* omne de patella deuorare, siue a prisco *Helus*, vt *Hemo* pro *Homo*. Alij L geminante ab Ἕλλην, qua ratione orta sunt *Graecari*, *Pergraecari*. Nugamenta. Certe & Flatus, & vda gemina rem aliquanto magis redolent. Festus ab *Eluendo*. Vnde igitur Spiritus? vnde gemina [illegible] da? Ducitur ex Ὅλον λύω.

HEPAR, ἧπαρ aspere. Becmanus leuigatorum refert in censum, *Epar* Origine adsignata ridicularia παρὰ τὸ ἐπαρδεύειν. Quae etsi ex Etymologo est, cum iudicio tamen excerpendum fuerat, quod melius: dici videlicet ἧπαρ quasi ἥδαρ ab ἥδομαι, quod est voluptate afficior. δι' αὐτοῦ γὰρ εὐφραινόμεθα, καὶ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τὰ τῆς ἡδονῆς, καὶ τὰ τῆς ἐπιθυμίας ἔγκειται. Idem Etymologus. *Per ipsum enim hepar voluptate afficimur; estque parte in hac voluptatis, & libidinis sedes*. *Hepar* item piscis cum aspero Spiritu Plin. l. 32. c. vltimo.

HERACLITVS I Latiari, non Graecanico *Heraclytus*, vt in plerisque Eusebij libris editis. Lucretius l. 1.

Heraclitus init, quorum dux agmina primus.

Cicero nominat *Heraclytum physicum*. In eius Epitaphio Diogenis Laërtij lib. 9.

Πολλάκις Ἡράκλειτον ἐθαύμασα.

Tenditur ergo tertia, quod ex biuocali nata, non ex Y. Ita Suidas, Tertullianus, alij scripsere.

HERBA quasi *Herpa* ἐκ τοῦ ἕρπειν: nam, nisi caulescat semini proxima, incumbit prona, & *repit, atque serpit*. Iuuat in parte Nonius: *Herba est viride pecorum pabulum*. Alij Φορβὴ. *Forba*, *Herba*, vt *Folus*, *Holus*. Vnde propemodum nomen suum explicat Phorbas pecoris regij ἀρχιποίμην in Oedipo Senecae:

Laetus Cithaeron pabulo semper nouo
Aestiua nostro prata submittit gregi.

Pontanus diphthongo scripsit *Haerba*. Repellendus. Ab *Haerendo* ille. Non omnis planta radice haeret? ideone herba planta omnis?

HERBESVS. Silius lib. 14. *Non Herbesus iners* —— —— Vide Solinum c. 11. Apud Polybium edente Seeerio Σιρβησσός Spiritu in Sibilum transeunte. Vide quae ad Silium super *Sedentanis* notamus. Stephani codex leniter, & sigmate reposito Ἐρβησσός.

HERCEVS *Iupiter* extra diphthongum Festo: tensa vocali media, ex Ἕρκειος Ouid. in Ibyn:

Cui

Cui nihil Hercei profuit ara Iouis.

Alij per I scriptitant.

HERCYNIA spiritose, & Pythagorica litera Melas l. 3. c. 3. In vetustis Libris *Herquinia*. Apollon. l. 4. Argon. Σχοπέλοιο καθ᾽ ἑρκυνίου manifesto Spiritus argumento, vti & apud Strabonem. Tamen absq. illo legas apud Suidam ἐρκύνιοι δρυμοί, Prima per O legitur apud Ptolemaeum ex Eratosthene, Ὀρκυνία, nec praue. Est enim Graecis Ὄρκος ab ἕρκος, Fidei saeptum, seu cancelli, quos nefas exire. Dionysius:

ἑρκυνίου δρυμοῖο παραθρώσκοντες ὀρόγκους.

Hercyniae siluae praetercursantes capita.

HERCISCO ab ἕρκος, ἑρκίζω. Vbi namque diuisio, termini: ac vicissim vbi diuisi termini, diuisa res. Minus recte scribunt amisso Spiritu *Familiae erciscundae*: sed priscorum moribus excusantur.

HERDONIA primore sillaba ex E concreta, Plin. l. 3. Eadem ex A Ptolemaeus *Hardonia*. Priori scriptioni fauet *Herdonius* Liuij lib. 3.

HEREBVS Spiritu maculatur, ἔρεβος siue sit ex Graecorum ἔρα, siue ex Iudaeorum ערב. At Val. Probi lib. 2. legas *Herebos*, *Herebus*. Abscedo. Metis in aedib. Clareuantijs:

IIII. VIR. SACRORVM. EREBI

Silius Italicus: *Totamque Erebo demitte Saguntum.*

Varro apud Festum: *Erebo creata fuscis crinibus Nox te inuoco.*

HERE, HERI, Priscianus, cui haeret Quintilianus lib. 1. Inst. Orat. c. 7. *Here nunc E litera terminamus: at veterum Comicorum adhuc Libris inuenio: Heri ad me venit.* Addit eam fuisse Augusto Imp. scribendi rationem: *Quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit, aut emendauit, deprehenditur.* Tantane maiestas ad hanc literarum humilitatem deiecit se, vt etiam semel scripta, *emendaret?* Virum perquam curiosum! prope *curionem* dixi. Festus: *Here, id est aduerbium temporis, Heri.* Horatius lib. 2.

Sat. 8. —— *Dictus here illic*

De medio potare die —— —— Martialis lib. 1.

Epig. 44. *Et positum nobis nil here praeter aprum.*

Calpurnius Ecloga 4. —— *Here quos mihi doctus Iolas Donauit* ——

Petrus Victorius veterum secutus auctoritatem in Cicerone scribit *Here*. Repugnat Flauius Sosipater, qui cum ex Afranij Emancipato produxisset: *Quod heri valetudo obstitit*, Ciceroni Tusculanarum libro secundo tribuit *Heri*, & Terentio in Phormione.

HERES ex *Hero* propagatum volunt, vtrumque vocali per sola scribi, vtrumq. Spiritu inchoari, quem Vetustas inuiderit. Iustinianus lib. 2. Instit. tit. 19. *Pro herede enim gerere, est pro Domino gerere. Veteres enim heredes pro Dominis appellabant.* Plautus Menaechmis:

—— *Abstuli Hanc, cuius heres nunquam erit post hunc diem.*

Sic & Pandectae Florentinae. Extra Iurium prudentes Festus etiam *Heredem dominum*, interpretatur. Inscriptiones obijciunt nobis vocalem incomitatam. Vna apud Farfarum fluuium:

HEREDITATIVM

Diphthongum procul amolitur Cation in lib. 1. Val. Flacci. Neque praetermittendum pro *Heredem* veteres posuisse *Herem* Naeuius Gymnastico: *Atque meis bonis omnibus ego te herem faciam.* Accius Didascalicon lib. 1.

Sapientiae tuuiltae gratia,

Atque honoris gratia patera herem mactauit aurea.

Mutilatio ista coniectioni viam aperit, olim vt fuerint *Haeredes*, οἱ αἱροῦντες. *Capientes*, *Consortes*. Ex qua Origine Consuetudo vocalem priorem detriuerit. Silburgius Notis ad Leges XII. id etiam notauit. Inscriptionum facies non vna. Romae ad Quirinalem:

MARCVS. ADVOCATVS. ERES. ET
AMICVS. BENEMERENTI FECIT

Ibidem in Agne aspere:

HEREDES. PATRI. INNOCENTISSIMO

Romae in Lateranensi:

L. CAECINAE. SYMPHORO
SO. HAEREDES

Diphthongo gaudet Iouianus Pontanus. Iurisconsultorum cuneus aliorsum fertur, Cuiacius lib. 5. Obser. c. 10. Cassiodorus, Taurelius, alij.

HERENNIVS duobus NN, Lapides Capitolini, alijque, item duo Nummi argentei An-

tei Andreae Lauretani, & alius Alexandri Toti.

HERMAGORA, AENEA, ANCHISA in prima positione scripserunt Antiqui, Quintilianus lib. 1. cap. 5.

HERODES. Sic antiqui Libri. Graeci omnes Ὀρώδης. Ab eis disiungitur Plutarchus in Crasso Ὑρώδης, *Hyrodes*. V. *Orodae*.

HESYCHIVS, Ἡσύχιος Augustino aequalis, Salonitanus Episcopus: *Isychius* Gregorio M. aequalis, Episcopus Hierosolymitanus, & scriptor Latinus. Editioni eius est *Isychius*. Verum scriptio primum constituta, lectissima est: esto pluribus nomen conueniat. Nec plura opus. *Esythius* Trithemio Presbyter Hierosolymitanus, & Monachus Gregorij Nazienzeni auditor, καὶ συμμαθητής.

HESEBON sacrae literae. οἱ 70. Seniores leniter Ἐσεβών חשבון.

HESTIAEA per E, ac per I *Histiaea*. Euboeae vrbs: Homero in Catalogo Πολυστάφυλος Ἱστίαια. Ioniae *Hestiea* dumtaxat vtrobique per E simplum, Stephanus de Vrbibus.

HETRVRIA extra biuocalem: Spiritum poscit Originatio, quasi ἕτερος ὅρος: seu Οὖρος *Romae enim finis antea vnam tantum Tiberis ripam tenebat*, inquit Isidorus lib. 14 Orig. cap. 4. Accedit Strabo lib. 5. Οἱ Τυῤῥηνοὶ τὰ πεδία ἔχοντες τὰ μεχρὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέρεως: *Etrusci adusque Tiberim, quidquid erat campi, tenebant.* Plin. l. 3. c. 5. de Tiberi: *Etruriam ab Vmbris, ac Sabinis, mox citra XIII. M. pass. vrbis Veientem agrum a Crustumino, dein Fidenatem, Latinumque a Vaticano dirimens.* Biuocalis principio vocis olim posita pridem euiluit: etsi Hermolaus Barbarus in 3. lib. Plinij cap. 15. nomen ducat παρὰ τὸ θύειν ἀζεῖν, quod auguriorum peritia famam essent adepti, *Aetruscos* reatur appellatos. Hermolaum sequitur Ant. Augustinus Dialogo X. Antiquitatum. Idem nihilominus in lib. 5. cap. 27. per E solum primam scribendā praecipit contra Originem, quam simplicius ab *Etrusco principe* transcribit Isidorus. Aen. 8.

Ergo omnis furijs surrexit Etruria iustis,

Alibique —— *Campis insedit Etruscis.*

Strabo: Τυῤῥηνοὶ, οὓς Ῥωμαῖοι Ἐτρούσκους, καὶ Θουσκόους ὀνομάζουσι. Dionysius Halicarnasseus lib. 1, Ἀπὸ τῆς χώρας, ἐν ᾗ ποτε ᾤκησαν, Ἐτρουρίας προσαγορευομένης, Ἐτρούσκους καλοῦσι τοὺς ἀνθρώπους: *A regione, quam inhabitabant, Etruria appellata, Etruscos vocant incolas.* Spiritum ergo ab Origine debitum consensu excluserunt Libri veteres, Lapides Capitolini, aliique, ac Nummi. I ad Manutium, i ad Gruteri Thesaurum, i ad Dionysium Halic. lib. 1.

HEVILA vetus Editio Romana Bibliorum. Philo lib. 1. Allegoriarum, & οἱ 70. Interpretes lib. 1. Reg. c. 15. Conformius id Hebraeis, Chaldaeisque, quam *Euila* negato Spiritu.

HIBERNVS, vtpote ab *Hiems* (de quo mox) l Latiari. Eaque causa adspiratur. Adspirant etiam Phocas lib. de Adspiratione, & Adamantius Martyrius figurans ex *Imber*. Quasi vero *Imber*, *Vmbrine* inchoata sint a Flatu.

HIBERVS aspere scribi praecipit Phocas lib. de Adspitatione. Sic habet Vibius Sequester lib. de Fluminibus: sic vetus Ausonij liber: sic Nummorum nonnulli: sic Pandectae Florentinae, vt Pandectae sint. Pontacus ad Eusebij Chronica Spiritum interlidere non ausus: enim attribuit Ruffo, Ammiano, Velleio, Spartiano, Tacito: ausimne librariorum erratis eum arrogare? Certe Graeci consensu leniter scribunt. Nonnus Ῥεῖος Ἴβηρ —— Dionysius Ἴβηρες, Strabo, alij.

HIBISCVS, IBISCVS, EBISCVS a Libris, & Auctoribus recipit Erythraeus. Dioscorides lib. 3. Ἀλθαία ἔνιοι δὲ Ἰβίσκον καλοῦσιν: *Althaea, quam Ibiscum vocant nonnulli.* Idem lib. 6. Ἀλθαίας, ἣν Ἐβίσκον καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι: *Althaeae, quam Ebiscum Romani nominant.* Non excamus Virgilij saepta, quibus est: *Hoedorumque gregem viridi compescere hibisco.*

HIC, HOC vnico C: non *Hice*, non *Heic* (sexcentis etsi locis ita scripserit Nannius, ac fere Teutones) non *Heice*, non *Hocc*. Veteres Grammatici geminum C C praescribunt. Olim ita fuit: mutationem temporis secuta est mutatio scriptionis. Terentianus:

Dabo & latentem, sed notandum Creticum:
SOLVS HIC INFLEXIT SENSVS: *nam primus* & iste
Pes longiorem tertiam dat syllabam.
CC geminum quoniam sermonis regula poscit.
Post pauca: *Aut geminum in tali pronomine si fugimus CC.*
Spondeus ille non erit, qui talis est.
HOCC ILLVD GERMANA FVIT: sed &: HOCC ERAT ALMA
Iambus ille fiet: iste tribrachus.

Priscianus lib. 13. tradit hasce voces plenas, *Hicce*, *Haecce*, *Hocce*. Vnde vocali quoque sequente

per

per Synaloephen manentibus duobus CC solebant producere, vt Virgilius:

Hoc erat alma parens ———

Etsic in antiquissimis Codicibus inuenitur bis CC scriptum. Nihilominus Probus in Institutis Artium l. 1. *Mutae literae nouem sunt*: B. C. D. G. H. K. P. Q. T. *Has omnes praeter C in oratione positas simplices sunt: quoniam C litera duplex in solis duntaxat pronominibus inuenitur, & vna pro duabus consonantibus cedit. Quoniam crassum sonum reddit, ac duplicem, vt*: HOC ILLVD GERMANA FVIT, *&*, PROCH IVPPITER IBIT. *Hic ait, &, Hoc erat alma parens. In caeteris autem partibus orationis duplicem non obtinet potestatem. Nam si dicas: Nec erat alma parens. Nec*, ait *pro vna cedit, & vis illa soni deficit crassioris*. Scribit his affinia Victorinus. Capella lib. 3. *Sola mutarum C antecedentem vocalem producit, & pro duplici habetur, vt: Hic, Haec, Hoc. Vnde* SOLVS HIC, *siue simplex C, siue duplex scribitur, Creticus est*. Erythraeus, & alij non Cretico versum metiuntur, sed Dactylo, notantque *Hic* ter apud Poëtam termaximum, corripi, & quod necesse est, *Hic* scribunt C persolo. Quid ni sequamur molliorem dicendi, scribendique rationem? Eequis nos iubeat semibarbaros ore duro duplex CC in posteritate vocis efferre? Cur vero C vnicum vicem duorum legitime non obeat? Deinde *Malius, Petius, Etius* olim scripta: nunc desita. Item *Reij* apud Lucretium, *Fidej* apud alios. Cur non in eo pronomine alterum C vetustas obsoletius factum iuerit? Pierius in secundam Aeneïdem nullum ex antiquis Codicibus inuenisse testatur, cui inesset *Hocc* duplici CC perfectum. Priscianus tamen lib. 12. notat in antiquissimis Codicibus inueniri bis CC scriptum, & lib. 13. producendae sillabae causam adsignat geminis CC, addito, *Scriptorum negligentia praetermisit vnum C*. Prisciano idem sentit, docetq. Vel. Longus, quibus pugnat Sosipater Charisius, vltimumque Positionis modum producit, cum dictio *desinit in consonantem* C, qua pars orationis finitur, & excipitur a vocali, vt: HOC ERAT ALMA PARENS. An vero *Heic* scribendum sit, Vide Volumine 1. scribendumne sit *Arteis* tract. de Variantia cap. 2.

HIEMS I Latiari, non Graecanico, & P interiuncto careat. Vetusto Latio Y fuit incognitum. Primitus ergo scriptum *Huems*, post *Hiems* ciuiliore nota, vt *Optimus* ex *Optumo*. Suadet hoc & compositionis ratio, in *Bimus, Trimus, Quadrimus*, qui binas, trinas, quaternas *hiemes* fuerit. Nam haec, taliaq. ex *Hieme* confieri Adamantio credo. P in medio pridem possessione deturbauit Terentius Scaurus, ea scriptione stribliginis accusata, eum nullum eius caeteris in casibus vestigium pareat. Ideo *Princeps, Deinceps, Coelebs*, P, ac B in prima positione integrantur, quod istae ipsae mutae deprehensae sint in obliquis. Ita saepius, inquam, Scaurus, Papirianus, Caecilius Vindex, Beda, Victorinus. Cassiodorus expressim in Orthographia: *Hiems, vt Caecilio videtur, P habere propter M literam non debet, quod satis sine ea littera M sonet: vel quod per omnes casus, ne vestigium quidem illius appareat*. Ita Virgilij Codices, quotquot Pierius viderit, & Tullianorum Codicum antiquitas, ac praestantia Victorio adorata, *Hiems* absque P: etsi cum eo sit in Kalendarij frusto apud Fuluium Vrsinum HIEMPS, & in quibusdam Libris Chirographis densissime. Nec Gifanij super hoc afanias non vidimus. Varroni lib. 5. de LL. ab *Hiatu Hiems*, cui haerent alij hiantibus auribus, & arrectis. Secedo.

Aestus hiulcat agros, terraeque ardore dehiscunt:

non *Hiems*, quae *terras adstringit hiantes*. Super vocis huiusce adspiratinne vide *Humidus*. Addidero per transennã, vti veteribus *Schema, Schemae*, similiaque: ita ex Ὕῆμα obsoletiore foemineo figuratum primitus *Hyema*, seu *Hyemis*, ex quo deinde *Hiems*. A *pluuia* scilicet, & *Hyadum* dominatu: sicut ab *Imbribus December, Nouember*, mensesque deincipes.

HIERAPOLIM per A scripsissem, inquit Pontacus, cum *Strabone*, lib. 13 Vitruuio lib. 8. Euagrio lib. 1. c. 19 Xiphilino in Traiano, Plinio lib. 5. c. 23. 26. & l. 4. c. 12. lib. 32. c. 2. Vlpiano lib. 1. de Aqua quotidiana, Hieronymo passim, Eusebio, Cedreno, Photio, & alijs. Quid exspectas, Lector, amplius? quis tam densam grauissimorum Auctorum nubem perrumpat? Non ego: ne sim temerarius. An Pontacus? Pergit: Nisi obseruassem nostrum Eusebium, seu Hieronymum in hoc Chronico sub Olympiade 110. 120. 137. semper scribere consentientibus Libris omnibus *Hieropolis*, & non *Hierapolis*: *Hieropolitanus*, & non *Hierapolitanus*. Nihilominus in supero torrente mergi, vbi causas habet error honestas, quam vnius ducis periculum experiri, ex quo non se, non me Pontacus eripiat mihi decretum, certumque est. Coiuerunt enim vnam in societatem recta nomina Ἱερά, Πόλις, non obliqua: ideoque inuariata compositum vnum integrant. Proportio iuuat in *Neapolis*, non *Neopolis*, *Olbiapolis*, *Sacrania*, *Sacranitusis*. Diuertit ratio in *Nicopolis Metropolis*, *Persepolis*, *Adrianopolis*, *Audomaropolis*: hae namque voces hybridae ex obliquo coagmentantur. Vltra quaeris, aut scire fata vetant: ad Consuetudinis dominationem omnia referamus. Cur enim Ἀκρόπολις? Neque obstat Philo Iudaeus contra Flac-

tra Flaccum: Μητρόπολιν μὲν τ' Ἱερόπολιν ἡγούμενοι, καθ' ἣν ἵδρυται ὁ τοῦ ὑψίστου Θεοῦ ναὸς ἅγιος. Hoc enim loco more Graecorum de *Ierusalem* loquitur, & scribit, itaque illam vocare illi hoc loco visum.

HIERONYMVS cum Spiritu, literaque Pythagorae. Docet ratio compositi Ἱερὸν ὄνομα, Dialecto O in Y abit. Idque Vsus Latinorum, Graecorum Machab. l. 2. D. Augustini. Clementis, D. Hieronymi, Liuij, Pindari, Pausaniae confirmat. Notat contra Pontacus ad Eusebij Chronicon libros MSS. maximam partem ab eo scribendi modo diuersos ire, hoc est, H. praetermittere, & I Latinorum infulcire in sillabam tertiam. Nolim sequi.

HIEROPHILE, EROPHILE, HEROPHILA sibyllae nomen vnius omnino varianter apud Suidam, Martianum, Lactantium, Solinum, Clementem. Quod primum, optimum: neque primis vltima cedunt.

HIERVSALEM indoctum vulgus asperat, fauet Apollinarius Psalmo 136.

Αἶψ' Ἱερουσαλὴμ πολυήρατε σεῖο λαθοίμην.

Blandiuntur Graeci *Antinupolis*, *Hierupoa*, exemplo, quasi sit Ἱερῦ, *Sacri*, seu *Sancti* ciuitas *Salem*. Sed contra Originem male tornatam vocem vernaculae suae linguae adaptarunt. Qui Iudaeam a limine consalutarunt, sciunt interpretamentum vocis esse *Visionem pacis*, ita Gregorio M. hom. 2. in Ezechielem interpretante, D. Hieronymo epistola ad Marcellam, Niceta in Nazianz. D. Ambrosij in epist. ad Rom. c. 10. D. August. tom. 4. c. 20. de Catechissandis Rudibus: *Ierusalem dicitur, quod verbum est Hebraeum, & interpretatur Visio pacis.* Ergo Flatum remittes. Marchantij Minoritae agellus macrior fuisset, nisi hoc stereore pinguesceret, *Hierusalem* scripto.

HIEROSOLYMIS alia inest ratio. Nam eum *Solymorum* appellationem vetus frequentet historia, sitque totius orbis olim metropolis rerum sacrarum pretio, compositione nata sunt *Hierosolyma* Q. Calabro non incognita, vide sis Notas ad eum nostras ibi:

Ἀγχαλίων Σολύμων ἱερὸν σπαλὸν ——

Iosephus lib. 1. c. 11. Τὴν μέντοι Σόλυμα ὕστερον ἐκάλεσαν Ἱεροσόλυμα.

HIETO cum E ab *Hio* figurat Diomedes lib. 1. *Hiato* per A est Exemplaribus Laberij in Tauro: *Hiatantur fores.* Post idem *Diomedes disertim* · *Hietare, & Hiatare veteres dixerunt.* Cn. Attius 20. Iliados: *Ille hiatans herbam moribundo ore.* Caecilius: *Sequere me tu, qui mihi oscitans, hietansque restas.*

HILARVS I adspirato, Libri, Lapides, Graecia. Quis ambigit? Plautus Mostell. *Hilarus est frustra istic homo.* Vsitatius in *Hilaris*, I vltimat. Terent. Scaurus in Orthographia. Horat.

Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi.

HILERDA, vt *Hilarus* scribit Phocas. Diuertunt editi Libri omnes Ausonij, Vibij Sequestri, Silij, Lucani, Caesaris, Strabonis, Graecorum. Silius:

Nec quae Dardanios post vidit Ilerda furores.

Caesar de Bello Ciuili: *Explicitius videbatur ad Ilerdam reuerti.* Plin. lib. 3. c. 3. *Ilerdenses, Surdaonum gentis.* Adamantius, & Eutyches leuigant.

HIMANTOPODES, quaqua significantia asperata primore. Plin. l. 5. c. 8. *Aegipanas semiferos, & Blemmyas, & Gamphasantas, & Satyros, & Himantopodas.* Ibidem: *Himantopodes loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura est.* Graecis Ἱμάς: vnde Ἱμονιάς.

HIMERA Siciliae fluuius ex Ἵμερος cum aspero recte apud Thucydidem l. 6. & Diodorum. Quos apud I simplex rectissime Inscriptione veteri suffragante; IMERAIΩN. Ita Sillus, Solinus, vitio solemni scribitur Y Graiorum. Vitio quoque apud Antigonum Ἡμέρα per H, esto Graeci scribant etiam Ἥμερος: vitio apud Polybium Ἡμεραίων.

HINNVS, HINNVLVS, Ἴννος densiore Spiritu, & duabus consonis. Cum sit ex equo, & asina, sortitur a matre figuram, a patre, cuius est *Hinnire*, nomen. Columella lib. 6. c. 35. *Qui ex equo, & asina concepti generantur: quamuis a patre nomen traxerint, quod Hinni dicantur.* Codices deprauati, quibus altera desit.

HIPPEGVS, HIPPAGVS recte. Ἱππηγός, *Hippaginem* vocant alij, alij *Hippagogum*. Ἱππαγωγός enim nauis est, qua *Aguntur*, seu portantur, *equi*. Non possum probare Hermolaum reponentem *Hipagum* P vnico. Scelerata exemplaria offerunt nobis *Hypagus* per literam Pythagoricam.

HIPPO, HIPPONA. Prius tritissimum, & recte: apud *Hipponam* legas Isidori lib. 1. Originum c. 36.

HIPPODAME, HIPPODAMIA. Georg. 3. Maro:

Hippodameque, humeroque Pelops insignis eburno.

Alterum

Alterum vbiuis: in Aeliano, Suida, Poëtis.

HIRCVS. Antiquioribus *Hirquus*, In Virgilij Palaemone eadem vox:

—— Aduersa tuentibus hirquis

scribitur in oblongo Pierij Codice, itaque a nonnullis receptum ait Seruius: Romanus vero, & alter perantiquus cum Mediceo: *Hircis*; atque ita in Longobardico. *Ircis* olim spiritu defectum fuit. *Firquus* Fabio, l. 1. & Varroni lib. 4. de LL.

HIRNEA Catoni de RR. c. 81. *Cirnea* Plauto in Amphitruone.

HIRQVITALLVS aspere Festo, ac Censorino. Hoc Origo ab *Hirquo* poscit, & gallaturientis vox asperior.

HIRTIVS cum T, Libri, Lapides, Nummi, Graecorum Consuetudo, & Latinorum. Origo flagitat ab *Hirto*. Qui ab *Hirco Hircius* scribunt, reddant commenti causam.

HISCE tertio, ac sexto casu pluratiuis. *Hisce* etiam primo casu eiusdem numeri scriptum arbitratur Priscianus lib. 12. hisce in locis Terentij:

Hisce arbitrantur nunc hoc munere suam esse Thaïdem.

Plauti: *Hisce autem inter se confinxerunt dolum.*

In quo videntur Euphoniae causa S interposuisse veteres, inquit Priscianus.

HISCO sillabis duabus. Cato sillaba mactauit vocem, *Hiasco*: aut potius primigenium vsurpauit. Alij ex χάσκω

HISMAEL perperam, & aduersante Origine Iudaica asperatur. *Ismael* probe.

HISPALIS adsibilatur rectius. Plinio, Silioque concisius *Hispal*. Arrias Montanus: *Hispalis nomen Phoenicum est ex Spila, siue Spala deflexum quod planitiem, siue virentem regionem significat. A Graecis addita est Adspiratio.* Haec ille, nec sine admiratione nostra. Philostrato l. 5. de Vita Apollonij: Ὑ̔σπολα, πόλις δ' ἐστὶν αὕτη Βαιτικὴ Ptolemaeo Ἴσπαλις leniter. Silij Exemplaria nonnulla *Ispal* praeferunt.

Alia l. 3. — *Alternis aestibus Hispal.*

Brulius Praefatione in Isidorum Hispalensem: *Spala vero, & Spalensis* suppressa prima sillaba pro *Hispalis*, & *Hispalensis* in vetustissimis MSS. Codicibus, atq. etiam in alijs impressis passim legitur.

HISPANIA quatuor sillabis H, & I primam absoluentibus sillabam creberrime, ac rectissime. Nihilominus in D. Pauli epistola ad Rom. c. 15. v. 23. 24 Σπανίας legimus: item in D. Chrysost. commentario. SS geminare, videtur barbaricum. Inscriptio Romae in aedibus Alexandri Panellae:

D. M

M. VLPIO

ARACINTHO. RET IA

HSSPANO. P. PRIM

NATIONE. PALANTI

NVS. PVGNAVIT

IMP. XI.

: . . . .

XXXIIII.

. . . . .

HISTER adspirat Terentianus:

Vna nam spiramen addit omnibus vocalibus,

Hasta quando, & Hedera dicis, Hister, Hospes, atque Humus,

Item Eutyches. Spoleti Epigramma:

P. MARCIVS. P. F. HISTER

Alias etiam idem cognomen aspere. Mitius alij.

HISTRIA cum multo Spiritu. Vnde & *Histriones* Festo. Cum Spiritu Eusebij Codices septem, tres Vaticani, tres alij Chirographi, & Antoninus teste Pontaco. Spiritum tamen respuunt Marmora, Librique quamplurimi. Dioscorides l. 1. c. 7 Ἴστρια leniter: Graeci caeteri: Sophocles Niobe: Ἴστρου παρθένους λοχεύεται & Lucianus, vbi de Dipsadibus. Ita Ammianus lib. 14. Plin. l. 3. c. 5 Strabo, Ptolemaeus, Zonaras. *Neapoli* Epigramma turpicule:

HYSTRIAE PRAETECTO

ANNONAE

HOEDVS, non *Haedus*: etsi diphthongo principali esse antiquis plerisque Virgilij Codicibus per AE Pierius affirmet: alijsque ab αἰδῶς deriuent, inquit ille: Vsus enim Oe recepit. Tantundem Erythraeus. Adspirationem necessariam docet Terentius Seaurus in

Orthographia: *Quoniam apud antiquos Foedus sit dictus, & vbi illi F literam posuerunt, nos H substituimus. Illi Fordeum, nos Hordeum: illi Fariolum, nos Hariolum.* Eam quoque praescribit Eutyches lib. de Adspiratione, Fabius l. 1. c. 5. veteri quoque scribendi ratione repraesentata: *Oedos, Ircos* absque Spiritu. Eodem modo *Hoedillus* Plauti, *Hoedilia*, Horatij: V. *Foedus*, quod ab *Hoedo* est: *Faedus* autem ecquis scripsit?

HOETYCHIVS eum apud Homerum vertit interpres, dormitabat. Dissipatis enim voculis scribitur —— ὃ δε Τύχιος κάμε τεύχων. Vertendum fuerat: *Quod ei fecerat Tychius labore suo.*

HIPPOE insula per Oe in vltima Plin. l. 5. c. 29. Non *Hippees*, non *Hippeis*, quod Pintiano visum: non *Hippi*, quod perperam vulgo scribunt. Est & cancrorum genus *Hippoe* eidem Plinio lib. 9. c. 31. Sic apud eundem l. 5. c. 31. *Gelgoe*, & c. 29 *Colpoe*, non *Colpae*. Lib. 6. c. 5. *Crounoe*. Lib. 6. c. 6. *Cephoe* Hermolao potius est, quam *Cepi*. Lib. 37. c. 7. *Boloe*, non *Boli*, gemmae genus. Sic *Dioscoroe* Tullio lib. 3. de Natura D. Festo *Arctoe duae*, & *Democ* pro pagis. Antiquitas *Oloe* pro *Ili*, seu *Illi* in L. Regia: alia pariformia Vol. 1. persecuti sumus.

HOLVS, HOLERA, aspere Festus, Eutyches, Nonius, antiqui Calendarij fragmentum in aedibus Capranicorum, Manutius. Origo indicatur a Marone, aut alio quo docto, & antiquo Poëta de Hortulo:

Holus suaue, multiplex herbae genus.

Ex Graeco Ὄλον, *Holus*: vt *Panis* ex Πᾶν. Futilis adsignatur Origo ab Isidoro lib. 17. Origin. c. 10. *Olus ab Alendo dictum, eo quod primum homines ab oleribus alerentur, antequam fruges, & carnes ederent.* Non quod primi homines oleribus solis vsi, quod somniat Cruciger: tunc enim lingua Latina nulla fuit. Non igitur haec esse potest vocabuli causa. Pandactae Florentinae, variae sunt: modo spirant, modo non. Veteres *Helus*, *Helusa* pro *Holus*, *Holera*, Festus. Inde sunt forte *Heluones*: Vide antecedentes pagellas. *Olus* alij; nec male.

HOMINVM tribus sillabis, quantum est hominum, ὀρθογραφῶς. Apud Sallustium Drusus legit *Homininm* sillaba auctius. *Neque illi res, neque consilium, aut quisquam homininm satis placebat.*

HOMVLLVS liquidis congeminantibus, nec aliter: coactum enim est ex *Homulus*. Lucretius in 3. —— *Breuis est hic fructus homullis.*

HONOR, HONOS: ONOR olim absque Spiritu ab Ὀνίνημι. Multos enim iuuant rergemini honores. Notauit Gellius l. 2. c. 3. scriptum veteribus *Honora* pro *Onera*, *Honustum* pro *Onusto*.

HONVS, HONVSTVS aetatis fuit pro *Onus*, *Onustus*. Gellius lib. 2. c. 3. Palmerius Spicilegijs, Manutius in *Onus*.

HORA, ὥρα Item absque Spiritu veteris Latij more *Ora*. In templo S. Pauli via Ostiensi Inscriptio: HIC. REQVIESCIT. IN PACE . . . . .

. . . . .

QVI. VIXIT. ANNOS. XXXIII. M . . . . .

. . . . . .

XV. ORAS. SEX. RECESSIT . . . . .

. . . . . .

HORATIVS spiritose. Ita Dionysij, Plutarchi, Zonarae Exemplaria, Graeca, Liuij, aliorumq. Latinorum. Origo depostulat ἐκ τοῦ ὁρᾶν, ὁρατὸς, ὁράτιος: sit vt idem, quod *Adspectabilis*. Marmor Venusiae:

C. OPTIMO. FILIO. HORATIO. LEGATO. XII. COHORTIS. PRIM

HORDEVM aspere ab antiquo *Hordus*, quod est Grauidus: ex quo & *Horda* bos, seu *Forda*. Sic & *Fordeum* prisci scripsere. Alij *Ordeum*.

HORMINON, quam *Orminum* malim, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς.

HORTVS *apud antiquos omnis villa dicebatur*, quod ibi, *qui arma capere possent, orirentur*, Festi vox. Varro, quod in eo *oriantur* olera, herbae, sata. Ita hi duumuiri, ne mirum sit *Ortum* priscos scriptitasse. Putarunt alij *Hortum* adspiratione corroborari. Ita certe est antiquis Codicibus, Saxis literatis, Phocae. Ducunt alij ex χόρτος. Causa non eos deficit. Etymologus. χόρτος αὐλῆς, ὁ τῆς αὐλῆς ὅρος· χόρτῳ γὰρ ἀντὶ τοιχίων ἐχρῶντο Est enim *Hortus* cuiusque possessio suo definita, & circumcisa ambitu. Ios. Scaliger ex Ὄρχος, *Ortum* figurat, vt Ὄρνιχες, Ὄρνιθες. Decemuiri Romanorum in XII. Tabulis scripsisse videntur eum C *Horctum*. Nec desit Analogia. Denique Flauius Sosipater: *Gracchos, & Hortos, cum adspiratione Consuetudo vsurpauit.* Tantundem legas apud Velium Longum tantumnon verbis isdem.

HOR-

HORTENSIVS est Ciceronis, Macrobijque, Libris cunctis; sexcentis Plinij locis, & l. 34. c. 8. *Hortensius Orator Sphingem Verri reo ablatam.* Inscriptionibus multis cum N in vocabuli viscere, & pauculis absque Spiritu. Veronae vna sic habet:

Q HORTENSIVS. ASIATICVS

Burgi in Etruria: Q. ORTENSIVS

ASCLEPIADAE

Lambinus in Quintianam scribendum contendit extrito N *Hortesius.* Iuuari aegre potest: licet obuium sit in Appiano Ὁρτήσιος: haec enim scriptura linguae idiomati non indebita. est Ouid. lib. 2. Trist. *Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba serui Carmina* ——

HOSPES aspere. *Vulgi falsum quis dicere Solem audeat?*

Aspirationem tollit Isidorus lib. 17. c. 10. Originum: *Ospes, quod inserat ostijs pedes.* Haut placet.

HVDE, HVLE. Stephanus: Ὕδη πόλις Λυδίας ... Ὅμηρος ἦ διὰ τῦ Λ

Σχυλοτόμων ὄχ᾽ ἄριστος Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων.

HVLCANVS Antiquitas scripsit, Victorinus, Epigrammata quoq. *Volkanus* cum O, & K offerunt.

HVLCVS aspere Tullianorum Codicum Antiquitas Victorio adorata. Origo, ἕλκος. *Vlcus* alij antiqui Latij more; idque omnino apud Latinos vsitatius pronunciat Pontacus fidem vndecim Eusebij Codicum secutus. Hesychius: ἕλκια, τραύματα.

HVMERVS. *Vmerus* Antiquitas. An *Humeri* quasi ὁμὰ μέρη: duo *membra simul* sibi ex aduerso correspondentia?

HVMIDVS adspirant Grammatici consensu: Codices antiqui saepe. *Humor*, atque *Humus* similiter. Vtrumque ab Ὕειν. *Vmor* remisso Flatu scribit Eutyches. ἀρχϊκῶς. Idem tamen scribit *Humus*, quod Antiquis fuit *Vmus*.

HVNNI, HVNI, VNNI. Vide *Chunni*.

HYALVS, HYELVS. Georg. 4. *Carpebant hyali saturo fucata colore.*

Inde *Hyalina*. Ouidij in Metam. *Hyale* nympha. Hesychio: Ὕελος, Ὕαλος. Prudent. hym. 2. de SS. Petro & Paulo: *Tum camuros hyalo insigni varie cucurrit Arcus* ——

HYDRVS, HYDRVNTVM, YDRVS, YDRVNTVM, ODRONTVM. Nihil horum adspernabile. Tullius lib. 16. ad Fam. epist. 9. *Hydruntum Italiae traijcit.* Plin. l. 3. c. 11. Posteritas tandem nouandi auida Spiritum difflauit, legasq. in Aethici Cosmographia *Odrontum*. Scribitur & *Hydrus* pro *Hydra*. Onidius:

Aut hydro imbutas bis noxia tela sagittas. V. *Sipuntum*.

HYGINVS, HIGINVS, IGINVS in Codicibus Tranquilli de Viris Ill. varie comperit Vinetus: & in antiquis Veronensium Marmoribus: *Hygenus, Hygena*.

HYPERMNESTRA *de tot modo fratribus vni*, Ouidio cum MN. Vaticanum Eusebij absque N. vitio. Dispudet huius metamorphosim nominis persequi.

HYPOCRITA seu rem, seu nomen attendis, vbi non? In Fabio l. 11. c. 3. *Andronicum hypocriten*. Fr. Welardus (μὰ τ̃ Περικλῆ) declamator egregius oraculum hoc olim edebat. *Hypo, id est, Super, & Crita, siue Chrysa, Aurea.* Et fustuarium euasit?

HYPSAS, non *Hyspas*, Siciliae fluuius. Ante correctionem nostram mendo inquinatae erant Silij Italici editiones. Inscriptionib. non paucis HYPSAEVS.

HYPSEVS etiam Asopi F. cum Spiritu.

HYPSITYLLA, non *Ipsitilla*, nec *Hospitilla*. Catullus:

Amabo mea dulcis Hypsitylla.

HYRCANVS cum Y Graiorum. Maro in septimo:

Hyrcanisue, Arabisue parant ——

Ouid. de Ponto saepissime, Claudianus, Plinius, Solinus. Ὑρκανός Herodoto lib. 7. Diodoro, Plutarcho. Ὑρκάνιος plus vna sillaba in Cyri Paedia ab H. Stephano.

HYSSOPVS congeminantibus sigmatibus rectissime ex vulgi Consuetudine. Etymologicon: Ἱσσώπον ... πλεονασμῷ τῦ ἑτέρȣ Σ. Exemit Hesychius Ὕσωπος, βοτάνη σμήχȣσα. Exemit Macer: *Est hysopum siccum, calidumque, & tertius illi*

Est in vtroque gradus —— Tam id opinor recte, quam secundam non tetendit. D. Chrys. in 19 Ioannis c. & sigmata multiplicauit, & *Hyssopum* scribi posse indicat scripto: ἐπεὶ ϗ ὕσσωπον διὰ τῦτο πρόσκειται. Quod apud S. Euangelistam pro Ὑσσώπῳ Camerarius rescribat Ὑσσῷ πῷ, vel ab ipsis heterodoxis repudiatur, vt diuinator.

HYSTASPIS cum Spiritu, cum Y Graeco: modo hoc, modo alterum quibusdam abesse Eusebij Libris testatur Pontacus. Erratum!

ANTONIO SANDERO SCHOLASTICO.

INGRATAS mihi Musas verear, ANTONI SANDERE, si te tacitum, aut insalutatum relinquam. Eorum enim, qui Helicona colunt, ecquis tecum hodie facilitate componendus, aut felicitate? Grande alius dicat Epos: idem te thyrsus agit. Sunt, quos Elegi iuuent? Eos ad incudem tuam pauci tornent. Phaleuci quem deliniunt? Eos in numerato habes. Quid patrium solum loquar? Abunde illi, vti par est, ortu tuo debes: plus illa tibi, quam a rerum gestarum gloria obsolescente, atque ab obliuione vindicas. Magna fortuna Populi Gandensis olim fuit, magnum, & terribile nomen: at quantum, quantum est, magis magisque exquisitissimis scriptis illustras. Quid quod Catholicae Ecclesiae lumina Patres Coccinatos eminentißima meritorum pompa extollis? In tanta diuitiarum abundantia, honorum affluentia, adulatorum legionibus non in auia trahi, non turgescere, non frangi rarum est, sanctum, ac diuinum quiddam est. Sanctitudinem sacris istis verticibus non illinis penicillo blandiente: ea orbis gloriatur vniuersus, ac depraedicat. Vixdum primorem, aut alteram Decadem exierant oculi, cum miris modis ea lectione se ad virtutis imitationem commoueri, atque inflammari serio mihi amicißimum caput affirmaret. His igitur virtutum, sanctimoniae, doctrinaeque exemplis, quae in Patribus Conchyliatis illustrißima relucent, quisquis excitatior vltra se prouehet, hoc vni SANDERO acceptum referet. Praeclare, vt adsolet, Simeon Metaphrastes in vita S. Chrysostomi: φιλεῖ γὰρ πως ἡ τῶν ἐπιφανῶν, καὶ μεγάλων ἐπὶ τὸ κρεῖττον, ἢ τὸ χεῖρον μεταβολὴ πολλοῖς ἐπὶ τὸ ἴσον γίνεσθαι τῆς μιμήσεως ἀφορμή: Solet enim quodammodo illustrium, & magnatum in melius, aut deterius mutatio ad aemulandum multitudini occasionem afferre. *In omnibus alijs libellis tuis prolusisti: in posterioribus monimentis mundum sapientiae, ac virtutum praeceptionibus informasti. Quas ob res trepidantius ad te mea veniunt. Ignosce tamen, ac simul, velim in* Orthographicis *meis haec trutines.* Inchoabis *ab* Eano: *inde ad* Iapidas, Iapygas *transibis.* Idaeam *picem ne tanges:* Ideam *suspice*, Idumen *longe odorare.* Idus *cum* I. Caesare *ne curaueris, nec* Imberbos, *si* Imperiosi *erunt, aut* Improli, *aut* Inartes, *aut* Inermi: *ne tales* Infelicent. *Sin aliter* Interneciuum *bellum tibi orietur.* Intyba, *sicui rident:* Inuedus *ne sis.* Iouis *ita iußit missa coelitus* Eride. *Tandem in* Itio *portu conquiesces, ac* Iubilabis: *ego tecum, si probas, velim.*

TRACTATVS NONVS.

I

IAETENSES biuocali Plinij l. 3. c. 8. Apud Stephanum Ἰαιτία: & in Sicilia Ἰέται, φρούριον. Silij lib. 14. Librorum constantia absque biuocali *Ietas* per E.

IACETANI populi, non *Lacetani*. Strabo enim, & Ptolemaeus Ἰακκητανούς nominant. V. *Sedetani*.

IAM DVDVM dubio procul dispescuit Priscianus scribens in id: *At regnia graui iam dudum saucia pectus*. Licet compescere.

IANVS, EANVS scriptum testatur Macrobius l. 1. Satur. c. 9. euoluitque causam, & Originem: *Ianumque ab eundo dictum, quod mundus semper eat, dum in orbem voluitur, & ex se motum faciens in se refertur.* Vnde Cornificius Etymorum lib. 3. Cicero, inquit, *non Ianum, sed Eanum nominat ab eundo.* En tibi Ciceronem lib. 2. de Natura D. *Cumque in omnibus rebus vim haberent maximam prima, & extrema, principem in sacrificando Ianum esse voluerunt, quod ab Eundo nomen est ductum: ex quo transitiones perniae Iani, foresque in liminibus aedium priuatarum Ianuae*, Haec ille.

IAPIDES, IAPVDES, IAPODES. Primulum scribitur Epitoma Liuij lib. 59. C. *Sempronius Cos. contra Iapidas primo male rem gessit*. Secundum vsurpant Capitolini Triumphi:

DE. IAPVDIBVS. K. OCT

Ἰάποδας Stephanus, & Graeci. Etsi ex Codicibus Romano, ac Mediceo legat Pierius:

—— *Iapygis arua Timaui.*

Etsi Hecataeus duas ponit *Iapygias*, vnam in Apulia, de qua Plinius lib. 3. c. 16. dictam a Daedali filio, & alteram in Illyrico, de qua Plinius eodem libro cap. 21. *Tedanium, quo finitur Iapidia.* Recte, Nam Antenor Aeneïde prima potuit *Illyricos penetrare sinus.* .... *& fontem superare Timaui.* Quare *Iapidis arua Timaui* rectius scribatur. Tò *Iapygis* Seruio displicet: *Iapidis vicinae adferunt Alpes, & Norica castra.* Neque illectum mihi illud Aeneid. 8. *Iapyge ferri*: neque ìd *Equo venator Iapyge fertur.* ἀτεχνῶς.

IBVS *dinumerum stipendium*, Plautus in Milite pro *Iis* scripsit.

IBYCVS *vt periit vindex fuit altiuolans grus*, Ausonius ita recte per Y. Ita in Platonis Parmenide. Suidas: Ἴβυκος. Cicero 4. Tuscul. Pausanias 2. lib. Ἴβικος: an recte minusculo? Deterius *Hibycus*.

ICCIRCO, quam *Idcirco* mauelim, vt: *Accio, Accanto, Accendo*. In quibus ea Euphoniae studio inueterauit scriptio. Sequor Manutium, & I. Scaligerum ita perpetim in libris de Causis L. L. inque Exercitationibus scribentes. Saxis, & Codicibus quibusdam aliter inest. Hotomanus nunc *Idcirco* cum D, nunc cum C scribit *Iccirco*. V. *Nequicquam, Quidquid.*

IDAEA cum additur magnae Matri Deum aut Dianae, peculiarem scriptionem sortitur. Sic & Tibullus *Idaeos vertices*, Maro *Idaeas silnas*, *Idaeos modos* Ouidius, Plinius lib. 4. cap. 20. *Asia picem Idaeam maxime probat.* Idem lib. 37. cap. 10. *Idaei Dactyli in Creta ferreo colore*

pollicem humanum exprimunt. *Ida*, Ἴδη primigenium est. Adiectiua porro a nominibus primi flexus figurata, Ae diphthongo charaxantur: sin a secundo flexu flectantur, Ει Graecis est, Latinis E, vel I. V. *Aetherius, Idumaeus* infra.

IDEA pro *Forma, Imagine*, vel *Exemplari*, quo frequentissime Plato, ac Theologi vtuntur, nulla diphthongo. Quare ad Coronam Mysticam perperam attexitur:

Seque fructus ideaea boni ——

Ac ne cui scriptoris Auctoritas fraudi sit, tres illae sillabae breuiusculae sunt, duas longat, mediam contrahit. Ita triplex podagra pedes torquet. Ratio: Εἶδος quidem: at in voce deminutiua, diphthongi prior pars in primore sillaba defluit vsitata omnium Consuetudine scribentium. Item a secunda sede exulat diphthongus omnis. Pollux in Propylaeo operis: εἰκόνες, μιμήματα, ἰδέα, ἰδέαι. Sic Dionysius ab Ario pago, Pindarus, Graeci vniuersi: neque sunt Latini diuersi.

IDEM, IIDEM pluratiuo numero vtrumque recte. Sic *Isdem* pro *Iisdem*. Ouidius lib. 3. Trist. Eleg. 1.

Isdem sub dominis adspiciare domus.

Consule Lipsium lib. 3. Variar. c. 29. V. *Eisdem*.

IDENTIDEM per N priore loco scribendum est: licet sit ab *Idem idem* compositum, inquit Beda.

IDVME, IDVMAEI, Lucanus lib. 3.

—— *Arbusto palmarum diues Idume.*

Silius Italicus: *Cypron Idumaeas referat de Pallade palmas.*

Martial. l. 10. Epigr. 50. Ex *Idume* autem *Idumaei* nati: ideoque diphthongus, vti proxime docebamus, poscitur. Si enim ortus esset ab *Edom*, vel *Edomus*, fieret *Edomius*, vel *Edomeus* persola vocali. Vti antem ἐπίτριμμα scribitur *Edom*: sic aeque crebro *Idume*: vtrumque firmauit Consuetudo. Sed & Sunius Arabicus 4. agnoscit Ἐδυμαῖοι. Stephanus hausit ex Genesi, aut Geneseos lectore haec: Ἰδυμαῖοι, ἔθνος Ἑβραίων ἀπὸ Ἀδόμου. Ἄδομα γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσιν· ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς τῷ ἀδελφῷ τὰ πρωτεῖα εἰλήφει: *Idumaei, gens Hebraeorum ab Adoma: Adoma namque Iudaei rubrum vocant, eo quod rufam escam fratri cedens, primogeniti iura accepit* alter. Iosephus lib. 1. Antiq. πυῤῥόν, seu *Rufum* vertit.

IDVME, inquam, V secundam iure quam optimo sedem obtinente: licet veteres Valerij Flacci Codices per I praeferant: licet ijs Carrion adhaerendum censeat. Attexo ex ijsdem fontibus *Adam*, *Edom* eadem.

IDVS simplici vocali I, quaecumque fuat Origo: siue a *Videndo*, siue ab *Iduando*, siue ἀπὸ τοῦ εἴδους, siue ab Ἰδεῖν, quam Originis dubitatae congeriem videre est apud Macrobium lib. 1. c. 15. Saturnal. Miror, cur Andr. Brabantus dicat εἰδεῖν esse videre: cum supra Macrobius, semperque Homerus pro Videre τὸ Ἰδεῖν posuerit: notumque ex Theocrito vel in triuijs, Ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην —— Interprete Marone: *Vt vidi, vt perij*. Rhotius, & Andreas scribunt biuocali *Eidus*, quod Inscriptionum, opinor, aliquae sic se habeant, Ειδ. Verum exoletam ει diphthongum satis perspicue. Vol. 1. demonstratum est, ac I porrectum etiam substitutum de Prisciani, ac melius opinantium sententia.

IECINORIS, quam *Iocinoris* velim. Veteres etiam *Iecineris* vtrobique per E. *Iecur* primigenium est: non *Iocur*. Apud Plin. lib. 37. c. 10. *Oculorum, & iocinerum medicina* legitur per O in prima, per E in tertia. At istae duae vocales alternant sese. Hesychius: Ἔχαρτιν ἄρμαριν, ἢ μᾶλλον ἧπαρ. Latini: *Pigneris, Pignoris*.

IENTACVLVM primore sillaba vocali secunda. Fit enim ex *Iento*, *Ientaculum*, vt ex *Habito*, *Habitaculum*, ex *Vmbro*, *Vmbraculum*. *Iento* porro παρὰ τὸ ἰᾶσθαι, ab *Ita*: capitur enim id cibi rei gerendae causa. Apud Isidorum lib. 20. Orig. c. 2. erratum fortuitu obiectum per A *Iantaculum*, pro tosa sunt diffusuiati, & in Festi, ac Pauli Libris melioribus ita vociferantur esse. Ἄνθρακες ἀντὶ θησαυροῦ, *Carbones loco thesauri*.

ILICET *ignis edax alta ad fastigia vento Voluitur* Aen. 2. Sic vnico L omne genus Scriptores. At Priscianus lib. 4. gemino. Nec eum coniectura destituit. Putat enim concisione *Illic* cum Accentu circumflexo scribi: sicut *Istiice*, *Istic*. Hoc ei largiatur, qui volet.

ILLI, non *Illei*. Vide *Antiquus*.

ILLIC absque Flatu: non *Illhic*, Phocas lib. de Adspiratione, Libri veteres, Virgilius Carpensis, I. Scaliger de LL. *Illa*, *Illae* leniter: sic *Illi*, *Illic*. Vide Vol. 1. quae de veterum Orthographia sunt notata.

ILLICO

ILLICO vdis geminantibus, quasi *In loco*, quod sequentibur adstruitur. Terent. Adelphis: *Otiose nunc iam illico consiste.* Plautus Bacchidibus: *Vlyssem audiui fuisse aerumnosissimum, qui annis viginti errans a patria absuit: verum hic adolescens multo Vlyssem anteit, qui illico errat intra muros ciuicos.* Idem: *Insto illico.* Geminos Plauti loco insigniuit Charisius lib. 2. At Pandectae Florentinae vnico L. vt, *Vilicus*, *Vilica.*

ILLO potius, quam *Illuc*, Marius Victorinus in Orthographia. Pete Aduerbia veterum Vol. 1.

ILLVSTRIS duobus LL. Si M. Scauri, Prisciani, Seruij Exempla insecutus, *Illustris*, *Illudo*, *Irradio*, *Immansuetus*, & consimilia eodem modo scripsero, non multum mihi largiri videbor, si alios diuerso progressor itinere, errare prorsus libere dixero, & Poëtis, ac Rhetoribus iniurios esse. Idem mecum sensit Camerarius in Plautum, Manutius in Orthographia. Inscriptiones crebriuscule *Inlustris* cum N. Romae in Basi marmorea:

ANICIAE. FALTONIAE. INLVSTRISSIMAE. ET. SANCTISSIMMAE

Victori Giselino scribenti in Prudentij librum primum contra Symmachum ridet ea scriptio.

ILLYRII passim. Demosthenes Olynth. 1. Τὸν Παίονα, καὶ τὸν Ἰλλυριόν. Ouid. l. 2. Trist. *Illyris ora*. *Illurij* per V in vetustis Fastorum tabulis.

ILLVTIBILIS in Plauti Menaechmis scribunt hi, *Inlutibilis* alij. Sua cuique sponsa.

IM pro *Eum* scriptitabant prisci, Macrob. l. 1. Satur. c. 4. Glossae veteres: *Im*, αὐτὸν, εἰς αὐτόν. Eaedem: *Im*, *Eum*, τὸν αὐτόν.

IMBER, ex Ὄμβρος abique H. Festus, Virgilius Carpensis, Libri veteres. Carrion in Val. Flaccum testatur omnibus Libris veteribus esse per Y, *Ymber*. Ἀπολιχώτερον profecto, vt ex Ὄνομα, Ὄνυμα, vnde *Synonyma*, *Homonyma*. At huiusce Dialecti vires prosternit Consuetudo, quae ne quidem in *Vmbris* Pythagorae literam patitur consistere.

IMBERBVS per V in summa sillaba, non *Imberbis*, scribendum praecipit Charisius nixus Auctoritate Varronis de Actionibus Scenicis, vbi: *Imberbi iuuenes.* Sed & Cicero *Imberbum* protulit, non *Imberbem*. Kalendae Ianuariae de lege Agraria: *Imberba iuuentute.* Titus histor. lib. 18. *Imberbi vulgariter.* Verum & per I scribi fas Auctoritate Horatij: *Imberbis iuuenis.* Item:

Imberbes didicere pudet perdenda fateri.

Incertus Auctor Beda vulgo habitus eadem Charisio tradit addito *Imberbis* singulariter.

IMFICIT. V. *Comfert.*

IMMANIS, & *Immanis* per M exeunte sillaba priore. Carrion in Flaccum per N vtrumque legit, & offert. Repellitur a Fabio l. 1. c. 7. *Et immunis illud N, quod veritas exigit, sequentis sillabae sono victum M gemina commutatur.*

IMMENSVS simili modo per M. At Romae vetus Inscriptio per N:

EGESTIS. INMENSIS. RVDERIBVS

IMMO duplicato M, Libri veteres, Virgilius Carpensis, Manutius, Becmanus in Originibus. Nonnulli *Immus*, vt *Summus*, vt τὰ ὁλικά eo integrius seruentur. Alij, nec indocti, *Imo*: mihique praeplacet.

IMMVSTVLVS, *ales ex genere aquilarum*, inquit Festus. Glossarium: *Immusulus*, ἱέραξ ὄρνις, abique T. Item Gloss. *Inemustulus*, ὄρνεον βασιλικόν. Et Festo est in verbo *Oscines: Immissulus* per I in secunda sede. *Immussulus* duobus sigmatibus Arnobij lib. 2. Vbi vide Steuuechij notam a nostra diuertentem.

IMPAR per M scribi debet, inquit Beda in Orthographia. Nouatores iugulat, quibus N acceptius.

IMPAVIDVM *ferient ruinae* recte per M apud Horatium. Firmat Consuetudo. Nouitas viam affectat, vt per N pingat.

IMPELLO, IMPLVO, IMPIO, ac similia per M: quamuis Libri nonnulli N repraesentent. V. *Immanis.*

IMPERIOSVS vnico S. Ridicularia sit Analogia, *Odiossus*, *Speciossus*, *Formossus*, *Pecuniossus*, alia sexcenta congeri queunt, quorum pronunciatio sit oris ferrei. At Pierius N veteribus arrogat. Venio subsidio vel inuitus. In triumpho Romanorum:

.... NLIVS. L. F. A. N. INPERIOSSVS. TORQVAT. A. CDXIII

Legas & *Inperium* cum N in Tabula aenea de iudicijs apud Sigonium, & Ful. Vrsinum. An cum Pierius id scriptionis *Antiquo Latio* arrogat, *Nouo* derogat?

IMPERTIRET quodam Ciceronis loco scribit Hotomanus per E: alio per A. *Dispertiebat* etiam cum E Becmanus. *Impertit* e Lucillio Nonius. In Suetonij Nerone *Impertiuit* Casaubonus. Scripta per A seculo imputantur agrestiori, vt *Inars* pro *Iners*: politiora sunt per E.

Simili forma, *Bipertita*, *Tripertita*, *Quadripertita*: sunto alijs per A. V. *Dispartio*.

IMPLORATO, Veteres *Endoplorato*, Festus.

IMPROLIS, non per N quae Victorini doctrina est. *Improles* enim est, qui nondum vir est, inquit. Item *Improlus* Festo. Glossae: *Improles*, ἄγονος, ἄτεκνος, ἄνηβος.

INARS, ἄτεχνος, *Iners*, vett. Glossae. Rudioris seculi, si quod tale fuit, scriptio.

INARIME. Vide Auctoritas in Canonibus Vol. 1.

INCAEDVVS Fastor. 2. E'ρώτων 3. Eleg. 1. Subest ratio Compositionis a *Caeduus*, non a *Caedo*. Quare minus probantur, qui superis in locis scribunt *Inciduus*.

INCALFACIT Ouidio tritum est. Alij interiuncto E *Incalefacio*, vt *Percalefacio*. Et ecce tibi Val. Max. l. 9. c. 12. *Percalfacto cubiculo*. Vide *Caldus*.

INCESTVS, INCESTO extra diphthongum, quaecunque fuat Origo, quaecunque significantia: etiam in his. Clandian. l. 2. de Raptu:

Audes tartareis mundum incestare quadrigis?

Thebaidos 11. *Incestare diem*. Syluarum 5. *Quas incestauimus aras*. Aen. 6.

——— *Totamque incestat funere classem.*

Beda: *Incestum* scribendum est: licet veniat ab *Incasto*. Antiqui autem, inquir, Mar. Victorinus in lib. 1. Rhet. Ciceronis *quemcumque hominum coitum, incestum appellabant*. Ergo *Incestus* non est a *Cesto* Veneris, vt is notetur, qui sine cesto, id est, sollennitate, & legibus coniugij id patrat, vt voluere Nannius, & Andr. Valerius angusti oris homines. *Incastus* vero scribitur In Lexico Graeco L. Cyrilli nomine: Α'σεμνος, *Incastus*. *Castus* autem ἐκ τοῦ κεκάσθαι: quia *Castitas* animi, corporisque singulare est ornamentum.

INCOEPI biuocali a vetere *Coepio*. Vnde Terentius in Adelphis: *Prius olfecissem, quam ille quicquam coeperet*. Sic Aldus Manutius, Plant. Menaech. *Neque pugnas, neque litis coepio*. Caecilius Hypobolimaeo: *Nunc coepiam*. *Incepi* ab *Incipio*: ex quo *Incepta* per E vocalem praecipit scribi incertus Auctor, vulgo Beda de Orthogr. Vide *Coepi*, *Capio*, & olim *Coepio*, vti productum: a priore *Incepi*: ab altero *Incoepi* diphthongo: *Capio* fuit etiam *Incipio*, & Aristoteli Αἰτητέον, *Capiendum*, *Sumendum*, *Incipiendum* est non infrequenter.

INCOHO Verrius Flaccus, Tranquillus, Pontanus lib. 2. de Adspiratione, Valla, Erythraeus in Virgilium scribunt, a *Cohum*, quo apud veteres *Mundus* significabatur: aut a *Cahos* Aeoliensium more hiatum collidentium sese vocalium sibilo compescentium (quod & Latij Patribus antiquioribus visum faciendum in *Cohors*, *Mihi*, *Nihil*, *Vehemens*, *Prehendo*) & principi consonanti adimentium, vt fit in *Cado*, & *Cadus* a κέχαδα: conuexitas enim *Cadi* ambitiosa in seipsam refugit, caditque. Inscriptio Venusij:

INCOHATAM. A. DIVO. NERVA.

Denique Seruius mox id comprobabit.

INCHOO Festus, Terentius, Scaurus, Seruius, Manutius eorum auctoritate, & Lapidum momentis impulsus. Seruij manus in 3. Georg. *Apud Latinos nullum verbum est, quod ante O finalem habeat H, excepto Incoho: quod tamen maiores aliter scribebant adspirationem interponentes duabus vocalibus & dicebant Inchoo. Tria enim habebant nomina in quibus C literam sequeretur adspiratio, Sepulchrum, Orchus, Pulcher: e quibus Pulcher tantum hodie recipit adspirationem.* Diomedes l. 1. c. 4. *Inchoaui, ab Inchoo. Sic dicendum putat Iulius Modestus, quia sit compositum a Chao initio rerum: quod Verrius Flaccus in postrema sillaba adspirandum probauit: Cohum enim apud veteres* mundum significat: inde subtractum *Inchoare*. Gellium adi lib. 2. cap. 3. Eutyches: *Inchoo, as, quod a Χάω Graeco verbo traductum*. Probus reijcit haec in Catholicis: *Quidam putant Inchoare dici, imperitissime*.

INCOO nudat omni Spiritu Camerarius.

INCROO nescio quo Saturnio more in Tabula fratrum Arualium, OPERIS. INCROANDI In eadem *Arcresilaus*, *Prilologus* pro *Archesilaus*, *Philologus*. Eadem obsoleta scribendi ratione *Rabonius* in Verrinis, qui Prisciano eum Ciceronis alleganti locum est *Habonius*. Notauit, cuius in pectore *multa antiqua sepulta*, Gruterus.

INCLYTVS, aut etiam *Inclutus*. Posterior scriptura priorem corroborat, vt *Tyrrhenus*, *Turrenus*, *Illyrius*, *Illurius*, *Lacryma*, *Lacruma*. Cur vero non Y Graiorum scribatur, cum in Graecis vocibus eam vsitatam scribant Terentianus, ac Fabius? Graeca vox satis ipsa suisse prodit elementis, & Seruius Aen. 6. docet: *Inclyta Graecorum est: nam* Κλυτὸν, *Gloriosum dicunt*. Refugiam Gifanij *Inclytus*? Minime gentium. V. *Imber*, *Lacryma*. *Syllaba*. Rhotij detestor ineptias ἀπὸ τοῦ κλείτην. Vbi gentium id vocis?

INCREBRESCO, INCREBRVIT tertiam quoq. sillabam integrante R. Vt enim a

Macer,

Macer, Niger, Macresco, Nigresco: sic a Creber Crebresco, & *Increbresco, Increbruit.* Ita Lambinus locis varijs, ex MSS, vultque scribi Aeneid. 3.

Crebrescunt optatae aurae ———

atque apud Tullium l. 7. ad Trebatium. *Ventus increbrescit: cura, vt valeas.* Puto ego olim fuisse *Crebreo*, vt *Nigreo*, quod minus aduertit Manutius: Tacitus l. 2. Annal. *Crebrescit vincere Agrippam.* Sic per R Andr. Valerius, Passeratius, Hotomanus in 4. & 6. Verrinas *Percrebruit.* Stewech. Manutius posterius R eximit clumbi ratiuncula fultus. Manutio manum dat Becmanus. *Macesco* ex *Maceo* fit. *Percrebruit* consimiliter.

INCVRVICERVICVMPECVS. Vnius verbi ambitu continentur sillabae hae omnes Iul. Scaliger c. 89. de Causis LL. Fabius l. 1. c. 5.

INDIBILISQVE *diu laetus bellare Latinis* Silij lib. 16. omnibus sillabis ex I concretis. Similiter apud Liuium Libris 25. 27. 28. Appianus Ibericis, Zonaras tom. 2. Val. Maximus l. 4. c. 3. Idem Polybio lib. 10. dicitur Ἀνδοβάλης. Barthius ex membranis Oxoniensibus (delatae ipsi erant, opinor, ex Hyperboreis montibus, aut ex insulis Fortunatis) obtrudit nobis *Ludibilis* pro eo. nos, an se ludos agit? I ad nostras in Silium Notas.

INDIGETARE per E ab *Indigete*, vt sit nominare. Inde factum, quod μετὰ τὴν ἀποθέωσιν sueta mutari nomina: *Romulus Quirinus*, *Ino Leucothea* Propertij lib. 2. Eleg. 28. *Circe Maricae.* Becmanus ponit *Indigitare* digito ostendere. quo auctore idoneo? Sic *Indigetamenta*, libri Pontificij, *Indigetes* inscripti. At Festus: *Indigitamenta incantamenta, vel indicia per I.*

INDVCIOMARVS Gallorum regulus. Caesaris lib. 3. cum CT notant *Inductiomarus.* Alij cum T *Indutiomarus.*

INDVGREDI scripsit Antiquum Latium. Lucretius lib. 1.

——— *Viamque Indugredi sceleris* ———

Idem *Indupedire* pro *Impedire*, lib. 4.

——— *Quanto minus indupedire Pauca queunt* ———

Ab ea scribendi forma venit *Industrius*: *Is* enim est, qui *Intus*, *seu Indu*, in animo aliquid coquit, aut *struit.*

INDVSTRIVS Antiquitatem redolet: magis etiam *Endostruus.* Siquidem pro *In*, *Endo*, *Endu*, *Indu* scriptitatum olim. Et quasi ab *Intus*, Passeratius etiam scribit *Intustrius.* Quasi qui *Intus* (in animo) *struat quid.*

INDVTIAE litera T, quod ex quo pactae sunt, *inde otia* sunt, & a pugna feriae. Insinuat hoc Donatus in Eunuchum Terentij Sc. 1. Isidorus l. 18. c. 1. *Foederis partes, indutiae, & dictae quasi in dies otia.* Gell. l. 1. c. 25. *Inde vti iam.* Condimus binas alias Origines, ne Antiquitati, & his Auctoribus insultare videamur.

INDVLGEO per G, cum sit a *Dulci* Gellio indicium faciente l. 20. c. 21. & vetusta Inscriptione Romae in domo Brancarum:

CORNELIA. DONATA
CONIVGI. INDVLCENTISS

Casaubonus ortum putat ab *Vrgeo*, *Inurgere*, *Indulgere.*

INERMVS, INERMIS. *Inermorum* habent omnes vetusti Codices, inquit Victorius in lib. 10. epist. Tullij. Ad Brutum Tullius: *Cum paucis inermis perterritis metu, fracto animo fugisse Antonium.*

INFAS absque N pro *Infans.* Romae in D. MARIAE Maioris Basilica vetustus Lapis:

RAPTA. SINV. MATRIS. IACET. HIC. MISERABILIS. INFAS

Iterum in aedibus Antonij de Ferrara φιλαρχαίου:

QVEM. DI. AMAVERVNT. HAEC
MORITVR. INFAS

Hoccine scalptoris segnitie, aut praecipitantia? Vide *Praegnas.* Scribe *Infans.*

INFELICENT, INFELICITENT ab obliquo *Infelicis* recte apud Plautum scribuntur fide Codicum omnium, & Interpretum omnium. Vulcanio placet *Infelixent* ex Glossario H. Stephani. Hirundo vna.

INFERVVIT, INFERVVERVNT apud Cor. Celsum lectum sibi memorat Vinetus in lib. 1. L. Annaei. Muta B scribunt alij *Inferbuit.* Et quidem sono robustiore.

INFIBVLATI SACRIFICABANT, Fest. Vna sillaba minus Apicius l. 8. c. 7. *Charta praecludes, & infiblabis.* Iterumque: *Charta obturas, & fiblas.* Suidae: Φιβλατώριον.

INFICE-

INFICETVS, non *Infacetus*, Muret. l. 8. Variar. c. 12. Vertranius in Varronem l. 7. de LL. multis connumeratis compositis I. pro A recipientib. addit: *Et illum fortasse inficetum, cui publicando M. Antonius Muretus in Variis lect. insudauit.* Analogiam sufficit Tullius in Oratore: *Quid in verbis iunctis? quam scite Insipientem, non Insapientem? Iniquum, non Inaequum? Tricipitem, non Tricapitem? Concisum, non Concaesum? Ex quo quidam Pertisum etiam volunt: quod eadem Consuetudo non probauit.* Hermolaus Barbarus in l. Plinij 35. c. 4. *Cum inficetus, non Infacetus dicatur auctore, vel Catullo, scribendum est Inficetissime.* Nihilominus *Perfacetus* scribitur apud Sidonium l. 4. epist. 7.

INFICIOR litera C, vt *Infectus*. Is namque *inficiatur*, qui quod dictum, factumue, *infectum* esse vult, aut molitur. Alij *Infitior*, vt *Infitior*, Festus. Tunc autem vnica litera diuertant haec duo, quod est pluma leuius.

INGALLIAM, INITALIAM, NECHOC, NECILLVD similiter compositis praescribit Victorinus, cuius ratio: *Quia infinite dicuntur.*

INGENOR recte scriptitauit Antiquum Latium. Manilius lib. 5. *His etiam ingenitur visendi ignota cupido.* Lucretius non semel. Ex eo *Ingenium*, cuiusque rei indoles, & natura, etiam *lactis* apud Gellium. *Ingignor* noui oris, & Latl. V. *Geno.*

INIICIO duobus I in secunda sede. Vide *Abjecio, Rejecio.* Gruterus in 1 Annaei Senecae c. 10. *Vetus editio Inicit, vt certius nihil sit, quam vnica semper litera scribendum id vocis.* Id si do, fatendum est *In, Sub, Ob* produci non posse in *Obicio, Subicio, Inicio.* At haec est noua machina, doctiorum iudicio statutam, inueteratamque Consuetudine opinionem conuellere. Velij Longi vox: *Iacit pro A, I substituitur, vt vocalis obtineat manente priore I, quae consonantis vicem implebat.* Ecquae tricae? Fabius lib. 1. c. 4. *Litera I sibi insidit. Coniicit enim est ab illo Iacit.* Quomodo *sibi insidit* sola?

INITIVM: *Endoitium* scripsit Antiquitas, Festus.

INLATEBRO, prisca vox prisco iure scribatur. Nec propterea sequar Pandectas Pisanas, quibus est: *Inlacsus, Inlacrimor*: haec enim cultior aetas expoliuit: quae aetas non videtur istud alterum nosse. Quare siquis repetat, ex alto, & quale apud veteres est, repetar. Similiter apud Catonem in Lege Baebia scriptum probo: *Pecuniam inlargibo tibi*: idem tamen mihi non largiar.

INLEXIT, INLVXIT Beda scribit, & Festus *Inlaqueatum, Inlex, Inlices, Inlicitator, Inlicium, Inliterata*, quae omnia ἀρχαιότητος ὄζει Verrianae. Illa quoque hodie sic apud Prudentium scripta Hymno 2.

Vultu sereno inluminat.

In 3. *Callidus inlaqueat volucres.*

Ibidem. *Inlita glutine corticeo.*

Non est hoc deflorescentis Latij os, anet haec facies.

INPONITO insuper, Neapoli vetus Inscriptio. Ibidem:

QVOD. IEI. INPROBARINT. INPROBVM. ESTO

Marmor in monte Albano:

VALETVDINE. INPEDITVS

Antiquitati sua non inuideo: sicut nec literatissimo Faërno *Inprudens*, *Inpune* per N scripta sillaba prima. V. *Impauidus, Imperium.* Pandectis Flor. *Inpubes, Inpressum, Inperfectum, Inpossibile.* Recte praecipit Papirian. *Improbus, Imbuit, Immuniat.* In Romano:

Inmitis, atrox, asper, inplacabilis.

Cur sequenti Hymno *Impotens?* Ne secum discordet, debuit *Inpotens* edidisse.

Inpasti licet irruant leones in Hymno

IV. Prudentij inepta est Antiquitatis ostentatio, redarguta τῷ *Irruunt*, & hoc τῷ *Inradiant.*

INRIMARE. Pacuuius Atalanta: *Quum incultos peruestigans inrimare sinus.* Vetuste. Vide protinus *Irrito.*

INSAPIENS, ἄφρων, *Insipiens*, Glossae Veteres. Cum Cicerone bellantur: *Quam scite Insipientem, non Insapientem: Iniquum, non Inaequum: Tricipitem, non Tricapitem: Concisum, non Concaesum*, inquit Tullius. V. *Tricapitinae*

INSIDIAE. Catullus ridet *Hinsidias* nescio cuius bambalionis:

Et tunc mirifice sperabat se esse locutum:

Cum, quantum poterat, dixerat Hinsidias.

INSICIA *dicendum, non Isicia*, inquit Fl. Caper: *quia nunquam sine N pronunciatur.* Varro lib. 4. de LL. *Insicia ab eo, quod insecta caro, vt in carmine Saliari est.* Sic cum N Gaza perpetuo

tenore

tenore. Graeci, in quibus Alexander Aphrodisaeus, absque N: videntur enim vocem hanc e Latio mutuari, & iuuantur his. Macrobius ab *Infectione* nomen prouenire fassus ait lib. 7. cap. 8. *Amissione enim literae, postea quod nunc habet nomen, obtinuit.* Ex quo scribas *Isicium* contra Originem Vsu praepotente. Est enim *Insicium* ab *Insecando.* Quare litera C, non T scribi debuit apud Lampridium in Heliogabalo. Nouiot aetas scripsisse videtur *Esicium*, & *Esiclatum*, quo superiri potest ad Claud. Salmasium rarissimi ingenij, & doctrinae virum.

INREQVIETVS, licet antiquis sit Vineti Exemplaribus, caeterorum Proportione duobus RR. scribetur, vt apud Ouid. *Irrequietus Enipeus. V. Irrito, Irridenter.*

INSVPERHABEO coalita voce. V. *Ingalliam.* Gell. lib. 1. c. 19. *Constantiam, confidentiamque non insuperhabendam intelligit.* Ita vnico iuncto verbo in vetere libro Ful. Vrsini, ita Apuleij lib. 4. est, Librisque veteribus alijs. Sequitur Acidalius ὁ φίλιππος Ἄλφα ad Curtij lib. 4. & Aleander iunior.

INTELLEGO secunda vocali. Sic Pandectae Flor. Sic Libri: sic ἀκριβῆ Lipsius, & Politianus duo literatorum lumina. Politianus l. 5. Epistol. sese Prisciani tuetur Auctoritate, Compositionis ratione, Analogia τῷ *Pellego*, vetustis Exemplarib. At *Pellego* ambiguae scriptionis est. Quare quod praepositurae *Inter* R migret in L hac vna in voce putat fieri Papirianus. *Intelligo* vocali tertia defendit Vsus communis, & Similitudo *Diligo*, *Colligo*, *Alligo*, *Eligo*: id eligo. *Intelligentia* eaedem Pandectae.

INTERAMNA Plinio, Straboni. Vnde *Interamnates.* Ptolemaeo tamen syllabis quinque *Interamnia.* Similiter *Interamnum*, atq. *Interamnium* alijs, atque alijs in Codicibus.

INTERATIM, pro *Interim* Veteribus scriptum Festus auctor.

INTERCATENSES, & ἐξασυλλάβως *Intercatientes.* Vide *Cartaginienses.*

INTERDVATIM, pro *Interaum* olim scriptitatum, Festus. Antiquae Glossae: *Enterdum* per E prima sonante sillaba.

INTEREALOCI voce vnica accentiunculam in quarta sillaba sustinente. Ita Iul. Scaliger cap. 62. de Causis LL. ex opinione aliena quoad accentiunculam. Ita Priscianus lib. de Accent. & Donatus Editione 1.

INTERGERINVS *paries* minus recte scriptum hactenus. Vnico R, si Festum audis: *Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur.* Vbi Scaliger per duo RR a *Gerris*, seu Cratibus malit. Producit Glossarium: *Intergeries paries*, τοῖχος, ὁ δύο κλήρους διορίζων. An per V inchoetur sillaba vltimans, V. proxime *Internecinus.*

INTERNECIO per E in tertia, vt *Interneco.* Antiquitati placuit *Internico*, vt *Enico* Comicos apud: sic Libris antiquis *Internicio* per I in media sillaba Vineto testificante. Sic est in Palladij postuma editione lib. 4 c. 22 Festo ponitur etiam *Internectio*: a Prisciano reijcitur lib. 4. *Internectus autem, Internecti, Internecio facit Euphoniae causa abiecto* T. Rationis improbitatem arguit *Internictio*: at de Prisciani sententia constat. Cur κακοφωνότερον istud, quam *Enecti, Disjecti, Emuncti, Discincti*?

INTERNECIVVS VV geminatis. Posterius V vocis est finalitas: prius de Aeoliensium exemplo, qui digamma suum ante Os interpunxere: Ἀργεῖος, Ἀργῆος, *Arginus*: Δῖος, Δῖϝος, *Diuus.* Iustini editio correctissima Parisijs anno 1581. *Bellorum internecinis odys.* Idem lib. 11. *Internecinique cum Persis odij.* Festus: *Internecinum testamentum, propter quod Dominus eius necatus est.* Vbi Cuiacius lib. 1. Obseruationum c. 2. per N legit, scribitque etiam apud Isidorum, & Tullium. Simili ore *Fugitiuus seruus*, qui fugit, qui suopte ingenio ad fugam propensus est. *Genitiua membra* apud Ouidium, τὰ γεννητικά. Varronis lib. 1. de RR c. 2. *Sementinae feriae*, & lib. 5. de LL. Plinijque lib. 15. c. 15. *Sementina, & mustea.* cap. 16. *Cadiua separari*, & *Cadiuum pondus* apud Catullum Vrbicarium, Plinio *Cadiuum pomum*, apud Arbitrum *Sparsiua pila*, *Tortiuum mustum* Varroni c. 23. apud quem, & Catonem talia per duplex W semper scripta Victorius obseruitauit. Cap. 59. de RR. *Conditiua mala.* Item c. 7. Ibidem *Pira sementiua.* cap. 146. *olea strictiua.* Columellae lib. 7. cap. 9. *conditiui cibi.* lib. 11. cap. 3. *Porrum si sectiuum facere velis.* Ibidem: *Satiui asparagi.* Andreae Brabanto hanc etiam scribendi formam placitam video: sed adstruendi conatu inefficaci. Auxilium petit a Plinio l. 8. c. 24 At Pintianus, qui Plinium cum Libris chirographis curatissime composuit, legit cum vulgo *Internecinum* cum N. Laudat & Gellium l. 14. Eo autem Gellij loco id neque inuenio, neque reperio. In vetere Onomastico: *Terginus*, Νωτιαῖος recte est, frustra solicitant. In Cytilli Lexico: Δυτικός, *Occasibus.* Neque hoc prauissimum: nisi malis: *Occasiuus.* V. *Restrina.* Ad horum exemplum *Intergerinus*, & *Collatinus venter* in Curculione.

INTERNVNDINIVM *scribendum.* *Vt enim Interlunium, & Trinoctium: ita Internundinium,*

diuinum, quod nonem dies inter se continuos habeat, non quod nono die fit. His scriptis Victorinus Afer dissentit, & sibi non placere affirmat. Mentem igitur aliam Victorino Rhotius affingit, vti solent, qui dicis causa, tractant auctores, nec perlegunt Indiculis quandoque contenti. At. Manutium exscripsit: exscripserit.

INTERPRAETATIONEM depulit e Pandectis Florentinis Taurellius Praefatione in Digesta, vt vitio scriptum. Ecquis non sequatur? *Interpretis* enim tertiam non tendit. Diphthongum tamen Patuo non inuideam. Nam vti Sequester est belli, mediusque pacis: ita loquentem, scribentemue, ac intelligere parantem inter medius quasi *praes*, interuenit *Interpres*. Fauet Plautus in Curculione:

—— Vt ei detur, quam istic emi virginem
Quod te praesente istic egi, teque interprete,
Et aurum, & vestem.

De substitutione vocalis E in vicem Ae, V. *Aegesta*.

INTERSCAPILIVM communis Vsus per I in quarta, atque ita Coelius lib. 3. cap. 2. Glossar. *Interscapulum* vna sillaba minus, & per V in quarta.

INTERSTREPO dispescit apud Virgilium Passeratius laeuo numine Grammatices. Nam haut nouum praepositionem verbo attextam, & cohaerentem easlem quartum inferre. Virgilium sequitur Claudianus lib. 3. de Raptu: —— *Phrygias etiamnum interstrepit vrbes.* Durus & illi videatur Coelius ad Tullium lib. 8. *Innocatus subsellia rei accurro.*

INTERVALLVM per duo LL. *Vallum enim ipsum non aliter scribitur*, inquit Cornutus Varro dicit *Interualla* esse spatia, quae sunt inter capita vallorum, id est, stipitum, quibus vallum fit: vnde caetera quoque spatia dicuntur.

INTROVOCAT in Apuleio l. 2. de AA. contexte edidit Wulcanius. Post paulo: *Introrepens mustela.* Eodem libro *Introrepit.* Lib. 4. *Introuocatae aunt praecipiunt.*

INTYBVS, INTYBA in nouissima Nonij editione. Apud Phocam in Arte: *Intibus, Intiba.* Plenissime, doctissimeq. Pierius Valerianus, quae attigerat in librum Maronis primum distulit in 4. Georgicωn: *Non praeteribo Codices plerosque ex antiquioribus legere Intuba per V, & apud Plinium in vetustis Codicibus Intubum passim haberi: & ita dubio procul scribendum est apud Latinos, cum intubum & Dioscoridis, & Galeni, & aliorum quorundam Auctorum attestatione sit Romana dictio. Literam vero Y nequaquam esse Romanam manifestum est. Verum Graecos V, breue praesertim, ex dictionibus nostris ea litera scribere instituisse. Quare qui Ἴντυβον apud Graecos legerunt, vt apud Galenum*: Κιχώριον, ὃ Ῥωμαῖοι λεγόμενον Ἴντυβα ἄγριον *Cichorium, quod Romane vocant Intuba olim. Apud Dioscoridem vero* Ῥωμαῖοι Ἴντυβον ἀγρεσίμ, *& ita apud alios: nihil animaduertentes eam dictionem esse Latinam, Graece scribere maluerunt, quam eam Romanae scriptioni reddere.* Ergo similiter *Intubus* per V in 5. Lucilij:

Intuba' praeterea pedibus proserpit equinis.
Sic Macer: —— *Quales seges intubus herbas.*

Nisi si placet Phocae placitum, vt *Optumus, Optimus*, ac similia. Mireris scriptionem discordem In Cyrilli Lexico: Ἔνυβον, *Intiba.*

INVIDVS rectissime. Vetus Epigramma venustissimum per E:

CRESCO. PERCREPAS
GAVDEO. PERPLORAS
INVEDE. MORERE

Dicam cum Ouidio:

Inuida me spatio natura coercuit arcto.

INTVSIVM per T, ab *Intus*, & *Infusiatam* ex Plauto scribit Varro lib. 4. de LL. Sic olim *Apud. Indusium* receptius. V. *Mendax, Mentax.*

IOLCOS Plin. lib. 4. cap. 9. Val. Flacco: Homero sillaba plus in Catalogo, Ἐϋκτιμένην Ἰαωλκόν. Quod & τριπολλάβως reperiri testatur Eustathius Ἰωλκόν.

IONIVM MARE, non *Hionium*. Catulli ludus est:

Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,
Iam non Ionios esse, sed Hionios.

IOTAM quarto casu legit Brissaeus in omnigenis Tullij Exemplaribus, & pro correctissimis habitis l. 3. de Oratore: *Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpiti imitaris nonnunquam, vt iotam literam tollas, & plenissimam reddas.*

IOVIS, non *Iuppiter* dumtaxat, olim scriptum in prima positione. Apul. lib. 1. de AA.

Quem tremit ipse Iouis, quo numina terrificantur.

Item

Item in distieho XII. Deorum, & in formula deuotionis.

IANE. IOVIS. PATER. MARS. PISITER. QVIRINE

IPSOS pro *Ipse* (nam *Ipsus* τ̃ ἐξημαξημένων autumant: aliter pruriunt) apud Plautum scripturiunt, in quibus Passeratius suffragij iure gloriatur. Insanum in modum φιλέλληνες!

IPSVD, *Ipsum, αὐτό*, Lexicon Cyrillo tributum.

IRASCO veteres scripsere. Pomponius Citharista: *Noli, quaeso, irascere.*

Si veteres ita miratur, laudatque Poetas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat

Lector. *Irascor* scribe: Ausonij ne iras exsuscites.

IRIM *de coelo misit Saturnia coelo*, Maro. *Iridas, Eridas* quoque scriptum: sed Graecis. Ratio: Ἀπὸ τοῦ εἴρειν: est enim *Iris* deorum nuncia, & interpres. Orta vero ex Ει, modo per E, modo per I variantur. *Alexandria, Alexandrea, Cheragra* H. Stephano, & Radero: Horatio, Martiali, mihi *Chiragra*. Hesychius: Ἔριδας, τὰς ἐν τῷ οὐρανῷ Ἴριδας. Idem: Ἧριν, τὴν Ἶριν, *Erin, Irin.*

IRPICES rastri sunt denticulati Festo. Dictos retur a *Serpendo.* (An a *Sarpendo?*) Varro lib. 4. de LL. eamque ob causam primulum *Sirpices*, postmodum *Irpices.* Cato c. 10. de RR. scribit *Vrpices*, vel *Hurpices*, quasi ab Ἅρπαξ, καὶ ἁρπαγή. Idem Cato c. 11. *Sirpiculas* scribit. V. Meursium ad Catonem. Neque fatalis V, & I ἀντιστοιχείωσις patitur *Vrpices* in delitis esse.

IRPINI *appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites*, inquit Festus. Graecis Ἵρπινοι. Silio Italico *Irpini*: Plinio l. 3. c. 11. aspere *Hirpini*, & Eutychi, & Varroni. Nec hilum iuuant nos scriptores in Plinium examussim docti.

IRRAVCVI scribitur l. 1. de Orat. Tullij edente P. Victorio: *Aesopum, si paulum irraucuerit, explodi.* Alij *Irrauscrit.*

IRRIDENTER, *en riant* duob. R. Probus in Catholicis: Nam quod Plautus in Truculento, *Non salaco, irridenter posuit pro persona rustici.* Veteres *In* componebant inconuertibile. Laberius in Thusca: *Inridenter petit.* Minores vertebant. Quare mirari subit hodie rescriptum in Hymno Prudentij III. *Fronte serenus, & inradia.* Videsis *Irrito.*

IRRITO inuulgata scriptione geminis vdis, & absque H. Caput, *Irrio tractum a canibus, qui cum pronocantur, irriunt*, inquit Nonius, & Donatus. Apud Diomedem lib. 1. cum H *Hirrio.* Addit Libros veteres Manutius. Alij vnico R ab *ira*; quos Antiquitas refellit *Inritari, Inritatus*: de quo, & similib. accipe Priscianum lib. 2. *Ergo rationabilius esse videtur id quoque, cum in quibusdam mutet N in R, vt Irrito, Irriguus, in reliquis quoque Euphonia hoc exigente seruare, & Irruo, & Irrumpo dicere: cum nec in simplicib. inueniatur dictionib. N ante R.* Ante petiuerat exemplum a Graecis artium auctorib. Συῤῥέω, Συῤῥήσσω, Συῤῥήγνυμι, Συῤῥάπτω. Neque ignoramus Παροργίζειν esse *Irritare*, ex quo vnica irriente litera scriptum videri possit. Et, si iudicio locus est, quid si *Irritare* metaphoticωs dictum est pro eo, quod est κυρίως *Iritare*, ad iram prouocare? Duplices rectius.

ISAVRVS Ciliciae Lucano, & Silio passim, & recte: Frontoni *Isaura, rae.* Quod ortum reor e Strabonis Ἴσαυρα, τῶν Ἰσαύρων, vt alia pleraque.

ISDEM pro *Idem.* Cicero in Oratore ex Ennio: *Isdem campus habet.* Passiua scriptura: *Idem.* Haut illud mirum: Ἔις enim veteres efferebant Ἴς, seu *Is*,

ISTER. Vide *Hister.*

ISTIC Libri veteres, Virgil. Carpensis, inquit Manutius. Item Eutyches. Iul. Scaliger l. 2. de Causis Linguae L. c. 49. In voce hac *Istic* debet esse adspiratio, inquit. Omittentes arguit: Cum enim reperiatur similis literarum societas in verbo *Est*, potuit prima sillaba esse *Ist*, postrema hic: at in verbo *Illic* non potuit: propterea quod nulla vox in eandem desinit geminatam, neque ab eadem geminata vlla incipit. Praeterea si *Istic* recipis, scribendum erit *Istuc*: cur non *Isthuc*, quemadmodum *Adhuc?* Repulso Scaligero Rhotius, & Valerius Pontano adhaerescunt, cuius tamen Pontani rationem amplecti nequeo, quod adspiratio stare nequeat post St, Fallit enim haec adsertio in millenis aoristis primis παθητικοῖς, quoties C interseritur, Ἐκελεύσθην, Ἐκλείσθην, Ἱμάσθλη, Ἰσθμός, inque similib. At Prisciani lib. 2. Auctoritas ad se me trahit scribentis ex opinione plurium *Istic, Istaec, Istoc, Istuc, Istanc* non aspere: *quia non sunt composita*, inquit, *sed metaplasmo ficta.* Et sic respondet Scaligeri coniecturae: In compositis autem interuenire H *Abhinc, Adhuc.* Priscianum sequi videtur Aldus Manutius lib. 1. Grammaticae. Vlterius peruadenti occurrit adimi posse Spiritum,

 esto,

esto, compositio sit admissa. Sic *Leucippus*, *Aleippe*. Hisce consignatis reperio superam rationem falso afflictam Pontano ab Andr. Brabanto. Vox Pontani: *Litera enim T in Latinis dictionib. adspirationem post se non recipit, vt suo loco dicemus: sed in Graecis, & barbaris tantum.*

ISTIVSMODI, ILLIVSMODI, HVIVSMODI, & alia talia, de quib. *multi dubitarunt*, inquit Priscianus lib. 6. *vtrum composita sint, an non? Sed ea composita esse ipse Accentus docet, qui in fine praecedentis dictionis poni non potest, nisi essent composita.* Idem tradit lib. 12. addito *Huiusmodi.*

ITALIAMVERSVS, SICILIAMVERSVS complexe scribit Priscian. l. 15.

ITERIS sillabis trib. veteres scripsere. Post *Itineris*. Sic *Itere* pro *Itinere*. Lucret. l. 5.

Concussos itere, & labefactos aere multo.

ITHOME Homero, & Straboni lib. 8. Κέρατα μὲν λέγων τὴν Ἰθώμην. καὶ τὸν Ἀκροκόρινθον. *Cornua dicit Ithomam, & Acrocorinthum.* Qui libro nono refert ex Homero Οἳ δ' εἶχον Τρίκκην, καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν. *Qui habebant Triccam, & Ithomam salebrosam* addito: Τὴν δ' Ἰθώμην ὁμωνύμως τῇ Μεσσηνιακῇ λεγομένην οὐ φασὶ δεῖν οὕτως ἐκφέρειν, ἀλλὰ, τὴν πρώτην συλλαβὴν ἀφαιρεῖν· οὕτω γὰρ καλεῖσθαι πρότερον· νῦν δ' Ἰθώμη μετονομάσθαι. *Ithomam Messeniacae cognominem, quam dicebant non sic efferendam, sed sillabam primam auferendam. Sic enim prius nominatam, posterius Ithomam transnominatam.* Ergo prius *Thoma*. Stephano *Thomaeon*, & *Thumaeon*. Plutarchus in Pelopida, Ἰθώμην συνοικίσαντες.

ITIVM per T MSS. Caesaris Commentarijs esse Fuluio Vrsino credo. Ab *Itando* nomen portui datum coniectant Marlianus, Vigenerius, Vitus, qui T scribunt, cumque his erudissimus Diuaeus Libello de Galliae Belgicae Antiquitatibus, Ortelius in Artesiae topographia, Iucundus Veronensis, Meyerus, Grammayus. Certe Straboni scribitur lib. 4. Τὸ Ἴτιον, ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ ὁ θεός: *Itium, quo vsus est pro statione nauium D. Caesar.* Addo *Sitiem* maiorum meorum sedem, quasi *Sinum-itij* olim appellatum. Item in MS. Caesaris codice Bibliothecae S. Ioannis Morinensis apud Ipras *Iticium* reperisti, curiosissime Chiffleti. At Caesaris editiones libb. 4. & 5. *Iceium portum* exhibent duabus vncinatis elementis. Quod siquis mihi affirmet ab *Iccio* quo Romano (quod nomen Horarius lib. 1. nobilitauit) facile de sententia priori decesserim. An quisquis locus adiri potest, aut ab eo iri, *Itium* fuerit? Sic *Antoniacum* in Neruijs a M. *Antonio* indubitanter appellationem traxit. Et *Mardiccium* (si modo sic recte scribitur) faueat. *Issius portus* duplicato sigmate est a Scrieckij parum sagaci diuinatione, omnibusque pugnante Exemplarib.

ITVRAEI extra sibilum, T simplici, rectius, & vulgatius per V. Sic Plin. l. 5. c. 23. Tullius in Philipp. Maro. Quidam Virgilij, ac Ciceronis Codices Y Graeco *Ityraei*. Eberstorij apud D. Hier. haec Inscriptio:

EQVES. ALAE. AVG. ITYREORVM. DOMO. ITYRAEVS

Quo loco lauda sis Tabulae inconstantiam. Rectius, inquam per V: nam Strabo l. 16. per Ου: Ἰτουραῖοί τε, καὶ Ἄραβες κακοῦργοι πάντες. Lucae 3. Ἰτουραῖος. Vopiscus: *Habes Ituraeos sagittarios trecentos.* Editio a Salmasio *Ityraeos*. Georg. 2.

—— *Ituraeos taxi curuantur in arcus.* Lucan. lib. 7.

Pontanus adspirat, velut ab Ἰθύνω, *Dirigo*. Firmari possit id ex Georgicis, & Vopisco: verum antiquissimae nationis vocamen a Graecis, an ab Iudaeis ortum censendum est? Vibius Sequester: *Ithyraei, vel Itharaei, Syrij vsu sagittae periti.* Tanta passim occurrit Calligraphiae inconstantia!

IVBILARE rusticanorum vocem facit Varro l. 5. de LL. Attius: *Quis me iubilat?* Itidem Festus. Nisi sit ab Ἰοῦ, Ἰοῦ vocib. triumphatorum, inquit Iul. Scaliger l. 1. c. 32. de Causis LL. Superstites enim vitam Apollini acceptam ferebant, cui canerent paeana in victoria, Ἰοῦ βιοῦ παιάν. Ergo rectius *Iobilus*. Speciosa ingeniosi hominis oratio! Pura puta vox est Hebraea teste Eusebio in Chronicis, vnde in Codice Fabriciano *Iobelei* legit Pontacus, alibi *Ioubilei* Hebraismo expressiore, quibus יובל: alibi *Iobilaei*. Idem Pontacus vulgatam scriptionem *Iubilei*, receptiorem, & linguae Latinae iudicat acceptiorem, & nos cum D. Hieronymo. Vtitur Calpurnius Ecloga. 1.

Non montana sacros distinguunt iubila versus.

Silius Italicus lib. 14. *Et laetus scopulis audiuit iubila Cyclops.*

IVCVNDVS a *Iuuando*, non *Iocundus*. Cicero 2. de Finibus: *Hanc iucunditatem transfer in animum. Iuuare* enim in vtroque dicitur: ex eoque *Iucundum*. Alij a *Ioco Iocundus* effigiant. Inscriptiones sunt ambiguae. Becmanus in Originibus: *Fortean duplex fuerit, Iucundus a Iuuans:*

Iocundus,

Iocundus, vt Bembus, vbique *scribit, a iocis*. Isidorus l. 10. *Iocundus, quod sit semper ioco aptus.* Tullij praeponderat Auctoritas.

IVDAE BETHLEEM scribendum auctor est D. Hieronymus: idem *Iudaeae* immerito respuit: Pontacus iure restituit ad Eusebij Chronica, cuius rationibus manum abstineo, ne vager licentius extra Latî pomoeria.

IVGLANS rectissime, Origine, Cloatium si audimus, praepositum D fuisset *Diiuglans*, quasi *Διὸς γλανς*. Quid opus? Non facilius *Iouis glans, Iuglans?*

IVGVMENTVM, IVGVMENTARE per V in secunda sede scribit apud Vitruuium Baldus. Potius mihi fit per A *Iugamentum, Iugamentare*.

IVNCXIT. In insula Tiberina: FIDEM. IVNCXIT

Abest ratio: nam ex iungo τὸ G in Gs, seu X vertitur. Alia paria suggerunt Inscriptiones pleno modio.

IVPPITER geminato P scribit Manutius secundis curis confidentior, antiquis Libris, ac Nummis adminiculatior, Ful. Vrsini societate animatior. In eius profecto vestigia pedem ponere iure trepidamus. Compositio, seu potius Origo *Iuuans pater* apud Isidorum lib. 8. Orig. c. 11. non alterum P fortius exigit, quam in *Opiter, Diespiter*. Aut, quod verius, *Iouis pater*, vt *Marspiter*: vnde existimo *Iouspiter* priscis fuisse: dein ablegata vocali secunda *Iupiter*. Poëtas sepone: caeterorum Libros scriptorum saepius ariolor repraesentare *Iupiter* P vnico. Quid quod in omnibus suis antiquis Virgilij Exemplaribus ita esse scribit in 4. Aen. & in 7. Pierius? Et Nummi nonnulli nobis addicunt, addit & vires Euphonia. Veteres scripsere *Iouis*; etiam Hyginus Fabula 75. *At Iouis ob id fecit, vt septem aetates viueret.*

IVREIVRATVS contexte editur in Mar. Victorini Expositione in lib. 2. Rhet. Ciceronis.

IVRISCONSVLTVS Gellij lib. 7. c. 4. Prius l. 6. cap. 12. & alibi *Iureconsultus*: si modo non peccat Editio Griphiana Venetijs. Similiter varie c. 2. l. 1. Subseciuorum Pithoei. In Suetonij Nerone scribitur: *L*[illegible]*gino Iurisconsulto*. Sic Manutio Lapidibus subnixo placet: sic Aldo l. 1. Grammaticae: sic Iosepho Scaligero in Titium: sic habet Festus in verbo *Sanates*, & in *Subiciaries*: *Cincius libro secundo de Officio Iurisconsulti*. Sic exhibet Gruterus e Pighianis:

Qui fuit hic primus Iurisconsultus amicus.

Sic Sosipater l. 1. *Iurisconsultus dici debet, non Iureconsultus: licet Cicero pro Muraena ita dixerit, & Lucilius secundo, vt Iure peritus*. Petronius: *Iurisconsultus paret, non paret, habeto*. Sic Spartianus, Lampridius, Sergius in 2. Donati editionem *Iurisperitus συναφῶς*. Item apud Mar. Victorinum in lib. 2. Rhetor. Ciceronis: *Contra auctoritatem Iurisperitorum, Ab auctoritate Iurisperitorum*. Vrna argentea Papiniani *Iurisconsulti* Romae eruta:

AEMILIO. PAVLO. PAPINIANO
PRAEFECTO. PRAETORIO
IVRISCONSVLTO
QVI. VIXIT. ANNIS. XXXVI
DIEB. X. MENSIB. III

Consultus iuris sectim scripsit Horatius lib. de Arte:

—— *Consultus iuris, & actor Causarum* ——

Similiter Arnob. l. 1. *Rhethores, consulti iuris, ac medici*. Plin. l. 7. epist. 24. *Quantus iuris ille consultus*. *Iureconsultus* autem quis auctore Cicerone refugiat? quis inuitante Brissonio in libro *Παρέργων*, alijsque perdoctis sequi detrectet? Nam *Iurisconsultum* dicere, quem *iuris* causa *consulis*: *Iureconsultum*, quem *iure consulas*, roboris parum habet, Fulcio Inscriptione antiqua:

C. AQVILIVS. FLORVS
IVRECONSVLTVS

Tam varia passim se ostendit Orthographiae facies: cur non etiam in his? *Iureconsultus* doctiorum inconsultu abijcit Manutius.

IVRIS PERITVS, IVRIS PERITISSIMVS scribitur l. 1. de Orat. In Victorij editione. Iunctim, & disiunctе *Iurisperitus* & *Iuris peritus* Gellij lib. 16. c. 10. Vide *Iurisconsultus*, vbi Sosipater *Iure peritus*.

IVSI pro *Iussi* Tullio, & Marone paulo vetustius adserit Fab. l. 1. c. 7. *Iousi* etiam exhibent priscae Tabulae.

IVSTA aduerbium, aut praepositio per *S* vt scribatur, paene dictat Iulius Scaliger lib. de Causis L. L. Carrion, vt fere semper, noui est auidus, inclinat ex vetustis Codicib. Fl. Sosipater l. 2. insinuat: *Iuxta facit, id est, similiter*, inquit. Nec sine veri imagine sunt illa Sallustij:

Vitam, mortemque iuxta aestimo, hoc est, aequo, iustoque iudicio. Iuxta per X vsitatius, & Consuetudine robustius. Altera etiam fictura X habet apud veteres *Iuxtim.* Liuius Aegistho:

—— In sedes collocat se regias
Clytaemnestra iuxtim: tertias natae occupant.

Destri pro *Dextri* in MS. Manilij esse testatum est Barthio in Aduersarijs.

IVSTICIA semicirculari litera reijcitur Competentiae iure, *Laetitia, Amicitia, Nequitia, Blanditia, Tristitia.* V. *Sapientia.* Melius: *Iustitia* cum T.

IVSTITIVM recte scribitur. Recte *Iustidium.* At significantia admodum dissita. Glossarium *Iustidium*, ἀρχοντικὴ ἡμέρα. q. *Iusti*, seu iuris *dies.* Vulcanius dissentit.

IVVENALIS ἑκαδέτως in Virgilianis Codicib. aliquot. Iulius item Romanus lib. de Analogia 5. Aen. legit:

—— Iuuenali in corpore vires.

Sic Sosipater l. 2. legit. Neq. alio disseparat a substantiuo, quam sexto casu. Ouidij quoq. Liber peruetustus in epistola ad Maximum:

Tu mihi dictasti iuuenalia carmina primus.

Ausonius epistola 15. *Iuuenalios ἱδρώς: Iuuenalem facilitatem* exhibent Pandectae Florentinae Brissonio teste in Παρέργων libro singulari. Rauennae Inscriptio:

IN. ANNIS. IVVENALIBVS. ADVOCATO

Iuuenilia, Festus. Priscianus lib. 4. Latio donauit: *Coelibalis, Mortalis, Iuuenalis. Iuuenitur tamen Iuuenilis*, inquit. Scilicet vt *Vernalis, & Vernilis. Iuuenilia* scriptum vnum e suis Muretus inscripsit Opusculis. *Iuuenalia fingebantur Dianae simulacra*, inquit Festus: *Iuuenalia* quoque festum in honorem barbae Neroni primum detonsae, Dio lib. 41. Ἰουβενάλια. *Iuuenalia* Gordianum edidisse testatur Capitolinus. In Cyrilli Lexico: Νέων ἑορτὴ, *Iuuenalia.* Vide Sirmundum ad Sidonij Narbonem. Tacitus lib. 14. *Instituit ludos Iuuenalium vocabulo.*

IVVENIOR aetate, & corpore validior, dum scribit Apul. l. 8. ἀρχαΐζει. Vsus caeterorum *Iunior* sillabis omnino tribus.

IVVENISCO per I in sillaba tertia, ex *Iuuenis*, vt *Glisco* ex *Glis*, Eutyches. Vsus *Iuuenesco:* Iuuatur Proportione. Cognata sunt haec. *Iuuenis, Iuuenesco: Hilaris, Hilaresco: Senicis, Senex, Senesco: Adolescens, Adolesco.* Vide *Lucisco, Tremisco.*

IVVENTAS Dea ipsa, vt *Libertas* Seruio, Tullio 1. Tuscul. & de Natura D. Festo *Iuuentatis sacra. Iuuenta* pro eodem extrito S Ouidius scripsit 1. Eleg. 2. de Ponto:

Nectar, & ambrosiam latices, epulasque deorum
Det mihi formosa guana Iuuenta manu.

Eadem Hygino *Iuuentus*, vt *Seruitus*, Plinio l. 29. c. 4. lib. 35. c. 10. Moliantur alij correctionem, qui vnam ad normam omnia exigunt. Contra *Iuuentas* etiam pro *Iuuentute*, seu *Iuuenali aetate* scriptum Horatio l. 2. Od. 11. *—— Fugit retro*
Leuis iuuentas ——

Lucret. in 5. *Tum demum puerili aeuo florente iuuentas*
Occipit, & molli vestit lanugine malas.

Lib. 1. Ad Atticum ep. 17. *Anniuersaria sacra iuuentutis.* Vbi reposuit Lambinus *Iuuentatis*, atque ita est argenteo Vrsini Nummo. Firmare est eam correctionem ex Tusculanis, quo loco doctorculus ardelio *Iuuentutis* sese reponere olim gloriabatur.

IVVENTIVS familia Romana, Lapides Capitolini, atque alij.

IVVERNA, IERNA. Iuuenalis Sat. 7.

—— Arma quid vltra Litora Iuuernae promouimus ——

Mela. Claudian. de 4. Honorij consulatu:

—— Sic & Scotorum tumulos fleuit glacialis Ierne.

Strabo Ἰέρναν scribit: Alij *Iberniam.*

IVXTA. V. *Iusta.*

FLO-

FLORENTIO VANDER-HAER THESAVRARIO.

VIX mollia maris dorsa inscripsit carina, illico, quae diffluxerant aquarum latera, nullo vestigio facto reliquo, conueniunt. Contra in duro marmore si quis stilo ferreo literas fecerit, manet alta sede repostum fixumque sulcamen: vbi si quid erratum est, id arte corrigis, dextere id ages, ne percussu, aut vi immodica, detrimenta, quam par sit, maiora dissiliant, & ne quid abruptum exorbitet enormius. Tabulis ceratis, vt olim, aut incrustatis, talibusue, papyraceo aequori, aut linteo si quid mandes literarum, eaque signa in publicum euaserint, feliciter, si deculpatum: infeliciter, atque irreuocabiliter, si perperam. Melioris enim scripti gratia leuior pluma est: offensiuncula, grauior plumbo. Non seueri illi Censores, OPTIME FLORENTI, qui in hominum erratis nil conniuent: verum aquila, aut serpente Epidaurio vident acutius, rostro, vel dente mordent infestius? Si quid igitur in hoc X. Tractatu, aut etiam Opere toto humanitus contigerit, tuum erit & tui simul, & mei meminisse, a quibus humani nihil alienum. Vt vero res in eo segmento processerit, oculis, animoque humanitatem spirantibus enotabis, ac, nequid tumulti noui nascatur, dabis operam, qui olim nequae res nouae μισγάγκειαι, aut nouos per Belgium cierent tumultus, curatum voluisti, Initijs, causisque tumentium motuum sagaciter explicatis. Haec igitur eo tibi gratiora fore spero, quod olim Antiquitatum Liturgicarum Arcana *ex nobiliore ingenij tui promtuario, & antiquis folijs exquisitim euoluisti: vti modo nos* Antiqui, Nouique LatI Orthographica *explicamus: si modo coelestibus, ac diuinis fas ima componere. Ignosce pauxillum, adhuc humi repimus: te ἐνθάδε pridem exspectant stellantes orbes, ac aeterni Numinis Regia, vbi inadspectabili lumine purissima mens tua collumniata* Antiquitatum Liturgicarum arcana *liquide, limpideque hauriet, prospectabit, fruetur. Imo quascumque spes olim optimae illic rei, ac summae beatitatis animo praecepisti, laetissime, ac integerrime possidebis. Ita voueo! tu eodem hostimento hic, & ibi mihi bene apprecare. Rursus voueo, vt qui ipse vitae, ac morum integritate florescis, aeternum in coelo floreas.*

TRACTATVS DECIMVS.

K

K Pro Q non posuit Nigidius Figulus, nec X teste Mario Victorino, non Priscianus. Quintilianus lib. 1. c. 4. *Et Q, quae & ipsa quorundam nominum nota est, & K, cuius similis effectus, speciesque nisi quod paulum a nostris obliquatur: Kappa apud Graecos nunc tantum in numero manet.* In numero numerari permittit, non in dictionibus intexi: dictiones tamen indicare: quia similem effectum cum Q tribuit. Q significat *Quintum*: K *Caesonem*: non autem illi inest. Planius c. 7. *Nam K quidem in nullis verbis vtendum puto nisi quae significat etiam, vt sola ponatur.* Neque K numerum literarum augere patitur Pierius in Eclogas Virgilianas. Explosa pridem est Scauri sententia, qui putarit nomina, quib. A secunda essee in sede per K scribenda esse, sic *Kalendae, Karus.* Etenim si propterea fiat, quod Kappa nomen includit vocalem illam, sane nulla eiusmodi vocalis addarur in contextu dictionis: aut ea consonans nulli praeterea voci ab alijs vocalib. incipienti apponetur. Hoc autem esse falsum vel ipsi ostendunt Graeci. Praeterea ipsum C eadem ratione non apponeretur, nisi sequenti E, vt *Cepe*: caeterorumque elementorum par item esset ratio. Quin Kappa nomen maius est, quam quanta sit haec potestas, ad quam artare conatur ipsum. Alij ita censuere, Graecis tantum vocibus addendum, qui etiam falsi sunt. Etenim si id verum esset, etiam *Chremes* per X Graecum scriberent, quod sola adspiratione ab ipso K distat. Amplius videsis in subiectis *Kalendae*, & scripta de veterum Orthographicis. Quae etsi sunt, speciatim tamen quaesitum imus super K scribendo in pauculis Latinorum vocibus.

KAESO, inquit Manutius cum K ex Lapidib. Capitolinis, & alijs, & cum diphthongo. Praenomen fuir Fabiorum, Quintiorum (Liuius tertio: *Caeso erat Quintius*) Atiliorum, & Aemiliorum. Diphthongum admitto, K non aeque in ipsa voce: vocis ramen seorsim abscissae indicinam facere volo cum Quintiliano. vt hoc signo K. signetur *Caeso*. At cur signabit litera nomen integrum, cuius pars non est? Quia Nota C *Caium* indicabat, ambigui deuitandi K *Caeso* est. Ita decertat Antiquitatis maiestas cum Grammaticorum Auctoritate. Terentianus:

Saepe Kaesones notabant hac vetusti litera.

Non perscribebant, sed *Notabant.*

KALATOR Ara grandis Romae in domo Cardinalis Cassij:

Q. CAECILIO
FEROCI
KALATORI. SACERDOTII
TITIALIVM. ET. FLAVIALIVM

Iterum in aedibus Pomponij Laeti:

KALATORI. FLAMINVM

KALENDAE cum K, Libri veteres, Lapides Capitolini, & alij, Seruius, Diomedes l. 2. c. 1. Scaurus, Victorinus, quorum inane molimen hac in re fregimus: C namque eius loci Latini prisci substituere. Nam hi si Graecam a καλῶ sequuntur Originem: Ergo *Klassis, Kalabra,*

labra, *Karia*, aliaque consimiliter erunt scribenda, quibus Καλῶ nascendi dedit initium teste Macrobio l. 1. Satur c. 15. Beda melius per C praecipit. K tamen in *Kalendis*, *Karta*, alijsque nonnullis retinet Isidorus Hispalensis lib. 1. Orig. c. 4. & 26. Tibure Inscriptio:

HERCVLI. SAXANO. SACRVM
SER. SVLPICIVS. TROPHIMVS
AEDEM. ZOTHECAM. CVLINAM
PECVNIA. SVA. A. SOLO. RESTITVIT
IDEMQ. DEDICAVIT. K. DECEMB
L. TVRPILIO. DEXTROM. MAE
CIO. RVFO. COS
EVTYCHVS. SER. PERAGENDVM
CVRAVIT

Romanorum KALENDARIVM similiter: nam Alphij, & foeneratorum nil moror.

KALVMNIA etsi sit a *Calnere* ex Bedae, And. Brabanti, Nonij, & aliorum disciplina, non idcirco K poscit: ipsum namque verbum *Caluere* C scribitur apud Nonium, omnesque veteres. Nisi quod notae hae KK significabant *Calumniae causa* teste Isidoro lib. 1. cap. 22. Efflandis calumnijs Marchantio lati patuere campi.

KARTAGO, esto, veteres praeferant Libri: nos per C veteres Auctores secuti *Cartago* cum Beda scribemus, neque spiritum adijciemus, *Carthadat Carthado*, licet alibi legerim: Vel. Longus aliter in Orthographia: *Non enim firmum est Catholicum Grammaticorum, quo censent adspirationem consonanti non esse iungendam: cum & Carthago dicatur, & Pulcher, & Gracchus, & Otho, & Bocchus. Pulcher* suo vide loco. *Otones* leniter scribit in Oratore Tullius, & in alijs non adspirabat, licet adspirandum iudicaret. Tanta vis est Consuetudinis, vel polite scribentium, etiam Origine dissimulata. *Cartago* absque adspiratione vlla Pontanus lib. 2. de Adspiratione. Sic & Καρταγίνη apud Photium ex Cyrillo pro ea, quae fuit in Hispania, & quae in Africa. Qui Seruium recipit a Karta, dubio procul aberit adspiratio a T, χάρτης: etiam a prima vetere scriptione K reijcitur: est enim ipsum K Graecum ore, ac nomine nonnihil admutilato.

CASPERIO GEVARTIO
GRAPHIARIO.

MECHLINIA pronuper cum reuerterem, auebam in transitu Brabantiae Metropolim Antuerpiam tuam reuisere, atque ad te aditare: otium defuit mihi, qui

Nil actum credo, siquid superesset agendum.

Domum remeaui: absentem nunc absens te alloquor, serioque edico, omitte modo, Vir Humanissime, Lectiones Papinianas, omitte Epitaphium vetus, speciosum licet Antiquitatis miraculum. Rara quidem illa, periucunda, inconspreta, peruetusta: praesertim Inscriptio Epitaphia, quae horridulo illo sermone prisco immanem in modum eruditiores quosque prolectat. Omitte nihilominus ista modo: atque adeo incontatus. Est aliud, quod te velim. Te alias nunc ad Notas eadem Antiquitatis horrida fata vocant. Inarandus tibi Lauicanus ager, *inarandus* Lanssaeus (*ἀνδρωτί tamen, etsi non ἀπονητί*) *vnde* Labrusca *decarpas* Labsa, *vel* Labunda *sine* Lachrymis, *pro quibus erit* Lact, Lacteue. *Ac ne fatiscas vllo ex opere,* Laeuinus, *&* Lutatius Coss. *fortissimi viri, &* Lars *iuuerint: nisi si* Lagoena *cum* Lardo *gratior. Duriora sunt (idcircone viro ingratiora?)* Lamna, Lapidicina, Larba, Listrotos, Loedoriae, Latomiae *durae; tu in duriores* Lautumias *coniectus es. Nec trepida: ludo, simul vtrasque laudo.* Laedaeos fratres *suspice,* Leuem *Iacobum,* Lycium, *ac* Lycaeum. *Tua* Luguduni *edidisti adolescens, dum Belgae Indutijs fruimur duodecennalibus, quarum parens tuus,* IOANN. GEVARTIVS, *Iurisconsultus egregius, prima fundamenta, felicibus auspicijs, ante P. Nayum iecit, a Serenissimis Archiducibus nostris ad Confoederatos Belgij ordines ablegatus. Mox Lutetia tuos* ELECTORVM *Libros excudit, in quibus* PAPINIANAS *tuas gnauiter asseris. Non illas* Larba *terrebit, non* Lamna *proscindet, non* Limpae *eluuies hauriet.* Libra *tandem* Loiber *ito. Lusimus iam satis, Vir literatissime (quid aliud Poëtae?) & sic Poëtam cum Hedera victrice hac vice sermonum salutamus: vt noris te vnum ex literarum Belgicis proceribus mihi esse, maximo tuo merito.*

Videndi *Baudius* l. 1. de Indutijs Belg. *Francisc. Haraeus* tō. ij. Tumult. Belg. *Thuanus.* Aliijq. rerū Belgic. Scriptores Ad annum CIↃ. IↃ. C. VII.

TRA-

TRACTATVS VNDECIMVS.

L

LABDON Eusebius varijs Chronici locis, D. Aug. l. 18. de Ciuit. c. 19. alij a Pontaco memorati.

ABDON Iudicum 12. in vulgaria editione, apud Interpretes 70. in Hebraeo, & Chaldaeo. Iosepho lib. 5. Antiq. c. 12. Theophilo Antiocheno l. 1. Euseb. l. 10. de Praepar. c. 3.

LABICANVS AGER, quandoq. *Lauicanus*, quo lutati sunt historicorum Codices non pauci. Est enim a *Labicis* dictus: hi autem ab *ansis* scutorum, quas λαβὰς dixere maiore in Graecia. Vnde scientissimus Poëta:

—— *Picti scuta Labici.*

Legit tamen *itinere Lauicano* Elias Vinetus in Aur. Victorem monito per B quoque reperiri. Lego & in Plin. l. 36. c. 5. *Lauicanam portam*, editionis a Gelenio. Strabo l. 5. Τῷ παλαιῷ Λαβικῷ. *Antiquo Labico.* Silius lib. 8.

—— *Humiles ad aratra Labici.*

Sic per B Dionysius. Apud Liuium, ac Ciceronem varianter. Diodorus lib. 13. Λαβικανοὺς ἐξεπολιόρκησαν, *Labicanos expugnarunt.* Quaedam Exemplaria Λαβίνους praue: recte Λαβικούς.

LABOR cum B. Vsus Librorum, Inscriptionum, Auctorum omnium praeter Adamantium Martyrium, qui *Lauor* per V scribit ductus similium comparatione *Fauor, Feruor, Pauor, Liuor.* Olim *Labos*, vt *Arbos*, Isidor. l. 1. Orig. c. 26. Fabius l. 1.

LABRVSCA, LABRVSCVM. Maro Daphnide: *Siluestris raris sparsit labrusca racemis.* Culicis auctor: *Densaque virgultis auide labrusca petuntur.*

LABSVS, ELABSVS auctoribus priscis Codicibus adstruit Pierius in 2. Georg. Item *Carpo, Carbsi* ex iussu Terentij Scauri. Etiam *Scribsi* in antiquis, & approbatis Exemplaribus inuenisse testatur, & quidem in Codice Terentij Vaticano:

TV. TE. HIS. REBVS. FINEM. PRAESCRIBSTI. PATER

Verum Prisciani apud me pluris auctoritas, cuius illa e libro 12. *Labor. Lapsus. Nulla autem causa alia est mutandae B in P ante S, vel T in principio sillabae positae, nisi Euphonia, cuius ratio apud Graecos quoque obseruantissimos eius seruata est in supradictarum consonantium scriptura, vt* Κρύβω, ἔκρυψα, κέκρυπται· λείβω, ἔλειψα, λέλειπται. *Pro* ψ *enim Graeco nos in principio sillabae P, & S scribimus, vt Nubo, Nupsi, Nuptum, Scribo, Scripsi, Scriptum.* Prius exemplum repulsam pati potest. Succenturietur ergo Eutyches lib. 2. *Plurium autem valet Consuetudo vel eruditiorum, qui Lapsus per P scribunt.* Curtij Valeriani vox: *In temporibus quoque verborum e contrario B in P commutatum videmus, vt Scribo, Scripsi, Scripturus: Labor, Lapsus, Lapsurus: Nubo, Nupsi, Nuptura.* Pauculi nouatores, si in his B pro P scripserunt, inaniter se circumspiciunt.

LACRYMAE, LACRIMAE, non *Lachrymae* cum Spiritu. *Dacrimas* pro *Lacrymas* Liuio Andronico saepius positum credo Festo. Origo enim est Δάκρυον. Veteres autem H indidisse adserit Gell. l. 2. c. 3. Tullius in Oratore. Scripsere & *Lacrumae* manifestiore Originis indicio, & *Lacrumo*, post *Lacryma.* Monumentum vetus:

HAEC.

HAEC. RIDENDA. MIHI. EST. HIC. LACRVMANDVS. ERIT
Item: AELIVS. MACER. ANTESIGNATOR. TRIB. LACRVMAS. POS
Atque ita eodem iure, atque Vsu, quo *Decuma*, *Optumus*, *Maxumus* in Exemplaribus Liuianis, & Plinianis V hac in voce deprehenditur. Verum in Romano Codice, alijsque aliquot esse LACRIMA, LACRIMANS testatur Pierius in 6. Aeneidos per I Latinum absque adspiratione vlla. Non quod a *Lacero* vox orta sit, quod somniauit Pontanus, & eius pedissequus Val. Andreas: sed quod Latio donata Graeciae munere. Terentius Varro tradit Caesarem per I eiusdemmodi verba solitum enunciare, & scribere: inde propter auctoritatem tanti viri Consuetudinem factam. Haec apud Cassiodorum Cornutus. Tum praefert *Optimus*, *Intimus*, *Libido*, *Dicendus*, *Faciendus*, *Maxime*, *Monimentum*, *Contimelia*, *Minimae*, *Lacrimae*. Tantundem paene Fabius lib. 1. Vide *Sillaba*. *Imber*, *Inclytus*. Ex scriptione per I Latiare non sequitur Graecanicam Originem abrogandam, quod Antiquis repugnantibus facit Ciofanus in Metamorphosim Ouidianam.

LACTE, LACT, LAC, Priscianus lib. 1. admittit ex Capro. Plauto firmari potest ex Menaechmis:

Neque aqua aquae, neque lacte est lacti, crede mihi, vsquam similius.

Apud Ausonium etiam *Lact* cum CT absque E, de quo Val. Probus lib. 2. Quidam putant hoc *Lact* debere dici: sed non legimus, nisi in Varrone de LL. *Multi negant in mutam posse hoc nominis finiri*, inquit Caper. Similiter Cledonius in Arte, & Cassiodorus negant. Ausonij versus nihilominus hic est:

Cur condemnetur ratio, magis vt faciat lact?

LACVARIVM, & per ἀντίστοιχον *Laquearium*, inquit Isidor. lib. 15. Orig. cap 8. Seruius in 5. Aen. Nec mirum si ex λάκκος, est *Laqueus*, vti conijcit Caninius in Alphabeto. At de C, & Q commutatione plura in Orthographicis veterum dicimus.

LADANVM per A primore in sillaba passim. *Ledanum* per E in eadem Cyprijs scribi testatur Plinius lib. 12. cap. 17. *Ladanum* sillabis tribus, Galeno, Paulo, λάδανον: Dioscoridi lib. 1. λῆδον.

LADE insula, olim *Late*. Notat Plinius lib. 5. cap. 31.

LAECA gentis Porciae cognomen cum Ae diphthongo praeferunt Libri veteres, ac Nummi, Vrsini quoque denarius ex argento repraesentatus in primam contra Catilinam.

LAEDO principe biuocali. Ex eo *Laesum*. *Collido*, *Collisum*, *vt Caedo*, *Caesum*, *Concido*, *Concisum*, *Loedo* per Oe Cruciger in Harmonia a λοίδορος: quod Becmanus reijcit aequo me iudice. *Ledo absque* vlla diphthongo scribit Iul. Scaliger lib. 33. de Causis LL. Sic aliqui *Cedo*.

LAELIVS familia Romana *Ae* diphthongo, Lapides Capitolini, alij, Silius, Cicero.

LAENA biuocali, Libri veteres, Origo χλαῖνα Festo, Plutarcho in Numa auctoribus, & Iuba. Καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς λαίνας, ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι. *Nam quas reges Laenas gestabant, Chlainas vocat Iuba*. Varronem, qui a multa *Lana* figurauit, rident alij. Strabo lib. 4. Τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν, οὓς λαίνας καλοῦσιν. *Densa texunt saga, Laenas vocant.*

LAENAS similiter, Lapides Capitolini, alijque, Popiliorum cognomen, Plutarch. in Bruto.

LAESTRYGONES prima sillaba biuocali infessa, altera per Y, Homerus Odyss. l. K. Plin. l. 3. c. 5. 8. Solin. c. 8. Cicero epist 13. l. 2. ad Atticum. Strabo l. 5. Ouid. Metam. 14. Thucydides in 6. Ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπές τε, καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι. *In parte quadam regionis Cyclopes, & Laestrygones feruntur habitasse*. Hesychius: Λαιστρυγόνες, οἱ νῦν Λεοντῖνοι. Silius Italicus pluries. *Laestrygonia amphora* Horat. l. 3. Oda 16.

LAEVINVS gentis Valeriae cognomen, diphthongo, Prisci Codices, Capitolij fragmenta. In Valeriorum familia nobilissima eum, qui primus hoc cognomento fuit, suspicatur Turnebus Aduers. l. 4. c. 9. a sinistro, laeuoque & improbo animo, malisque, & nequam moribus cognomen meritum. Plutarch. in Pyrrho: Λαιβῖνος ὁ τῶν Ῥωμαίων ὕπατος. *Laeuinus Romanorum Consul*. Pighius Annal. l. 6. *a Laeuo*. Hoc parabilius reddit Competentia: *Vrsus*, *Vrsinus*: *Albus*, *Albinus*: *Crispus*, *Crispinus*: *sic Laeuus*, *Laeuinus*.

LAEVVS item diphthongo scribit Festus ex Graeco λαιός digammo interiuncto. Silius Italicus lib. 12.

Mos laeua gestare viris ——

Nonij opinamentum a *Leuando* figurantis tipula leuius est. V. *Leuis*.

LAEVIS. V. *Leuis*.

LAGENA secunda vocali in Columellae, Persij Satyr. 5. Horatij, aliorumque libris correctioribus

rectioribus compluries. Graece Λάγυνος. Dioscor. l. 5. A ποτίδιος εἰς λάγυνον. Graecis plurimum per Ητα. Etiam per Υ Λάγυνος, & Λαγύνιον Polluci lib. 10 c. 20. ex Diphili Hecata, & Adelphis. Λαγίναρχος per I apud Hesychium, ὁ ἐξουσίαν ἔχων τοῦ οἴνου. *Laginarchus, cuius in potestate vinum est.* Caninius in Alphabeto: Λάγυνον, *Lagoena* cum Oe, vt Δύο, δοιοί. Gisanium Caninio consociant Rhotius, & Andr. Brabantus, quorum opinioni colorem addo: Λάγοινος, ὅπου λαγγάνει οἶνος, *Lagoena vbi quiescit vinum. In Lagoenam indito,* Cato c. 122. & c. 123. *In Lagoenam confundito.* Quibus locis Passeratius absque biuocali legit *Lagona.* Nec adnuto. Sic Latini *Rhoesinum* finxere de Ῥίνος Graecanico.

LAMINA tribus sillabis, vnico M rectius, atque vsitatius. Quandoque *Lamna* extrito I. Sic vulgarijs Horat. Codicibus lib. 2. Od. 2.

Abditae terris inimice lamnae. Paulinus:
Sanctaque praefixis obducant limina lamnis.

Sic Brissonius Παρέργων libro singulari *Lamna* pro *Lamina* obseruat ex L. 127. in fine D. de auro, arg. Sic apud Tertull. l. de Corona. Inauratur *Lamnulis*, non *Lammulis*. Carrion in Val. Flac. Quidam nuper in veteribus Libris semper *Lamma*, duobus M, absque N, non *Lamna* legi admonuit. Ego contra, inquit, nunquam *Lamma:* sed semper *Lamna* inuenio. Notat Gifanium, qui Librorum chirographorum consensum sequi se profitetur apud Horatium, & Prudentium l. 1. in Sym. *Si formam statuae lammis commisit ahenis.* Quid sit *Lamina* sit ab Ἔλασμα verso declinatu, vt *Schema, ae,* priscorum ex Σχῆμα?

LAMSACVS veteri esse Codici Val. Flacci l. 2. testatur Carrion, & reperit Pontacus in 4. MSS. Eusebij. Praue. Nam Lamsacus Λάμψακος παρὰ τὸ λάμψαι, Vide Stephanum. Ouidius:

Lampsacus hoc animal solita est mactare Priapo.

Sic Pausan. Plut. Plin. Liuius, Appianus, Thucydides lib. 8. Λάμψαχος δυοῖν ἡμέραιν ὕστερον. *Lampsacus biduo post.* Athenaeus, ac Demosthenes. Vide Tractatum de Origine.

LANITIA, LANITIVM scribuntur. Laberius: *Nihil refert molle e lanitia Attica, an pecore ex hircorum, vestitum gerat.* Georg. 3. *Sit tibi lanitium curae* ——

LANVVINVS a *Lanuuium.* Ita constanter scribitur apud Liuium, & Tullium, item in Antonini Itinere *Lanuuini* per duplex VV in medio. At *Laniuinum* per I in secunda de Natura D. legit Vrsinus in vetustissimo Libro, & in Miloniana Rob. Stephanus primoribus folijs testatur Victorio scriptum *Laniuium* ex Auctoritate Librorum contra Consuetudinem. Antiquum Monimentum cognitum opera Hermolai Barbari c. 5. l. 3. Plinij:

SENATVS. POPVLVSQ. LANIVINVS

I secundam diffiniente sillabam. Reperies iterum in vasto Gruteri Oceano. Vide nobis disputata ad Silium aduersus Ios. Scaligerum. Sic apud Horatium legunt l. 3. Oda 27. —— *Ab agro Rana decurrens lupa Lanuino,* Mancinellus, & alij. Et certe tertia vocali vox politior videri potest.

LAOMEDON, LAVMEDON. V. *Latomiae.*

LAPETHOS insula Plin. l. 5. c. 31. cū Spiritu, & E secundo loco, vbi per A Strabo, & Ptolemaeus Λάπαθος. Alexandrus Ephesius: Γ'μερόεσσα Λάπηθος notissima varietate, vt Μήτηρ, Μάτηρ, Μῆλον, Μᾶλον, aliaque sexcenta.

LAPIDICINAE, *vbi excuduntur lapides,* Festus. Romae in D. Pauli:

A. LAPIDICINIS. CARISTIIS.

Marcilius ad leges XII. *Lapidicinis* rectum est. Glossae: *Lapidicina,* λατομία. Λιθοτμῆον, *Lapidicina.* Λιθοξόος, *Lapidicinarius* quae vox Λαξευτοῦ interpres est in Cyrilli Lexico. Adiuuat vulgatam, receptissimamque hanc scribendi Consuetudinem vis Competentiae: *Indices, Indicina* Apuleio: *Carnifices, Carnificina: Sorices, Soricina naenia* Comico. Cur non etiam *Lapides, Lapidicina?* Quia blandius videtur a *Lapide caedendo.* Videamus.

LAPICIDINA malūt Ios. Scaliger in Varr. de RR. Manutius Lapides, veteresq́. Libros secutus, Pintianus fide Pliniani Codicis Toletani, Passeratius. Certe Varro l. 7. de LL. *Lapicidas* dici docet, cui pari compositione *Homicidam* adde, a quo si vsus patrocinetur lanienā arenariam *Homicidinam* dixeris. Sunto *Lapicidae.* Vnde quaeso *lapidem* illi *caedunt?* quo ex loco? non ex *Lapidicina?* Est enim ipse locus: non *Lapidum caedes.* Cyrilli Lexicum: Λατόμιον, *Lapidicina:* locus scilicet in quo, & ex quo lapides proruuntur: *Lapicidina,* ipsa *lapides caedendi,* ac proruendi actio: sicut *Lanienа* laniandi, *Carnificina,* talia.

LARIDVM, LARDVM. Perpetuo tenore apud Plautum lego *Laridum.* Apud Lucill. Satyr. 2. *Vt lurcaretur laridum, & carnaria furtim.* Iuuat Macrob. l. 7 c. 12. qui *Laridum* dictum retur, quasi *Large aridum* ob salis copiā. At mihi omnis salsa caro aridior est prae *Larido.* Alij quasi *Lari donum.* Vtut sit duabus sillabis creberrime veteres extulere. Pomponius: *Lardum lurcabat lubens.* Horat.

Horat. Sat. 6. l. 2. *Victa satis pingui ponentur olufcula lardo.*
Mox ——— ——— *Semesaque lardi Frusta dedit* ———
Ouid. *Pingnia cur illis ponuntur larda Calendis?*
Martial. lib. 5. Epig. 179.
Et pallens faba cum rubente lardo
Vide anterius *Calidus, Caldus, Caldarius*: *Audaciter, Audacter.*

LARISA vnico sigmate scribit Andr. Brabantus ex veterum disciplina Librorum, atque e Graeca Consuetudine, inquit. Ego duobus; & mecum Achiuorum
Millia, quot magnis vnquam venere Mycenis.
Homerus in Catalogo:
Τῶν, οἳ Λάρισαν ἐριβώλακα ναιετάασκον.
Qui fertilissimam Larissam habebant. Idem Iliad. ρ.
Τῆλ' ἀπὸ Λαρίσης ἐριβώλακος.
Homerus Latij: *Larissaeus Achilles.* Strabol. 9. vnica pagella quinies, aut saepius Λάρισσα, Λαρισσαῖον πεδίον, Λαρισσαῖος Ζεύς. Herod. lib. 1. Xenophon Ἑλλην. β. Dionysius Antiq. lib. 10. Diodor. lib. 20. Philostrat. in Hippodromo, Pausanias in Atticis, Corinthiacis, alibi, Apollod. lib. 2. Biblioth. Plutarch. in Agesilao: Εἰς δὲ Λάρισσαν ἔπεμψε Ξενοκλέα. *Larissam misere Xenoclem.* Appian. Εμφ. lib. 2. Ἐκ Λαρίσσης ὁμοίῳ δρόμῳ. *E Larissa simili cursu.* Hesychius. Quam tu mihi, Andrea, Graecorum Consuetudinem obiectas? Veteribus tuis Libris tantundem credo. Et par esse reris Nummulo vnico fidem commodare, cui sit ΛΑΡΙΣΑΙΩ. V. *Emesa, Amphissa, Gnossos, Cephissus.* At cum *Larissae* connumerentur vndecim, ecquam ex ijs Graeca Consuetudine vnico sigmate scribendam censeat Andreas, magnopere velim designari.

LARS extremo lib. 4. Liuij, Ausonij Libri omnes. *Lar* summoto S apud Charisium: *Lar, si familiaris erit, genitiuo Laris: si Tolumnij, vel Porsenae, Lartis.* Idem apud Priscian. l. 5. Cicero n. 9. Phillip. *Lartes Tolumnios.* Dionysius Hal. Λάρος Πορσίνας. *Larus Porsinas.* Nota ex Catone: *Laronem enim Etrusci, & Larunem, & Arunem vocant nobilem principem.* Sic ex communi transit in proprium appellatio.

LARVA Consuetudo, Libri omnes, Auctores omnes eximio facto Beda, Adamãtio Martyrio, Cassiodoro, quibus placet *Larba* cum B. Ducuntur Analogia: *Herba, Turba, Tuba, Barba, Obba* πέλιρτον, *Gleba, Pronuba, Orba.* Designata ponunt *Caterna, Minerua.* Cur non & *Larua* in designatis, o boni?

LASERPITIFER consona T, non *Laserpicifer.* Fit enim a *Laserpitium.*

LASES *pro Laser aetatis fuit*, inquit Fabius lib. 1. c. 4.

LATERALE, an LATERARE? Plinius l. 6. sermonis Dubij: *Si R litera praecesserit, in U penultima sillaba sequi debet L, vt Angurale. Contra si L praecesserit, sequi debet R, vt Molare.* Quod περὶ Ὀρθογραφίας congruit quaestionibus copulare, inquit Fl. Sosipater. V. *Latiaris.*

LATERANVS quatuor sillabis rite scribunt Silius, & Aurelius Victor: tribus Dio Λάτερνος lib. 75. Λάτερνον δὲ, καὶ Κάνδιδον, καὶ Λαῖτον.

LATERNA malim, quam *Lanterna*, inquit Andr. Brabantus. Heus tu, qui mauult, vnum vult, alterumque etiam magis vult. Vin' ergo scribi quoque *Lanterna?* Hoc ne barbaries ipsa tulerit.

LATIARIS vltimante R probissime. A *Latio* dicitur homo, ciuis, sermo *Latinus*, & pro *Latino Latiaris.* Ita plerisque omnibus vetustis Codicibus inest: raris *Latialis* per L. Deinde apud Macrobium primo Satur. *Latiar* per R est Latinorum sollenne, ac apud Ciceronem lib. 2. Epist. ad Q. Fratrem, vt ibi legendum putat Lilius Ferrariensis. Apud Dionysium lib. 4 Λατιάριος, hoc est, *Latiaris* Iupiter. Qui tamen in Tullij Victoriana editione scribitur *Latialis* in Miloniana, vbi nota haec est: *Sicut vtique Ferias non Latiales, Latiaresue: sed Latinas dixeris, aut Latias.* Horat. similiter:
——— *Residens celsa Latialis Iupiter Alba.*
Porphyrius περὶ ἀποχῆς, Λατιαρίου Διὸς meminit. Dionys. apud Priscianum lib. 4. de denominatiuis a *Latium*, *Latij Latiaris* figurauit, hoc est, *Latiaris Iupiter*, sicut a *Peculium Peculiaris*: *Latialis* per L non meminit. Casaubono ad Tiberium Suetonij neutrum displicet, non Grutero V.C. non mihi. Cur Cruceo? cur Modio? V. *Laterale.*

LATOMIAE Visu expeditissimo, vt *Latomus*, super quo litem mouet nemo. Festus per V: *Latumias ex Graeco, & maxime a Syracusis, qui Latumias, & appellant, & habent adinstar carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendam vrbem.* Varro l. 4. de LL. *Quod Syracuseis, vbi simili de causa custodiuntur, vocantur Latomiae, & de latomia translatum, quod hic quoque lapidicinae fuerunt.*

fuerunt. Ita Exemplar comitatum Scaligeri, Victorijque notis, & castigationibus. Graecis *Λατομίας* nullibi *Λαοτομίας*, vt ex eo confiant *Lautomiae*, vel *Lautumiae*, quas tamen magna vi adierunt Turneb. l. 21. Aduers. c. 17. l. 28. c. 6. Pintianus in l. 11. Plin. c. 37. Scribendum *Lautumiarum*, haut *Latomiarum* tum ex Toletano, & Salmanticensi Apographis, tum ex Liuio sexto & vicesimo volumine. Sed euidentissime ex Seneca, Declam. 9. Declam. 4. extra controuersiam de Sabino quodam. *Ille etiam*, inquit, *reus cum rogaretur, vt in Lautumias transferretur: ne nunc, inquit, quenquam vestrum decipiat nomen Lautumiae, minimum Lauta res est.* Haec ille addito: Nec ignoro, quae de hac dictione ab indoctis, & elementarijs Grammaticis afferantur. Ad Senecam primum dici potest *Nomen Latumiae minimum Lauta res est.* Similitudine vocum potest vsus esse Seneca, non *ταυτότητι*. Deinde *ταυτότητι* fit vsus: Senecae sensum, aut saltem Sabini istius expressum habemus. Nihil amplius. Nihil causae fuit, cur Maurus iste indoctos, & elementarios a se dissentientes appellitet. Sciendum igitur Originem esse ex *λᾶς*, quod est *Lapis*, a quo recte si *ὁμοίως* nomen oritur, nulla iusta ratione scribi aliter potest, quam *Λατόμος*, *Λατομίαι*, *Latomiae*, seu *Latumiae*. Sin ex patrio casu *Λᾶος* factum est *Λαοτομία*, Fieri deinde potest *Lautumia*, seu *Lautomia*, vti *Laudiciam* legitur in duob. Eusebij MSS. Adde Inscriptionem vnam Romae: TREBONIA. LAVDICE. FEC. CONIVG Iterum Mediolani apud Galeacium Vicecomitem: AVRELIAE. LAVDICIAE Nam ab eadem Origine *Laus*, quasi *Populi* vox, eademque fictura. Est enim *Laus* iudicium hominum de hominibus bene iudicantium. Ea re non inepte meo quidem iudicio Gaspar Geuartius vocem secabat: *Tu vero, o nostrae, Villela lausque, decusque Militiae*——
Sic apud Petronium inuenias *Laucoonte* pro *Laocoonte*, & apud veteres *Laumedon* pro *Laomedon*. Quid si Senecae tunc temporis fuit opinio scribendi *Lautumias*, aliorum *Latomias*? Sic ijsdem paene temporib. *Plaustrum* ex Vsu communi scribebat Florus, Vespasianus *Plostrum*: sic *Clodius*, & *Claudius*, aliaque prope innumerabilia, vt alterutrum culpari nequeat absque temeritate. Neque, qui Vsum vulgatum improbant, satis expedite loquuntur. Secunda sillaba per O politius, nec per V reiecerim. Rationis vestigium piget recalcare: hoc addo. Pontacus q. huiusmodi in aucupio versatissimus notat in quinque Chronicorum Eusebij MSS. esse *Latumias* per V in secunda sillaba: *Laotomias*, quod ante vestigabamus, & *Laotumias*, pauculis Exemplaribus. Ex postrema scriptione confieri possunt *Lautumiae* exemplo Similium antepositorum, atque ex *Λαοτομίαις* *Lautomiae*: Sic *Laudamia* pro *Laodamia* scribitur in peroptima Iustini editione lib. 28. non semel, & Graeci *Ταυμόποδες* pro *Ταομόποδες*.

LATROCINALIS *innasit manus*, lib. 2. de Asino A. scribitur edente Vulcanio. Lib. 4. *Capto noctis latrocinali momento*, quinque omnino sillabis, non *Latrociniali* sillaba amplius: etsi a *Latrocinio*.

LAVDICEA, pro *Laodicea*. Similiter *Laudice* pro *Laodice*. V. *Latomiae*, vt a *Principio Principialis*, ab *Exitio Exitialis*.

LAVRENTVM, *opidum, lucus Iouis indigetis*, inquit Plin. l. 3. c. 5. Stephano *Λαυρεντόν*, Dionysio Hal. l. 1. Antiq. R.

LAVRETVM pars est montis Auentini Dionysio lib. 4. *Λαυρῆτον*. At hoc ipsum *Loretum in Auentino vocatur*, inquit Plin. l. 15. c. 30. editionis a Gelenio. Glossae Cyrilli: *Λαυρὼν*, *Laurentum*. Corrigunt *Lauretum*. iniuria. V. *Sedetani*.

LAVTIA Liuio: DAVTIA priscis, Festus. Sic *Lacrymae*, olim *Dacrymae*.

LEA scribi non patitur Charisius lib. 1. Varro tamen scripsit, & quidem ad Ciceronem lib. 3. *Nocet panthera, & lea.* Ouidius: *Nec lea cum catulis lactentib. vbera praebet.* Idem 4. Tristium Eleg. 7. —— *Esse Chimeram, A truce quae flammis separet angue leam.* *Leaena* passiua scriptura.

LEANDRVS, LEANDER. Vide *Nicandrus*. Hic monito opus *Leander* in quibusdam Ouidij perperam scribi cum biuocali. *Λέανδρος*, *Leandrus*, & *Leander* biuocali fracta scribit Latium: Item *Leandrius Hellespontus* Silij lib. 8. V. *Leuis* eadem ab Origine, *Λᾶος*.

LECHEAE *hinc, Cenchreae illinc angustiarum termini*, verba Plinij l. 4. c. 4. Illa Statij in via Domitiana 4. Siluar. *Hic paruus, Lechaeae nisi vetarent,*
Inous freta miscuisset Isthmos.
Lechaeum idem Statius: —— *Ab Inoo fert semina lecta Lechaeo*,
Pausanias in Corinth. Strabo, Polybius *Λέχαιον*.

LEDA, LEDAEI fratres Castor, & Pollux rectissima Consuetudine. Nec deprauatissime *Laeda* cum diphthongo principe. Vide *Seaena*. Romae vetus Epigramma:

MVNVS. OLORINO. DE. IOVE. LAEDA. DEDIT

LEGISLATOR vniter, & *Lator legis* diuulsa voce. Tullius pro Milone: *Ipse lator legis cum esset.*

LEGITIMVS T desolato. Ouid.

Legitimo quique merebat equo.

LEMANNVS *Lacus* duob. N vetustissima quaeq. Exemplaria, inquit Vinetus in Ausonij vrbes. A Strabone nihil certi. Vide *Alemanni*. Plin. l. 2. c. 103. Lib. 3. c. 4. liquida vncta visitur.

LEMVRES, LEMVRIA, Antiquitas *Remuria*, quamuis a *Remo*. Ouid. 5. Fast.

Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur auis.
Aspera mutata est in lenem tempore longo
Litera, quae toto tempore prima fuit.
Mox etiam Lemures animas dixere silentum.

Ex eo fusa vox latius. Glossar. *Lemures, νυκτερινοὶ δαίμονες.* Apuleius: *Animum humanum exutum, & liberum stipendijs vitae, hunc vetere lingua Latina Lemurem reperio dictitatum.* Vide de Orthographia veteris Latij.

LENA, LENO nulla biuocali: sunt enim a *Lenio*, Eutyches l. 1. blandiloquum namq; hoc istud hominum genus.

LEODIVM vulgo scribitur: *Leodicum* Lipsio l. 1. Polior. c. 2. Negatis trecentos ante annos, & minus scriptum vllum exstare, in quo *Leodicenses* non diserte exprimantur. Sigeberti Gemblacensis Chronica MSS. vel ab ipsius aeuo sic a Lipsio lecta. Tabula apud Leodicenses plumbea non dudum eruta sic praefert:

NITHARDVS. LEODICENSIS. EPS

Alia vetustior: EGO. REGINALDVS. LEODICENSIS. EPS

Vetusta Caroli Magni vita: *Celebrauit Pascha in Leodico, vico publico.* Eorum Annales consensu sic habent. Caetera apud ipsum illum Lipsium. Atque hoc per transennam.

LEPARENSES, LIPARENSES, LIPARITANOS Festus agnoscit. Postremum crebro legas in Verrinis.

LEPROSI *a proritu nimio ipsius scabiei dicti sunt, & ideo per P scribi debent,* inquit Papirianus. Recta praeceptio: praua ratio. λεπρός, Graece dicitur. Non ergo a *Proritu*, aut *Proritu*.

LEPONTIVS, LEPONTICVS in Tacito, & Silio. Silij vno in Codice *Leoponticus*. In prisca Inscriptione *Laeponius*. *Lepontinos* circa Alpes ponunt Plinius, ac Strabo. Plinij quaedam Exemplaria cum C etiam *Leponticos* exhibent. Pluria *Consuetudo*. Strabo l. 4. τοῦ κόμου ὑπερκεῖσθαι τοὺς Ληπωντίους. *Supra Commensitos Lepontios.* Caesar 3. l. Belli Gal. *Renus oritur ex Lepontijs, qui Alpes incolunt.* Plin. l. 3. c. 20. pariter.

LEPTIS, LEPTES. Silius l. 3.

——— *Sarranaque Leptis.*

Lucanus lib. 9. *Proxima Leptis erat* ———

Per E Prolybius l. 1. Τὴν Λέπτιν. Vide *Baetes*.

LESSVM, LAVSVM indifferenter scribit Kirchmannus l. 2. c. 6. de Funere Roman. Palmerius in Spicilegijs *Lausum*; quo irriso *Lessum* Marcilius ad XII. Tabulas exosculatus est.

LETHVM ἀπὸ τῆς λήθης de Festi mente, ac Varronis l. 6. de *LL.* Cum Spiritu *Quom dicitur,* OLLVS. LETHO. DATVS. EST *quod Graecus dicit* Λήθῃ, *id est, Obliuioni.* Passeratio placet. *Letum* difflato Spiritu non absque veri imagine Priscian. l. 9. a prisco *Leo* pro *Deleo.* Ei adhaeret Manutius. Ios. Scaliger l. 6. in Varr. Prisciani opinionem verisimiliorem pronunciat, Varronis acutiorem. Tu vide. Scribunt aliqui priorem sillabam cum *Ae*, Apuleius cum *Oe*, non sine literarum dedecore. Nisi si confiat ex λοῖσθος, *Postremus.* Est enim *Lethum* ex nouissimis Excusent *Laetum* alij antiphrasi a *Laeto.* Suos auctores causa delectet: me nequaquam. V. *Liber.* Admitte Graecam Originem: non ideo anteponatur Spiritus, quem detraxit Graecia Maior.

LEVCATA, AE, *Leucates, is, Leucas, Leuce.* *Leucata* Aen. 3.

Mox & Leucatae nimbosa cacumina montis.

Leucates Ausonius in Cupidine:

Et de nimboso saltem Leucate minatur.

Leucas opidum, inquit Plin. l. 4. c. 1. vbi etiam *Promontorium Leucates.* Claudian. de bello Gildonico: *Litora Leucates* ———

eorum more, quae primo declinatu formantur: V. *Acgathes.*

LEV-

indoli [illegible] *Grammatici*. Aliud est *Ligula* [illegible] M[illegible]

LIG[illegible]RRIO duob. RR. Libr[illegible] Manu[illegible], V[illegible] R[illegible] tenda[illegible], [illegible]pior: alioqui cum o[illegible] ἐκ τὸ λιγυρὸ [illegible] ratius

Semesos pisces, te [illegible]

Lu[illegible], Sat. 16. *Publicitus ven*[illegible] *atque* [illegible]

Terent. Eun[illegible]ho: *Patria ab igurrierat bon*[illegible]. Plautus [illegible] ctionis ca[illegible] d[illegible]cauda liquida sufficit V[illegible] q[illegible] d[illegible], [illegible] tem vetere[illegible] [illegible]aeci, vt vid[illegible] est ap[illegible] H[illegible] [illegible] ἔνοπης quod [illegible] tamen [illegible] Boeotia u[illegible] a[illegible]nt [illegible]. [illegible] S[illegible] in [illegible]nianis, & S[illegible]*aturnis*.

LIGVS, no[illegible] *L*[illegible]*ur*, co[illegible]omen A[illegible] ent[illegible] C[illegible]ctus, in[illegible] Manutius. Sed & nat[illegible]nis. M[illegible] *ane L*[illegible] 8

Tum pernix L[illegible]

Certe *L*[illegible] no[illegible]nib. in VS ad[illegible] [illegible] rina 3 *L*[illegible] *em ad*[illegible] *erdote Praetore?* Item: *L*[illegible]*ur* [illegible] pro l[illegible] a. [illegible] *L*[illegible]*ur v.mali adscriptor*. An ex *Li*[illegible]*uria L*[illegible]*urum* [illegible] ud V[illegible]g[illegible] scrip[illegible]

LI[illegible]VSCVM agr[illegible]m scribendu[illegible] *I*[illegible] V[illegible] & [illegible]cal[illegible] Q[illegible] [illegible] A[illegible] [illegible] lib. 2. [illegible] RR. c. 5. *Contra ingatori L*[illegible] C[illegible] 8 [illegible] 2. [illegible] R[illegible] Q[illegible] [illegible]rum sit repon[illegible] L[illegible], & [illegible] [illegible] D[illegible] [illegible]de vero quod a[illegible] A[illegible] ἄνθρωπος μὲν πᾶς [illegible] [illegible] [illegible] Λ[illegible] L[illegible] *in L*[illegible] [illegible] *vocamen sui in* [illegible] Q[illegible]d [illegible] *Libis Lib*[illegible] L[illegible] Marcianus Heracleota

Ἐν τῷ [illegible]

[illegible]

LIMBOLARII [illegible] A[illegible] Iano G[illegible] ap[illegible] N[illegible] scrib[illegible] a *L*[illegible] & [illegible] L[illegible] *borary* inq[illegible]

LIN[illegible]V[illegible] D[illegible] c. 2.

LINGA [illegible] Artem[illegible] M[illegible] St[illegible] T[illegible] add[illegible] *L*[illegible]

LIPARA [illegible] V[illegible] [illegible] in M[illegible]

LIS [illegible] A[illegible] & [illegible] *quam*[illegible] *pro L*[illegible]

LITERA [illegible]on[illegible] [illegible] produx[illegible] [illegible] & *Lit*[illegible] mo[illegible] 4. [illegible] *L*[illegible] Q[illegible]an[illegible]

LITV[illegible] [illegible] g[illegible] H[illegible] [illegible]

[illegible]

Merulae crimen publicat Politianus lib. 11. Epist. *De Lithostrato nihil dixerim, quoniam quamuis exceptione ista non vteris, conferre tamen in librarios culpam facile posses.* Si raius ille fuit a *Sternendo*, siue a *Strato* componi, erratum fuit non pusillum: verum si ex Graeco, piabile: nam eis scribitur nonnunquam A pro Ω, V. *Aegates.* Consuetudo tamen Merulam deserit. Plinius l. 36. c. 25. *Pauimenta originem apud Graecos habent elaborata arte, picturae ratione, donec lithostrota expulere eam.* Ibidem: *Lithostrota coeptauere iam sub Sylla paruulis certe crustis.* Politule, vt adsolet, Nonnus in Paraphrasi S. Ioannis:

— Ἐκάθητο λιθοστρώτῳ ἐνὶ χώρῳ
Οἷα λίθοις στρωτοῖσι τετυγμένῳ —

Hesychius vna sillaba breuius: Λίστρωτον, λιθόστρωτον. ὁμαλόν.

LIXIVIVM per I prima in sede, non *Lexiuium.* *Lix* enim per I est cinis, vel humor cineri mistus, Nonius.

LOCVS, ex λόχῳ lapso Spiritu. Ἀρχαϊκῶς *Stlocus* Festo, alijs. V. *Lis.*

LOCVTIONEM *quoque Antonius Rufus per Q dicit esse scribendam, quod sit ab eo, quod est loqui.* Nota haec est Longi. V. *Loquuntur.*

LODICES vulgo recte dici autumo. Isidorus tamen l. 19. Orig. c. 26. *Ludices* per V a *Ludis*, id est, theatris quorundam opinione: non mea.

LOEDORIAE *directae* Macrob. l. 7. c. 3. per *Oe*, non *Ae*. Λοιδορία. Παρὰ τὸ Λοιμὸς Λοιμορία, καὶ Λοιδορία, inquit Etymologus.

LOLLIVS duplicato L, familia Romana, Manutius in Orthogr. atque in Epist. 2. l. 2. ad Atticum. Certe sillabam primorem tetendit Horat.

Scriptorem belli Troiani maxime Lolli.

LONGOBARDI. Et per A in prima Λαγγόβαρδοι Ptolemaeo: si modo id recte. Λογγίβαρδος per I Suidae. Etymologicon similiter Λογγίβαρδοι, ἤγουν βαθεῖαν ὑπήνην, καὶ μακρὰν ἔχοντες. Eum vide in γένειον, γενειάδες. Ergo quasi *Longobarbi* dicti. *Longobardi, hoc est spissam, prolixamque barbam gerentes.*

LOQVVNTVR, SEQVVNTVR per Q, & V scribenda praecipit Victorinus. Idem tamen Victorinus *Locutus, Secutus* alienius a praesentib. vt *Concussus a Quatio, Locus a Loquendo, Cotidie a Quoto die.* Alij *Sequutus, Loquutus* more praesentium. *Locutus vero Euphoniae causa per C & simplex V scribatur,* ait Beda in Orthogr. ita scribit Pontanus. Silius lib. 16.

— *Magna voce loquuntur equis* — V. *Locutio.*

LVBENS pro *Libens* priscis arrogat Priscian. l. 1. Fabius lib. 1. Eo fit, vt hoc loquendi genus viri literati mirer: *Libens, Lubensque de opinione mea abiero.* An scriptum voluit: *Volens*, l. Eadem varietate *Libido, Libentia*, quae & per V scribuntur ἀρχαϊκῶς.

LVCCEIVS duplici CC, Libri, Lapides.

LVCETIVS Iupiter cum T Festo, Gellio, Lactantio, Macrobio: Glossis Philoxeni cum R *Lucerius*, & *Lucerna* minus recte.

LVCMO, LVCVMO, LVCOMO, LISCOMO. Propertius:

Prima galeritis posuit tentoria Lucmo.

Per V in secunda Libris est proletarijs. Apud Festum: *Lucomones quidam homines ob insaniam dicti, quod loca, ad quae venissent, infesta haberent.* *Liscomo* per O & S in antiquis Codicib. etiam Liuianis. Dionysius, cum Festo ὁμοφωνεῖ, Λυκόμων. Plutarchus Λουκόμωνος in Camillo, *Lucumonis acumen* Satira.

LVCILIVS vnico L, Libri, Lapides. Ipse tamen Lucillius sui nominis vdas conduplicat Satyr. l. 27.

— *Salutem fictis versib. Lucillius*
Quibus potest. impertit — ac saepissime alibi.

Auson. *Lucilli vatis sic imitator eris.*
Horat. *Quid vetat, & nosmet Lucilli scripta legentes.*
Idem: *Nil comis tragici mutat Lucillius Acci.* Antea.
Lucilli, quis tam Lucilli fautor inepte est?

Item in Graecorum Epigrammatis. Alterum L dispulit Martialis lib. 5. Epigr. 57. *Famae Lucilium suae relinquat.* Plutarchi in Bruto Codices variant.

LVCISCIT per I in bonis Veterum Codicib. sibi repertum vniformiter aiunt P. Victorius, Politianus, Bembus, qui Bembus profert Terentium: *Luciscit: hoc iam cur cesso pultare ostium.* Victorius ex epist. Tullij ad Catonem Medicei fultus auctoritate Libri: *Cum lucisceret, in Amanum ascenderet.*

LVCRI FACIO dispescuit Plautus in Truculento *Facio lucri*, & Mostellaria. Pandectae Flor. *Lucri fit.* Act. 27. *Lucrique facere.* Copulare maluit Cicero Verrin. 5. *Omnem illam ex aerario pecuniam lucrifactam videtis*, aliasque saepissima vice. Fabius quoque Declam. 12. *Audi frumentum istud, quod lucrifecisti.* Plin. l. 7. c. 39. qui l. 33. c. 3. discreuit: *Ita quinque partes factae lucri.*

LVGVDVNVM, & sillabae vnius detrimento, *Lugdunum* habet eadem Inscriptio insulae Tiberinae. Inconstantia bene solens. Diae Vocontiorum:

IN. CVRIAM. LVGVDVNENSIVM

Stephano Λούγδουνα πόλις Κελτογαλατίας. *Lugduna ciuitas Celtogalatiae.*

LVRA Festus: *Lora* Ausonius.

LVRCHO contra Analogiam adspiratum fuit: nam *Mucco a muccis, & Bucco a Buccis*: ita *Lurco* a *Lura* ob ingluuiem. Sed ratio significationis potior fuit ob sonitum voratoris. Sic φλᾶν adspirationem admisit. Adspirat & Val. Probus l. 2. comparatione parum idonea, vt *Pulcher*, & *Orchus*, inquit. Quorum vtrumq. pridem in desitis.

LVSCINI *iniuriae cognomen habuere*, inquit Plin. l. 11. c. 37. Sic & Fasti Capitolini, non *Luscinius* sillabis quatuor. V. Pighium Annal. l. V.

LVTATIVS non admisso C, neque T duplicato. Lucernae ante aedes Alfonsi Carafij:

APOLLINI. DIVO. AVG
Q. LVTATIVS. Q. F. CLA. CAL ...
Q. LVTATIVS. P. F. CLA

Et in altera Romae. Item in foedere cum Cartaginiensib. icto. ΛΥΤΑΤΙΟϹ nullo K. Κάτλος ὁ Λυτάτιος in Plutarchi Mario, tomoque 1. in Apophthegmatis. At Polibij l. 3. legere est: Τὰς γὰρ ἐπὶ Λυτατίου γενομένας συνθήκας. Cum C Silij l. 6.

Possessor pelagi prona Luctatius aura.

Romae in Quirinali in basi arae:

Q. LVCTATIVS. Q. F. MENS
SILVANO
D. D

LVTEVS color. Perperam adspirant. Maro Ecloga 4.

——— *Croceo mutabit vellera luto.*

Idem *Luteola caltha.*

LVTRA Plinio, alijs: *Lytra* Varroni.

LYCIMNIVS prauum est: rectum *Licymnius.* Λικύμνιον ὄζον Ἄρηος Homerus in Catalogo, Pausanias Corinthiacis. Verum in Laconicis scribitur: Λυκιμνίου γὰρ παῖς ἦν τοῦ ἀδελφοῦ τῆς Ἀλκμήνης. Sic etiam Aeneid. 9.

Maeonio regi quem serua Lycimnia furtim.

Quam recte? Apollodorus lib. 2. Ἀποκτείνας τὸν Λικύμνιον οὐχ ἑκών. Antea: Λικύμνιος ἔτι νέος. Peccant Laconica.

LYCIVS, LYCAEVS. De priore Festus: *Lycij Apollinis oraculum in Lycia maximae claritatis fuit ob luporum interfectionem: λύκος enim lupus est.* Vide Hesychium ibi: Λυκοκτόνου θεοῦ, quem facit Apollinem. A qua Origine diphthongus Ae abest. Et habes in antepositis: *Templa Lycie dabis*, ex λύκειος: vnde & *Lyciae fortes.* *Lycaeus* autem παρὰ τὴν λύκην, vnde *Lucem* Latini habent, & docet Macrobius lib. 1. Saturn. c. 17. *Prisci Graecorum*, inquit, *primam lucem, quae praecedit solis exortus* λύκην *appellauerunt* ἀπὸ τοῦ λευκοῦ. Λυκοειδέος ἀοῦς meminit Hesychius. Vnde & Λυκηγενής idem ab Homero vocatur lib. 4.

Εὔχεο δὲ Ἀπόλλωνι λυκηγενεῖ κλυτοτόξῳ.

Sed & Λυκαίου βωμὸς Olymp. Pindari oda 13. scholiastae opinione est Λυκαίου Διός: non Apollinis, vt retur Lacerda. Quinetiam Pan *Lycaeus* audit apud Maronem:

Parthasio dictum Panos de monte Lycaei. Fastor. 1. *In idem venere Lycaei.*

Eustathius loco non vno, solo I scribit λύκιος pro Apolline, pro foro λύκειος ἀγορά cum diphthongo. Hesychius: λύκειος. *Lycaeum* pro *Viridi Lyceo* haut ferri potest: & si Rosuueus in pede Medicoecclesiastici libri ita scripserit:

Viringus, Gradiuum quo decedente Lycaeum.

Idem χρυσαγόρος: — *Stadio clarus Hygaeatuo*, pro *Hygea.*

LYCVRGVS cum C Originem, Vsumque secutus scripserim: quamuis Carrion in suis, alijq. in suis Libris Fastorum tertio iactent inesse *Lygurgus* cum G. Quam velim istos φιλαρχαίους mihi referre ante repertam G, illam necne Latini scripserint.

LYG-

LYGDAMIS, non *Lygdamus*: finalitatem obtinente I, non V. Ita scisit Salmasius in Exercit. Plinianis. λύγδαμις apud Hesychium Dianeum inflammauit: Herostratum Eustathius vocat.

LYMIRA χαλκοχάφως. Orthographia est *Limyra*, vel *Limyre* Y Graeco secundam obtinente sedem. Ouid. Codices Metam. 9.

Iam Cragon, & Limyren ——

Stephanus Λίμυρα, Strabo Λίμυρον. vbi male Λίρυμον. Nec indebita Q. Calabro correctio Λιμύροιο pro Α᾽μύροιο spurio lib. 8.

—— Παρὰ προχοῆς Λιμύροιο.

Propter fluenta Limyri.

Strabo l. 14. Ε᾽νθ᾽ ἡ ἐμβολὴ τοῦ Λιμύρου ποταμοῦ, καὶ ἀνιόντι πεζῇ σταδίους εἴκοσι τὰ Λίμυρα πολίχνη, Melas interpres esto lib. 1. c. 15. *Post eius promontorium est Limyra, & eodem nomine ciuitas.*

LYMPHA Y Graiorum, & *Ph* vti *Nympha*, a quo nomine illud ortum: immo in peruetusto Maronis Codice scriptum visum est:

Dant famuli manib. Nymphas ——

vbi proletarij Libri *Lymphas* offundunt. Ita legere Festus, & Scaliger. *Limpha* tolerabile est: non *Limpa*. Addunt colorem tamen, quod inde sit *Limpidus*: At hoc est parentem ad filij characterem fingere. I ad Nannium virum eruditissimum l. 4. Ex eo *Limphati*, quib. de Festus in *Lymphae*. Vide *Nymphae*, & *Tipula*. Vide etiam, atque etiam notam L.

LYNGVRIVM cum G Solini c. 8. repraesentant libri Salmasij. Apud Theophrastum, & Dioscoridem λυγγούριον. Hesychius: λυγκούριον, τὸ ἤλεκτρον. Isidorus *Ligurium*: Epiphan. λιγύριον, quem apud & λαγγούριον. Et hoc recte vel adstruente Plinio.

LYRNESSVS gemino sigmate. Auctores Graeci vniuersi cum Festo in Lyrnessiades. Homerus in Catalogo:

Λυρνησὸν διαπορθήσας, καὶ τείχεα Θήβης.

Vnico praeferunt vel emendatiora Plinij Monimenta. V. *Amphissa*, *Cephissus*, *Gnossos*, *Larissa*.

GVILIELMO MERCERIO
THEOSOPHO.

[Nonn.] ROMA illa, *quae* Οὐρανὸν ἑπτάζωνον ἴσῃ μιμήσατο τέχνῃ,
[Claudiā.] Quae septem scopulis Zonas imitatur Olympi,
[Ouid.] Et quae de septem totum circumspicit orbem
Montibus imperij Roma, *Deique* locus.

Illa, inquam, inclyta Roma, *sacrosancta Ecclesiae Sacramenta introspicis, quae tu*, MERCERI ORNATISSIME, *naue, docteq. explicas, affirmas, profiteris. Haec sunt* lucernae septiformes in tabernaculo martyrij, [Ex. 25.] *vt loquitur Cyprianus ille, cuius Ecclesia sanguine purpurascit: haec sunt septem* candelabra aurea: [Apoc. 1.] *haec sunt* columnae septem, *super quas aedificauit domum Sapientia.* [Prou. c. 9.] *Mirabantur plerique tam diuturnum a te silentium: etsi Grudiorum Lyceum pridem eruditionis, tuaeque Theosophiae tubis personabat: echo tamen sepositas oras, ac prouincias orbis Christiani non reuerberabat. Tandem, tandem Sacramenta septem, quasi* mulieres septem *te apprehendunt, & tuum inuocari super te nomen exposcunt.* [Esaiae cap. 4.] *In Apocalypsi Dominus mandata sua diuina, & praecepta coelestia ad* septem Ecclesias, *& earundem Angelos dirigit:* [cap. 1.] *tu tandem ad longe, lateque diffusam Ecclesiam Catholicam Romanam, dum typis excuduntur. Macte hac Theosophia tua, & alijs compluribus, qui eandem tractauere incudem, celsior: demittere, &* tenuia per nubis ire vellera [Terentianus.] *ne dedigneris.* Mecum *ades*, MERCERI; Mercurius *te clamat: Seu* Macetum *terras degrumare, seu Afrorum* Mapalia *lustrare, seu* Marcomannos, Moesiam, Marmaridas, Mosynoecos *inuisere libentia est.* Mercurius *nec sine* Marsupio, *nec sine* Malabathro *duxerit.* Manupretium *non quaeritat. Quod si* Mineruam *mauis, etiam* Meneruam *reperies: haec te expediet* Monstruosis *opinionibus: ille per* Montuosa, *& acuta traducet. Atque vbi spatij sat erit confectum, reditus ad* Museum *patebit, atque ad* Musaeum, *si voles. Neq. si* θεολογῆσαι *voles*, Moses *vsquam aberit. A Mosis Pentateucho exordia currunt Theologis, quorum tu Alpha in nobilissima Grudiorum Academia, quam tuis vigilijs antelucanis, praesentia, eruditione famosa magis, magisque nobilitas. Et* Mercerum *tantis meritis grauem indonatum transiertim? Apage flagitium. Ergo, quae cernis enotata, censurae tuae submitto.*

TRA-

TRACTATVS DVODECIMVS

M

M[illegible]ACERVM, [illegible] MACERVM [illegible] de [illegible] Diony- [illegible] Μακερίς [illegible] m [illegible] re Ste- [illegible] M[illegible] [illegible] κόνις —— [illegible] seu *Ma-* [illegible], Statium, [illegible] vt du[illegible] me sere- [illegible] *donum* Pharsaliae lib. 10.

[illegible]

[illegible] exemplar [illegible]: per E in [illegible]. A[illegible] ani Codices [illegible] Sabellici, aliter alio- [illegible]

[illegible] *Macror* scribitur. An prius [illegible]

[illegible] vox. At in [illegible] *x areto* ——

[illegible] nu- [illegible]

[illegible] VS [illegible]

[illegible]

[illegible] tabulis [illegible]

[illegible] L. 242 ff. de V[illegible]

MAE[illegible]IVS

MAENIVS cum Ae [illegible] uocali, [illegible] Cap [illegible] O [illegible] da vocali dumtaxat rep[illegible] [illegible] Veruin. V[illegible] aue [illegible] *nia* [illegible] Ant[illegible] *um* per[illegible]eram in Exe[illegible] [illegible] on po[illegible] M. [illegible]

MAENIVS cum Ae Li[illegible] M. [illegible] Atque in Nu[illegible] A. [illegible] *Moesa* per Oe.

MAGALIA, MAPALIA [illegible] 4 [illegible] figura[illegible]

[illegible] ata map[illegible]

Va[illegible] Flaccus [illegible] 2.

[illegible] com[illegible] Ae[illegible]

F[illegible] *Map*[illegible] nominat. Au[illegible] in l[illegible] S[illegible] *mapale* & *dium* [illegible] *ria. Map*[illegible] Q[illegible] om[illegible] n apud I[illegible] mitan[illegible] d destinatum cuc[illegible] nis. In [illegible] *M*[illegible], g[illegible] lime. Certe H[illegible] מגל [illegible] *Inferium* [illegible] de G[illegible] 4.

[illegible] V[illegible]es c[illegible] ab [illegible] 1. [illegible] 4. [illegible] *nerus, Men[illegible]* [illegible] *Armeas* [illegible] vti visum Pa[illegible]

MAGISTERARE, *m[illegible]ari* [illegible] S[illegible] ba[illegible] *M[illegible]rare Vitam m[illegible] rans* [illegible] Ac[illegible]

MAGISTRATVS & *M*[illegible] l[illegible].

MAGNIFACIO, MAG[illegible] *M[illegible]ritissimo te magni[illegible]io.* Quod in [illegible]unt l[illegible]n[illegible] *Magnificare.* E[illegible] Plautus St[illegible] *Ma*[illegible]

Eos magnificare [illegible]

MAGNOPERE, *Magno* [illegible] absque *Magno* Latinis veteribus [illegible] ha[illegible] l. 2. de Inue[illegible]one apud T[illegible] *[illegible] ve miraretur.* Plautus Curcul.

[illegible]

Ibidem. *Iussit opere orare.* C[illegible] 4 [illegible] *[illegible]ior.* Sic [illegible] p[illegible] L[illegible]

[illegible]

MAHARBAL [illegible] ru[illegible] prouen[illegible] *harbal* [illegible]

MAIA [illegible]

MAIVMA [illegible]

[illegible]

A[illegible] In [illegible] B[illegible] [illegible] *[illegible]rum* per O m[illegible]

bar[illegible]

bathro Syrio capillos, Apicius lib.1. c.29. Plinius locis aliquot. Similiter in Plauto *Malobathrarij*, aut per A *Malab*. Alij concisam arbitrantur vocem ex *Tamalabatra*.

MALE DICO diuerse, item *Dico male*, & *Maledico* iunctim scripsisse videtur Diomedes lib.1.quam scripturam adstruit Catonis, & Vespasiani apud Suetonium τῷ *Remaledico*. Arbiter: *Maledic illam versibus*. Abrupte in Mostellaria: *Vt tibi maledicam*. Ibidem tamen: *Si sobrius sis, male non dicas*. Apud Caecilium in Chrysio:

Audibis male, si male dicis mihi.

Romae Inscriptio:

QVID. ESSET. MALEDICERE. NESCIT

MALEDICO, Λοιδορῶ. MALEDICTVM, Λοιδορία, Excerpta de Glossar. Catonis est *Maledicatur*.

MALEDICTIONES Arnob. lib.3.

MALEDICTVM *e trinio* apud Tullium. Aegre aliter inuenias. Plautus Curculione:

Indignis si male dicitur, maledictum id esse dico.

MALEDICTORES Festo pro *Maledicis*.

MALEFACIO nexim, aut diuisim Sallustius: *Neque ingenium ad malefaciendum exerceri*. Idem: *Insolentia auidius malefaciendi*. Ennius: *Benefacta male locata, malefacta arbitror*.

MALIVOLENTIA editur in Apuleio Vulcanij lib. de Philos. Vide *Beneuolens*. Sic in editione nouissima Gregorij Turon. *Suasu malivolo*. Sic *Maliloquium* in lib. Tertull. de Spect. Per I quoque Glossae: *Malivolentia*, exponiturq. Κακοήθεια, Κακοθέλεια. Item *Malivolus*, κακόνους.

MALLEOLVS gemino LL, cognomen Publiciorum, Lapides Capitolini.

MALLIVS in antiquis Lapidibus reperit Manutius. Inscriptiones aliae aliter, Basis marmorea: MANLIVS. Fragmenta Capitolij: ZMARAGDVS.

L. MANLIVS. L. F. A. N. VVLSO. LONGVS

Vide pag.288. Gruterianarum Inscriptionum. In Romano Virgilij Codice MALIVS vnico L: in Oblongo alijsque MALLIVS geminato, vt in Catulli emendatioribus.

MALO. Diomedes lib. 1. *Mendose qui geminant L literam, & enunciant Mallo, Nollo: quoniam principale eorum vnum habet L, Volo, & in compositione prima decidit syllaba*, sequens non immutatur. Coruntus latentem euoluit compositionem apud Cassiodorum: *Malo qui putant ab eo, quod est Graece Μᾶλλον comparatiuo modo descendisse, & per duo LL scribunt, peccant. Non enim a Graeco translatum est; sed ab antiquorum consuetudine, qui primo Magis volo dixerunt: postea pluribus elisionibus hoc verbum angustauerunt, vt Mage volo, deinde Mauolo, quod frequentissimum apud illos est, nouissimo hoc substitit, vt Malo esset. Sed Malle per duo LL: velle enim est. Item Nolo per vnum L: Nolle per duo LL. Nolo enim Nevolo est, Nolle Neuelle*. Idem Isidor. Hispal. lib. 1. Orig. cap. 26.

MAMERCVS Aemiliae familiae cognomentum Plut. Dionys. Festo. Suetonij Codex Viterbiensis *Mamertus* cum T, non C. Inde *Mamertinus*, & Lycophroni est Μαμερτός.

MANCIPIVM *frugi domino*, Hor. *Mancupium* ἀρχαϊκῶς. Lucret. lib. 3.

Vitaque mancupio nulli datur, omnibus vsu.

MANI dictum, scriptumque veteribus auctor est Donatus, vt *Heri*, & *Here*. Seruius dicit sextum casum a Plauto productum: *A mani vsque ad vesperam*. Ciris auctor

——— *Veniens mani properabat ab Oeta.*

Recte per E Persius:

——— *Iam clarum mane fenestrat Intrat.* ———

quod Vsus corroborauit.

MANICHAEI *a quodam Persa extiterunt, qui vocabatur Manes* inquit D. Aug. tom.6. lib. de Haeresibus & mox: *Sed in Graecia discipuli eius, vitantes nomen insaniae, quasi doctiores, & eo ipso mendaciores, geminata N litera Mannicheum quasi manna fundentem pro Maniehaeo, id est insano appellauerunt.*

MANILIVS familia Romana, Lapides Capitolini.

MANIBIAS *per duo I dicendum, quia sunt a Manibus, vt putat Verrius, dictae*. Verba sunt Charisij. C. Caesar per I scripsit, vt apparet ex titulis ipsius: Augustus per V, vt testes sunt eius Inscriptiones auctore Velio Longo in Orthographia. Scriptio per I videtur Proportione iuuari in similibus paragogis *Manicae*, *Maniculam*, *Manicatus*. At proportio alia videtur V exigere. *Manuleus* enim dicitur, & *Manuleatus* Plauto. Item Origo. Varro lib. 7. de LL. *A manu manubiae*. Gell. lib. 13. cap. 23. *Manubiae enim dicuntur praeda, quae manu capta est.*

Nannius

Nannius lib. 3. a *Manu*, & ϐία *Manubijs* adſignat Originem, dictio vt ſit hybrida. Cui fauet Adamantius ſcripto *Mannuias* duob. VV, non per B, vti legit & ipſe apud Perſium:

—— Balua de nare locutus.

Sueton. in Nerone per V: *Quantum poſſet praedae, & manubiarum inuaderet.* Plin. l. 7. c. 26. Sic *Manupreciam*, *Manutergium* ſubiectius. Sic *Manubiarius amicus* in Plautina Truculento.

MANIPVLARIS integre, & polite. Detrite Ouidius:

Unde Maniplaris nomina miles habet.

Plaut. Moſtell. *Eduxi Maniplares meos.*

Item: *Conueniunt Maniplares.* At Plauti ſtilo exaratum per V reor *Manuplares*, quod eſt Inſcriptioni Puteolis:

C. SENIO. SEVERO. MANVPVLARIO

Simul nota *Manupularium* non minus recte ſcribi, quam *Manuplarem*, de quo & ſimilib. in veterum Orthographia. Μανιπυλάριος eſt Plutarcho in Romulo, ex Germanica editione: nam H. Stephani diphthongum elidit. Item in Lexico Cyrilli nomine vulgato: Ἀ'ρχηγὸς ὄχλου, *Manipularius.*

MANTICHORA, Μαντιχόρα Euſebio aduerſus Hieroclem, cum N litera tertia, & Ch vulgatius, rectiuſque. Sic Solin. c. 65. Plin. l. 8. c. 21. Ariſtot. l. 2. c. 11. Hiſtor. Animal. Calpurnius Eclog. 7. ſed adſpiratione demta:

Manticoram ſiluis, quibus editur, alcen
Vidimus ——

Omnes e Cteſiae Indicis etiam Photius Bibl. c. 72. cui ſcriptum cum R Μαρτιχόρα. Nouiſſima Ariſtotelis editio O maiore Μαντιχώρα: quam recte?

MANTILIA vulgo. At Virgilij Codex Romanus l. 1. Aen. & in Georg. *Mantelia* per E. Sic Oblongus, ſic alij plerique. Apud Lucillium vero *Mantella*:

—— Mappas, mantella, meramque.

Sic in Capt. Plauti. Sic omnino ex Originis praeſcripto: cum namque *Mantelia* ſint *manibus tergendis* (Iſidori loquor ore) *telae*, quis non videt ſecundam vocalem Origine repoſci? Sic ſequitur *Mantiſa a manu*, & *Manſuetus* quoque. Ab hac coniectura reuoluor ad Plutarchi Politica monita, vbi Graecam vocem obſeruo ex Platone Comico:

Προσίςαταί μοι πρὸς τὸ βῆμα μαντίλη.
Adeſt mihi ad tribunal eunti linteum, *mantile*, ſeu *linteum.*

An & *Mandilium* tertia conſonante? Etymologus: Χειρόμακτρον, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται μανδίλιον.

MANTISA pro *Manteſa*, ſeu *Manuteſa* (vt veteres dixere *Pertiſum* pro *Pertaeſum*) aut *Manutenſa*. Manu enim tenetur, aut protenditur auctarium antequam apponatur iuſto ponderi, aut menſurae. At in Libris vetuſtiorib. S geminatur. idque rectius, conſonantius, vſitatius: antiquum quamuis Latium ſonoram nullam reponat.

MANVALIS a *Manu*. Seruius in Centimetro: *Habes, lector, manualem in compendio diſcendi libellum*, Ἐγχειρίδιον. Item Alcuinus in Grammatica. *Manalis fons* Feſto: nota res.

MANVMISSI continenter apud Caeſarem. Sectim in Miloniana: *Manu vero cur miſerit, ſi id potius quaeris.* Mox nihilominus: *Quos niſi manumiſiſſet.* Feſtus, alij iunctim.

MANVPRECIVM Varro l. 4. de L. L. iunctim apud Ciceronem, ac Plautum Bacchid. *Ego manupretium dabo.* Χειρῶν μισθός, *Manupretium*, Gloſſ. Iſidor. l. 11: Orig. c. 1. At Tertullian. lib. de Idol. iniecto S: *De mercedibus, & manuſpretijs intereſt.* Verum ex Liuij l. 44 Pandectis, Vlpian. c. 13. de verb. ſig. ſibilam literam abire iubet Hotomanus, quibus erat *Manuſpretium.* Neutra ſcriptura Pamelio diſplicet. Nec mihi. *Manipretium* per I, quod non infrequenter occurrit, vt ex *Perfacilis* cum I, *Perfacul* per V apud Feſtum: *Pernucies* apud Donatum. Vſu probiſſimo *Pernicies.* Plin. lib. 35. c. 10. *Manipretium eius tabulae in nummo aureo*, & lib. 33. c. 11. ita reſcribente Gelenio. Cato c. 14. *Ex ſigno manipretium erit.* *Manupletium* veterib. Gloſſis non eſt *Manupretium*, ſed χειροπληθής. latiuſque patet: eſt enim quiduis, quod manum impleat, pila, chitara, liber, etiam *pretium*, & merx & merces.

MAPALIA V. *Magalia.*

MARAGDVS. V. *Smaragdus.*

MAR-

MARCIVS, non *Martius*, familia Romana, Lapides Capitolini, alijque Nummi. Saxum vnum ad radices Quirinalis:

C. MARCIVS. C. F
SERG. SALVIANVS
NORBA

Origo, & Competentia eo ducunt: *Titus*, *Titius*: *Quintus*, *Quintius*: *Marcus*, *Marcius*. Similiter per C *Marcia* Scipionum mater, non per T. Silius l. 13.

—— *Vitato Marcia coetu.*

Similiter *Marcius Coriolanus*, qui Dionysio, & Plutarcho est Μάρκιος. Quid de *Marcio* Scipionum διαδόχω? Quid de *Anco Marcio*? Pontacus, cuius diligentiam mirari satis nequeo, *Marcius* reperit in duob. MSS. Atque hanc Orthographiam probari Dionysio, Plinio, Orosio, Floro, Cassiodoro, Eutropio, alijs: *Martius* vulgari quamplurimorum MSS. auctoritate adserit, Liuij, eius Epitomes, Flori, Plutarchi, Rufini, Solini, Augustini, Bedae, Mariani, Freculphi, aliorum. Per C mauelim cum Manutio.

MARCVLVS cum C. Martial. l. 12.

Aerariorum marculi toto die.

Lucillius: *Et velut in fabricam feruens cum marculu' ferrum.*

Multorum magnis tudit ictibus ——

Idem Isidoro placitum, & Plin. lib. 7. cap. 36. *Forcipem, marculum, vectem, incudem.* Festus *Marculum a Marco.* At Turneb. l. 1. Aduers. c. 14. ex veteri Grammatico: *Martulus a Marte, non Marculus.* Ita scripsit Casaubonus in Theophrasti Characteres. Et vero Turneb. verba ipsissima sunt Fl. Capri de Orthographia: sed vtrorumque significantiae diuertunt. Capro, *Martulus est Martis sacerdos* Sed & pro *Marculo Martulus* Etruscorum est. Fabius porro lib. 1. c. 5. *Omnia Italica pro Romanis habet.* Et nostrate lingua a *Martulo Martean*, Italorum *Martello*, Hispaniorum *Martillo*.

MARCOMANNI duplicato N mihi praestabilius, vt *Alemanni*. Statius lib. 3. Siluar. alterum N deturbauit carminis violentia.

MARMARIDES quibusdam Plinij Libris, & Marciani. At *Marmaridae* constanter a Strabone, Dionysio, Herodoto, Diodoro, Pausania, Hegesippo, Iosepho, Festo. Simile *Satrapae*, *Satrapes*. Silius Italicus lib. 3.

Marmaridae medicum vulgus ——

Scylax Caryandenus in Periplo: Ἔθνος ἢ Λιβύης ἐστὶν δὲ Μαρμαρίδαι, *Libyae gens*, *Marmaridae.*

MARMOR. At Gnipho per V *Marmur*, Quintil. l. 1. c. 6.

MAROBODVVS secunda per O, vel per A apud Sueton. & Tacitum edunt. Apud Aurel. Victorem per O tantum, cuius vetus Liber sillabis omnino quatuor *Marobodus*. Non alius videtur Originis *Merobaudes* magister militum, qui Gratianum Aug. prodidit apud Parisios. Crebra namque migratio est A in E, & Au in O, & contra.

MARPESSVS, *Marpessia cautes* Aen. 6. geminantib. sigmatib. recte scribas e Pausaniae Phocicis locis complurib. e Silburgij Notis, e Scaligero in l. 2. Tibulli, e Stephano: Μάρπησσος, ὄρος Πάρου, ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαιροῦνται. *Marpessus, Pari mons, ex quo lapides eximuntur.* Sic Μερμησσός, Μυκαλησσός, Ὀδησσός, Σαλμυδησσός. V. *Cephissus*, *Antissa*, *Larissa*, *Lyrnessus*. Homero scriptum Μάρπησσα per I aliud est:

Κούρη Μαρπίσσης καλλισφύρου Εὐηνίνης.

Filiae Marpisses Eueniues pulcrae malleolos.

MARSVPIVM V in secunda, & P vnico apud Plautum pluries, & recte, etiam vnico P in auctore Etymologico verbis Ἀρύβαλλον, Πήρις, Φασκώλιον. Suidas: Ἀσκοπήρα, τὸ μαρσίπιον. In Polluce modo P desolatum est, modo altero comitatius. Alij P reponunt. Hesychius:

 μαρσίππιον,

μαρσίππιον, βαλάντιον, Suidas. Et apud Dioscoridem l. 7. vbi particulam posteriorem nullius significantiae adserit: ἐν δὲ γὰρ τὸ μάρσιππος, καὶ τῷ ἀνακαλύπτειν, ὥς τὰς χαιρίας, καὶ προηγουμένας οὐκ ἔχει σημασίας. οὕτω καὶ ἐν τῷ φθοροποιὸν παρελκόντως, καὶ οὐ κατὰ δύναμιν ἐκτέταται. *In voce* μάρσιππος, & ἀνακαλύπτειν *pars compositi non habet opportunas & praecipuas significantias: sic in* φθοροποιὸν *pars altera adiectitia sine vi nomen extendit.* Item Eustathius. At P vnicum, vt eo redeam, excusabile est de exemplo *Argyripe*, quod concinniter fit ex ἄργος & ἵππιον. Sed & cum Dioscoride Suidas genere masculo. βαλάντιον, μάρσιππος Etymol. Βαλάντιον, μαρσίππιον, ἀπὸ τοῦ ὀπισθεν.

MARSPEDIS, *absque R litera Maspedis*, Festi verba.

MARSYA *nomen habet Phrygiae liquidissimus amnis.* Fast. 6. Lucan. l. 3.

——Rectis descendens Marsya ripis.

Aliter *Marsyas*, V. *Hermagora*, & Volum. 1. item quae ad Silium notabamus lib. 8.

MARTIALIS a *Marte*, T scribitur: inscite *Marcialis* τῷ C.

MASAESYLIA secunda, tertiaque sillabis a sigmate ortis, diphthongo prima secundam absoluente sillabam, ex Stephano. Dionysius περιήγησει.

Ἔνθα μασαίσυλιοί τε, καὶ ἀγρόνομοι μασυλῆες.

Liuius lib. 28. *Masaesylorum is rex erat. Masaesyli gens affinis Mauris.* Lib. 29. *Gens Masaesylorum.*

MASSAGETAE potius sit, quam per E *Messagetae*. Ita Lucani Codex vetus Pulmanolectus, Strabo libro vndecimo, Stephanus de Vrbib. & Xiphilin. in Adriano, Isidor. lib. 9. Orig. c. 2. disertis verbis per A designat: *Massagetae, quasi graues, id est, fortes Getae. Nam sic Liuius argentum graue dicit, id est, massas.* Ex ratione non optima scriptoris mentem tenemus. Pulso sigmate altero Iosephi antiqua editio Graeca μαζαγίτας. Silius lib. 3.

Nec qui Massagetem monstrans feritate parentem.

Dionysius: Μασσαγέται ναίουσι θοῶν ῥυτῆρες ὀϊστῶν.

MASSANISSA, non *Massinissa*, Graeca Consuetudo, inquit Manutius. Atqui Graeca Consuetudine scribitur ab Appiano Libycis Μασσανάσσης, item a Suida (apud quem S solitarium est) tribus sillabis vocali principe exaratis. In legibus agrarijs *Massinissae* per I in secunda, & tertia. Firmari potest similibus exemplis. μασσαλία, *Massilia*: Κατάνη, *Catina*: Νομάδες, *Numidae*: Ἀκράγας. *Agrigentum*: *Cano, Tibicines*, in quibus I loco A surrogatur. Vide nostra in Silium Italicum. Ful. Vrsinus in Cicer. de Senectute: *Massinissa* scribendum est ex auctoritate aeneae tabellae, quae est apud me incisam habens Thoriam legem, in qua de agris fit mentio, *qui donati regi Massinissae.*

MASSIVA Iugurthae auus apud Sallustium: in antiquo Libro Gruteri V.C. *Missiliua.*

MASTVRBATVS Martialis lib. 9. non *Manusturbatus* cum N. Neque enim a *Manu, turboque* est: sed ex Graio Μάσρωπος luxato P, & π in β quod amat fieri, mutante. Martial. lib. 9. Epigram. 42.

——Si masturbatus vterque
Mandasset manibus gaudia foeda suis.

MASTRVCA cum C, Tullius: *Eum Sardorum mastruca mutauit.* At Fabius lib. 1. c. 5. ex Tullio *Mastrugam* scribit: si modo ipse. Etiam Isidorus Hispalensis. Cum G apud Prudent. contra Symm.

——Mastrugis proceres vestire togatos.

I ad Inscriptiones.

MATHO aspere Pomponiorum cognomen, Lapides Capitolini.

MATHVSALEM per E recte: nec minus *Mathusalam* per A in vltima, quod in MSS. Eusebij esse testatur Pontacus.

MATVRRIME, MATVRISSIME. Vtrumque Catonis est in Fragmentis apud Charisium lib. 2. *Tam maturrime comparauisse.* Ibidem: *Maxumos tumultus maturissime disieci, atque consedaui.*

MATTYA. Varro legente Turnebo lib. 22. Aduers. cap. 6. *Mattea* ab eo, quod Graeci Ματτύαι, Sueton. Calig. *Multis venenatas matteas misit.* Arnob. *Frustilla haec paruula pro suauib. matteolis sumunt.* In Suetonium Casauboni Editio prima per C, & nonnulli MSS. Athenaeus l. 5. & 14. ματτύην appellat. Sed cum a μάττειν vox sit deducta, tam potest C hac in dictione ferri quam in alijs ab eadem Origine, vt Μάκτης, μακτήρ, Μάκτρα. Obstat nonnihil, quod affiné vocem

Mattici

Mattici, non *Maßici* ſcribimus. Adde Tertullian. lib. de teſtimonio animae *Obſonijs*, *& mattacis*, duob. T, ac biuocali principe.

MAVORS, MARS, MAMERS, vetuſtius eſt quam *Mars*. Nam dictus eſt, *qui magna verteret*, *Mauors*, inquit Cicero lib. 2. de Natura D. Silius:

—— Pulchra tibi Mauorte videtur,
Pulcrior eſt gens noſtra fide ——

Antiquum Latium *Mamers*, Feſtus.

MAVORS, MAFORS, MAVORTIS, MAFORTIS, MAFORTIVM, MAFVRTIVM. Eſt reicinium, ſeu toga virilis. Iſid. l. 19. c. 25. *Stola*, *& Reicinium Latino nomine appellatur*, *eo quod dimidia eius pars retro reijcitur*, *quod vulgo Mauortem dicunt*. Nonius: *Reicinium*, *quod nunc Maſurtium*, *dicitur palliolum foemineum*. Intellige *Palliolum* alias virile, in luctu a foeminis ſumtum. *Mafortes*, *ſiue Mauortes*, Caſſian. lib. 1. Inſtit. c. 7. D. Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtochium: *Per humeros hyacinthina laena mauorte volitans*. Vide Acta D. Petri, & Pauli, vbi Plautillae *Maphortis* mentio, & Seruium in illud:

Et circumtextum croceo velamen achanto.

Sic inibi: *Quod vulgo Mauorte dicunt.* Graeci Μαφόρτιον, Μαφόριον abſq. T. Euſtath. Iliad. X. Κρήδεμνον ἢ τὸ μαφόριον. *Capitis redimiculum Maphorium*, quicum D. Hieronymus conuenit.

MAVRETANIA. Auguſti nummus. Pluris mihi populi vox Competentiae virib. ſubnixa. Dicimus *Britannia*, *Luſitania*, *Aquitania*. Cur non *Mauritania*? Ita eſt lib. 4. Manilij:

—— Mauritania nomen
Oris habet, titulumque ſuo fert ipſa colore. Alij *Calore*.

Nam μαυρὸν nigrum interpretatur Iſidorus lib. 9. c. 2.

MAVRICIVS per C. Graeci, & vetuſta marmora, ΜΑΥΡΙΚΙΟΣ nominant. Ita fit, *Maurus*, a quo *Mauricus* in Plinij Epiſtolis, inque Aurelio Victore: ex eo *Mauricius*, non per T *Mauritius*; quod Becmanus figurat ex Μαυρίτης.

MAXIMILLIANVS duob. LL ex vetere Saxo ſcribit Manutius. Inuitus ſequar. Cur enim potius geminetur ea litera in compoſito, quam in *Aemilianus*? Ita biuocalis *Ae* in I longum tranſmeat, vt in *Laedo*, *Collido*. Alijs *Maxaemilianus* probatius eſt.

MAXVMO OPERE diſſitis vocib. Terentius Eunucho: tranſpoſitis in Moſtellaria Plauti: *Orare iuſſit opere maxumo*, item Milite. Paſſim *Maximopere* ſcriptum vt *Magnopere*. Adde Iſidorum Hiſpalenſem l. 1. Orig. c. 26. *Maximus*, *Maxumus*, *& ſiquae ſimilia ſunt*, *qualiter ſcribi debeant*, *quaeſitum eſt*. *Varro tradidit Caeſarem per I huiuſmodi verba enunciare*, *& ſcribere ſolitum eſſe*. *Inde propter auctoritatem tanti viri Conſuetudinem factam*, *vt Maximus*, *Optimus*, *Peſſimus ſcribatur*. Vide Fabium l. 1.

MAZAX per Z in ſecunda, X in vltima. Proletarij Claudiani Libri praue *Maſas*. MS etiam *Marax*. Lucan. l. 4.

—— Tremulum cum torſit miſſile Mazax.

Aurel. de Venatione:

Quemque coloratus Mazax deſerta per arua pauit.

MECVM rectiſſime. Veteres etiam *Cum me*. Priſcian. l. 12. Quomodo igitur ſi dicam Propter te, & Te propter, idem ſignifico, & Cum quibus, & Quibuſcum: ſic Cum me, & Mecum. Nam antiquiſſimi vtrumque dicebant. Sed in plurali primae perſonae cacaephati cauſa ſolebant per anaſtrophen dicere *Nobiſcum* pro *Cum nobis*. Itaque propter hoc reliquarum quoque perſonarum ablatiuos ſimiliter praepoſtere proferre coeperunt teſte Plinio, qui hoc in 2. lib. ſerm. Dubij oſtendit, & Cicerone, qui de Oratore his vtitur verbis: *Nolumus Cum me*, *& cum te dicere*, *ne eidem computationi adiungendum eſſet Cum nobis*: *ſed potius Mecum*, *& Tecum*, *& Secum*, *& Nobiſcum diximus*, *Cum praepoſitione*, *quae facit obſcoenum aſſidue poſtpoſita*. Veteres etiam *Mehecum*, & *Medecum*.

MEDELA vnico L. Cur in Prudentio nunc exprimunt:

—— Patris imploranda medella eſt?

Similia ſunt: *Loquela*, *Suadela*, *Conſugela*.

MEDITOR doctiorum conſenſu ex Μελετῶ, Vnde Plinius vda tetenta *Melito* agnoſcit. Diomedes autem l. 1. diſcriminat, vultque *Meditantem eſſe ſecum cogitantem*: *melitantem voce*

dicentem. Quaesitius, quam pensius discrimen. Nam & μελετῶ, & *Meditor* exerceri significant, etiam cum adsensu totius ordinis literatorum.

MEDIVSFIDIVS constricte, vt *Mehercules.*

MEDIXTVTICHVS summus apud Campanos magistratus.

Ennius: *Summus ibi capitur Medix, occiditur alter.*

Nauci non est *Mediastuticus*, quod in Liuij lib. 24.

MEGALESIA absque N. Tertius tamen casus, sextusque plurales adsciscunt liquidam *Megalensibus* in titulis tabularum Terentij, & Cicerone de Aruspicum responsis.

MEGALOPOLIS. μεγαλόπολις Demostheni, Straboni. Seneca secuit lib. 6. qq. Nat. c. 25. *Ladon flumen inter Helion, & Megalen polim medius est.*

MEHE pro *Me apud Antiquos Tragaedarum praecipue scriptores in veteribus Libris inuenimus*, ait Quintil. l. 1. c. 6.

MEHERCVLE, quam *Mehercules* libentius Cicero dixit in Oratore. Neque opinor detritum ex *Hercules*, vti visum Passeratio: sed vti prisci *Me hercules* adiuuet, optabant: sic alij inuocabant: Me, *Hercule*, adiuua, quae deinde in vnum coïuerunt.

MELANCORYPHOS *vocant*, Solinus, Festus, Plin. 37. c. 8. Aristot. l. 8. Animal. c. 6. lib. 9. c. 22. At in Solini Libris reperit *Melancorythos* Salmatius, nec incredendum. Κόρυς, κόρυθος pro capitis apice esse potest.

MELCHISEDEC per I in secunda. Sic obseruat Etymologus: μελχισεδὲκ τὸ Χι, Ι, ἀπὸ παραδόσεως. *Melchisedec* Χι, Ι. *Ita traditum.*

MELIGVNIS, & MELIGONIS Plin. l. 3. c. 9. Vetera sunt Liparae nomina.

MELIMELA, MELIPECTA, MELIPHYLLVM vnico L. Graeca namque sunt ab ipsa primigenia compositionis Origine ex μέλι, non ex *Melle* Latinorum.

MELINA in Plauti Epidico: *Vbi is ergo est? nisi in vidulo,*
Aut si in melina attulisti.

Ita Lambinus vnico L. Eiusdem namque est Originis cum *Melotis*, & scorteam manticam interpretatus est Ios. Scaliger ad lib. 2. Varr. de RR. Alij scripturiunt *Mellina.*

MELISPHYLLA *trita* Maro in Georgicis. An metri causa S intermisit? Glossae: *Amellum*, μελίφυλλον. Hesychius: μελίφυλλον βοτάνη τις, ὃ καὶ μελισσόφυλλον. Ergo ex hoc decurtauit Maro.

MEMBRVM cum M, non N: nascitur enim ἐκ τοῦ μεμερισμένου. Editio Prudentij postrema: ——— *Membra intemerata requirens.*

MEMECYLOS a Passeratio editur vitiose: vitiose μεμύκηλα in Periplo *Marmaridarum*, vbi altero loco recte, Ὁ δὲ λωτοῦ καρπὸς ἐστι τὸ μεγέθει, ὅσον μιμαικύλου. Sic Theophrastus, sic alij. Loti fructus magnitudine mimaecyli est, seu fructus.

Theopompus: Τράγουσι μύρτα, καὶ πέπονα μιμαίκυλα.
Esitabant myrthi, & arbuti fructus maturos.

*M*endosi sunt & Codices, quibus est χαιμαίκυλον. Plin. l. 15. c. 24. *Duob. tamen hoc nominib. appellant Graeci, Comaron, & Mimaecylon, quo apparet, & totidem esse genera apud nos. Alio nomine Arbutus dicitur.*

MEMMIVS duplici *MM*, Libri, Lapides, Nummi. *Mummius* alius familiae, Vide Gifanium de gente *Memmia.*

MENANDER, MENANDRVS. Vide *Nicandrus.*

MENDAE, MACEDONIAE opidum Thucydidi, Herodoto *Mendis.* Pausaniae in Eliacis: μένδης, τῆς Θρακίας.

MENERVA veterum fuit, Fabius l. 1. c. 4. Ex quo *Minerua*, vt ex Σικελία, *Sicilia*, Τέγγω, *Tingo*, Ἄνεμος, Animus. Vtraq. scriptio in Originis speculo paret. Quasi *Meminerua* sit, ἀποκοπῇ fiet *Minerua*, συγκοπῇ *Menerua*, quo super vide Arnob. l. 3. *Menerua* vtraque priore sillaba per E ediderunt nouissime in Prudentio οἱ ἀρχαΐζοντες: οὐ δὲ ὀρθογραφοῦντες. *Seruit enim Orthographia tempori*, inquit Victorinus.

MENIANA *ab inuentore eorum Menio dicta sunt: vnde & columna Meniana. Cicero Academicorum lib. 4. Interim ille cum aestuaret, veterum vt Menianorum, sic Academicorum viam secutus est.* Haec Nonius. Idcirco absque diphthongo prima perscribitur, quae diphthongus nobis displicet apud Barbarum. *M*ecum Asconius, & Porphyrius.

MERCENARIVS, vt *Ducenarius* in Photij Bibliotheca, & Inscriptionib. plurib. vt *Centenarius.* Refragatur Fabricius in l. 1. de Officijs, qui N geminum exigit.

MENSA Fl. Sosipater Virgilium ait *Mensam* cum N litera prima sillaba saepe protulisse. Varro *Mesam*, quasi μέσαν : in medio oamque posita cooueseeotium. Plutarchus iuuat Συμπος. l. 8. μένσιον μὲν τὴν τράπεζαν, ἀπὸ τῆς ἐν μέσῳ θέσεως. Sic olim *Pago*. Notat Quintilian. l. 1. c. 6, ex XII. NI. ITA. PAGVNT. Cuius figurationis vestigium in Marone:

—— Neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi —— Post, *Pango*.

Sic *Mesa*, post *Mensa*.

MENSIS cum N rectissime: pauculis Inscriptionibus est MESES.

MENSVRA, & extrito N *Mesura*. Inscriptio Romae

. . . MESVRA. ACTA

Dic Parisijs. *Mesure* ab ea balbutie est.

MENSVRNVS (non tantum abscisse, *Menstruus*) recte scribi Priscianos agnoscit lib. 2. Scribit & c. 1. Rhetoricorum Tullius: *Pars quaedam aeternitatis, cum alicuius annui, mensurni, diurni, nocturni, & vespertini certa significatione.*

MENSVS, METITVS quoque scriptitatum. Auson. Epist. 5.

Quae sunt parua modo, magno metitus amore.

Apul. de Dog. Platonis: *Oculis namque metitus est coelum, siderumq. circuitus.* V. *Dimensus.*

MENTAX, olim pro *Mendax*. Vide *Andabata*.

MEPHITIS. Aeo. 7. —— *Exhalat opaca Mephitim.*

Non *Menphitis*.

MERCVRI *facunde nepos Atlantis*, te siluisse nefas. Sillaba prima vulgo per E recte, seu quasi *medius currens*, quod Aug. visum 7. de Ciuit. c. 14. Arnob. l. 3. Isid. l. 8. Orig. c. 11. Siue a *mercib.* vti placitum Plauto, Festo, Eustathio, alijs. At Fl. Caper tradit veterib. scriptum tertia voeali *Mircurius*, quasi *mirandorum* sit artifex, aut eui *Mira curae*.

MERIDIE. Olim per D *Medidie*, D. Ambr. in epist. ad Philipp. c. 3. & Cicero in Oratore: *Ipsum Meridiem, cur non Medidiem? Credo, quod erat insuauius.*

MERIDIO, MERIDIOR eadem significantia. Priscian. l. 8. agnoscit Variantiam.

MERITRIX, quam *Meretrix* ἀναλογικώτερον: verùm E contumax nouitatem respoit, Antiquitatem adseroit. V. *Genetrix.*

MERTO pro *Merso* Accius, & Festus. Fabius l. 1. c. 4. *Et haec ipsa S litera ab his nominib. exclusa, in quibusdam ipsa alteri successit. Nam Mertare, atque Pultare dicebant*, Comici videlicet vsu densissimo.

MESCHINIVS cum Ch scribit Manutius ex antiquis Libris, & Nummo Antonij Augustini. Probat Ful. Vrsinus in Tullium spiritum, locis plurib. demit. Namque opere in longo si fas obdormisse, obliuisci aliquanto magis.

MESSAGETAE. Vide *Massag.*

MESSALLA geminis LL, Lapides Capitolinos secutus scribit de Manutij disciplina Andr. Brabantus. Non ego. Potior mihi Origo a *Messana* Siciliae, a qua *Messalae* nomen auctore Macrobio l. 1. Satur. c. 6. Quae ergo liquidam alteram appingendam ratio persuadeat, Vsu praesertim contrauueniente? En tibi Pontacum, o virum quantum! I ad Ensebij Chronica. *Obseruandum semper legi cum vnico L communi, Fasti, Appianus, Suetonius, Tacitus, Cicero, Plinius, Dio, qui scribunt cum simplici L.*

MESSANA gemino sigmate vsitatissime. Stephanus, Orthographiae ante primos ipse curiosissimus obseruitauit nonnullis alterum dumtaxat scriptum, addito: Ἔστι καὶ ἄλλη Μεσήνη τῆς Σικελίας, καὶ χώρα Μεσήνη δι' ἑνὸς Σ. *Est & alia Messana Siciliae, & prouincia Mesana vnico S.* Adiuuat causa nominis: Ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν αὐτῶ μεσαζομένη, ὡς Ἀσίνιος Κοδρατός φησι. *Inter duos ibi fluuios media, vt Asinius Quadratus ait.* Latini saepius δωρίζοντες more suo *Messana* per A in medio: Graeci ἰωνίζοντες saepius per E *Messena, Messenij*, Μεσσήνη, Μεσσήνιοιο, vbiubi collocetur *Messana*. Neque ex hac vocum differitate vrbium distinctio fuit inuehenda, vt vir doctissimus Pontacus tandem ad Eusebij Chronica notauit, & Polibij commentator. *Messanas* geminas admitto, sed eas cum gemino sigmate, aut simplo, vti Poëtis μέσος: sed geminas modo prima, modo secunda vocali ratione prodicta. Vtrique certe nomen idem. Et quamois poëticum sit Μέσσος, in communem vsum transisse sigmatis ἀναδιπλασιασμόν declarant Pausaniae Μεσσηνιακά. & Nummi duplicantes. Sic Plinij l. 36. c. 13. *Psammetichus.* At heo. vero l. 6. c. 4. *Psammaticus.*

MATAXA per A in prima ſcribunt apud Lucilium:

—— Rudis linique mataxam.

Gloſſae: *Mataxa*, Οἰρά: *Mataxa*, ἴνια. Vitruuius l. 7. c. 3. *Mataxae, & tomicas ad iuſtam longitudinem.* Turneb. l. 20. c. 4. Alij eandem per vocalem ſecundam ſcriptitant, Iſidorus l. 19. c. 29. qui a *Meta* figurat, Photius pag. 46. Ω'ςπερ πολλὰ ἐςιν περὶ τ̃ χυβδὰν ἐ τῆς μετάξης γένεσις. Vbi Oeſcelius conſuli poteſt. Hinc in Iure *Mataxarij.* Qui *Cataxam* ſcripſere ludibrium merito debuere Caſpari Hofmanno Germaniae ſoli lib. 1. Variar. c. 23.

METISCVS nullo Spiritu, nec admiſſo Pythagorae elemento. *Methyſcum* tamen legi iubet Erythraeus ex Placiadis libello, qui Expoſitio Virgilianae continentiae inſcribitur. Turni fuit auriga.

METON Theſſaliae lib. 4. apud Plinium corruptum eſt: integrius fit ex Olynthiaca prima Demoſthenis, Euſtathio in Catalogo, Diodoro Siculo l. 16. Solino c. 13. *Methone* tribus ſillabis, & aſperata media conſona. Nota praedictis Graecis ſcribi Μεθώνη, Homero Μηθώνη diuertente primae ſillabae modo. *Meton* fuit nobiliſſimus Mathematicus Cenſorino, & Euſebio.

METIVS per ſolo T ſcribendum docent Horatius, ac Maro:

—— Metium in diuerſa quadrigae.

Sed & apud Poëtas eam bis poni conſonam vult Vinetus in l. 1. Flori extrito I vocemque fieri biſyllabam *Mettum*, ſiue etiam *Metum*. Rinaldi Nummo eſt M. METTIVS. Placentiae in D. Pauli templo: L. METTIVS. L. F. duob. T notatus eſt. Romae in aedib. Pauli Plancae: Q. METTIO. Item: P. METTIO. Neque alibi METIA, & METIVS non inuenitur vnico T. Adeo non voto viuitur vno.

MEZENTIVS per ſolo Z ſcribo cum Terentio Scauro, qui falli eos pronunciat, qui duplicant, cum Valerio Probo, cum vulgo, cum doctiorib. fultus omnis aeui Conſuetudine. Nonnemo recte duplicari Z cenſuit, primum qood ea duplex non ſit, deinde Etruriae Conſuetudine in Etruſco praeſertim vocamine, denique Pronunciatione, quod in media voce Z, ni geminetur, ad anteeuntem, an ad ſubeuntem iungenda ſit vocalem, nequeat effatu, vel auditu percipi. Vtut ſit, Etruriae Conſuetudo, quae hodie eſt, & paucis ante ſeculis fuit, non poteſt heroicis imperare temporib. tunc vt etiam ſcribatur *Mezzentius*, aut vt cum ſcriptum fuerit, ferre oporteat. Nam hoc eſt iam vernaculum Italiae, & non defloreſcentis Italiae, ſed quae defloruerit, morem ſequi, hoc eſt Italiae cineres Soli obiectare. Diomedi probatur *Meſſentius.* Sic olim ſribi, ac enunciari ſolitum tradit Vel. Longus. Priſci vſus fuit *Medentius* Vide tractatum de veterum Orthographia, vt Graecis Δεὺς, Ζεὺς, Κνίδη, Κνίζα. Pindaro Κεκαδμένος, Homero Κεκασμένος.

MICON per Iota recte ſcribit ex Ariſtophane, & Pauſania doctiſſ. Meurſius. Deprauate apúd Plinium *Mycon* litera cornuta. Neque melius in Harpocratione *Mecon*.

MIHI μειζονος πνεύματος correctiſſime ſcribitur. *Michi* cum Ch qui obſtinatis animis ſcribunt, iurant in barbariae defenſionem, & barbaricum in modum meliores odere Muſas, in quib. eſt Leonardus Aretinus in quadam epiſtola, Flandrique paene omnes, quos cum hic ratio deſtituit, ſpargam vmbram. C τ̃ H ſaepenumero vicem fuit, *Traho, Traxi, Tractum: Dacae, Dahae.* Sic *Mihi, Michi.* Verum cum poſito vno, alteroue ſingulari, tertium non ſit conſequum, minoris illa ſunt, quam vt Antiquitatis robur deijciant. Affirmandum fuerat in *Mihi* idem Vſu eruditorum euenire, aut ſcripti, ſatique ſordes confitendae. Neque omitram veterib. ſcriptum *Me* pro *Mi*, ſeu *Mihi.* Sexcentis Comoediae locis: *Quid me fiet?* Feſtus diſertim: *Me pro Mihi dicebant antiqui, vt Ennius cum ait: Siquid me fuerit humanitus, vt teneatis. & Lucillius: Nunc ad te venio, vt quae res me impendet, agatur.* Haec ſane probabiliter. Quid agas iſto Plauti loco in Aſinaria:

—— Meo minore quid factum ſit filio.

Vbi certe ſextus eſt caſus. Fruterio tamen viſum fuit *Me* pro *Mihi* ſuperis in locis ſubſtitui. V. *Nihil.*

MILAX, SMILAX. Prius legas apud Anton. Liberalem Metam. 10. Scholiaſten Apollonij, Nonnum lib. 15.

Ἠ κρόκος ἱμερόεις, ἢ μίλακος ἄνθος ἐρώτων.
Aut crocus amabilis, aut milacis flos amorum. Lib. 12.
— Εὐςεφάνοιο δὲ κούρης μίλακος ἱμείρων —
Bene coronatae puellae Milacis amans. Item lib. 32.

Theo-

Theophrasto lib. 1. cap. 15. Cum S Plutarch. lib. 3. Sympos. Problemate 1. Σκιὰ σμίλακος, *Smilacis vmbra.* Ouid. 4. Metamorph.

Et Crocon in paruos versum cum Smilace flores.

Dioscorides l. 2. Σμίλαξ κηπαία, *Smilax hortensis.* Plin. l. 37. c. 10. *Zmilaces in Euphrate nascitur.* Gemmae genus: sed Origo eadem.

MILE, MILLE. Papirianus apud Cassiodorum: *Mille numerus a quibusdam per vnum L scribitur, quod Milia dicimus non Millia. Alij melius per duo LL existimant scribendum.* Graeci μίλιον, μιλιάριον. *Milia* vnico L veteres Pierij Libri. Cledonius in Arte: In plurali vero declinatur *Milia, Milium, Milibus* vno L sublato, vt:

Milia multa daret letho —— Beda vero:

Mille per duo LL: licet Milia per vnum L scribatur. Discrimen hoc statuit Valla, vt substantiuum *Mile* L vnico scribatur lege Competeotiae *Ile, Cubile, Bubile*: adiectiuum *Mille* duobus. Lucilius vbi I exile est, ipsum dumtaxat scribi iubet: vbi plenius, adiuuat praefixo E.

Meille hominum, duo meillia: item hinc vtroque opu' meiles,

Meilitiam ——

MILYES Straboni, Herodoto. Latinis *Milienses, Milyitae.* Cicero 3. in Verrem: *Quomodo ille commune Milyadum vexauit.*

MILICVS absq. H cuncta Silij Exemplaria. Latinis veteribus adspiratio fuit odiosa; quae tamen Origine poscitur. Sic in Taciti Codicib. Vide in 15. Sic in Martiale l. 2. Epigr. 63. I ad nostra Siliana, ibi *Milicus indigenis* ——

MILTIADES, Aemilius Probus, Graeci. Non cum C. *Milciades.*

MILVIVS pons tertia vocali primorem occupante sillabam. Vsu receptissimum est: Satis tamen frequenter in editis, ineditisque in Libris *Mulnius.* Notant alij quandoque sibi obiectum *Moluium pontem* per O: vt hic quoque V, & O cognatio locum habeat.

MILVVS dissyllabum fure illis exploditur a nouatoribus Ciofano. Lambino, Gifanio, Becmano, Brabanto, alijs. *Miluius* quaestioni subijciunt: *Miluus* duobus VV, sillabis tribus multis in anijs adscrunt, nulla robusta ratione. Hoc ita vult Andr. Brabantus, quod ex eo fit *Miluina.* Quid postea? non & a *Coruus* fit *Coruinus*? Die potius ex eo scribendum *Miluius.* Tum elumbe a pronnnciatione areessit argumentum, relatu indignum. Denique MSS. Libros crepant. At variantia est in Libris tanta, vt *Miluus,* & *Miluius* Vsu densiore notentur. Veteres quoq. Grammatici notant in *Vus* efferri *Carduus, Arduus, Fatuus, Mortuus*: quis eorum tribus sillabis *Miluus* dixit, scripsitue? Omnino *Miluus* duabus sillabis vt *Coruus, Seruus, Nacuus.* I ad Vol. 1. vbi de Librorum fide.

MIMNERMVS correctius, quam *Mimermnus.* Horat. Epist. 6.

Sin, Mimnermus vti censet ——

Propertius lib. 1. Eleg. 9.

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.

Solin. cap. 53. Strabo lib. 14. Ἄνδρες δ᾽ ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων Μίμνερμος αὐλητής, ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγείας, ibidem saepius, *Viri fuere Colophonij memoria digni Mimnermus tibicen iuxta, & conditor elegiae,* Soidas.

MINYAE cum litera Pythagorae, Graecia vniuersa. Nec dissimulandum putat Carrion in vetere Val. Flacci Libro semper scriptum I. Festus hoc, & hoc modo.

MINVCIVS familia Romana, Libri, Nummi, Lapides Capitolini, Graeca Consuetudo Μινούκιος. Etiam per I in medio in coemeterio S. Ambrosij Mediolani:

M. M
MINICIAE. RVFINAE

Suidas: Πάτρος ὁ Μινούκιος. Eusebius l. 4. hist. Eccl. Μινουκίῳ Φουνδάνῳ. Victorius in 9. lib. ad Atticum tuetur C veterum auctoritate Librorum, & Ant. Augustin. Dial. X. Antiquit. reiecta Origine supera, necnon Pighius Annal. lib. 4. 5.

MISTVS, AN MIXTVS? Prius adserere videtur Priscianus. Adserit Lambinus in Horat. hac ratione. Nulla in supinis verborum, & participijs est consona, quae reapse, aut aequipollentia non fuerit in praesenti: in *Misceo* non est X modorum altero: cur ergo erit in *Mistus*? Nec desunt patrocinia veterum quorundam Librorum. Cootra in omnibus antiquis Maronis *Mixtus,* & *Permixtus* legi testatur Pierius in 1. Aen. ibi:

Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis.

Ea re X mauult. Quod qui sequi volet, dicet tam Sc, quam Cs geri in vtero X, & aequipondio

hanc illis esse supparem. Glossarium H. Stephani. *Mixtura, μίγμα.* Sic per omnes Inscriptiones. Inuenies in Gruteri oceano.

MITELLA, MITRVLA. Peruolgatum est: —— *Graia redimita mitella.* Solini: *Quasi mitrula linteatus caput.*

MITHRADATES cum A in secunda sede editum 2. Annal. Taciti post fata Lipsi. Cum I Iosephi l. 11. Antiq. c. 1. & sexcentis locis in Appiani Mithridatico, & Plutarcho.

MNA, MINA. Fannius Palaemon:

Mnam vocitant, nostrique minam dixere priores.

Plautus in Poenulo: *Arrhabonem hoc pro mina mecum fero.*

Plin. l. 21. c. 34. *Mna, quam nostri Minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.*

MNESTHEVS duabus omnino sillabis saepius. Aen, 5. aliasq. Verum in l. 10. tribus: *Cum fratre Menestheo.* Fauent antiqui Libri: etsi non desint, quibus sit *Mnestheo συνιζήσει.*

MODIPERATORES Nonius, Scaliger lib. 6. in Titium, & hoc antiquitatem redolet. Riccobonus ex lib. 20. rerum hum. Varronis: *Modiperatores. Modimperatores* scribit Lipsius lib. 3. Antiq. Lect. Alius *Medimperator.*

MOECHOR cum *Oe* indubitanter, Libri omnes, Graeca Consuetudo, Origo ipsa μοῖχος, fatuum vt sit cum *Ae* scribi.

MOEREO, MOESTVS, MOESTITVDO scribo per *Oe* cum pluribus, cum Riuio, Ios. Scaligero, & Libris vulgatiorib. Auctorum paene omnium. Vt enim *Muri* olim *Moeri*, pars vrbis, ἀπὸ τῆς μοίρας: sic ab eadem voce Parcam, mortem, sortem acerbam, & tristiorem significante fit *Moereo. Moeror* ipse *Mortis* est parens. Ab eadem Origine vti *Mors* ex μόρος: ita *Morta* ex μοίρα. Sed contra, Quod Graecis est μοῖρα: Antiquo Latio fuit *Maera*, vnde metaplasmo MAIRABVS in veteri Epigrammate, quod refertur Volum. 1. Tract. 3. sect. 10. eaque ratione fulciri potest Manutij opinio, quam solis Inscriptionibus affirmauit. Qui Manutius per *Ae* marcidam Varronis deductionem lib. 5. de LL. secutus, & Saxa. Certe legitur hic epitaphius pentametrus:

FATAQVE. MAERENDO. SOLLICITARE. MEA,

Item ille: MAEROR. ATIMETI. CONIVGIS. ILLE. MEI

Etiam detrita binocalis parte priore Romae in S. Andreae:

GELIDVM. HOC. MARMOR
GELV. ET. MERORE. ET. IPSE
CONFECTVS

Vides cum E solitario, & Cruciger in Harmonia figurat ex μέριμνα, scribitq. diphthongo principe. quae duo non satis secum congruunt.

MOESA in Capitolino minus bene. Principe diphthongo exstat Inscriptio IVLIA.MAESA. Herodian. μαῖσα ἦν τις ὄνομα.

MOESIA pro *Mysia*, inquit Seruius. Sic per *Oe* Orosij Libri perpetuo tenore, sic Plin. Flacci, Maronis siue eam Europae, siue adscribas Asiae. Taciti 3. Histor. *Moesico exercitu.* Tiburi Lapis antiquus T. Plautij res gestas continens:

ASIAE. LEGAT. PROPRAET. MOESIAE

Firmi in Piceno: IN. MOESIA. PRAEF. ALAE

Inscriptiones aliae perplurimae. Graecis μυσοὶ, μυσία apud Stephanum: μυσία χώρα, καὶ πόλις. Sic veteribus Libris est *Aboedos* pro *Abydos.* Graecis γλοιός, γλυός. I ad Volum. 1. vbi & *Goeros* pro *Gyros*, pariaque adinuenies. *Mysiam* nihilominus tutari fas. Seneca Troadibus:

Dum Mysiae ferocis introitus negat.

Homerus in Catalogo: μυσῶν δὲ χρόμις ἦρχε ——

MOGVNTIACVM per O initiale, ac vtrobique C recte, vti lib. 20. Taciti, in Ptolemaeo, alijs. Ammianus tamen lib. 15. & 17. Anton. Itinerario, Victor Schotti, Iornandes libro rerum Geticarum, Hieronymus epist. 11. de monogamia, *Moguntiacum* per V, & T, loco O, & C. Vopiscus *Maguntiacum*, & sic in Pithnei Codice Chronicorum Eusebij, *Maguntiacum* in duobus alijs, in alio *Maguntiam*, & in Eutropio antiquo. Nam Vineti editio habet *Maguntiam*, & postrema Silburgij *Mogontiacum.* Idem in Notitia imperij apud Cassiodorum, & alios plures.

MOLLVS pro *Mollis* scripsisse veteres videntur. Inde namque *Mollusca* nux Macrobio.

MOLOTTI gemino T passim, ac recte. Cui non? Stephano: Καὶ μολοσσὰ οὐδέτερως, καὶ Μολοττοὶ δὲ διὰ τοῦ T, inquit.

MOMEN,

MOMEN, MOMENTVM. Lucret. lib. 3.

—— Ad numen mentis, momenque mouetur.

MOMORDI, MEMORDI, MORSI. Veteres per E Graecorum more sillabam primam extulere. Ennius in Satyris: *Meum non est: at si me canis memorderit.* Laberius in Gallis: *De integro patrimonio meo centum millia nummum memordi.* Plautus in Aulularia, Nigidius l. 2. de Animal. Plautus notatur in Trigeminis non dixisse *Praemordisse*, neque *Praememordisse*, sed *Praemorsisse: Ni fugissem, medium credo praemorsisset. Memordi* scripsit etiam *M.* Tullius, & C. Caesar Gellij relatu lib. 7. c. 9.

MONACHVS, μοναχὸς per *Ch.* Rutilius in Itinerario:

Ipsi monachos Graio cognomine dicunt:
Quod soli nullo viuere teste volunt.

Palludas: Ω' πληθὺς μοναχῶν ψευσαμένη μονάδα. V. Etymologum.

MONICA I Latiari, absque H, O solo in omnib. D. Augustini locis, contra praescriptum Lexici a Passeratio locupletati, vbi praecipitur Y, & Ch, vti in *Monycho* apud Iuuenalem: quae duo quam inuicem proxima, tam maxime diuersa sunt. Hoyerus lib. 2. nescio quem secutus scribit *Monice* ad imperium carminis:

Hanc liquido infelix Monice suspectat ocello.

MONSTRVM recte. *Mostrum* demto N vetuste: ex quo *Mostellum, Mostellaria*. Plauti, ac *Mostellarius* Romae vicus apud Varronem l. 5. de L L.

MONSTRVOSAS OPINIONES edente Carrione vidimus in Censorino. Quo super accipe Vallam l. 1. c. 21. *Quae sunt quartae declinationis, adsumunt V, vt Vultuosus, Aestuosus, Fructuosus. Ideoque in psalmo Oues foetosae, legendum est Foetuosae, sicut e diuerso plerique scribunt Monstruosam.* Haec ille. Sueton. Calig. c. 16. *Monstruosae libidinis spintria.* In Prudentio aliter scribi nefas, quam *Nunc monstruosis idolis.*
Iul. Scaliger l. 4. de Causis L L. c. 98. id barbarum putat. Quaero cur non *Monstruosus*, vt *Impetuosus, Importuosus, Saltuosus, Tortuosus?* Quia haec quarti sunt inclinamenti, dicat Valla. Nam & *Tortuosus* a *Tortu* est, inquit Scaliger. Cur amabo cum veteribus *Domu*, & *Agru* sit priscis Inscriptionibus: cur *Monstru* non fuit? Vnde est V in *Mortualibus*, & *Emortuali* apud Plautum? Vnde in *Egestuosus* apud Saluianum lib. 2? Quid quod Caper in Orthographia *Montuosus* praecipiat per V? At a *Monte* est. Et in Froboeniana Plinij editione sic est perpetim. Legas alibi *Montuosam Italiam, Sardiniam.* Quod ad frangendum Caprum conferunt e Marone lib. 5.

Et te montosae misere in proelia Nursae,

vanum est: nam συνιζήσει fulciri potest *Montuosae.* Et vero Caper Lapidib. defendi potest. Sic *Luctuosus* numero trium sillabarum est in Tumulo, Romae in palatio montis Iordani:

LVCTVOSVMQVE. MIHI. QVI. SCIO. QVID. FVERIS

Cur non similiter in Lucano scribas: *Monstruosique hominum partus ——*
Certe de *Tempestuosus* liticulam nemo mouet, cum fiat de tempestate. Nisi si forte, vt *Noctu, Diu, Impetu*; sic *Tempestu* fingas. V. *Spiritalis.*

MONTVOSVS potius τῷ *Montosus.* V. *Monstruosus*, & Vallam l. 1. c. 21.

MONVMENTVM per V, vt *Documentum, Nocumentum. Monimentum* per I vt *Alimentum. Tegimentum.* V. *Tegumentum.* Hoc autem lenius, vsitatius, rectius cum C. Caesare, Fabio, Isidoro, cum orbe literatorum. Mirum vt sit Manutium per I recte scribi negitare.

MONYCHVS recte per O, & y Graiorum apud Satyricum:

—— Quantas iaculetur Monychus ornos. μούνυχος, ὄνομα κύριον, Suidas.

Nec male *Munichus.* Stephano namq. μουνυχία, λιμὴν Α᾽ττικῆς, ἀπὸ μουνύχου. *Munichia portus Atticae a Municho.* Et sic in Romulo Plutarchus. Latini autem Doras aemulati diphthongum, o tractim proferendo commutarunt. *Munichius* sillabis quatuor, ineptum est.

MORGENTIA per E secunda sede Silij lib. 14. *—— Latis Morgentia campis.*
Morgantium per A Strabonis lib. 6. nisi ex Silio corrigendus, quod non arbitror. Nam & μόργητας, & μόργατας fert dialecti differitas. Liuio *Morgantia*: Codices alij *Murgentia* nata in prima sillaba Variantia. Hinc *Murgentini* Plinio, Tullioque. Liuij l. 24. editiones nonnullae *Murgantia*, V, & A primas sedes occupantibus.

MORTICINA *non dicuntur, nisi mortuorum*, inquit incertus auctor de Orthographia. Quam scriptionem rectam autumo, firmamque Analogia τῶ *Formicinus.* Non *Morticinius*, sed *Morticinus* quatuor omnino sillabis. At apud Varronem lib. 2. c. 9. de Re R. *Morticinis oues non patiuntur vesci carne.* Tum lib. 3. edentum ἀπεριβλεψίᾳ *Morticinas volucres* habes.

MOR-

MORTVALE, quod ad mortuos pertinet. Item *Emortualis dies* in Plauti Pſeudolo, vt in Aſinaria *Mortualia*. Vide *Monſtruoſus*, & *Spiritalis*.

MOSES diſſillabam eſt, rectiſſime. Philo de vita Moſis reddens nominis rationem: Τὸ γὰρ ὕδωρ μῶς ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι. *Aquam enim Mos vocant Aegeptij*. Iuuenalis 14. Satyra:

—— *Arcano quodcunque volumine Moſes*.

Plinius lib. c. 1. Iuſtinus lib. 36. *Poſt Damaſcum, Abraham, & Iſrael, & Moſes reges fuerunt*. Philo Iudaeus: Μωσῆς μὲν γένος ἐστὶν Ἑβραῖος: *Moſes genere Hebraeus eſt*. Atque in hoc genus ſcriptione Pontacus vir pro merito ſemper illaudatus ſecutum ſe editos, maioremque Librorum partem profitetur. Qui tribus ſillabis exarant cum I, vel Y, quaerant erroris patrocinium ab Ionia, vbi ωυ diphthongus fuit. Iuuencus, Arator, Prudentius διωυλλάβως.

MOSYNOECI Straboni lib. 12 Ammiano. *Moſyni* quoque συγκοπῇ. Tibull. l. 4.

Quoque Hebrus, Tanaiſque Getas rigat, atque Moſynos.

Plin. lib. 5. cap. 30. *Pergamea vocatur eius tractus: ad eam conueniunt Tiatyreni, Mygdones, Moſini, aliaeque inhonorae ciuitates*. Neque I Latiare indueo. Curtij lib. 6. *Cerectae, & Moſſini, & Chalybes a laeua ſunt*. Vides SS geminare. Sic Plin. l. 6. c. 4 *Tibareni, Moſſyni notis ſignantes corpora*. Mela. l. 1. c. 21. *Vltra Carambim Moſſyni*. Sic in Graeco verſu:

Μάκρωνες, Φιλύρες, καὶ οἳ μοσσύνας ἔχουσι.

Macrones, Philyres, & qui Moſſynas habent.

Sic in Valer. Flacci lib. 5. *Moſſynoeci, & vos ſtabulis Macrones ab altis*
Byzareſque vagi, Philyraeque a nomine dicta
Litora —— Ita Codex Pariſienſis.

Alteri quod ineſt, haut probo: *Moſſonychi*: neque enim ab vnguibus, vnguliſue nomenclatio prouenit. Dionyſius Antiq. Rom. lib. 1. Ὥσπερ καὶ τοῖς ἐν Ἀσίᾳ Μοσσυνοίκοις· οἰκοῦσι μὲν δὲ γὰρ κἀκεῖνοι ἐπὶ ξυλίνοις ὥσπερ ἂν πύργοις, ὑψηλοῖς σταυρώμασι μόσσυνας αὐτὰ καλοῦντες. Priſcianus:

Macrones poſt hos pariter, Philyreſque ſequuntur,
Moſſynique domos praebent, quis lignea tecta
Turribus arboreis habitantes vnde vocantur.

Ac mihi vide, quo iure Hermolaum tot ſcriptoribus & exemplarijs fultũ Pintianus irriſum habeat ob geminatum SS. Iure potiori dixeris neq. Pintiano, neque Schotto animaduerſam trium ſillabarum ſcriptionem *Moſyni*, cum vterque de huius nominis ſcriptione poſt Hermolaum velitentur.

MVCCVS narium excrementum gemino CC: *Mucus* vnico ἰχώρ, vnde *Mucidus*. Caninius etiam iſtud prius vnico C, vt *Mucus* ſit ex Μύξα.

MVCIVS per C ſcribendum ducit Vinetus in Aurel. Victorem. Vnde & *Mucianus* Μουκιανός apud Dionem, qui in Aurelio *Mutianus* per T. Μούκιος per K apud Dionyſium, Plut. Zonar. id eſt *Mucius*, vt in antiquis eſſe Marmoribus teſtatur in Flori lib. 1. idem Vinetus. V. apud Feſtum *Mucia prata*. Hinc Romae in Quirinali:

M. AVREL. MVCIANVS

Item in Nummo argenteo Ful. Vrſini:

Q. MVCIVS. Q. F. SCAEVVLA

Quandoque per T. Romae in domo Lucae Muriani:

MVTIVS. LEGITIMVS. ET. MVTIA. LEGITIMA
SIBI. ET. MVTIO. DIONYSIO

Ibidem io domo Euforij:

T. MVTIO. AELIANO. EVOK

Onufrius per C libro de Nomioibus, & P. Victorius in lib. 6. ad Atticum fultus omnium Librorum MSS auctoritate.

MVLCIBER. Ita quantum eſt hominum. *Nam proprie mulciber dictus eſt, quod omnia mulceat, id eſt, molliat*, Donatus in Hecyram. Viſum tamen notandum eſt in binis Lucani Exemplaribus lib. 10. haberi *Mulcifer*, a *mulcendo* vtique *ferro*, ſeu *molliendo*, Feſtus. Atque ita io Notis Hadriani Iunij ex vetere Libro. V. *Multam* iterum ex Donato.

MVLCATAM MORTE *Camillam* ſcribit in Maronem Pimpontius, quem vide. Probant hoc ſcripti Notae ad Nonium Marcellum ex Accij Amphitruone. *Male mulcari exemplis omnibus*: & in hunc modum Libros teſtantur. Accipe LipſI manum in 1. Taciti Ann. *Verberib. mulcant*, depulſo *Mulctant*. Affirmat ex 8. Liuij: *Corpore regio mulcato*. E Tullio pro Milone: *Qua in turba C. Vibienus ſenator ita eſt mulcatus, vt vitam amiſerit*. Tullius Actione 6. in Verrem: *Male*

mulcati

mulcati clavis, ac fustibus depelluntur. Terentius Eunucho approbante Victorio: *Male mulca bo ipsam.* Item Adelphis: *Ipsum dominum, atque omnem familiam mulcauit vsque ad mortem.* Quod vero τὸ *Mulcare* fit liniamentis suis affine τῷ *Mulcto*, & hoc plerisque cognitius, alterum istud de possessione saepe iniuria deturbatum fuit. Plautus Milite: *Vsque ad mortem male mulcassitis.* In Casinae argumento:

——— *Dominum mulcat, atque villicum.*

MVLTIFACIO nexim. Cato: *Pudicitiam multifacit.*

MVLTIMODIS, Sicilicó fine. Consentiunt Libri omnes, ratio suffragatur, vt *Omnimodis.* Deinde ex adiectiui *Multimodus* sextus casus aduerbiascit, aut potius ipse casus est suo destitutus substantiuo. Pacuuius Periboea: *O multimodis varie dubium, etiam prosperum, copem.* Cornel. Nepos in Themistocle: *De cuius morte multimodis apud plerosque scriptum est.* Ita Gifanij vetus Codex. Scribendum putes aliter ex Oratore Tullij: Vocales sine consonantibus saepe breuitatis causa contrahebant, vt ita dicerent *Multi'modis, Vas'argenteis, palm' & crinibus tecti' fractis.*

MVLTRA, MVLTRVM. Vide Vol.1.de Variantia.

MVLVIVS PONS, nec male *Miluius.* Ita veteres Libri. *Muluia* gens fuit in rep. Romana, aqua *Mulniana pyra* Plinio. Prudent. lib. 1.

Testis Christicolae ducis aduentantis ad vrbem
Muluius ———

Sic veteres Libri. Hodie edunt *Moluius*: Non dissentit Paulus Manutius in lib. 13. ad Attic. epist. 33. Legiturque *Controuersia Muluiana* lib. 2. ad Atticum ep. 15. Visum est adscribi notam P. Victorij in 13. ad Atticum: *Quod autem Muluio, non Milvio scripsimus, dedimus id priscorum Codicum auctoritati, & fidei, qui sic & ipsi hoc loco habent. Nam apud alios etiam Auctores, & maxime Cor. Tacitum inspectis vetustis Exemplaribus idem obseruaui.*

MVMMIVS familia Romana geminante M, Lapides Capitolini, atque alij.

MVNATIVS familia Romana cum T, Libri, Saxa Capitolij, alia. V. Anton. Augustin. Dialogo X. Antiquitatum.

MVNDICIA, MVNDICIVS propria cum C, Romae Inscriptio, quae in S. MARIAE.

MVRI. Olim *Moeri.* Sic *Poena, Punio: Moenio, Munio.*

MVRICATIM, MAVRICATIM scripto, ac significantia diuertuntur. *Muricatim* κογχυλιωδῶς. Plin. lib. 9. cap. 33. *Vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso.* Idem lib. 20. c. 23. scripsit *Muricata cacumina carduorum.* At *Mauricatim* μαυρισί. Laberius in Caeculis: *Non intellexi te Mauricatim scire.*

MVRRHA aspere. Plautus in Asinaria: *Murrham olet*, Martial. l. 4. Similiter *Murrhina pocula*, & *Murrhobathrarij* in Asinaria. *Murrhinus calix* in Augusto Suetonij. *Murrhea pocula* Propert. lib. 4. *Murrata potio* leniter apud Festum. quam recte? Rectius Rufinus in Symb. tom. 3. S. Cypriani *Vinum myrrhatum* scribit, super quo vide disputata Langio epist. 29. & 62. Item Hofmano in Varijs. De *Myrrha* lege Solin. c. 46. Dioscor. l. 2. Gell. l. 10. cap. 23. Plin. l. 14. c. 13. Plautum Pseudolo.

MVRTIAM *deam marcorit volunt*, inquit Tertull. l. de Spectaculis. Vbi videsis Pamelij notam. Plin. lib. 15. cap. 29. *Ara fuit Romae vetus Veneris Myrteae, quam nunc Murtiam vocamus.* Sic editio Geleniana. Idem lib. 2. cap. 96. ponit *aras Murtias* in Veiente. Sic igitur Venus a *myrto* sibi sacra cognomen adsciuit *Myrteae*, seu *Murtiae*, Varro, Plin. Plut. Suidam nihilominus vide in Μύρτον. *Murta*, Μυρσίνη. Philox. Glossae.

MVRCIA *segnium dea*, inquit Arnob. l. 4. Et Festus: *Murciae deae sacellum erat sub monte Auentino, qui antea Murcus vocabatur.* Scaligeri nota: *Murciae* per C scribitur, cum antea per T scriberetur, vt ait Plutarchus. Augustin. lib. 4. de Ciuit. cap. 16. *Deam Murciam, quae praeter modum non moueret, ac faceret hominem, vt ait Pomponius, marcidum, id est nimis desidiosum, & inactuosum.* Seruius Danielis: *Vallis ipsa, vbi Circenses editi sunt, ideo Murcia dicta est: quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt.* Alij, quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus murtetis consitum fuisset, immutata litera, *Murciam* appellatam. Ammianus tradit quosdam solitos in Italia vitandae gratia militiae pollicem praecidere *Murcos* vernacula voce nominatos. Lib. 15. *Nec eorum aliquando quisquam, vt in Italia munus Martium pertimescens, pollicem sibi praecidit, quos localiter Murcos appellant.* Restrictius apud Hesychium: Μόρκος, ὁ χωλὸς μὲν δυνάμενος λαλεῖν, Συρακούσιοι, ἰνεὸς, ἄφωνος. *Murcus generatim, qui loqui non potest (ita Syracusij) Mutus, Elinguis.*

Certe

Certe apud Appianum in Ciuilibus μῦρκον legas saepicule. Ab eadem ignauia Plautus: *Murcide homo*, vt Hermolaus legit, non *Muricide*, μυοκλόνε. Quem Hermolaum Lector adeat in lib. 3. Dioscoridis, vbi de Scolymo. An autem eadem dea sit *Murcia*, & *Murtia*, cur ambigam, id est. Amantes quidam gnaui sunt, industrij sunt. Inuenies & in Plutarcho iuuenem amantem, cui militaris delicti fit gratia, gnauitatis precio. Deniq. *Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.* Contra vbi quis amoris compedibus irretitus est, iacent omnia, & pessum eunt neglecta, vt Lucretius alibi disputat. Hanc ob causam *Murcidi* queunt dici, *Murciaeque* sacti: ob alteram *Veneri Murtiae*, cui sacra *Myrtus*. Plutarchi verba (quia & hi, & hi pro se facerentur, & quia Graeca Latinis ὁυ συμφωνοῦσι) adscribam ex tom. I. edente H. Stephano: Καὶ γὰρ ἦν τῆς Μουρκίας Ἀφροδίτης καλοῦσι Μυρτίας τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν ὀνόμαζον. Alij forte μυρκίαν τὸ παλαιόν. *Etenim quam nunc Murciam Venerem vocant, Murtiam olim, vt apparet nominabant.*

MVSA. Veteres Latini *Musa*, accepto scilicet more a Laconibus, Argiuis, Pamphylijs, Eretriensibus, quibus commune peculium Πᾶσα, Ποιῆσαι, Εὖ δὲ pro Πᾶσα Ποιῆσαι, Εὖ γε. Asperum vero Spiritum litera S saepe mutari ampliter aperuimus ad Silium ibi: *Seuentana cohors* —— & hac ipsa in serie Alphabetica. Aristophanes in Lysistrata:

Ταΰγετον ἀντ' ἐρατὸν ἐκλιπῶα μῶά.
Taygetum amatum relinquens Musa.

Haec loquitur Laconum Chorus.

MVSEVM, MVSIVM, MVSIVVM: MVSAEVM, MVSAICVM, MVSIACVM, MOSAICVM, MOSIACVM. Ab Ione principium Musae, a *Musis* haec vniuersa paula distantia. Exstat Apollonij litera τοῖς ἐν τῷ μουσείῳ σοφοῖς scripta, *ad eos, qui in Museo.* Strabonis locus μὰ τὰς μούσας egregius lib. 17. est: Τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ μουσεῖον ἔχον περίπατον, καὶ ἐξέδραν, καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ, καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. *Regiae pars Museum cum ambulatione, & exedra, & ingenti habitatione. Quo in Museo contubernium est philologorum, qui in Museo simul aluntur. Sunt autem hoc in conuentu etiam pecuniae communes, & sacerdos Museo praefectus, olim a regibus, hodie a Caesare.* Philostratus in Dionysio: Τὸ δὲ Μουσεῖον τράπεζα Αἰγυπτία. *Museum mensa Aegyptia.* Item lib. 4. in Vita Thyanei Μουσεῖον pro *Musarum templo*. Athen. lib. 14. Suetonius in Tiberio: *Veteri Alexandriae Museo alterum additum.* Plin. lib. 1. epist. *O mare! o litus! verum, secretumque Museum quam multa inuenitis, quam multa dictatis?* Varro de RR. lib. 3. *Ab insula ad Museum*, iterumque inibi. Plinius maior lib. 36. cap. 21. *In aedificijs, quae Musea vocant, dependentia ad imaginem specus arte reddendam.* Analogia commendat hanc per E scriptionem. μαντεῖον, quod apud Plinium lib. 5. cap. 29. & 3. *Manteum.* Inibi lib. 4. *Heracleum*, Ἡρακλεῖον. Horatij *Conopeum*, Κωνωπεῖον. Apud Priscianum: *Et Musi Thracum Boreus ex finibus orti.* Item: —— *Boreis ex Alpib. alti.* βόρειος. Lucretio *Cygnea mele*: Maroni *Cyclopea saxa*, Κύκνειος, Κυκλώπειος. Quae omnia depulso I ex Ei perscribuntur recte, vtque ex Consuetudine; rectiusque *Museum*, quam *Musium*: etsi per I apud Spartianum lego: *Apud Alexandriam in Musio.* Tam enim deperire potest E ex praeiecta diphthongo, quam I. Ecquis nobis praestabit eam fuisse Spartiani manum? At in diuerso genere vsitatissime scribuntur *Darius Basilius, Heraclius* orta ex Ei. *Musiuum* pro eodem scribi potest. Spartianus in Aelium: *Pictum de Musiuo.* Pollio: *Coronam ciuicam picturatam de Musiuo* Etsi absoluta videatur scriptio: *De Musiuo Opere.* Sic autem figuratur, vt *Achiuus* Maroni, & Liuio in primo: vt *Diuus*, & alia quammulta. Inde *Musinarius* Firmico lib. 3. Quartum est *Musaeum*, in quo vt adiectiuo nulla mora est.

Lucretius lib. 4. —— *Musaeo contingens cuncta lepore.*

De substantiuo nonnulla. Miratur literatissimus Silburgius Notis ad Pausaniam. Boeotica sic habent: Οἱ Θεσπιεῖς καὶ ἀγῶνα ἄγουσι μουσεῖα. *Thespij certamen celebrant Museorum.* Vbi Silburgius sic: P. 306. 35. Ἡράκλεια: caetera festorum nomina pleraque pro Ei capiunt Ai, vt Ἡραῖα 66. 25. Λερναῖα 79. Ἀλαῖα 276. 4: at Ἑρμαῖα 249. Quantum vero ad scribendi rationem haut refert, sint festa, certamina, templa: refert autem plurimi, qua ratione figurentur. A Νύμφη Νυμφαῖον. Ἑρμῆς Ἑρμαῖον, Ἥρη Ἡραῖον. Quare ex hac Analogia libens scripserim μουσαῖον, *Musaeum* pro templo, festoue *Musarum*: sed auctor mi desit, retrahitque Pollux lib. 1. cap. 1. qui festis accenset μουσεῖον per Ei. Magis etiam diuertit Codex Augustanus μούσεια, & Palatinus vetustior μούσια per I, quae nota est pereruditi Seberi. Quintum *Musaicum*, & caetera oriuntur ex Lucretiano *Musaeo*, vt ex *Achaeus Achaica castra* Maroni, & Homero dimissa diphthongo: vtut opinetur vir doctus reiecto doctiore. Sextum *Mosaicum* ex Dorico Μῶσα. *Musiacum*, & *Mosaicum* ex vocalium luxatione.

MVSICA Consuetudine tritissimum est. At Quintilianus lib. 1. cap. 10. *Quatenus musice placeat.*

placeat. Item: *Non igitur sine musice.* Vide Vol. 1. de Variantia.

MVSIMONES, & vna sillaba minus Μούσμωνες Straboni, *Musmones* in Codicib. Plinij Hermolao probante. Auctius illud in Lucilio:

—— Qui vendit equum musimonem.

Lib. 4. Epigram. veterum: *Musmonem capra ex veruegno semine gignit.*

MVSTELA dissociato L altero: est enim a *longitudine muris* nomen. Isidor. l. 12. c. 3. Orig. *Mustela dicta quasi mus longus: nam telum a longitudine dictum.* Longitudo autem deprehenditur contenta cum *mure breui*, vt locutum Ouidium reperio:

Qua breuis occultum mus sibi fecit iter.

Lexicon Cyrilli: γαλῆ, *Mustela* Terentius: *Colore mustelino.* At in Ausonij Mosella congeminat L:

Spumarum indicijs caperis mustella natantum, alibiq. Nec probo.

MVTINVS, *qui est apud Graecos Priapus*. D. Augustin. lib 1. de Ciuit. c. 11. At *Mutunus* per V in medio Arnobius lib. 4. cuius omitto locum, quia cloaca est. Ἀρχαϊκῶς *Moetinus.* Sic *Moenio, Munio.*

MVTE Silio Italico l. 14. Siciliae vrbs: *Motye.* Μοτύη Thucydidi. Plinio l. 3. c. 8. *Mutyenses* & Ciceroni lib. 3. in Verrem. Neque praue eadem in Oratione scribunt paulo post *Mutenses* trib. sillabis. Nam & apud Liuium l. 27. *Mutinos* pro ijsdem legas: quae duo figurata sunt ex *Mute.* Silius lib. 14.

Nec maior Megara Mute concordibus ausis.

MVTVLI per V in media rectius. Varro de RR. *Sed pro columbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordinem.* Vitruuius l. 4 c. 2. *Mutulorum sub coronis ratio est inuenta.* Libri, quib. Philander vsus, *Mutili* per I. Huic scriptioni patrocinatur Origo: quod enim sint *Mutili*, manciue, nomen inuenere. At Consuetudo contumax refragatur, & V praeualuit. Par Variantia in *Mutuscae.* Vide

MVTVSCAE vtraque prima per V Maroni. Ex Dionysio scribunt alij secundam tertia vocali *Mutiscae.* Alij *Mutuste* cum S, & T, quod Gelenius in lib. Plin. 3. c. 6. aequo me iudice despuit: licet ita sit Inscriptioni in Aequicolis Sabinorum:

PATRONO. AEQVICVLA

GEST. TR. IVVENT. TREBVL. MVTVSTAE

MYIAGRVM Deum apud Solinum ὀρθογραφεῖ catus Salmasius delito *Myagrum.* V. *Cynomyia.*

MYCALE, μυκάλη recte in Plinio, Thucydide, Pausania, Suida, Herodoto, Ptolemaeo. MSS. peccatur *Michale, Micale, Migale.*

MYCALESSVS duplici sigmate, Pausanias in Boeoticis: Μυκαλησσός vnico in Etymologo Silburgij. V. *Larissa, Antissa.*

MYCENAE, MYCENE. Vide *Thebae.*

MYLA, MYLE, MYLAE. Cum biuocali πληθυντικῶς. Antigonus in Paradoxis c. 170. Scylax Caryandenus, Marcianus, Photius, Plinius, Polybius, Stephanus. Vnus mihi Liuius l. 24. ἑνικῶς *Myla*: Quae ad *Mylam falso nunciata erant.* Silius per E *Myle*, l. 14.

Subsidium infelix fugientibus aequora Myle.

I ad *Thebe.*

MYRMILLO Consuetudine scriptitatum est. Olim *Murmillo.*

MYRTVS adspiratione repudiata Pierius, Plin. Gell. l. 5. c. 6.

MYSIA. V. *Moesia.*

NICOLAE DV FIEF CONSILIARIO.

*QVO magis aetas mea in praecipiti est, tanto magis lux ocu-
lorum meorum senet. Auxiliares oculos admoui pridem: nec
ijs iuuenescit acies: ita fit, vt dum oculos commodos quae-
rito, occurras tu togatorum lumen & decus, cui litium &
controuersiosi iuris caliginem abstergere solemne est. Et no-
bis, ne nescias in foro Mercuriali liticulae sunt. Deum hunc
literarũ, ac sermonis praesidem pinnulis ad caput additis, ac talarib. ornauit An-
tiquitas, quibus e signis intelligimus Homeri* ἔπεα πτερόεντα. *Hanc in liticulam te vo-
co vel arbitrum, vel iudicem: tibi neutrum disconuenit. Occurrent primulum*
Nablia. *Fastidiosis tuis occupationibus quid suauius accidere possit? Quod si gra-
uioribus quandoque feriuntur sermonibus aures, aut paene exulcerantur:* Nenias
inuenias rem diuersissimam. Naro *tibi aliud lenimentum tetricioris operae (in
partem veniet hoc ipsum* Naro.) *Ingerent se sub oculos tuos* Nequiquam, & Ni-
hilum. *Imo ex* Nihilo *iam aliquid fiet. Credis? Aliquid, inquam fiet nec anim-
aduersione indignum: sed (fatebor enim.)*

Exiguum: sed plus quam Nihil illud erit. *Ouid.*

Tandem Nummum *reperies, non quem Charonti porrigas (absit tam infausta,
praeceps que abitio) neque Comicus est: at persimilis. Aeris, aut argenti momen-
tum in eo nullum: inest inaniarum pondus. Inscriptio tamen inest, & genuinus
character; alioqui neque* Nummus *fit. Quod si iocosior pace tua pergam esse: di-
cam te belle viaticatum* Nummo *isto in Iberiam cogitantem, vbi te rex re-
gum nummatiorem futurum exspectat. Atque hanc in expeditionem conuasemus.
Audi* Nablia, Nenias *fer, ex* Nihilo *vide quid fiat, denique an* Nummus
noster Nequiquam *euadat, & hoc tractatu recognoscendo erigere: quod si tua sum
vrbanitate abusus: doce nos ea moderantius vti.*

TRA-

TRACTATVS DECIMVSTERTIVS.

N

NABLIA iucundiora sunt auribus, quam *Naulia*. Hesychius: Νάβλα, εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ, ἢ ψαλτήριον. *Nabla, organi musici genus, quod psalterium vocant.* Sosipater:

> —— Οὔτε τοῦ Σιδωνίου νάβλου
> Λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος.
> *Neque Sidonij nabli desordat forma gutturiloqua.*

Strabo lib. 10. Suidas eadem Hesychio loquitur. E Sophocle Plutarchus per V:

> Οὐ ναῦλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα φίλα.
> *Non luctibus naula, non lyra amica.*

Rursus Hesychius. Ναῦλον, τὸ αὐτὸ ὄργανον Apud Athen. lib. 4. Pollucem lib. 4. Ναύλαν ex Philemone. Idem Hesychius Ναβλᾶς pro *Nablista* posuit: id opinor literarum compendio. Sic Graeci varie Δαυὶδ, Δαβίδ. Cur *Nablia* rectius, dixi. Originem addo ab Hebraeis, quibus נבל *Nabla*, *Naula*, Lexicon Graecol.

NABRISSA non absque errato plures Libri Silij. *Nebrissa* per E rectum, ἀπὸ τῶν νεβρῶν, seu potius a bacchantium tegmine, quod Νεβρίδες Silius in 3.

> *Ac Nebrissa Dionysiis conscia sacris,*
> *Quam Satyri coluere leues, redimitaque sacra*
> *Nebride, & Ortano Maenas nocturna Lyaeo.*

Patria tellus viri termaximi Antonij Nebrissensis.

NABVCHODONOSOR vulgatius, rectius, itaque passim et septuaginta, & Origenes lib. 4 περὶ ἀρχῶν: Iosephus lib. 1. contra Appionem, ac saepius lib. 1. Antiq. absque spiritu Ναβουχοδονοσόρ. Strabo lib. 15. Ναυοκοδρόσορ. Variant Latinorum Codices *Nabucdonosor*, *Nabucgdonosor*.

NACTA, NACCA, NATTA pro *Nugatore* Persij Satyra 3.

> *Non pudet ad morem discincti viuere nactae legit*

Scaliger Auson. lib. 2. cap. 13. Ab ijs, qui *Nactae* legunt, aliquid causae merito postulatur, inquit Beromanus, cui visum legendum *Naccae*. Sic apud Apuleium lib. 9 de AA. edente Vulcanio: *Maritus foris apud Naccam proximum coenitabat.* Sic apud Festum indicata origine a Graeco Νάκος. *Nacar* enim fullones appellatos primitus. Nota ex Hesychio νάκτα, τοὺς πίλους, καὶ τὰ ἔμπιλα [*Natta, pili, quaeque pilis concreta sunt*] νάξαι enim premere, ac densare est, quod praestant fullones, qui *discincti*, ac semiamicti. Ad Persij locum Casaubonus: *Natta* semper in membranis: & ita in Pinariorum Nummis, qui hoc nomen tulerunt.

NACTVS a *Nanciscor*. Nonnulli interclusο N *Nanctus*. Sic Brissonius Παρέργων libro singulari addito: *Pura puta Latina sunt isthaec:* tum multis propositis apponit ex C. penult. D. de vacatione munerum: *Siquod sacerdotium nancti.*

NAE rectissime scribitur ex Sosipatri lib. 2. Libris antiquis. Origo suadet ναί, insinuat Diomedes lib. 1. Nota ex Donato in Andriam: *Ne pro Non: Nae pro Valde.* Verum Graecis etiam affirmantis est ναί. Illustrissimus est Matthaei cap. 5. locus: *Sit sermo vester Est, Est: Non, Non:* Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ, ναὶ: Οὔ, οὔ. Plautus Bacchidibus. *Nae ille alium gerulum quaerat.* Veteres etiam ναίχι scripsere. V Etymol. & *Ne*.

NAEVVS uti par est scribi, biuocali. Adamantius Martyrius per B *Nebus*, *cibus*, *morbus*. inquit, *rubus*, *globus*, *nimbus*, *lembus*, *lumbus*, *herno notato solummodo*. Ἀρχαϊκῶς, &

Origini congruenter *Gnaeuus*: videtur enim ex Κνᾶος oriri, & hoc ex Κνέω. At *Nebus*, vt *Cibus*, *Morbus*, *Rubus*, *Globus*, *Nimbus*, *Lembus*, *Lumbus* scribenda praecipit Adamantius Martyrius apud Cassiodorum. Decentius *Neuus*, magisque ex Consuetudine caeterorum omnium. Neque has partes Competentia deserit: *Aluus*, *Lacuus*, *Miluus*, *Pauus*, *Seruus*, *Riuus*.

NAEVIVS cum diphthongo principe, Libri, Lapides apud Manutium. Quibusdam in Lapidibus decussa est vocalis prima. Sic in vetustis Vineti Codicibus *Neuius*. Apud Dionysium Νίβιος auguris famatissimi nomen. *Neuy* primam tendit Terentius in Andriae, Eunuchique Prologis. *Naenia* biuocali principe Martialis l.2. scribitur Epigr. 26.

—— Blanditur Naenia, non moritur.

Secuti sunt alij, nec pauci. Imprimunt & apud Ciceronem, Liuium, Valerium, Plin. Lactant. aliosque Latinos per A *Nauius*. *Neuius* autem sonora secunda exaratum ex superis locis deturbat Vrsinus in Orat. pro Quintio.

NAGNIA apud Ptolemaeum l.3.c.1. mutile. Silij l.8. integre *Anagnia*:

Quis putri pinguis sulcaris Anagnia gleba.

Macrob. Saturn. l.5.c.18. *Nobilissima ciuitas Anagnia*. V. *Thebae*.

NAIADES, & A inducto *Naides*: Maro:

Aegle Naiadum pulcerrima ——

Idem in Gallo: *Naides, indigno cum Gallus amore periret.*

Ita peruetus Codex, & Romanus, & Longobardicus. Probus quoq; Js pura terminatis annumerat *Laïs*, *Thaïs*, *Naïs*. Graece Ναΐδες, ναϊάδες, νηΐδες. Statius 1. Syluarum:

Naiades vndarum dominas —— Calpurnius:

Adsuerunt sicco Dryades pede, Naiades vdo.

NAMQ. per M in antiquis Maronis Codicib.

NANVS vnico N, non gemello. Aristot. lib.6. de histor. Animal. c.24. Ἐν μὲν τοῖς ἀνθρώποις νάνοι. *In hominibus nani*. Gellius lib. 20. cap. 13. vbi Cinna: *At nunc me genuj nana per salicta Bigis rheda rapit citata nanis.* Scribe: *Gennina per salicta*. *Nannus* gemina liquida in Glossario. Ortum forte ex ναίω, quod est *Cresco*.

NAPHTHA adspiratione geminata. Sic Etymologus. & Plutarchus νάφθα. Sed Val. Probus vult vnicum nomen in Phthas exire, *Naphthas*. Dioscorides l.1. Καλεῖται δέ τις καὶ νάφθα, a quo νάφθας secundi casus erit. Strabonis compendium: Ὅτι λέγεται ὁ νάφθας, καὶ ἡ νάφθα, καὶ ὁ νάφθα, καὶ τὸ νάφθα.

NARDVS per A: Origo quamuis per E scribi postulare videatur נרד *Nerd* Hebraeis: ex quo figurari *Nerdus* debuerat, nisi Originem adulterasset Latinorum, & Graecorum Consuetudo.

NARYCIVS, NARICIVS, NARITIVS, NERITIVS. Posteriora scriptura dissident a primo, & re. Georg. 2. *Naricíaque picis lucos ——* recte. Et ora recte *Naryciae*. Stephanus enim ex Nicolao Damasceno agnoscit νάριξ, ναρίκιος: alias scripto per Y. Plinius Gelenianus lib. 14. cap.20. scribit in Virgilio per T minus recte. Alia picem J*dicam maxime probat*, *Graecia Piericam*, *Virgilius Naritiam*. Mauelim & *Naricios Lacros* Aen.3. Contra Metam. l.14. rectius: *Neritiaeque ratis viderunt fragmina laetis Vultibus ——* Hunc enim versum de Vlyssea rate intelligendum tota clamat series, & ipsa praesertim Metamorphosis inibi narrata, quae *Narycij* Aiacis naui disconuenit ordine toto. Est namque Νήριτος ὄρος Ἰθάκης Hesychio, & Homero in Catalogo, decimaque Odyssea. Item Aen.3. *Neritos ardua saxis insula*. Ab vtro flexeris, *Neritius* orietur, & Dialecto *Naritius*, quod male est quibusdam Maronis Codicibus in tertio. Notauit & Strabo lib.10. magno errore inuicem scribi *Neriton* pro *Nerico*, & hoc pro illo.

NARO vnico R placet Papiriano apud Cassiodorum de Orthographica, & Vel. Longo: *Sane in eo*, inquit, *quod est Narare, obseruatum est, vt vnum R scriberemus: quoniam venit a Gnaro, cui contrarium est Ignarus.* Item Mario Victorino. Iuuant & illa Festi: *Gnaricauit significat apud Liuium Narauit. Gnaruisse, Narasse.* Sic Origine poscitur. *Narus* enim a *Naribus* obseruante Isidoro Hispalensi lib. 10. cap. 1. *Olfecisse* veteres pro *Sciisse* dixisse. Vnde Terentius Phormione: *Numquid patri subolet?* Est enim *Naro*, *Narum*, seu *Gnarum facio*, auctore Festo, ac Varrone lib. 5. de LL. Ea scriptio Antiquo in Latio valuit: Vna Consuetudo officit. Ei ἀντίκειται *Ignoro*, quod & ipsum vnica dumtaxat vda scribitur. Docta est haec priscorum obseruatio, cui pugnat Consuetudo. V. *Garulae*, *Terra*. Et Glossae vett *Gnarrat*, *Narrat*, διηγεῖται.

NASAMONES, Νασαμῶνες Straboni lib.17. Curtio lib.4 Lucano. *Mesammones* apud Plinium lib.5.cap.5. Etiam in ora Syrtis *Nasamones*, *quos antea Mesammones Graeci appellauere ab argumento*

argumento loci medias inter arenas sitos. Idem nominis videtur Auienus vsurpasse in Tetrac περιηγήσει: —— *Durosque Mesammonas inde Accipe* ——

Νάῤδῳ δὲ ὃ Νάρχρδον, inquit Dioscor. lib. 1. cap. 22. Paulus Aegineta: Νάχρδον: si modo recte.

NASIDIENVS. V. SALVIDIENVS.

NATTA, V. *Natta.*

NASITERNA vnico S a tribus nasis scribi monet Scaliger in Festum, cum praefuisset geminum.

NAVIFRAGVS recte. Magis in Cōsuetudine est mutilatū *Naufragus.* Silius *Naufraga puppis.*

NAVLOCHA πληθυντικῶς Silij lib. 14. *Non Naulocha pigra sedendi.* Appiano bis Ναύλοχοι. In Augusti Nummo *Naulochum*, quod & Plinij lib. 4. cap. 12. insulis connumeratur, & cap. 3. lib. 4. in Locride reponitur.

NAVLOCHA apud Placiadem. Cato: *Quoties vidi trulleos, nasiternas, pertusos aquales, matellas sine ansis.*

NAVTA. Aen. 6. *Nauita*, & in Catone apud Festum: *Nauitae* ··· *vinum, atque oleum.*

NAVTIVS cum T. familia Romana, Lapides Capitolini.

NAXA pro *Nassa* in Tullianis Codicibus antiquis compertum P. Victorio. Cur non & tuetur? Veteres pro SS, Z scriptitauere: X namque vsque ad Augustum ignoratum Latio volunt. Surrogatum igitur ab eo fuerit, qui notam quam proximam effigiare sit conatus modo nobis parum cognito.

NE etiam recte, cum affirmantis est. Graece Νὴ, quod & iurantis est. Neque id sanus quisquam ire potest inficias. Priscian. l. 16. *Ne, quando Νὴ, vel Πάνυ significat, aduerbium est.* Charisius, Diomedes. Graeci νὴ μὰ τὸ Δία. Vide Lipsium 3. Variar. c. 29. Lambinum in 3. de Orat. & Orat pro Fonteio. Demosthenes 3. in Philippum: νὴ τὸ Δία, καὶ τὸ Ἀπόλλω. Suidas: νὴ Δία, μὰ τὸ Δία exponit. Demosthenes prima Philippica: Ἐπειδὰν νὴ Δία ἀνάγκη τις ᾖ: *Cum per Jouem necessitas aliqua incubuerit.* Ἀπερίσκεπτος negat hoc Manutius. V. *Nae.*

NEAPOLIS. Graeci etiam solutim. Athenaei fragmen: Ἐκ νέας ἢ πόλεως, καὶ Καπύης. *Ex Neapoli, & Capua.* Etymologus: Τὸ Νεάπολις δύο ὀνόματα εἰσι καθ' ἑνὸς ὑποκείμενα. *Hoc Neapolis duo sunt nomina vni surrogata.* Similiter Plutarchus in Marcello. Apud Liuium lib. 22. & alios *Neapolis* copulate, & *Neapolitani.* Secunda per A, vti apud Plinium *Sciapodes*, alibi *Olbiapolis, Hierapolis.*

NEBRODES, non *Neurodes*, vt lib. 6. Strabonis, Siciliae mons. Silius in 14.

Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis.

Lectorē ludificatus est Strabonis interpres interpretato *Neruosos montes.* Solinū audi c. 11. *Nebrodi damarum copia nomen dedit, quem damae, & hinnuli gregatim peruagantur: inde Nebrodes dictus.*

NEDVM sectum scribit Manutius. Cur aliter quam *Necubi, Necunde, Nunubi, Nunquam?* In Terentij ἑαυτὸν τιμωρ. vniter *Nedum.* —— *Satrapes si fiet Amator, nunquam suff. rre eius sumtus queat, Nedum tu possis* ——

NECEPSOS per E in vtraque priore, rectius. Sic est Plinij lib. 2. cap. 23. Licet in Latinis Eusebij Chronicis aspere sit *Nechepsos*, & *Necepsos* per I. Vatie corrumpitur hoc nomen apud Iulium Firmicum.

NECOPINVS, copulate, vt *Inopinus.* Metam. 12.

—— *Occulta necopinum perde sagitta.*

Auson. Gratiarum Actione: *Ad benefaciendum subito es, necopinus ingenio.* Similiter *Necopinantes* in Augusto scripsit Tranquillus, & *Necopinanti* in ἑαυτὸν τιμ. Terentius.

NECTANEBVS, NECTANEBOS, NECTANEBIS, NECTANEBO, & caetera λογικὸς ἀιολότερα, vide apud Pontacum ad Eusebij Chronica. Reperies in Agesilao Plutarchi Νεκτανάβιδος, Νεκτανάβιδι, Νεκτάναβιν. Cetre vbique Νάβις: Nibis per E hautdum legisse meminens sum.

NEFAS per F, Origo, & Saxa: non Ph.

NEFVNERA vnica comprehensione apud Catullum praecipiunt Scaliger, Guilielmius, Palmerius. In Argon. *Funera Cecropiae nefunera portabantur.* Sic apud Festum *Nepurus*, Ouidium *Nemunera.*

NEGIBVNDVM per I pro *Negabundum* dixit, scripsitque Cato teste Festo. Fors *Negitabundum*: aut certe ex hoc concisum est.

NEGLEGO, NEGLEGENTIA non Pandectinis Florentinis inuideo, non Antiquitati. Ter. Phormione: *Quia egens relicta est misera, ignoratur parens, neglegitur ipsa.* Ibidem: *Neglegere cognatum suum.* Varro lib. 4. de L. L. *Non videbatur consentaneum*

 neglegere,

neglegere, quod ante rex Latinus finxisset. Bedae manus in Orthogr. *Neglegens per G scribendum quasi Nec legens*, C in G conuerso. Neque composita hanc obliterant vi Analogiae scribendi rationem, *Colligo, Diligo*: ecce paria *Allego, Intellego.* Receptissimum tamen in literas est *Negligo* per I, quod ab eo seruatum seculo, quo praepositurae non immutatae recipiebantur in foedera literatae compositionis.

NEGLEXI. Olim scriptum *Neglegi.* Aemilius Macer: *Omnium nostrum neglegerit auctoritatem.* Diomedes agnoscit. Ideone iure in 13. Philippicam Tullij scribit idem Passeratius? *Neglego* abijcit Manutius: non ausim. Abijcit *Neclego*, ego cum illo, cumq. Beda.

NEGOTIVM consoua T: negat enim *Otium.* Alij *Negocium* ex Ὠ'κίον: tardant siquidem *Negotia* cursumque inhibent: & contra, Cui agendi otium, eidem celeritas incitatior. Inscriptio apud Pallonios Romae:

L. LEPIDVS. LIB. HERMES
NEGOTIATOR. AERARIVS

Addicunt aliae permultae: cum C pauculae, vbi

NEGOCIATORI, & NEGOCIANTVR inuenias.

Et quamuis constat ex *Nec*, & *Otium*, tamen C transit in G, vt *Nec lego Neglego*, *Quingenti* pro *Quincenti*.

NEGVMATE Antiqui scripsere: posteri *Negate*, Festus.

NENIAM cantari solitam ad tibiam, & fides eorum, qui ludis Troicis cursitassent, ait Varro lib 4. de Vita P.R. Vbi pura vocali secunda exarant, vti apud Horatium *Puerorum nenia*, & Aug. lib. 6. de Ciuit. c. 9. Apud Festum tam pro cantu lugubri, quam pro dea biuocalem repraesentat, in ipsa elementorum serie. Vetum in adsignand. Origine merito ambigas an pura vocali E non scribendum duxerit: ducit enim ex Νήτη, & Νεάτη: Malim profecto Originem ad Νηνίατον μέλος referri, de quo ex Hipponacte Pollux l. 4. c. 10. Certe Glossarium: *Nenia*, ἐπιτάφιος ᾠδή: Prudent. Hymno XI. *Nam caeca vis mortalium*
Venerans inanes naenias. Hic per Ae, & alibi.

NENO, NENV, NENVM pro *Non* scripsere prisci. Item *Neno, Noenum.* Lucill. lib. 30.
Sed tamen hoc dicas, quid est, si nenu molestum est.

Varro: *Ei hodie noenum venis.*
Terentius: *Vbi pati non poteris, cum neno expetet.*

NEPTVNVS cum N absque M. Sic vbique legi. Aliter Inscriptio, quae Rauennae in aede D. Virginis:

IN. AEDE. NEPTVMNI. QVAM. IPSE
EXSTRVCXIT. DIE. NEPTVMNALIORVM

NEQVIQVAM. Pictius in id secundae Aeneidos:
—— *Nequicquam ingrata reuoluo.*

In Codicibus aliquot antiquis, & hic, & alibi *Nequiquam* scribitur absque alia vlla consonante inter I, & Q: Sed enim Victorini praeceptum est in haec verba: *Quidquam, & Quidquid, & Quodque prima sillaba quoties habuerint D, id vos producite, & supponite C: ne duae partes integrae esse videantur.* Ex hoc praecepto volunt *Nequidquam* interiecto C notari. Sed qui scriptionibus antiquis fauent *Nequiquam* aduerbium a casu ablatiuo desumunt, veluti etiam *Nequaquam*: atq. ita vtrumq. eodem modo sine C scribunt. Haec Pictius. Adde Festum, Libros veteres, Cor. Gualteri Codicem lib. 2. Lucani. Quin ipse Carrion in lib. 4. Val. Flacci in id scripturae paratus est iurare.

NESI pro *Sine* scriptum est in lege dedicationis arae Dianae Auentinensis, Festus.

NERECTE iunctim in Asinaria: *Malo hercle iam magno tuo nunc isti nerecte dicis.* Sic *Pecua neruma*, quae non ruminant, aut rumen non habent. Vnde *Arumi* agni, & *Subrumi.* Sic *Neparus*: ex cuius discidio *Nepus* fuisse reliquum credo Festo.

NERITOS ARDVA SAXIS Aeneide tertia cum T. Silij lib. 15.
Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis.

Homerus in Catologo: Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον, καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον.

Pomponius lib. 2. c. 7. *In Ionio Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos.* Ο'μέντοι ἀντὶ Νηρίτου γράφων Νήρικον, ἢ ἀνάπαλιν παραπαίει τελέως, inquit Strabo lib. 10. Haec sunt: *Qui pro Nerito scribit Nericon, aut pro Nerico Neriton magna animi offensione labitur.* V. *Naritus.*

NERVII rectissime, vt *Parisij*, aliaque sexcenta. *Neruia, Neruini*, qui scripserint e classicis, quaero. Certe apud Paulinum Episcopum Nolanum Epist. 26. legi *Remotissimo Neruici litoris tractu* notauit l. Cousinus Ecclesiae Neruicae lumen. *Tractus* item *Neruicani* mentio fit in libro Prouinciarum. Sed qui se penes Latinitatis incudem volunt,

ſunt, quaſuis procudunt verborum formas ex lege exleges. *Nernia, Nernia* eom affectatione ſingulari, abſque Auctore vllo. Plutarchus in Caeſare: Τοὺς ἀγριωτάτους, καὶ μαχιμωτάτους τῶν τῇδε Νερβίους *Agreſtiſſimos, & pugnaciſſimos eorum, qui in his oris, Nervios.*

NEVCERIA deprauatum eſt ex Graeco Νουκερία. *Nuceria* rectum, ac vbiuis obuium in Liuio, Floro, alijs. Neque nimis deprauatum eſt: Quid ſi enim confit, vt *Theudas?*

NEVTROBI. Plaut. Aulularia: *Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum.* Alias per V *Neutrubi.*

NI pro *Ne* ſcriptum in Menaechmis adſeuerat Donatus ad Eunuchum Terentianam: *Ni mala, ni ſtulta ſis, ni indomita, impoſque animi.*

NICANDER nemo repudiat: *Nicandrus* Graeco vicioius, Νίκανδρος, & Ciceroni de Orat. acceptius: *Nicandrus homo ab agro remotiſſimus.* Sic *Menander, Menandrus.* Lib. 1. Amorum:

Dum fallax ſeruus, durus pater, improba laena.
Vixerit, & meretrix blanda, Menandrus erit.

Macrob. lib. 1. Satur. cap. 17. *Menandrus.* Sic Velleius lib. 1. edente, ac enotaote Lipſio. *Leander, Leandrus.* Rurſus Ouidius:

Si fatale fretum quondam Leandre fuiſſet.
Item: *Quam mihi miſiſti verbis Leandre ſalutem.*

Euander, Euandrus. Maro in octauo:

Tum pater Euandrus dextram complexus euntis.
Alibi: —— *At non Euandre pudendis*
Vulneribus pulſum adſpicies ——

Macander, Maeandrus. Silius Italicus in 7.

Qualis Maeonia paſſim Maeandrus in ora.

NICAEA biuocali, non *Nicea.* Fit enim enim ex Νίκη, vt ex Σελήνη Σεληναία, aliaque non pauca. Vnde Concilium, *Nicenum* non ſatis correcte: Nam ex eo Νικαηνόν, *Nicäenum*: tum contractione peruerſa *Nicaenum*: demum deterius abſque biuocali *Nicenum.*

NICOLAS pro *Nicolaus*, vide *Archeſilas.*

NIGRITAE Plin. l. 5. cap. 8. Aethiopum gentes. Stephano Νιγρῆται, *Nigretae.* Neqoe hoe deterius ex earum commercio vocalium, de quo Etymologicus quaeſito cur Νηλήτης per H ſcribatur, cum Ἀλιτεῖν I puro, reſpondet. Ὅτι Αἰολικῶς ἐτράπη τὸ I εἰς H. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ Ἄχιν, καὶ τὸ ψιμμύθιον διὰ τοῦ H προφέρουσιν Αἰολεῖς. *Quod Aeolice verſum ſit I in H. Sic enim & Achin, & Pſimmythion per H proferunt Aeoles.* Apud Auienum per E *Nigretae:*

—— *Patulis Nigretae finibus errant.* Priſcianus Perieg.
—— *Vicinique Nigretes.*

Ex ſupera Etymologici doctrina confutatur Cluuerij conſequentia, qua ex ſcripto apud Strabone Ληποντίοι infert eo factum, vt *Lepontios*, & Romanorum E exprimeret. Nam ſcripto Λη potuit exprimere Λι.

NIHIL abſque Q, C, aut Ch. Hoc enim eſt quorundam in barbariem coniuratorum. *Nihil, & Nihilum* veteribus Libris deuinctior Giſanius vbique apud Lucretium retentauit ζωυγίζεως praeſidio. Eadem ratione apud Horatium lib. 1. Ser. 5.

Nihilo deterius dominae ius eſſe ——

deportato *Nullo, Nilo* exturbato. Similiter ſcribit apud Virgilium Ecl.8. & l. 5. & 8. diuini operis. Idem tamen Giſanius Praefatione in Lucretium: Quanquam haut ſcio an non ſaepe etiam *Nil, & Nilum* ſcripſeriot veteres, quod & verius puto. Chariſios H poſtulat. Priſcianus lib. 6. *Nihil autem, vel Nihilum a Non, & Hilum eſt compoſitum.* Quod ſine dubio eſt nomen: *Hilum* enim pro *Ullum* vetuſtiſſimi proferebant. Lucillius in 14.

Mammachiam licet haec inquam, alueolumque putare,
Calces delectes te hilo, non rectius vinas.

Nichil, Nichilum Gothis, ac Longobardis tribuit l. 2. Iouianus Pontanus, qoem vide adoerſus Leonardum Aretinum quamuis fuſe diſputantem. Lexicum Cyrillo arrogatum ſibi nominis huius honorem denegat ſcripto: Εὐτελίζω, *Adnichilo*, *Vilo*, pro *Adnihilo, Vileſacio.* V. *Mihi.*

NIHILDVM complexione vnica, vt *Nedum, Nondum.*

NIMIOPERE Cicero Paradoxis, vt *Magnopere.* Plautus ſecuit Circulione: *Ne nimio opere ſumat operam*, & Verrina 6. editiooe ab Hotomanno: *Graecos homines nimio opere delectant.*

NIMISQVAM in Mostellaria constricte

NINGVIDVS videtur rectius: in id enim iurant membranas, & MSS. Tamen

NINGIT, NON NINGVIT, inquit Fl. Caper lib. de verbis Dubijs. At Georg. 3. vetus Codex cum V,

Interea toto non secius aequore ningvit.

Sic editur lib. 10. Prisciani in editione nupera.

NINVS omnes paene Geographi Graeci, Latini: sacri Codices *Ninive*.

NISIBIS inuulgatum est. Philo in Phoenicicis [Punicis] *Nasibis* per A: Vranius per E *Nesibis*: Strabo in vndecimo per I, & Stephanus.

NISISI pro coniunctione vnica ponit Charisius lib. 2. Alij *Nisi · si*.

NISVS, NIXVS tam in participio, quam nomine indifferenter. In *Niso* Hyrtaci filio scribes de Probi sententia.

NIX. Priscis *Ninis*, & *Ninguis*. Posterius agnoscit Priscianus lib. 1. vtitur Apul. in Hermagora: *Aspera hiems erat, omnia ningue canebant*. Lucret. lib. 6.

—— In campos albas descendere ningues.

Ex *Ninit* verbum priscorum *Ninit*. Pacuuius Paulo: *Sagittis plumbo, & saxis grandinat, ninit.*

NOBILIS. Veteres cum G *Gnobilis*. Attius in Diomede: *Ergo Argos referam: nam hic sum gnobilis.*

NOLO, non *Nollo*, Vide *Malo*. Veteres *Neuolo*, *Neuolt*. Plautus Trinummo:

Eueniunt multa homini, quae vult, quae neuult.

NOMENCLATOR *sine V dicitur, vt Verrius ait, velut nominis calator*, Charisij vox l. 1. At cum V quoque vsurpari in Libris iuris testis mihi Brissonius Παρέργων libro singulari. Martial. lib. 10. Epigram. 30. *Nomenculator mugilem citat notum.* Inscriptio Romae in aedib. Iulij Poreij:

FELICI. NOMENCVLATORI. VIRO. PRIORI

Romae ad Trinitatem:

L. EVRIPVS. NOMENCVLATOR

Inscriptio alia *Numenculator* per V in primore sillaba, & Cyrilli Lexicum.

NONDVM nexim scriptum lego in veteribus Inscriptionibus, & passim inueterauit. Manutius nullam conferens rationem diuidit, cui adhaerescit Carrion in Flaccum his: Vetus Codex: *Dextera non dum* disiunctim: & *ita scribendum esse*, inquit, *alij docuerunt*. At Paulus Manutius in epist. 14. lib. ad Atticum etiam *Nequedum* iunctim edidit: *Nequedum te esse Athenis audieram.* Georg. 2.

Nondum hiemem contingit equis ——

Aen. 3. —— *Nondum Ilium & arces Perganeae steterant ——*

NONINGENTESIMVS, & *Nongentesimus*, vel *Nonigesimus*, & *Nongesimus*, Priscianus libro de Numeris.

NONNAE: rectius vnico N *Nonae*. Originarium nomen fuit Μόναι: vnde & *Monachi*. Scribitur & Palladio Νονὶς pro *Moniali*. Διδάσκει ἢ αὐτῷ ἀπόκρισιν ἡ Νονὶς. Idque pro Μονὶς: est enim Μονὴ idem, quod *Monasterium*.

NONNIHIL, NONNVNQVAM, NONNVSQVAM vniter scribenda, simul pronuncianda. Sed & diuelluntur sillabae: *Non vmquam* est *Numquam*.

Horatius: —— *Ita sordidus, vt se Non vmquam seruo melius vestiret.*

NORAS, & *Noueras* scribit Tullius in Oratore ex Terentio infirmata eorum opinione, qui *Nouerat*, & *Nouisse* reijciebant Ὀκόσιχον ἐστὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἄλικον ἄνδρα μερίζει. *Quantulum negotium, & quantum virum in curas diuidit.*

NOVATVS, NOVATIANI Cypriano, Augustino, Eusebio in Chronicis per O, Suidae per A Ναυάτος. Ναυατιανοὶ αἱρεσῖται. *Nauatus*, *Nauatiani haeretici*.

NOVENSILES *siue per L, siue per D scribendum: communionem enim habuerunt literae hae apud antiquos vt Dinguam, & Linguam, & Dacrimis, & Lacrimis, & Capidolium, & Sella a Sede, Olere, ab Odore. Est & communio cum Graecis: nos Lacrimae, illi* Δάκρυα *Olere,* Ὀδωδέναι: *Meditari,* Μελετᾶν. *Nouensiles autem, quos Graeci* Συνέννεα: *post Nouendij a Considendo, id est eadem sede praediti.* Haec Victorinus. *Nouensiles* scribit Varro l. 4. de LL.

NOVIES a *Nouem*. Fastor. 5. *Haec nouies dixit ——*

Mox: *Cum dixit nouies ——*

Aen. 6. —— *Nouies Styx interfusa coercet.*

Nouies per N in medio a *Nouo*. Sic nomina *Nouiorum* a *Nouem*, *Nouiorum* a *Nouo*.

NOVI-

NOVITIVS per T a *Nouatum*, vt *Propitius* a *Prope itum*, non vt alia in *Cius*. Subindicat Varro lib. 5. de L. L. *Ab eadem Origine Nouitas, Nouitius, Noualis*. Cuius Varronis lib. 7. *Nouitij serui*, & apud Iuuenalem productio commonstrat ortum:

—— Rerumque nouitius horret.

NVBES, NVBIS, NVBS. Plautus Mercatore: *Nubis atra, imberque instat.*

Ausonius: *Ixiriarum Lapitham Iunonia ludificat Nubs.*

NVBSIT Pandectae licet Florentinae praeferant, ac nouissima Nonij editio perpetuo tenore, licet alij sequantur: mihi potius est, *Nupsit* cum P. Ita plurimi: ita ex λείβω, εἴλειπται. Priscian. lib. 10. *Nubo, Nupsi. Numquam enim B ante S in principio sillabae potest inueniri, vt Pseudolus, Ipse*. Hoc est, non inuenitur Bs in principio, vt Ps in *Pseudolus, Ipse*. Agroetius etiam amplecti ur *Nupsit, Nuptum*. Beda, plurimi.

NVCLEVS, & sillabis quatuor *Nuculeus*. Plaut. Captiuis: *Nuculeum amisi: reliqui pigneri putamina*. Sic *Nuculae* apud Festum, a quibus forte *Nuculeus*.

NVMERE per E, NVMERO per O scriptum, Festus.

NVMICIVS cum C, Lapides. *Numicus* enim C habet apud Maronem, Silium, Seruium, Vibium, Horatium.

NVMISMA. Horat. *Retulit acceptos regale numisma Philippos*. Alijs etiam Latine non displicet *Nomisma*. Suidas: Νόμισμα, τὸ κόμμα τοῦ τετυπωμένου χαλκοῦ. Plutarchus in Numa, & Publicola.

NVMMVLARIVS duplici M praecipit Beda, & Origo a *Nummo*, de quo proxime. Romae in aede Consolationis:

M. VLPIO. SECVNDO. NVMMVLARIO

Similiter in Philoxeni Glossis.

NVMMVS duplici MM, Argumentum in Trinummo Plautina in id est τεῖχος ἄρραγές. Namque acrostichide comprehensus *Nummus* mutam geminat. Sic veteres Libri, ex quib. aliqui vnico, a quibus stat *Numeri* vox, cui *Numus nomen dedit, & a sui frequentatione vocabulum indidit* inquit Isidorus lib. 3. Orig. cap. 3. Qui Isidorus *Numos* a *Numa* rege Romanorum dictos ariolatur l. 16. cap. 17. Alij a Graeco νόμος Budaeus priorib. Annot. in Pandectas, Barthius, Hotomanus, Iurisperiti plures. Sic Origo postulet vnicum M: sed vsucaptum est alterum: vel si a *Numa*, quod cum posuisset & Suidas ipse, ait: Α᾽περ ὠνόμαζεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμμία ὥς φησι Τράγκυλλος. *Quae ex proprio nomine Numia, seu Numulos vocauit, vt ait Tranquillus*. Nominum vicinitas confudit Originem. At mihi vide nomen hoc *Numa* vetustius. Pollux l. 9 c 6. Ο῾ δὲ νοῦμμος δοκεῖ μὲν Ρωμαίων εἶναι τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ε῾λληνικὸν τῶν ἐν Ι᾽ταλίᾳ, καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. *Nummus Romanorum videtur, esse vox, nomismatis signum: verum est Graecanica vox eorum Dorum, qui Italiam, & Siciliam habuere*. Epicharmus: Ε῾υρήσουσι δέ μοι καὶ νούμμους. *Inuenient mihi nūmos*. Item alio: Κῆρυξ ἰὼν εὐθὺς πρίω μοι δίκα νούμμων μόσχον καλλίν: *I praeco celeriter, & vitulam egregiam mihi decem nummis praestina*. Aristoteles in Tarantinorum republica tradit καλεῖσθαι νόμισμα παρ᾽ αὐτοῖς νοῦμμον. Duplicauit eam mutam & Fannius, Palaemon:

Argenti facili signatur nummus Athenis.

Desolauit M vetus Inscriptio, nequid dissimilem, ad lirim:

SING. X. VIII. NVMVM. ET. POPVL

SING. X. II. NVMVM. DIVISIT

At mutae congeminatio magis est ex Vsu, sequuntur eruditissimi quique, ac inter eos Cl. Chiffletius, ac Erycius Puteanus ea de re Libellis proprijs, Libellis aureolis.

NVMQVAM, TAMQVAM, QVAMQVAM antiqua secutus Monimenta scribit Manutius. Mihi Priscianus lib. 1. & Marius Victorinus praeferuntur, de quorum sententia M transit in N, maxime C, D, T, vel Q sequentibus. Praeterea Graeci laudantur, quod nullam vocem, sillabamue terminent M litera. Et Fabius Euphoniae huius ratione habita sic scribendum *quidque indicat, quomodo sonat* lib. 1. c. 7. Fatetur & Isidor. l. 1. Etym. cap. 26. M ab ortu sortita haec, sed tempore abiecisse. Integrius olim apud Festum in Fragmento Farnesiano scribebatur *Neunquam*. In porticu S. Ceciliae Romae:

ITA. NEVNQVAM. DE. NOMINE. FAMILIAE. NOSTRAE

In Hecyra edente Rob. Stephano: *Ille reminiscet iam numquam*. In Andria: *Nunquam faciam*.

NVM QVID secreto scribit Priscianus lib. 15. *Num quoque indicatiuo soli adiungitur*, inquit, *ad quod pertinet interrogatio*. Terent. in Phormione: *Num quid meministi?* Idem in eodem: *Num quid subolnit patri?*

NVN-

NVNCIVS cum C, Lapides, inquit Manutius. *Nuntius* eum T, Lapides, Libri, Virgilius Carpensis, & Festus, inquit Brabantus. At pensiores sunt mihi Manutij Lapides, quem sciam in ijs obseruitandis nimis religiosum: alter an omnino lapidem literatum viderit, cui *Nuntius* per T, nullus mihi dictat nuncius. Probat nihilominus compositis, *Pronuntio*, *Renuntio*, *Enuntio*. At nos contra pertendimus ideo *Nuncius* C litera claudi, quod compositis eadem insit litera. Est autem a *Nunc ciendo*, quod rei *nunciatae* abdienti *nunc* primum desiderium *cicat*, & cognitionem exacuat. Sic per C scribendum autumat Lambinus, vt *Conuicium*. Est Tabula marmorea Malphiae in aede S. Angeli:

DENVNCIATORES. PVTEOLANI

Alij vt ab ἐν ἑνός. ὀυγκία Siculis teste Polluce: sic a νέος, νούγκιος. Subaperit Varro l. 5. de LL. *Nuncius est enim ab his rebus nominatus, quod a Graeco verbo* νέος *videri potest declinatum*, a quo & *Nouissimum* ducit. Item ab eo *Nuncupare*, *&* *Nuncupatae res*, quod tum in ciuitate vota *noua* suscipiuntur, super quo i ad Festum in *Nuncupatae*. *Nuncio* per C vbique scriptum Lipsio.

NYMPHAE nota Pythagorea, Priscianus, Pierius. *Numphae* eius est aeui, quo peregrinas literas admittere Romanos pudtum est, aut insolens. Vltimans sonora variat. Maro:

Nympha decus coeli ——

Naso Metamorph. 9. scripsit *Nymphe* per E:

—— *Nymphe ritu succincta Dianae*
Vna ministrarum fusis vtrimque capillis *Incessit* ——

Ibidem. *Lotos in hanc Nymphe fugiens obscoena Priapi.*

νύμφα, νύμφη.

IOANNI COGNATO CANONICO.

QVAE terrarum ora, qui homo, cui modo aliquis sit humanitatis sensus, non in tuis vigilijs conquieuit, sudorib. recreatus est, doctrina laetior euasit? Gentiles quibus aeterni veri radius non fulserat, Euripi more modoque iactabantur, cum de Animae vita, morte, perennitate quaestio mouebatur: absoluisti, atque aeuiternitatis Animae demonstratione stabilita, omnibus coeli sacraria reserasti. Hanc beatitatis affulgentem spem, vt melioris vitae legib. moribusq. sanctorib. corroborares, vitae stadium quam esset lubricum de Salomonis exemplo, vt videremus, perfecisti. Hiscunt aliqui contra tuas adsertiones: sed

— Furit in stipula sine viribus ignis.

Tentabundis manib. noui aliquid quaeritant, quo ausint a SS. Patrum scitis desciscere, nec adsequuntur. Historiam de Neruijs Antiquitate obscuram, scriptorum multitudine incertam, iudicij inopia male disputatam illustrasti, ab incerta vindicasti, iudicij copia in formosam historiae speciem induisti detracto deterioris venae sanguine. Mitto quae postremis studiorum, ac vitae annis prope decrepitus de Fide, Spe, Caritate, quaeque de alijs animae adminiculis cum singulari sapientiae laude sub ora hominum venire voluisti. Profecto nisi mihi tam arcta tecum esset consuetudo, non auderem ad tanti viri, tamque insignis ingenij, ac iudicij tribunal reculas meas aduertere. Quare quo minus pudoris habeam, paucula sunt, quibus te volo. Peruide *subeuntem* Tractatum XIV.

TRA-

TRACTATVS DECIMVSQVARTVS.

O

OASIS, etiam *Hyasis*. Stephanus: Ὕασις πόλις Λιβύης· λέγεται καὶ Ὄασις. Sic Ὄνομα, dialecto Οὔνυμα: vnde *Hieronymus*. V. *Osiris*.

OAXES *Cretae*, Vibius Sequester O vocali. Graeci etiam diphthongo scriptitauere. Etymologus: Οἴαξις, χωρίον Κρητικὸν ὑψηλόν. Τινὲς δὲ ὅτι πλεονασμός ἐστι τοῦ Ι. Ὄαξις γὰρ ἦν. Quare apud Vibium scribo:

—— *Capiens tellurem Oeaxida palmis.*

Non *Oaxida*. Interpretamentum enim est illius ex Apollonio:

Δραξάμενος γαίης Οἰαξίδος ——

OBBA: nunc *Vbba* dicitur, Nonius. Sic Ὠλίνα, *Vlna*.

OBCLANGO apud I. Scaligerum Exercitatione 194. scriptum, an *Occlango*, vt *Occino*? Ex Analogia, an ex concentu?

OBCVLIT, OBCVRRIT non vsque probat Festus.

OBELISCVS, & apud Epigrammatographum, *Obliscus*:

Et medius centri summus Obliscus obit.

OBFERRE pro *Adferre* Verrij testimonio. Sic apud Ennium Iphigenia: *Acherantem obibo*, & passim *Obire* mortem pro *Adire*. Id vero Festo placet minus, cui opinor magis placeat *Ob erre* pro *Offerre* poni, ex quo *Offrumenta* Paulo.

OBEDIO recte. Priscis *Obaudio*, & Isidoro lib. 11. *Obandiens*. Cacrographis *Oboedio* etiam Oe diphthongo, quo nomine Pandectas Florentinas culpat Brissonius Παρέργων libro singulari: sequuntur alij.

OBIICES (ἐπιβλῆτες Polluci l. 2. c. 8.) Sulpitius Apollinaris scripsit testificante Gellio: alias non tenderetur prima in Virgilio:

—— *Qua vi maria alta tumescant* *Obijcib. ruptis* ——

Sic Aldus Manutius lib. 4. Gram. Vide *Subijces*. Nec praetermittenda visa, quae Barthius lib. 19. Aduers. c. 14. non neglexit: In hac dictione ridiculi sunt nonnulli, inquit, qui vbique vna litera I scribendum dicant, cum omnino quoties productim à Poëtis ponitur, duplici sit notanda. Argumento eius, quod cum correptam volunt, eidem alterum Iota tollere consueuerunt; itidem vt in *Adicit*, *Obicit*, & alijs talis notae. Haec ille. V. *Inijcit*, *Abijcit*.

OBIICIO geminante vocali, vt *Abijcio*, *Conijcio*, *Inijcio*, *Subiicio*, caeteris. Gellius lib. 4. c. 17. post multa: *Secunda enim litera in his verbis per duo II, non per vnum scribenda est. Nam verbum illud, cui supradictae particulae praepositae sunt, non Icio est, sed Iacio, & praeteritum non Icit, sed Iecit. Idque vbi compositum est ex A, litera in I mutatur: sicut fit in verbis Insilio, & Incipio: atque ita vim consonantis capit. Et idcirco ea syllaba productius, latiusque paulo pronunciata priorem syllabam breuem esse non patitur: sed reddit eam positu longam.* Videsis caetera. Fabius l. 1. c. 4. I. Scaliger Problemate 50. Poëtarum mos alius. Lucan.:

Cur obicis Magno tumulum? ——

Silius: *Arietat in primos, obicitq. immania membra.*

Vnico tamen I supra tenorem lineae porrecto recte scribatur. Sic Π. l. 28. tit. 5. 12. *Si in aequalib. partib. datis ita adIciatur.*

OBLINI

OBLINI in praeterito media per N ſcripſere. Varro Rerum R. *Cum oblinerunt vaſa.* Ita Priſcian. l. 10. Sic παθητικῶς *Oblinitus* pro *Oblitus*. Columella l. 12. c. 8. *Operculo impoſito, & oblinito, non ante aperueris ollam, quam vſus exegerit.*

OBLITERO vnico T a *Litura* mutato V in E, non a *Litera*, inquit Brabantus. Scriptio recta: ratio falſa. *Litura* primam contrahit: *Oblitero* ſecundam tendit ſillabam. Catull. in Argonaut. —— *Memori tibi condita mente*

Haec vigeant mandata; nec vlla obliteret aetas.

Litura autem, ſeu *Obelus ob literam* eſt, quam inducit. Eſt igitur a *Litera*.

OBMVTVIT paſſim recte. Papirianus *Ommutuit*. Sic Vel. Longus *Omminare* profert compoſitum ex *Minare*. Pand. Flor. *Obmotuit*.

OBPROBRIVM Pandectarum Florentinarum lib. 50. parum ridet. Vulgo geminante P *Opprobrium*. Sic *Opportunus*, *Oppango*, alia.

OBRVTVIT vnico B, Feſtus: Praeplaceat *Obrutuit* gemino. Vnde namque componitur *Obrutuit*? *Obbrutuit* ex Ob, &c.

OBRYZVM, OBRIZVM, OBRIZON, & per S loco Z. Primum praeſtabiliſſimum Barbaro in Plin. lib. 33. c. 3. *Quinimo quo ſaepius arſit, proficit ad bonitatem: aurique experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat, quo ignis, atque ipſum obryzum vocant.* Thucydidis Scholia χρυσίου ἀπέφθου, exponunt πολλάκις ἑψηθέντος, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον. *Saepius cocti, donec euadat obryzum.* Inde *Obryzati nummi* in L. vltima de veteris numiſmatis poteſtate lib. 11. Codicis, & *Obryzati ſolidi* lib. XII. in L. vnica de oblat. vot. D. Hieronymus in Ieremiam dictum putat quaſi *Ophiriſum*, quod ſit auro ex *Ophir* aducto par, tum compreſſu, ac elementorum ſucceſſione *Obrizum*. Iſidorus lib. 16. cap. 17. dicto *Obryſum* [per S] *aurum dictum, quod obradiet ſplendore: eſſe enim coloris optimi*: non intelligendus eſt Originem adſignare, ſed rei rationem. Quam affirmo ex Onomaſtico Petri Danielis viri literatiſsimi, in quo: *Obriſon, ſplendor auri.* Crueiger in Harmonia ab אפר, Τέφρα ducit, & Ὄβρυζον, Ὄβριζον. Alij ex Chaldaeo אוברירין. Auctor Etymologicus: Ὄβρυζος παρὰ τὸ ἁβρὸν, ὃ σημαίνει τὸ τρυφερόν. Mantiſſam addamus de *Obruſſa* non minus ventilata, dubitata, & incerta. Sic per V & geminum ſigma ſcribit in Bruto Ciceronis Turneb. l. 14. Aduerſ. c. 22. Lipſius ad Epiſt. 20. Senecae: *Sic verus ille animus, & in alienum non venturus arbitrium probatur: haec eius obruſſa eſt.* Suetonius in Nerone c. 44. ſimiliter ex Pithoei, & Liſlaei Codicibus.

OBSTETRIX. V. *Opſtetrix*.

OBSTRINGILLO cum N ſcribit apud Ennium, & Varronem compluries Nonius: demunt N alij: vt ſit *Obſtrigillo* a *Stringo*, quemadmodum *Conſcribillo* a *Scribo*, & vtrobique geminetur liquida.

OBSCENVS a *Scena* abſque diphthongo ὀρθογραφεῖται. Nec vanam rationem profert Lactantius lib. 1. c. 20. *Nam praeter verborum licentiam, quibus obſcenitas omnis effunditur: exuuntur enim veſtibus populo ſpectante meretrices, quae tunc iuniorum funguntur officio, & in conſpectu populi vſque ad ſatietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur.* Andr. Brabantus deriuat a *Scena*, quaſi contrarium *Scenae*, *quod in ſcena multis praeſentib.* inquit, *pronunciare non liceat.* Rationem iocularem, & Saturniam! Tum in nugas effunditur. Ita, qui in alienis veſtigijs pedem ponit, lapſabundus incedit. Quod ſi cui Lactantij ſenſus minus ſatisfacit, Tatianum legat, Iſidorum, Cyprianum, alios, quos Notis ad Baſilium Seleucenſem ordinate produximus. Varronis verba e lib. 6. de LL. qualiaqualia apponemus: *Obſcaenum dicitur ab Scaena. Ea vt Graeci, vt Actius ſcribit, Scena. In pluribus verbis A ante E alij ponunt, alij non: vt quod partim dicunt Scaeptrum, partim dicunt Sceptrum: alij Faenus, alij Fenus: ſic Faeniſicia, & Feniſicia. A quo ruſticum pappum Maeſum, non Meſum. A quo Lucillius ſcribit:*

Caecilius praetor ſermo ne ruſtic' fiat.

Quare turpe id, obſcenum: quod niſi in ſcena, palam dici non debet. Vides *Scaena*, *Scaeptrum*, *faenus* ruſticis attribui. Quod minus obſeruaſſe videtur. Fabricius in Terentium vir caeteroqui Orthographiae diligentiſſimus. Alij per Oe, ex *Obs* & Κοινόν. Tunc abſque praepoſitura rectius dicatur *Coenus*: nam Κοινόν, *inquinatum, ſordidum.* Verrius *ſtuprum inconceſſae libidinis Obſcena dici ab Obſcorum gentis Conſuetudine ratus eſt.* Quod verum eſſe vt credat, non ſatis adducitur Feſtus. V. *Scaena*.

OBSCVRVM per *Ob*, an per *Op* debeat ſcribi, item *Obſeruo*, *Obſideo*, quibuſdam dubitatum Ter. Scaurus indicat. B ſedem inuaſit, & obtinuit. I. Scaliger lib. 1. de Cauſis LL. cap. 34. a *Cura obſcurus* ſcribit, & *Obs*. Quo recepto qui color dubitandi reliquus? Alij rentur

ex eo *Ops coram, Terra ob oculos, Puluis in oculis*: omnia namque tenebris occupata, *opaca* ſunt, *obſcura* ſunt. Alij ab *Obcurrendo* obſoleto vocabulo. Nam cum oculus non nimis diſſita perua-dat, neque etiam nimis adſita percipiat: & interdum tamen inopinanti *obcurrentia*. Alij ab *Obſcis*, quorum lingua vt vetuſtiſſima: ſic ignoratiſſima.

OBSCVS, OPSCVS, OSCVS, VSCVS. Ennius:

—— De muris rem gerit Opſcus.

Idque per P melius ab *Ope*, terra: vnde & *Opici*. Verum ab *Obſco* trahebat *Obſcenas* res Verrius apud Feſtum. *Oſcus* autem V ſus-promiſcui. *Vſcus* commutatione vocalium confeſſa.

OBSECRARE cum ſit *Ob ſacra* petere rectius elemento B. Cum P, ſi ſcriptum, obſoletius eſt.

OBSERVANTIES veterum licentiae tribuit Chariſius lib. 1. Vulgo *Obſeruantia*. Sic *Amicitia, Amicities. Beniuolentia, Beniuolenties*. V. Tract. de Variantia Vol. 1.

OBSIDIAE ſcribit etiam Columella: Tacitus *Obſidium*. Paſsim *Obſidio*. V. Tractatum de Variantia. *Obſcidium* per S, & C ſcribit quoque Paſſeratius, quod procul amolitur Turneb. lib. 21. c. 28.

OBSTENTVI pro *Oſtentui* veteres Gloſſae ſcribunt, & Scaligero in Feſtum *Oſtendit*, admittitur.

OBSTVPVIT per V, vt *Stupeo, Stupidus*: licet a *Stipite*, qui & *Caudex*. Terent. ἑαυτόν.

Quae dicta ſunt in ſtultum, Caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

Vſus ita paſſim recepit. At per I Marius Victorinus ſcribit, & Septimius Florens ad Senatorem:

—— Priſcoque errore teneri Opſtipui monitus ——

Sic in Oblongo Maronis Codice, & quibuſdam alijs ineſt l. 1. Aen. *Opſtipuit*. Et, *Dum ſtipet*. Sic Horatij, Terentij, aliorum Codicib. quibuſdam. Minus ſunt in Conſuetudine.

OBTIMVS, OPTIMVS veteres Gloſſae. Per P rectius ab *Optando*. Fertur enim vo-luntas in bonum.

OBTINEO cum B, *licet aures magis audiant P*, inquit Fabius lib. 1. c. 7. *Optineo* veterib. Gloſſis, & *Optinuit* veteribus Epigrammatis.

OBTVNSVS, OBTVSVS. Cum animaduerterem morem olim inoleuiſſe vocali-bus longis apicem ſuperimponendi, ex eoq. natam barbariem ſcribendi *Formonſus, Thenſaurus, Atlans, Gigans, Pallans*: putabam nonnullos violis adſpirantes manum in ſpinas induiſſe, quib. exaratum eſſet *Obtunſus* cum N: at non ita eſt. Sic enim in Virgilio legit Nonius

Vomeris obtunſi dentem ——

& in Lucretio *Obtunſas vires*. Eſt & in Romano laudatiſſimo Maronis Codice:

Cum graniter tunſis gemit area frugibus ——

Hoc ingenue notat Pierius! licet in alijs *Tõſis*. verũ in omnib. *Obtũſior vſus*, quod in *Obſcurior* apud Iſidorum Hiſpalentem l. 10. Orig. deprauari minime debuit: *Obtunſus, hebetior, Obtunſior* Priſ-cianus ipſe, qui libro decimo legit ex 4. Georg. *Proderit & tonſum Gallae admiſcere ſaporem*: idem in primo legit cum Nonio

Vomeris obtunſi dentem ——

Vt *Defendo, Defenſum, mutatione Do in Sum*, inquit ille. Quare Pamelius antiſtes olim noſter, alij-que viri doctiſſimi lib. 1. Tertulliani aduerſus Marcionem legunt *Obtunſis ſenſibus*. Et hoc Sam-monici Sereni ſincerum reor:

Necnon & lini tunſum, ſiliquaeque legumen.

Palladius l. 1. tit. 26. *Tunſae caricae*. Apud Plinium iuniorem ep. 123. lib. 7. *Obtunſum ſtoma-chum* legit Cl. Menardus in 2. Auguſt. libellum contra Iulianum, & Claud. Salmaſius in Capi-tolini Gordiano *Retunſus*. Apicius l. 1. c. 34. *Tunſa, cribrataque melle colligis*. In Pſeudolo: *At haec retunſa eſt*, ſecuris. In Caſina: *Obtunſo ore*.

OBTVRO abſque Spiritu, quem veterrimos Latinorum ſpreuiſſe certum, & peregrina vocabula ſui feciſſe iuris. Aſperant Cruciger, & Becmanus indicinam faciente Feſto, dum a θύρα vult oriri. At plurima *Degenerant flatus oblita priores.*

Miror Paſſeratio viro Gallo tantum fuiſſe pulmonis: Germanos id pronunciare ſemper animae praelargos miratur nemo.

OBVNCVS, ADVNCVS, ABVNCVS. V. vbi de Libris Vol. 1.

OCCANVI, OCCINVI, OCCINI pro eodem ſcriptitatum. Salluſt. 1. Hiſtor. *Iuſſu Metelli cornicines occecanuere*. Probus *Occini* quoque exiſtimat ſcribi poſſe cum ſimplex *Cano* faciat *Cecini*, quomodo a *Cedo Cecidi. Incido Incidi. Occinui*. vt *Concinui* Phocas. In prae-ſenti *Occino*: at Turnebus l. 2. c. 25. Aduerſ. Tacito etiam tribuit *Occanere*, quod enotaui de Cy-rilli Lexico: Κατᾴδω, *Occano*, & conformiter: Προςᾴδω, *Adcano pro Accino*. Ibidem: Συνυμνῶ, *Concano*.

[illegible] Priscis partes [illegible] aoique vocalis immutatione nectere fuit sollenne, quod in his [illegible] ducta[illegible].

OCC[illegible]CO. [illegible] *Obcaeco* cum [illegible], deterius nomen facere videtur [illegible] Cicerone [illegible] lib. de Sene[illegible]te [illegible] *[illegible]ando* ducit [illegible] *are*. *Sparsum semen accepit: primum id occaecatum cohibet: ex quo [illegible]. quae hoc [illegible] it, nominata est.*

OCCA[illegible], V. *O[illegible]*.

OCCEDAMVS, *Occ[illegible]ssi, Occesserit* pro *Accedamus*. &c. legit apud Plautum Passeratius, cui hac in Antiquitate [illegible] Festus in *Ob praepositio*.

OCCEPI absque biuocali ex ratione Donati in Andriam ducentis a *Capite*, vocalis vnius mutatione. *Et enim Occepi, quasi caput rei institui*. Haec ille.

OCCIPITI, non dumtaxat *Occipite*. Pers. Sat. 1.

—— Quoi vivere fas est Occipiti caeco ——

Auson. in Epigr. *Occipiti caluo es ne tenear fugiens.*

OCCVLERAM syllabis quatuor, non *Occulu[illegible]eram* quinque dumtaxat. Val. Flaccus l. 2.

Iamque [illegible] tacitus sacra procul vrbe remotum.

Occulerat siluis ——

Veteres *Obculit*, Festus.

OCIMVM Plin. l. 19. c. 7. I Latiari. *Ozimum* apud Arabum interpretes, & alios vbiubi, deterius. *Ocymum* quoq. Sed hoc, & *Ocimum* quo distent, vide apud Hermolaum lib. 2. in Dioscor. Festus a nascen[illegible] *celeritate* vult di[illegible]. & Plin. l. 17. c. 22. quod *celerrime pron[illegible]at* de Catonis verb[illegible]. Ergo ex Ὠκός, vel Ὤκιμον. V. *Ocior*. Plinij loco *Ocinum* per N legit Barbarus humanissimus V. & Plin. lib. 18. [illegible]p. 16. vbi Varronem nominat [illegible]ae Origini patrocinantem. Eadem vocab[illegible] est in Theophrasto lib. 2. de Causis Pl. Ὤκιμον, τὸ λεγόμενον βασιλικόν. Hesychius: Ὤκιμον, βοτάνη λωώδης.

O[illegible]IOR, OCIVS I Latinorum. Pri[illegible]ian. l. 11. *Ocior* licet sit a Graeco ὠκύς. Verum fictură eius ἀμφίζως dicimus esse ex Ὤκιον. Sic Alcuinus in Gram. & Festus. *Ratis ocior* ex veteri Libro scribit in 2. Val. Flacci Carrion, agnito in omnibu[illegible] ressi[illegible] *Ocyor*. Vide Hermolaum in lib. 2. Dioscor. c. 158. Nam quorsum plura? Non quaerimus, vt pagina nostra tumefiat. V. *Ocimum*. O[illegible] *surrexit* Apulei lib 2. reperias.

OCREA vnico C, Consuetudine Originem exstinguente. Est enim *Ob crus*, *Ocrea*: vt, *Occiput*, *Occasus*.

OCRICVLVM. V. *Otriculum*.

OCTAPHORVS, n[illegible]. *O[illegible]o[illegible]* cum Martialis Interprete lib. 6.

Cur non octaphoro portatur, Auite, Philippus.

Docet hoc Competentia, *Ol[illegible]ctron* apud Suidam, & Ὀκταπόδης, apud Hesychium Ὀκλάσμα. In eoden M[illegible]rtiale *Octac[illegible]ina*, *H[illegible]aclina*. Produces diuersam Competentiam ex Hesychio, Ὀκ[illegible]πηχυ, Ὀκλάσις ex Cratino in Thressis. Repono ruiturum alioqui versum. Adde scribi quoque apud Hesychium Ὀκταπηχυ. Non enim dicitur Ὀκτώ, & Ὀκτό, vt Δύω, Δύο. Causa cur Ouidius scripserit, *Octipedis cancri terga sinistra cane.*

OCTAVIANI quinque syllabis, incorrectum est. Plinio lib. 3. cap. 5 *Octauani* perattente [illegible] scribit Pintianus ex Analogia. *Decumani* enim scribuntur, *Septimani*, *Sextani*, *Secundani*, *Primani*.

OCTAVVS qu[illegible]que *Mani in[illegible]*, non *Octauius* non syllabis quatuor Liuij lib. 1. Dionys. Hal[illegible]. lib. 8. Ὀκτάβιος *Octauius* gentis est nomen: alterum praenomen.

OCTEMBER cur non, vt *September*, *Nouember*, *December*? Occurrit Consuetudo, vt O mediam perficiat syllabam. Quamuis li[illegible]. 4. veterum Epigrammatum legatur:

Aequat & Octember sementis tempore libram.

Et idem: *Trit[illegible]o Octumber foenore ditat agros.*

L[illegible]r & apud Flodoardum *O[illegible]mb[illegible]r*. V. *Imber*.

OCTOGINTA, non admisso A, *Octuaginta*, vt in Plinio Geleniano. Similiter *Octogenarius* [illegible]e. V. Vallam lib. 3. [illegible]p. 5.

OCVLVS, OQVVLVS, Priscianus lib. 6. & *Oclus* Prudentio in Romano:

—— T[illegible] pus oclos obteget. V. Imber.

OCYRRHOE geminante R, Y Graecorum recte, ex Ὠκύς. Geminatio τοῦ P ex Compe[illegible] po[illegible] [illegible]talium. Nihilominus Ouid. 2. Metamorphosi iusso abire altero R scripsit O[illegible],

ODENATVS Trebe[illegible]us Pollio, ac Latini Graeci eu[illegible]riant, Zosimus Ὀδαίναθος: Procopius lib. 2

lib. 2. Ὀδονάθης. Agathias l. 4. & Paeanius Ὀδίναθος: Zonatas, Georgiusque Monachus Ὠδένα-θος. In vetere Nummo: ΟΔΗΝΑΘΟC.

ODEFACIT, seu *Odfacit* (variant enim Festi Editiones) pro *Olfacit* scripsere prisci.

ODEVM per E rectius in Suetonij Domitiano, Cicer. lib. 4. Epist. 86. ad Att. Vitruuij l. 5. cap. 9. Sic habere emendatiores Eusebij Codices testatur Pamelius in l. Tertull. de Resurr. Eustath. in l. 1. Odys. Pausanias in Achaicis, Plutarchus in Pericle, Aristophanis Schol. in Vespis, Theophrastus, alij. *Odaeum*, vel *Odoeum* perperam. *Odium* per I ferri potest. Sic rectius *Iseum*, *Serapeum*: licet per I quoque scripta sint. Graecis Ὠδεῖον. Glossae Benedicti: *Odinum*, Ὠδεῖον, Aeolum more, vtque Latini ex Ὦον *Ouum* tornauere.

ODIVS male. Adspira. Paris *Hodeporicon*, *Hodegus*: sic *Hodius*. Homeri Catalogus

—— Ὀδίος, καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον:

Hodius, & Epistrophus principes erant, seu Duces.

ODRYSIVS ἀπὸ τῶν Ὀδρυσῶν seu Orpheo, seu Marti tribuatur, correcte scribitur. Cognitissimum enim est Ὀδρύσας gentes esse Thraciae. Non tamen has ob res probauero illam Vineti notam ad Ausonij Epigrammata: *Martis Othrysij.* Sic omnes Codices habent, inquit addito: *Verum nec mons Thessaliae Othrys, nec vt puto quicquam aliud loci, reine cognomentum huiusmodi Marti indiderit. Odrysij legendum arbitror pro Othrysij, vt Odrysius. Mars sit idem, quod Thracius.* Haec ille absque adsensu nostro. Nam *Othrys* est mons Thessaliae Straboni, & Eustathio: alijs Thraciae. Silius Italicus lib. 3.

Ossaque cum Pelio, cumque Haemo cesserit Othrys.

Val. Flaccus lib. 6.

Ardua Parnassi lateant iuga, cesserit Othrys.
Pinniger ——

Ab *Othrys* porro scribes quoque *Othrysius*, & Marti ex causa prodicta haerere potest. Pridem legimus lib. 14 Silij: *Odrysiae telluris equos* ——

OECLES, OECLIDES scribendum e priscis, non cum I *Oicles*.

OENIDAS *inter fuit haud ignobile nomen*, Silij lib. 13. rectissime scribitur. Heinsi exemplar *Antolidas*: *Antolidas* Modius reponit: Lud. d'Orleans *Oetolidas*: ineptissime omnes. V nostra Siliana. Ἡ ἢ πόλις, καὶ ἡ χώρα ἡ τῶν Οἰνιαδῶν, Ἀκαρνάνων ἐστί. *Ciuitas, & regio Oeniadum, Acarnanum est.*

OENIADAE per Oe Polyb. Ecl. 28. Plutarcho in Pericle, & Alexandro, Graeci omnes. *Aeneadae* diphthongo principe, Aeneide tertia alij sunt.

OESYPA *quid redolent, quamuis mittantur Athenis Demtus ab immundae vellere succus ouis.* Recte, atque ex Originis lege scribunt apud Ouidij l. 3. de Arte doctiores. Perperam obtinuerat *Esopa*. Dioscorides: Οἴσυπος ὁ λεγόμενος τὸ ἐκ τῶν οἰσυπηρῶν ἐρίων λίπος. *Oesypus dicitur pingue, quod ex lanis sordidioribus* legitur. Suidas: Οἰσύπη, ῥύπος τῶν ἐρίων: *Oesype* (nota Variatiam) *detersae lanae sordes.* Etymologus: Οἴσυπος οἰόρυπος, οἰὸς ῥύπος. Hoc igitur in composito perit irriens litera.

OETA, OETAEVS. Passim adspiratione, & inscitia deprauatum est, etiam ex doctrina Iouiani l. 2. de Adspiratione. Leniter omnes Graeci, Οἴτη, Seneca Hercule *Oetaeo*, Silius lib. 3.

—— *Sacratis ignibus Oete.* Nota finalitatem variantem.

OFELLA vnico F, de Seruij placito. Martialis enim lib. 14. & Iuuenal. Sat. 11. primam contraxerunt. Est & Lucretij cognomen Plutarcho in Sylla, & Appiano lib. 1. Velleius quoque lib. 2. sic scribit. Similiter scripsit in Romano Prudentius:

Aras ofellis obsecrare bubulis.

OFFIGO pro *Affigo* quondam. Neapoli in aedib. Hadriani Guilelmij: *Ferro offigito.* Sic *Obuiam* pro *Ad viam.*

OFFIRMO, & *Obfirmo* aeque probat Passeratius in Terentio.

OFFVI; *non Obfui*, Bedae vox. Terentianus *Offer.* Sic visum Cesellio, Cornuto, Cassiodoro. Papiriano, & Bedae *Offulsit.* Cur haec minus sic efferantur, quam illa *Offendix, Offlores, Offuciae?* Certe apud Calpurnium Ecl. 7.

Pullaque paupertas, & adunco fibula morsu
Offucrant ——

OGGANNIO, vt *Suggero*, Priscian. lib. 2. Non conuenientius dixisset, vt *Oggero?*

OGYGES passim. *Ogygus* Festus: *Eam vrbem Ogygus condidisse fertur.* Ὤγυγος Euseb. l. 10. de Praepar. l. 1. & 3. Pausan. l. 1. quam lectionem exosculatur Vinetus in Somnium. At plurium est *Ogyges*, & sic Latine melius scribi reor. Ex eo *Manes Ogygij* Thebaidos lib. 3. & *Ogygiae parentes.* Festus: *Oggia moenia, Thebana ab Ogygo conditore.*

OLBIA-

OLBIAPOLIS per A Galliae Narbonensis opidum Straboni l. 4. *Olbiopolis* Sarmatarum eidem l. 7. Verum operarum incogitantia ita fortuitu euenisse autumo, & idem nomen diuersarum vrbium vtroque modo posse scribi. V. *Hierapolis*, *Neapolis*.

OLEAROS plures Maronis Libri per E, idque vulgatius. At *Oliaros* tertia vocali rectius esse Pierius autumat addicentibus quibusdam antiquis Exemplaribus Graecis. Stephano: Ὠ'λίαρος νῆσος τῶν Κυκλάδων μία. *Oliarus insula Cycladum vna.* Strabone, Ptolemaeo Heraclide. Latinis Ouidio:

At non Oliaros Didymeque, & Tenos, & Andrus.

Vide Canonem de Auctoritate, Indicemque Erythraei.

OLETVM Satyrae saltu transmittamus. Plinio, reique scriptoribus rusticae *Olinetum* recte scribitur, atque Origini congruenter, ab *Olino*, *vel Olina*. Et sillaba defectius pro eodem *Oletum* ab *Olco*, vel *Olca*. Cato: *Si oletum bonum, beneque frequens.*

OLLA, veteres *Aula*: vnde *Aulularia* Plauti, & *Aulicoqua exta* in superiorib. Plautus Captiuis: *Frangique aulas in caput.*

OLLIC pro *Illic*, Festus. Sic olim *Olli* pro *Illi*, Virgilius.

OLOR absque flatu, sic paene omnes. *Alij ausi sunt Holor asperare*, inquit nuperus Originum scriptor. Iis dux vetus Orig. scriptor l. 12. c. 7. Isidorus ex etymo suppositicio ab Ὅλος: quia totus sit albus. Quid? non tota nix recens lapsa albet? non ebur totum? toti vniones? Non est bonus canor *Holoris*.

OLOR pro *Odor* Apul. l. 1. de AA. *Olore alioqui spurcissimi humoris percussus.* Item: *Causas coepit huius oloris comiter inquirere.* Ex eo *Olfacio*.

OLPIA pro *Alpibus* ausim scribere? Etymol. Ὄλπια, τὰ ὄρη τὰ διείργοντα Ἰταλίαν, καὶ Κελτικήν. Vide *Alpes*.

OLYNTHVS absque Spiritu in primore sillaba submonebat Eustathius in Iliadem: Ὄλυνθος μετὰ πνεύματος ψιλοῦ, ὁ καρπὸς τῆς ἀγρίας συκῆς. *Olynthus enim Spiritu tenui fructus fici siluestris.* V. Macrobium lib. 3. c. 20.

OMITTO licet ex *Ob* componatur, vnico M teste Prisciano. Iuuat Horatius in secundo sermonum: *Aut spem deponas, aut partem illusus omittas.*

Et alibi: —— *Praesens in tempus omittas.*

OMMANTANS pro *Obmantans*, scriptum Liuio in *Odyssea*, Festus.

OMMINAVIT gemino M ex *Ob* & *Minauit* scribit Velius Longus. Sic *Ommutuit* Papirianus, Cassiodorus, & Beda. Victorinus: *Ommoucet*, *Ommutescit*. Vide *Obmutuit*, *Ommantans*.

OMPHACOCARPON scribo, vt in Plinianis plerisque inuenio lib. 27. c. 5. Ita destinato Plinius posuit, nam eius *semen rotundum*, *durum* scribit: non talis est Theocriti ὄμφαξ ὠμός? Hermolaus rescribit ex Dioscoride Ὀμφαλόκαρπον, apud quem Dioscoridem lib. 3. sane ita scribendum ex eius verbis: Ὑπόκοιλον ἐκ μέσου, ὡς ὀμφαλός. *A medio subcauum vmbilici instar.*

ONVS, & *Onerare* sine spiritu scribi ait Seruius ad l. 1. Aen. Hoc Vsu receptissimum est, a quo non recessero. Gellius l. 2. c. 3. recte monet veteres H spiritum, seu literam insertasse plerisque vocib. verborum firmandis, roborandisque, vt sonus earum esset viridior, vegetiorq. Sic *Lachrymas*; sic *Sepulchrum*, sic *Honera*, sic *Honustum dixisse*. *Dixisse* sat est hactenus: nec opus dici omnibus seculis. Siquidem adspirationem detriuit Vsus. Inconsulto Gellio adspirationem imponunt. Plausibilis est Vineti doctrina in Ausonij Protreptico: Ludit paronomasia *Ornatus*, & *Vncratus*, *Honor*, & *Onus*: sicut Dejanira ad Herculem apud Ouidium;

Non honor est, sed onus, species laesura ferentem.

Quibus locis *pulcrius fortasse*, inquit, *adspiraretur Honus*, & inde *Honeratus*. Manutius mecum Libros veteres testatus demtis pauculis.

OPERAEPRECIVM confusis in vnum vocibus etiam doctiorum Vsu densissimo. Ennius:

Lunai est operaeprecium cognoscere portum.

Prudentius contra Phantasmaticos lib. 1. *Est opraeprecium* —— Et πεντασυλλάβως. Ennius: *Quibit pro factis reddere opraeprecium..*

OPERIMENTO *iuris obducitur*, scribit Cicero 2. de Legibus. Plin. Sall. alij. Poëtae *Oprimento*. Prudent. Psychomachia:

—— *Laterisque sinistri Velat oprimento* ——

Hinc etiam *Omentum* concisum volunt ab intestinis *operiendis*.

OPIDVM. Manutij verba in Orthographiae ratione: *Opidum, si Etymologiam sequimur, vnico P scribemus.* Varro enim lib. IV. *Maximum*, inquit, *aedificium est Opidum, ab Ope dictum, quod munitur opis causa, vbi sunt: & quod opus est ad vitam gerendam, vbi habitent tuto.* Vel, *Opida, quod operemunibant moenia, quo muniti essent.* Et Festus: *Opidorum originem optime refert Cicero lib. 1. de*

 Gloria,

Gloria, eamque appellationem vsurpatam esse existimat, quod opem darent. Isidorus quoque lib. 15. c. 2. Inscriptiones variant. Hotomanus in Verrinis scribit gemino P. Fauet illi Isidorus, vbi supra ab *Oppositione* murorum. V. Anton. August. Dial. X. Antiq. Poëtae geminant. Georg. 2.

Tot congestat manu praeruptis oppida saxis.

Aen. 8. *Haec duo praeterea disiectis oppida muris.*

OPILIO. Maro in Gallo:

Venit & opilio tardi venere bubulci.

Sic antiquissimus Codex Longobardicus, sic Mediceus per O sillaba prima. Sic praecipit Caper Grammaticus, ac per V scribi vetat lib. de verbis Dubijs. Scribentium per V familiam ducit Priscianus negato posse O tendi, nisi vertatur in V, esseque Maronem Graecos secutum, quibus licent ὑωνομα, & ὑυλυμπος producendi causa, adserit. Prisciano iungit se Passeratius. Iuuari potest Pandectis Florentinis, quibus est hoc nomen per V exaratum. Priscianus vero fulciri debuerat, quib. est *Iucundus a Ioco, Humanus ab Homine* productionis quaesitae causa, vti volunt. Non illis Graecis vocabulis, quae multum sunt disparia. Nam O solitarium adsciscit sibi Y non tam moduli causa, quam idiomatis in superis nominib. At maioris Graeciae vox est Ὀϊπόλος, deinde Ὀϊπολιον, qui *oues* inter *versatur*, vt qui *capras* inter Αἰπόλος. In talib. autem O in V commutari, aut Y adsciscí inusitatum est. Et potissima Prisciani labat ratio: nam O Latinis tam tendi quit, quam V, etiam ipsa hac in voce. Cur minus, quam in *Vomica qualis erat?* —— contra Primitiui modum. An Maronis attritior est auctoritas prae *Sereni*? Pari praesertim subeunte breuium sillabarum numero. Mihi orbita trita placet. Et contra tam V corripi potest, quam O, edocet nos *Automedon*, & *Automedon* modulo semper breui. Et qui nescit, aut negitat vtramque vocalem vtriusque moduli capacem, illiteratorum est e numero, vel ἀπροσεξίᾳ labitur.

OPINO, OPINOR, idem Priscian. l. 8. Caecilius Asoto: *Nihil fore opino inter me, atque illum.* Pacuuius Chryse: *Inueni opino esse optumum.*

OPORTET vnico P, Libri veteres, Lapides literati.

OPITER... *quod auum ob patrem habeat, id est, pro patre,* Festus. Videtur ergo O pro *Av* scriptum quasi *Auus pater sit.* Vide A in diphthongorum μιλασοι χειωσει.

OPPERIOR duob. PP. Libri veteres, Virgilius Carpensis, Analogia, *Oppilo, Oppando, Oppedo, Oppico.* Statius 1. Achilleidos:

Quem nunc venatu rediturum in limine primo Opperiens ——

Similia *Oppono, Oppeto,* quae dissimiliter eduntur in Prudentij Romano:

Iugulos retectos obstinate opponere,

Quo gloriosa morte fortes oppetant.

OPPIGNERO per E patrio casui *Pigneris* congruenter. Pelignis Inscriptio:

CVM. PIGNERIBVS. DE. EA. NATIS

In titulo Commodati L. Nunc videndum: *Non repigneras, vt mihi reddas.* Alijs *Oppignore* placet a *Pignore*. V. *Pigneris.*

OPPORTVNE duplici PP ijsdem de causis, quib. *Opperior.* Adde Originem quasi *Ob portam, vel portum* Festo, vt sit τὸ τυχόν, τὸ πρόχειρον. Adde dicti veteris apud Gellium interpretamentum: *Quandoque est aliter verba opportuna locutus.*

Oportune P desolato Pandectis Florentinis opprobat Brissonius supra.

OPSCVS. Vide *Obscus.*

OPSEQVENTISSIMO pro *Obsequentissimo.* Vide *Apstulerit.*

OPSESSA, OPSIDES Libris Antiquis arrogat Lipsius Epistol. qq. l. 3. Epist. 13. Posterius etiam legas in sepulcro Plautij:

AB. ALIQVIS. EORVM. OPSIDES. ACCEPIT

Ibidem: OBSIDIONE. SVMMOTO

Saepe cum B.

OPSONIVM cum PS, ὀψώνιον. Sic *Opsonor* Terentio, Plautoque, ac caetera deriuatorum series: non cum BS, quod in Editionib. perfrequens.

OPSTETRIX cum P Romae in aedib. D. Octauiani Zeri:

ANTONIAE. AVG. L. THALVSAE

OPSTETRIC

Tibure rectius cum B. L. AGREIPINAE. OBSTETRICI

Nam ab *Adstando* dicitur: prisci autem pro *Adsto* scripsere *Obsto*, non *Opsto*, cum P: siquidem *Ob* pro *Ad*. Vide Festum. Sic *Obbibo, Obsorbeo*: quod postilla *Adbibo* Horatio.

OP-

OPSTITIT cum P nonnullis placitum Scaurus adserit. Plurib. nugatur Velius Longus in Orthographia, non animaduerso literam ϕ etiam BS aequi pollere. *Obstitit* Consuetudo.

OPSTRINGO Pandectae istae nobiles Carrionis fide Notis ad lib. 1. Val. Flacci. Passim cum B *Obstringo*. idque recte.

OPTINERE ex Verrio Flacco, & Pandectis Fl. Vbi etiam *Optulit*, *Suptile*, *Suptilitas*. At quis Vsum doctissimi cuiusque suffragio corroboratum, quo ista cum B scribuntur, tentet conuellere?

ORACVLVM, & ORACLVM. Varro Mysterijs: *Prisca horrida silent oracla, crepera in nemorib.* Maro: *Ad oraclum Phoebi.*

ORATA Sergiorum cognomentum in Tullio l. 1. de Oratore vetera testatos Exemplaria scribit P. Victorius, Festi Fragmento, Plinio l. 9. c. 54. Festo, Augustino lib. de Vita beata, Macrob. l. 3. c. 15. Non *Aurata*: quia nos Vsus destituit. At pro pisce apud Macrobium, Pliniumq. & alios *Orata*, & *Aurata* vetustius, vt *Caudex*, *Codex*: *Claudius*, *Clodius*. Apud Apicium in Pandectere *Aurata*.

ORBONA, non *Orbana*, Plinij l. 2. c. 7. Arnobij l. 4. *In tutela sunt Orbonae orbati liberis parentes.* Nec nomen, nec rem Pintianus agnoscit. Pintiani manus: Quamobrem cum egregia haec dea *Orbona* orba sit scriptore aliquo, qui eam celebret, nullibique omnino compareat, praeterquam hoc Plinij loco, sic in animum induxi, vt explosis omnium sententijs *Orbonam* hanc tamquam *adulterinam*, *& suppositiciam deam exterminandam e Plinianis finib. putem.* Sic pro imperio Hispanus. V. *Suboles.*

ORCINVS LIBERTVS sillabis omnino tribus, non *Orcinius* quaternis, apud Iuris auctores, quod sit libertus testatoris defuncti, seu qui *Orci familiam* auxerit Apuleij verbo. Theophilus Antecessor: Κληθήσεται ὁ οὗτος παρὰ τοῖς Νομίμοις ORCINVS LIBERTVS, ἤγουν χαρωνικὸς ἀπελεύθερος. Iustin. l. 2. Instit. tit. 24. *Qui directo ex testamento liber esse iubetur, ipsius testatoris liber fit: qui etiam Orcinus appellatur.* Tamen quasi dicatur *Orcinius*, habes in Martiale *Orcinianam* spondam. Alijs *Orcinus* duplici VV probatur magis. V. *Internecinus*, & mox *Orcus.*

ORCVS vndeunde oriatur, caret Spiritu, quem Origini, atque Antiquitati serior inuidit Vsus, & melior. Ab *Vrgendo* confragosa est deductio, quamuis hoc Festus scripserit. Ab Ὀυραγός alij: Alij ab Ἕρκος, remotius: Vicinius ab Ὅρκος. Nec ideo flatilem habet notam ratione iam prodicta, quam demunt Libri, & Grammatici, Eutyches, & Victorinus iam primae sillabae, quam secundae. Alij ab Ὀρχὸς, *Orchus* asperata vltima. Ita scribit Val. Probus, quem sequitur Pierius adminiculatior antiquis aliquot Codicib. Ita I. Scaliger c. 22. de Causis LL. ex eo potissimum Naeuij: *Postquam est orchio traditus thesauro.* Vbi alij *Orchius*, vt *Achius*, *Achiuus*, *Dius*, *Diuus* immisso digammo natum volunt.

OREA, *fraeni* Titinnio, Trebellio, Festo. *Oria* per *I* nauis piscatoriae genus Plauto, & Nonio. *Horia* Festo: Placiadae *Oria* leniter; & placet.

ORESTES. Cum *MSS.* Libri asperant vocalem primam, subesse potest ratio? Aegre. An referunt Graecam vocem cum articulo O, quasi Ὁ Ὀρέστης: vt deinde pusillum O deteratur flatu relicto?

ORFITVS per F Plinius l. 2. c. 31. Inscriptiones centenae, Sueton. in Nerone. Cum Ph Silij Italici Editiones omnes. Recte Dig. l. 28. de Adq. vel omitt. hered. *Senatusconsulto Orfitiano* cum T, non aeque lib. 3. Institut. tit. 4. *Senatusconsultum Orficianum* cum C.

ORICHALCVM *I* Latiari, afflata tertia. Est enim pura puta vox Graeca, vt notare est ex Apollonio lib. 4. & eius Scholiaste, Strabone l. 13. Stephano de Vrbibus, Aristotele, Platone, Suida, Etymologo, Stesichoro, Bacchylide, Aristophane Grammatico, Polluce. *Item* secunda vocali per *I* breue: deseritur enim a suo E: non autem diphthongus tota abijt in *I*, vt placitum *I.* Scaligero: tunc enim tendi oporteat: at breue est. Horatius in Arte:

Tibia non, vt nunc, orichalco vincta —— Maro:
—— *Alboque orichalco.* Valer. Flaccus l. 3.
—— *Passuque mouens orichalca sonoro.*

Notatur nihilominus in Lexico Cyrillum inscripto: Ὀρείχαλκον, *Aurichalcum plurale non habet.* Hanc notam rursus infirmat Statius Thebaide decima:

Emicat effigies, & clara orichalca renident.

Absque Flatu eam se vocem scriptam reperisse in omni Antiquitate Carrion adserit Notis in l. 1. Val. Flacci. Hanc porro vocem non ex *Auro* confieri, indicio est epithetum Maronium, & Plinij liber 34. c. 2. & Pollux l. 4. c. 11. & alibi, alijque supra. *Orichalcum* Hesychius refert in

classem τῶν εἰκῇ διαδιδομένων, temere traditorum. Nihilominus agnoscenda vox.

AVRICHALCVM. Festus: *Aurichalcum, vel Orichalcum quidam putant compositum ex aere, & auro: sine quod colorem habeat aureum. Orichalcum sane dicitur, quod in montuosis locis inuenitur. Mons enim Graece ὄρος appellatur.* Sic liber de Orthogr. vulgo Bedae tributus: *Aurichalcum, & Orichalcum dicimus.* Ios. Scaliger in Festum ariolatur Larinos *Aurichalcum* scripsisse pro Graecorum Ὀρείχαλκος. Auctor Glossarij: *Aurochalca, κραματινά*, quo super verborum binario redeundum ad Strabonem, Stephanum, & Plinium supra. Denique vt dissparata ponuntur a Sosipatro lib. 1. *Ferrum, orichalcum, aes aurichalcum.* Isidori verba l. 16. c. 14. praetermitti iubet breuitatis furor. A Glossario supero facit Arrianus in Rubri maris Periplo: Ὠρόχαλκος, ᾧ χρῶνται πρὸς κόσμον, καὶ εἰς συγκοπὴν ἀντὶ νομίσματος. *Orochalcus, quo ad ornatum vtuntur, & concidunt in vsum nummi.* Hoc enim Ω coaluisse videtur ex *Au*, siue Αυ: Potest & coaluisse ex Ὄρος, Οὖρος, Ὦρος.

ORICVLA veteres pro *Auricula*, vt *Coliculus* pro *Cauliculus.* Vide *Orata, Codex, Plostrum.* Saepicule apud Celsum *Oricularius*, ὠτεγχύτης est.

ORIDORIVS in Cyrilli Lexico ἀρχαϊκῶς scribitur pro Σχληρεσόμφ. Veteres adspirabant parcius, nec duplicabant sonas: sic *Oridorium* scripsere, non *Horridorium.*

ORITHYIA diphthongo Graecanica rectum est Georg. 4. Metamorphoseos 6.

Dilectaque diu caruit Deus Orithyia.

Alteram vocalem quibusdam Libris ademtam nullus probo. Sic *Harpyia.*

ORMISDAS passim. Probus in Catholicis *Ormizas.* Neque displicet. *Ormisdas* enim, siue *Hormisdas* Dorismum redolet. Prius tamen Consuetudine receptius.

ORODAE casu patrio scribendum censet Manutius in lib. 5. ad Attic. Epist. 21. ab *Orodes*, non *Orodis*: idque ex antiquo Bessarionis Libro, vt *Anchises, Anchisae.* Merito: nam & Aen. 10. legimus *Dignatus Oroden.* Sacrae paginae, ac Philo Iudaeus perpetuo tenore Ἡρώδου. Verum *Herodis* etiam legimus apud Eutropium, & apud Florum lib. 3. c. 5. *Orodem etiam remuneratus est.* Competentia iuuat, ab *Orontes, Orontae, Orontis, Orestes, Orestae, Orestis, Geryones, Geryonae, Geryonis.* Sic *Orodes, Orodae.*

OROETES Darij satrapes recte diphthongo scribitur in Herodoti Thalia, & Athenaeo. Praue *Orontes* apud Ciceronem de Finib. Bon. & Mal.

ORYZA Dioscoridi, caeteris: Prisciano *Oruza*, varietate notissima.

OSCITO, & *Oscitor*, Priscian. l. 8.

OSCVLA rectissime: quamuis Codices nonnulli Georgicon 2. praeferant per B:

Interea dulces pendent ante obscula nati.

OSROENI Euseb. l. 2. Hist. c. 1. Πρὸς τὸν Ὀσροηνῶν βασιλέα. *Ad Osroënorum regem.* Item Cassiodorus. *Osdroëni* sunt Iornandis, Lampridij, Eutrop. Capitol. Alijs etiam aspere *Hosdroëni.* V. *Cosroës.*

OSIRIS Plut. lib. de Iside, ac Osiride: alias *Hysiris.* Ibidem: Καὶ γὰρ τὸν Ὄσιριν Ἑλλάνικος Ὕσιριν ἔοικεν ἀκηκοέναι παρὰ τῶν ἱερέων λεγόμενον· οὕτω γὰρ ὀνομάζων διατελεῖ τὸν θεόν. *Etenim Osirin Hellanicus Hysirin posuit audisse dici ab sacerdotib. Sic enim vbique hoc numen vocat.* V. *Oasis.*

OSTENSVS, OSTENTVS. Apuleius in Phaedone. *Et caussam gignendi ostensurum, & immortalitatem animae repertururm.* Varro Rerum R. *Ostensus sol.* Idem Diuinarum 3. *Salute ostenta.* Cato pro L. Caesare. *Quod ego me spero ostenturum*, ac de RR. c. 6. *Soli ostentus erit.* Pacuuius in Medo: *Eccum in ipso tempore ostentum senem.* Lucan. in 1.

Vt scelus hoc Scyllae, caedesque ostensa placeret.

OSTES pro *Hostes* Priscis Tullij Monumentis adscribit P. Victorius.

OSTIA vrbs absque Spiritu ex *MSS.* octo docet Pontacus, ex Eutropio, & Antonini Itinerario. Adde Strab. l. 5. Melam. l. 2. c. 4. Plin. l. 3. c. 5. Suidam, Sueton. in Tiberio, & Caligula, Aur. Victorem. Ratio flagitat ex Dionisij lib. 3. Antiq. Rom. Ἡ δ' ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ὠστίαν ὀνόμασεν, ὡς δ' ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν Θύραν, ab *Ostio. Quam ab euentu Ostiam nominauit, perinde ac si dicamus ostium.* Festus: *Ostia vrbs ad exitum Tiberis appellata.* Vide Liuium, & Suidam. *Hostia* cum Spiritu quibusdam Libris inscriptum perperam, nec idonei ad hoc fulciendum promi possunt Auctores. Nam ipsum *ostium.* vnde *Ostia* Dionysij iudicio ἀπὸ τοῦ ὠθεῖν ab arcendis, propellendisque, quae volumus non inijsse ostia clausa. Neq. adspiratio priscis adscribenda seculis: tunc enim nulla fuit. Suidas alibi eandem cum Dionysio aperit Originem.

OSTIVM. V. *Ostia.*

OTACILIVS absque C. Martialis: *— Breue rus emit Otacilius.*

In Si-

In Sisenna Riccobonus C iniecto: *Octacilium, legatum cum scaphis.* Sic Graeci. Polyb. l. 1. Οἱ καταςαθέντες ςρατηγοὶ, Λεύκιος Οὐαλέριος, καὶ Τίτος Ὀκτακίλιος. Etiam in Saxo Capitolino: *L. Valerius M. F. L. N. T. Octacilius C. F. M. N. Crassus.* An versu imperante vicinatam literam neglexit Epigrammatographus? Manutio neque *Octacilius* cum C placet, neque *Ottacilius* geminis TT

OTHONIEL Iudicum 3. iuxta Chaldaicam, & vulgariam Editionem. At οἱ 70. Interpretes, Euseb. in Chronicis, & lib. 10. de Praepar. c. 3. *Gothoniel*, quam scripturam exhibent τῶν 70. Romana editio, Complutensis, & Antuerpiensis a Pontaco comparatae. Iuuat Hesychius, qui commeminit quibusdam scriptum γἔαρ, γἔλοφος pro ἔαρ, ἔλοφον. Idem: Γία, ἄνθη pro Ἴα: Γιτία pro Ἰτία.

OTIVM cum T, non C Libri veteres. Q. Papirius *In his syllabis sonus literae Z immissus inueniri tantum potest, quae constant T. & I, & eas sequitur vocalis quaelibet, vt Tatius, Otia, Iustitia, similia.* Pierius in secundum Georgicum: Scribendum *Otia* per T ex Mediceo Codice, & Marmorum consensu. Item in Vaticano & antiquissimo, & maxime castigato Terentij:

Dissoluit me, otiosus operam vt darem tibi.

Quo loco in vulgarijs Libris est *Ocium.* Nonnullis tamen Libris est *Ocium* cum C. Placitum id Mureto: quandoque Lambino, & quandoque displicitum. In insula Tiberina:

IN. OCIO. ET. QVIETE. REDDATVR

Scriptionem cum C exsibilat Goropius: nos Goropianae Originis *Otij* fabricam. *Negotiari, Negotiator* per T consimiliter. Vetus Inscriptio in area, quam ab Neroniano incendio Domitianus dedicauerat: ET. HAC. LEGE. DEDICATA. EST. NE. CVI. LICEAT. INTRA. HOS. TERMINOS. AEDIFICIVM. EXTRVERE. HABERE. NEGOTIARI

Romae apud Pallonios:

L. LEPIDIVS. LIB. HERMES
NEGOTIATOR. AERARIVS

OTRICVLVM O breui, ac per T in Ptolemaei, Strabonis, & aliorum Graecis Libris. At secunda litera C, non T in Plinio l. 3. c. 5. *Tiberis propter aspera, & confragosa, ne sic quidem praeterquam trabibus verius, quam ratib. longe meabilis fertur, per CLM. passuum. non procul Tiferno, Perusiaq. & Ocriculo.* His Origo euoluitur: nam Odyss. I. Μαρμάρῳ ὀκριόεντι βαλών. *Saxo aspero petens*, *asperum* exponunt Eustath. & Hesychius: Quo super Festus: *Ocrem antiqui, vt Atheius Philologus in libro glossematorum refert, montem confragosum vocabant, vt apud Liuium:*

Sed qui sunt hi, qui adscendunt altum ocrim?

Et: *Quem Chiro in Pelio docuit ocri.*

Verum Plinij l. 3. c. 14. cum T *Otriculani.*

OVVERTIT, OVVIVS pro *Obuertit, Obuius*, Marius Victorinus.

TVSSANO DES-BARBIEVX GRAECO.

D*IV te amo ex animo: nec ignoras. Huiusce meae in te propensionis causarum abunde est: nec illa postrema, quod philograecus es: parcius loquor: explebo numerum: quia Graecus es. Vbi eductum igitur te dicam? Athenis Atticis. Audi mellitissimum Isocratem in Panegyrico:* Μᾶλλον Ἕλληνας καλεῖσθαι τοὺς τῆς παιδεύσεως τῆς ἡμετέρας, ἢ τοὺς τῆς κοινῆς φύσεως μετασχόντας. *Latine tibi si dixero, sim iniurius; imo iuris tui sapientissimã Oratoris vocem cum alijs communicabo:* Graecos potius vocitari doctrinae nostrae (*loquitur Atheniensis*) quam communis nobiscum natiuitatis participes. *Hoc de te mihi persuasit* Linguae Graecae Breuiarium, *quod opus exquisitissimum, atque absolutissimum cui dedicaretur, cum secum disputaret Auctor vir inter suos doctissimus iuxta, ac probissimus, non alium Graecum ex orbe toto, quam* TVSSANVM DES-BARBIEVX *legit. Lectionem hanc sequi volui, eaque via amicitiam, cuius vinculum firmius nullum est, quam studiorum consensus, tecum iungere. Congressu primulo* αὐτόματως *Bibliotheces tuae lautissimae fores bipatentes, cuius librorum raritas, nouitas, faberrima coagmentatio in summam admirationem me rapiebat. At cum de pluribus monimentis, vt forte in manum veniebant, iudicium ferres, plurifariamque lectionem aetate in illa iuuenili animaduerterem, obstupescebam. Macte, inquam, mi* TVSSANE, *bis diuitijs: nec in rem aliam vllam quam in libros, opes patritas tam affluentes potes melius effundere: sunt enim omnigenae sapientiae thesauri. Auri montibus legionem alat Crassus:* Croesus inaniter glorietur: *tu opibus tantis venturae senectae subsidium paras, & immortalitati viam aperis. Nunquid aliud vota concipiunt tua? Vt succrescat genus: vt sint qui libris tuis haereant, & gaudeant heredes.* Ἡ γῆ Ζευξιδία, *& Subigus te adiurint. hoc in manu tua est. Vnum porro interpediat, opum vis inuidenda, cui parem vel ex nobilitate vix, aegreque inuenias. At quo te cumque flectes, dabis operam, ne potius occurant* εὐλογοφανῆ ποιήματα ἢ λογικά· τοῦτο γὰρ καὶ τοῖς εὐφαντασιώτοις συμβέβηκεναι τε ψυχήν ἀντὶ τοῦ ἐφηβάρχου ἀπρεπὴς ἦ. *Nimius sum: a tuis ad mea te diuertam ea lege, vt tua fiant, tuique deliberij, ac iudicij. Ades mihi modo ad subiectam tabulam. Neque pauca sunt:* Palangae, Palilia, Palanteum, Paulus, Papa, Papyrus, Parapis, Parochia, Paroccia, Penna, Pharmacusa, Phoebus, Polyinnia, Pirene, Poplicola, Phrenitis, Phrenesis, Praecoquum, Praegnas, Proelium, Prooemium: *denique* Pulcer *se ingeret:* Puluix *obuolitabit.* Pellege, *ac tibi curae sit fama* Postuma, *quae Antonino Imp.* δεισοφημία *est.*

TRA-

TRACTATVS DECIMVSQVINTVS.

P

PACIFICO, PACIFICOR, Priſcian. l. 8. Silius: *Pacificans diuos.*

PACILVS Furiorum cognomen, non *Pacilius*, Pighius in *Aequipeta.*

PACISCO, PACISCOR. Naeuius Belli Poenici lib. 7. *Idquoque paciſcunt, vt moenia ſint, quae Lutatium reconciliant, & captiuos plurimos Sicilienſes paciſcit, obſides vt reddant.*

PACO, PAGO, PANGO. De primo Feſtus: *Pacionem antiqui dicebant, quam nunc Pactionem dicimus. Unde & Paciſci adhuc, & Paco in vſu remanet.* A *Pactione* Capito *Pacem* putat dictam. In *XII.* Tabulis:

REM. VBI. PACVNT

Libro ſecundo ad Herennium per G: *Rem vbi pagunt, oratione pagunt.* Ex ea ſcriptura *Paginae.* Tandem *Pango*, vt *Menſa* ex *Meſa.* vnde *Pangi* dicuntur plantae.

PAEDOR, vnde *Paedidus*, *ſordidus ἀπὸ τῶν παίδων*, quorum ingenium eſt fere ſordidulis reculis immiſceri. Indicat Feſtus. Sic ab eorum *Cunis Inquinare.*

PAENE pro *Fere* cum AE, Libri veteres, Lapides omnes Manutij fide. Ita in Terentio Palatino, & Marmore Fabricij 47. In vetere Auſonij Libro teſtimonio Eliae Vineti, ita in Pandectis Florent. Briſſon fide Παρέργ. Lib. ſingulari, & Anton. Auguſt. Dialogo X. Antiq. Rectene ſcriptum video *Paene* cum diphthongo? Recte: nec aliter ſcribi poteſt. Itaque ſcriptum perpetuo vidi in membranis a me comparatis Pandectarum Florentinarum. Haec ille. Epigramma vetus Romae in aedib. Gentilis Delphini:

DOCTA. ERODITA. PAENE. MVSARVM. MANV

Alij eadem volunt ab Origine cum *Penitus*, & ſcriptionis eiuſdem modi. Alij diphthongum admiſſam volunt, vt ſecernatur a *Pene* ſexto caſu. Alij per *Oe* ſcribunt ex acquiſitiuo caſu Ποινῇ quod vix, aegre, difficulter fit, id *Poene*, ſeu Ποινῇ fieri dicatur. Vernacula noſtra *Cum poena, Non ſine Poena.* Neque id diſpliceret, ſi datiui ittius modulus, non repugnaret. Ouid. *Paene puer puero iunctus amicitia.* At quid ſi tertius ille caſus Vſu creberrimo, vt vaſa, biuocalis parte mutilatus fuit, & relicta ſillaba breuicula reddita?

PAENITET ſcribit prima diphthongo Manutius Libris veterib. & Virgilio Carpenſi auctorib. Adſtruit e Romano Virgilij Codice, & MSS. aliquot Pierius. Sed, inquit, O ei formae inſitum eſt ex Etymo: cum *Poenitentia* dicta ſit, quod *Pone teneat.* Aliter, aliter. A *Poenitens* fit Poenitentia, vt a *Continens, Abſtinens, Continentia, Abſtinentia. Poenitet* autem a *Poena* hoc ex Graeco Ποινῇ: quare omnia per Oe ſcribenda. Hinc *Punio*, vt ex *Moenib. Moenio, Munio.* Vt a φοίνιξ, *Punicus, Bellum Poenicum* Naeuio, Silio, & Liuio *Punicum.*

PAEONIIS *reuocatum herbis* Aen. 7. & 12. *Paeonium in morem* duo ſunt ſuffragia, quae Fr. Moſchi verſum damnant, cuius principium: *Poeonias artes* —— Ac ne cui τὸ O caliginem offundat, per Ae ipſe Orthographiae Canon Homerus Iliad. ε.

Τῷ

Τῷ δ' ἐπὶ Παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων.

I ad Hesychium.

PAESVS, APAESVS, Iliad. β. Δῆμον Ἀπαισοῦ, quem locum respiciens Didymus in id lib. 4. —— Ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ Ναῖε πολυκτήμων —— ait: Παισός, πόλις Τροίας, ἣν ἐν ἄλλοις Ἀπαισὸν μετὰ τοῦ Α προσηγόρευσε. *Qui in Paeso habitabat multarum possessionum dominus. Paesus Troiae ciuitas, quam alibi cum A dixit Apaesum.* Aristoteli Problemat. sect. 23. — Παῖσα λίμνη. *Paesa lacus*, I ad Strabonem in 13. Hesychius: Παισός, πόλις, καὶ ποταμός: *Paesus, ciuitas, & fluuius.*

PALAEMO, PALAEMON. Aeneide V.

—— *Inousque Palaemon.*

Thebaidos 8. *Palaemon aduolat.* Fabius l. 1. c. 5. *Palaemo, Telamo, Plato* (*nam sic eum* Cicero *quoque appellat*) *quia Latium, quod O, & N literis finiretur non inueniebat.* V. *Agamemno*, & Tractatum de Variantia Vol. 1. Si *Palaemon* interpreteris, erit ἔμπειρος τῆς παλαιστικῆς, inquit Etymologus: *Palestrae sciens, expertus*:

PALAEPOLIS *fuit haut procul inde, vbi nunc Neapolis est*, Liuius lib. 8. addito: *Inter Palaepolim, Neapolimque loco opportuno capto.* Alij *Palaeopolis* auctius.

PALAESIMVNDVS cum diphthongo praescribit Pintianus in Plinium lib. 6. cap. 22. contra fidem Librorum omnium. Sed a Pintiano est manifestaria compositionis ratio.

PALAESTRA, παλαίστρα, pura puta vox Graeca. De scriptura Pyrrhonij ambigant. Maronis 6. *Pars in gramineis exercent membra palaestris.*

Hesychius: Παλαίστρα, ὅπου οἱ παῖδες ἀλείφονται: *Palaestra, vbi vnguntur pueri.*

PALIMPISSA, PALIMPSESTVS cum M. Tullio. Nec apud Plutarchum tom. 3. abnuo βιβλίον παλίψηστον (si modo haec Plutarchi manus) tam enim Πάλιν in compositione locum habet, quam Πάλιν. Neque eum Plutarcho conuenit Latij Consuetudo: ideoque in simili Plinij lib. 24. c. 7. scribitur *Quidam iterum decoquunt, & vocant Palimpissam.* Apud Hesychium per N: Παλίν πιστα. ὀρθὴ πίστα.

PALANGAE, PHALANGAE, PALANCAE, PLANCAE. Varro transmouendis carinis *Palangas* subijcit lib. 4. de Vita PR. apud Nonium. Alij, vt matre natum, cum Spiritu repraesentant, vt sint Φάλαγγες, Φάλαγγαι. Ita Pollux lib. 7. & Graeci caeteri. At veterrimi Latinorum non semper iere tam presse in vestigia Graecorum, & Spiritum multis ademerunt, quibus indebant illi, ex eo Φοινίκιον, *Puniceum*, quod ab Aeolibus accepere Opici. Certe Nonius *Palangas* vocat, & Afranij est *Palangare*, At Beda lib. de Orthogr. *Phalanga fustis, cui quid deligatur.* Victruuius similiter *Phalangas.* Item S. Ambrosius ser. 72. de S. Cypriano: *In Phalanga proprijs humeris detulerunt.* Septuaginta Seniores Numeror. c. 13. dixere Ἀναφορίας. Varronem, caeterosque illumino ex Apollonio lib. 2.

—— Ξεστὰς στορέσαντο φάλαγγας.
Τὴν δὲ κατάντη κλῖναν ἐπὶ πρώτῃσι φάλαγξι,
Ὥς κεν ὀλισθαίνουσα δι' αὐτάων φορέοιτο.
—— *Rasas strauere phalangas.*
Pronam autem primis inclinauere phalangis,
Ferretur per eas, flueretque vt lubrica nauis.
Ibidem: Νηίου ἐκ κοτίνοιο φάλαγξ. ——

Edidit quoque Gelenius lib. 12. Plinij cap. 4. *In tributi vicem regibus Persidis e materie eius* [ebeni] *centum phalangas tertio quoque anno pensitasse. Palancas, & Plancas* pro eodem habuit Hermolaüs secundis in 8. Plinij librum curis, qui *Placarum* nullo modo scribi voluit. V. *Plancae.*

.PALLANTEVM, PALLANTIVM, PALANTIVM, PALATIVM. Duo prima figurantur ex Παλλαντείῳ alterutra procidua sonora, Maro lib. 8.

Arcades his oris genus a Pallante profectum, &c.
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.

Maronem intellige secundum seculi morem, & Orthographiam. Liuius lib. 1. *A Palanteo vrbe Arcadica Palantium, deinde Pallatinum montem appellatum.* Liuius vdam vnam detersit, Plutarchus in Galba, & Dionysius Halicarnasseus, apud quem Πάλας quoque vda solitaria recte de prisci aeui more scribitur. Recte apud Stephanum: Παλλάντιον πόλις Ἀρκαδίας duabus vdis; quia Graecia geminabat, non Latium vetus. Vdam reposuit Maro vel medij seculi exemplum referens, vel carminis lege. Iosephus Scaliger in Varronianis: *Palatium* Φαλάντιον. Ita vocabant summa iuga veteres Latini, & Graeci. Vnde *Phalae*, & *Phalantum* Etruscis Coelum.

D. August.

D. August. lib. 4. de Ciuit. cap. 8. *Unde & Palatum Graeci οὐρανόν appellant: & nonnulli inquit* [Varro] *Poëtae Latini coelum vocauerunt palatum. Palatinus* vbi scriptum duobus L?

—— *Palatinus quaecumque recepit Apollo.*

Cecidisse L alterum cum N aeuo politiore testis mihi locupletissimus, & instar mille scriptorum Dionysius Halicarnasseus lib. 1. Παλάντιον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ σφῶν μητροπόλεως· νῦν μέντοι Παλάτιον ὑπὸ Ῥωμαίων λέγεται συγχέαντος τοῦ χρόνου τὴν ἀκρίβειαν, καὶ παρέχει πολλοῖς ἀτόπων ἐτυμολογιῶν ἀφορμάς: *Palantium quasi a sua in Arcadia metropoli. Nunc tamen Palatium a Romanis dicitur, temporis lapsu confusa scriptionis accuratione, praebuitque hoc multis absurdarum occasionem Etymologiarum.* Absurdas illas apud Festum inuenies. Expressim Dionysius: χρόνῳ δὲ ὕστερον μετέπεσε τὸ ὄνομα ἐν ἀναιρέσει γραμμάτων τοῦ τε Λ, καὶ τοῦ Ν: *Procedente tempore excidit ea vox sublitis literis L, & N.* Ex Dionysij fontibus hausit Pausanias in Arcadicis, eademque de collapsis literis verbatim reposuit. Non ignoramus Montis, Vrbis, Regiae haec fuisse nomina: sed ab eadem cognatione fluxere omnia.

PALASEA, PLASEA. Arnobius lib. 7. *Quid omenta? quid Palasea? siue, vt quidam cognominant, plasea? Bonis cauda est plasea siligine, & sanguine delibuta.*

PALICI, non *Palocci*, non *Palisci*. vt apud Aristotelem lib. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Vide Macrob. lib. 5. cap. 19. Polemonem περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ποταμῶν, Diodorum libb. 11. & 36. Stephanum, nostra denique Siliana, ex quibus Orthographia vocabuli huius certo constitui potest. Nonni lib. 13. incorrecte:

—— Οἵτε Παλίγγων
Ἕδρανον ἀμφενέμοντο —— pro Παλίκων.

Silius lib. 14. *Praesenti domitant periura Palici*
Pectora supplicio —— Maro in 9. *Placabilis ara Palici.*

V. Stephanum de Vrbibus. Hesychius Παλικοί.

PALILIA, PARILIA. Charisius lib. 1. *Palilia dicuntur. Pales enim dea pastoralis est, cuius dies festus, Nisi quod quidam a partu Iliae Parilia dicere maluerunt.*

Ouid. Fast. 4. —— *Palilia poscor:*
Non poscor frustra; si fauet alma Pales.

Plutarchus in Romulo disertim: Πρὸ τῆς κτίσεως βοτηρικήτις ἦν αὐτοῖς ἑορτὴ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, καὶ Παλίλια προσηγόρευον αὐτήν. *Ante Romam conditam pastoricia quaedam festa erant hoc die, Palilia nominabant.* Cicero 2. de Diuin. Persius Sat. 1. Propert. Tibull. Plin. *Sidus Palilicium* lib. 18. cap. 6. Festus: *Pales dicebatur dea pastorum, cuius festa Palilia dicebantur. Vel, vt alij volunt, dicta Parilia quoniam pro partu pecoris eidem sacra fiebant.* Idem: *Parilibus Romulus vrbem condidit.* Hanc scriptionem per R vi adserunt. Victorini manus: *Parilia dicuntur, non Palilia, non a Pale dea: sed quod eo tempore omnia sata, arboresque, & herbae parturiant, pariantq.* Athen. lib. 8. Παρίλια πάλαι μὲν καλούμενα, νῦν δὲ Ῥωμαῖα. *Parilia olim vocitata, nunc Romana.* Dionys. lib. 1. Antiq. R. Παρίλια, θύουσι δ' ἐν αὐτῇ περὶ γονῆς τετραπόδων οἱ γεωργοί, καὶ νομεῖς. *Parilia, quo festo pro quadrupedum genitura immolant agricolae, & pastores.* Dio l. 45. Censorin. l. 21. Suidas, Cicero, Solinus, Paterculus. In Calendario vetere PAR Varro, Manutius, Andr. Brabantus rem incertant magis: nam auctorum Exemplaria controuersiosa sunt: res veterum testimonijs vetustatis agitanda.

PALLANTINI, vda reposita, indito N. Ita Strabonis, Melae, Ptolemaei, Antonini, veteres Libri. Non *Palatini*, vt scribitur in Plinio l. 3. c. 13. cum Vacceis eos annumerante.

PALLAS non *Pallans*. Probus nomen hoc in As terminari tradit, atq. alibi erroris probrum offundit putantibus genitiuum *Pallantis* esse a *Pallans*, aitque *Pallas Palladis*, *Pallas Pallantis* Accentu solo secerni, Graecis notissima secretione. Natus error ex linea transuersa, quae longioris syllabae index olim, non autem pro N superimposita. Nihilominus elaboratus opere Corinthio cippus:

VOLVSIAE
ARBVSCVLAE
PALLANS. Q. N.

Similiter

ASPRENANS. CALPVRNIVS
TORQVATVS. PATRI. SVO

Errorem prodit Inscriptio altera in aede D. Caeciliae trans Tiberim:

ASPRENATIS. CAESIANI

Tantundem de *Atlans* dictum esto, quod non infrequens in priscis Inscriptionib.

PALLEVM per E, qui scripsere, a Sosipatro refelluntur.

PALPEBRAE, PALPETRAE: cum B peruicit Vsus. Charisij lib. 1. verba sunt: *Palpetras per T Varro ad Ciceronem XIII. dixit: sed Fabius lib. de Animalibus primo Palpebras per B. Aiy dicunt Palpetras genas: Palpebras autem ipsos pilos.* Certe a *Palpitando*, & saliendo primitus *Palpetras*, postilla *Palpebras* scriptum ariolor.

PALPO, PALPOR Priscianus lib. 8. scribi testatur.

PAMPHYLIA, & I Latiari *Pamphilia.* Vide Pontacum ad Eusebij Chronica.

PANACEA nuda vocali, non diphthongo. Graece Πανάκεια. Sed & Πανάκης: vnde Plinius: lib. 25. cap. 3. *Panacea ipso nomine omnium morborum remedia promittit.* Lucret. lib. 4.

—— Quaecumque suo de corpore odorem
Exspirant acrem, panaces, apsinthia tetra.

PANCHATES cum *Ch*: Graece Παγχάτης deciso I ex Παγχαίτης. Nomen est equi Silij lib. 16. Interpreteris quasi *Totus villus*, villosissimus: iuba maxime superbit equus: & decora est cauda quam prolixa. Sic δὲ πλαγιοχαῖται apud Hesychium.

PANDATARIA cum A in tertia, Plin. lib. 3. cap 6 Tranquillus in Tiberio, Stephanus. Raro, inuenias *Pandateria* per E in eadem sillaba: ita in Plinij MSS. per E. Stephano Πανδατερία.

PANORMVS, PANORMITANVS Graecos apud Daseam non habent: neque in vllis Silij, Maronis, Liuij, aliorumque Libris mihi consultis. In vocibus paene innumerabilibus Adspiratio media vanescit, Contra Iouianus lib. 2. de Adspiratione: *Adspirandum esse his vocib. satis aperte declarant Lapidum Inscriptiones, quae in ea vrbe ab Adriani temporibus in hanc vsq. diem exstant.* V. *Prooemium*, *Synodus*.

PANTAGIAS I Latiari, siue παρὰ τὸ πάντα ἄγειν (quod *agat omnia*) Placuit in Silianis hoc, & Claudianus lib. 2. de Raptu Proserpinae indicat:

—— Saxa rotantem Pantagiam ——

siue ἐκ τοῦ παλαγεῖν (*a Murmure*) inie̛cta N. Perperam scribunt, qui hanc Originem secuti *Pattagias* duplici T nobis inculcant. Ea re claret Spiritum in Sonora tertia disconuenire. Neq. enim est in Πάλα, neque in Παλαγεῖν. Scribitur & *Pantagies*, quod Volum. 1. de Antiqui LatI Orthogr. inuenias Tractatu de Variantia.

PANTHERA in recto, vt *Cratera*, *Cassida*, *Chlamyda*. Vlpian. de Emtion. & Vendit. L. Emtorem. *Veluti cum futurum iactum retis emimus a piscatore* · · · · vel *pantheram ab aucupe.* Budaeus Annotationib. prioribus in Pandectas opinatur, *Panthera*, orum πληθυντικῶς. *Pantheron*, vt *Panagron* scribi non negamus, nec ille nobis alterum adimat.

PAPA vti vulgo, an *Pappa?* Suidas: Λέγεται παρὰ Συρακουσίοις ὁ πατὴρ Πάπας. καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν τοῦ Π, Πάππας. Pater apud Syracusios dicitur *Papas*, & reduplicatione Π *Pappas*. Homerus Iliad. ε.

—— Ποσὶ γούνασι παππάζουσι. *In genibus pappam, seu patrem appellabunt.*

Eundem Anadiplasiasmum agnoscit Etymologus. Philemon apud Athenaeum lib. 8. Χαῖρε πάππα φίλτατε. *Salue pater carissime.* Iuuenalis:

—— Praegustet pocula pappas.

Vide notata Baronio ad Martyrologium Ianuar. 10. Παππίας παρὰ τὸ Πάππα, Etymologus. *Papa* simplici P. deposcit acui huius Consuetudo vbique in Pontificijs edictis, diplomatis, programmatis. Sic apud S. Cyprianum, Nilum, Sidonium, saepius. Agnouit ante Suidas, & politissimus Caninius P alterum quandoque deciduum, & apud Photium in Nomocanone vnico P scribitur. Adde quoque permultis *Papias* vnico P scriptum. V. Diodorum Siculum lib. 3. V. Hesychium.

PAPAVEREM casu incusatiuo scriptitabant veteres: nouiores *Papauer* vna sillaba minus. *Infriasse papauerem* Varro dixit in Admirandis teste Sosipatro, & Plautus:

Tam cito consit, quam si obijcias formicis papauerem.

PAPVS vnico P cognomen Aemiliorum, Lapides Capitolini, Pighius V. Annal. alijque. *Pappus* geminato PP Scholia Graeca in Theocritum, & Plautus pro cardui flore, aut cinarae. Lucret. —— *Nec plumas auium, papposque volantes.*

Aut pro parte barbae labro subiectiori insidentis apud Suidam: Πάππος, αἱ ἐπὶ τοῦ κάτω χείλους τρίχες. *Pappus, pili in labro subiectiore.*

PAPY-

PAPYRVS Y Graiorum Plin. lib. 13. c. 11. & Dioscor. l. 1. πάπυρος. Inde *Papyrius* Romanum nomen cur eadem vocali praeditum non sit? An quia Gifanio sua in T. Lucretium Epistula magis arrident *Silua*, *Hiems*, *Stilus*, *Inclitus*, *Clipeus*, *Lacrima*, sic & *Papirius*? An alioqui omnis lingua Latina turbabitur? Sic enim ille censet. Cur igitur, o Gifani, scribis *Halcyonis* in τῷ *Perno'gere*? Cur in Arateis Cicero *Procyon*? Cur omnes *Cybele*, nemo *Cibele*? Omnes *Charybdis*, *Scylla*, *Geryon*, & *Geryones*, *Myoparo*, *Nycticorax*, *Pygmalion*, *Pygmaei*, *Scyrus*, *Syrus*, *Syngrapha*, *Sycophanta*, *Hydrargyrus*, *crocum Corycium*, *Cydonius*, *Cymbalum*, *Hecyra*, *Libye*, *Aegyptus*, *Cyrus*, *Absyrtus*, *Polydamas*, *Polycletus*, *Assyrius*, *Babylon*, *Calydon*, *Hystaspes*? Cur non haec etiam deformauit Ita ia, vel Graeciae contemtione, vel suorum precio, vel sua scribendi auctoritate? Quae vero frons ausit haec aliter Graecis signare? *Babytace*, *Palmyra*, *Cynos flumen*, *Cynocephali*, *Pentedactylos mons*, *Troglodyte*, *Scytala*, *Tyrus*, *Palaetyrus*, *Elymus*, *Ichthyophagi*, *Syrtis*, *Lyaeus*, *Satyrus*, *Polybius*, *Cyrene*, *Lilybaeum*, *Cyclades*, *Lydia*, *Byzantium*, *Pyrene*, *Lysimachus*, *Hyperboreus*, *Cyprus*, *Mycone*, *Gyarus*, *Pachynus*, denique

Nauita quas hyadas Graius ab imbre vocat?

Quid? non dispesces Romuli *Asylum* ab *Asilo* Marohis? Id Origo, Res, Vsus, Variantia depostulant. Lapidibus Capitolinis est *Papirius* I Latij. At non semper triumpho petitur Capitolium. Nec interim inficias eo Y vetsum quandoque Latino I, vt *Aemilius*, cum dicat Homerus, Αἰμυλίοισι λόγοισι θέλγει: sed an id factum, fieriue debuerit in *Papyrius*, hoc vero modo agitur. Certe pluribus Plinij locis ex editione Geleniana *Papyrius* vulgatur. In Suida: Παπίριος, ὄνομα κύριον ex Aldina editione. Olim *Papysius* scriptum est. Nota Ciceronis est epist. 21. lib. 9. ad Familiares: *Ante L. Papyrium Crassum, qui primus Papysius est vocari desitus*. Neque Suidam sequi nefas, praesertim Manutio veteribus Epigrammatis subnixo ducatum praebente, ex quo vnum trans Tiberim sic habet:

D. M.
C. PAPIRIVS. C
LIB. FELIX. FORO
CORNEL. MILIT

PAPYSIVS, PAPYRIVS, PAPIRIVS. V. *Papyrus*. Addatur his Festus: *Papiria tribus a Papirio appellata est*.

PARAETONIVS biuocali secundam obtinente sedem, adspiratione non addita tertiae. Est enim Etymum ἐκ τοῦ παρατείνεσθαι. vt his Strabo paene indicat: Μαρμαρίδαι προσχωροῦσιν ἐπὶ πλεῖον τῇ Κυρηναίᾳ, καὶ παρατείνουσι μέχρι Ἄμμωνος. *Marmaridae partem maiorem regioni Cyrenaeorum sunt finitimi, & Ammonem vsque porriguntur*. Dicti ergo quasi Ammonis vicini. Dixere autem Παρά, Κατά pro Παρά, Κατά, quod obseruatum Stephano: Πόλις Παραιτόνιον Λιβύης Ἀρσινόη, *Africae Paractonium vrbs Arsinoë*: saepius. Silius lib. 17.

Colla Paraetonius serpens ——

Recte quoque habet Prisca Inscriptio:

ΠΑΡΑΙΤΟΝΙΩΝ. ΤΗΣ. ΙΕΡΑΣ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛΟΥ *Paraetoniorum sacrae, & asyli ius habentis*. Editi Libri Latinorum paene omnes peccant addito spiritu ipsi T. Nec satis correcte apud Procopium *Paratonium* alterius vocalis iactura. Quod etsi Origini congruentius, Vsus tamen inueterauit cum biuocali. S. Hieronymus in Hilarione: *Ad maritimam vrbem Libyae Paraetonium*.

PARAPSIS, PAROPSIS certius. S. Epiphanius contra Gnosticos: Παροψίς, ἢ τρύβλιον. Etymologus: Παροψίς, τὸ μέγα τρυβλίον. Hesychius: Ἀκίς, παροψίς. Athenaeus lib. 2. cap. 18. Παροψίδες, καὶ λοιπά. Item capp. 19. 23. Matthaei 23. Τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου, καὶ τῆς παροψίδος. *Quod deforis est, calicis, & paropsidis*. Atque in D. Chrysostomi commentarijs per O, terque, quaterque. Similiter Pollucis lib. 6. cap. 4. sect. 5. apud quem lib. 10. cap. 22. ex Antiphanis Boeotia: Ἐν παροψίσι βολβούς: *In paropsidib. bulbos*. Rursus Hesychius: Παροψίς, ὀξυβάφιον, ἢ ἐμβάφιον. Suidas eadem verbatim. Sosipater: *Paropsides foeminino genere dicuntur a pulm. ut ario videlicet, quod Graeci ὄψον appellant*. Adriano Iunio per A gratius est *Parapsis*. Non vult ille ἐκ τοῦ Ὄψον oriri: sed ex Ἀψίς, ob figuram conuexae contrariam, atque in orbem prope inclinantem. Tu sis, vide. Nihil in eo firmum. Si ex ὄψον fiat Παροψίς, clamat rationem cum Vsu communicari. Esto, in sexcentis alijs hoc euenit. Meretur tamen auxiliares manus nostras. *Parapsis* per *A* in secunda sede est in Arbitro, & Duza. Ac, ne quid dissimulem, reperi quoque Hesychio visum id dubitabile: Παραψίδες, ἢ παροψίδες τὰ μεγάλα τρυβλία: *Parapsides, seu Paropsides lances maiusculae*. Isidorus lib. 20. cap. 4. multo spatio secedens a Iunio, eandem init scriptionis viam: *Parapsis quadrangulum, & quadrilaterum vas, id est, paribus apsidis*.

Pandectis de Auro, & Argento legato sic per A scribitur: *Auro legato eã, quae inaurata sunt, non deberi: nec aurea emblemata, quae in parapsidibus argenteis essent.* Verum animaduertit acri ingenio vir Nicolaus du Fief in editione Lugdunensi emendante Russardo haberi. *In argenteis apsidibus*, ac in ora adscriptum *Paropsidibus, vel Parapsidibus.* Idem consuluit editionem Nutij, cui fit *Paropsidibus* per O, quod emendatius est. Vide Cuiacium lib. 10. Obseruat. c. 17. Martialis:

Sic implet gabatas, paropsidasque.

PARCIMONIA cum C, Manutius, alijq. neoteri. Sic Inscriptio Montis plani ad D. Antonij:

MANILIA ····· PAVLA
DE. PARCIMONIO. SVO

Vbi notanda scriptio vltimae *Parcimonium.* His obnituntur duumuiri Grammatistarum lumina. *Parsimoniam*, non *Parcimoniam* dicimus, inquit Diomedes libro primo, & Priscianus libro quarto *Parco, parsi, parsimonia.* Minus certum vero est oriatur a *Parco*, an a *Parsi*, an vero ab exsoleto *Parcui*: sic, aut sic postulat C, aut S. *Parcimoniam* per C omnes veteres Libri Iustini. Sic in eum Notae.

PARCVIT scripsere veteres. Naeuius Quadrigeminis.

Suo labori nullus parcuit.

Cato *Parsi*, Festus *Peperci* passiua scriptione.

PAREMTES per M par Saxorum in *Arrius* apud Manutium. Scriptio cassa nuce non licenda. *Parentes* per N scriptum oportuit.

PARICIDA Festus vnico R scribit, eum testatus esse, *qui qualemcunque hominem occiderit.* Isidorus lib. 10. Orig. *Paricidium, & homicidium in quocunque potest intelligi: cum sunt homines homini pares.* Sergius in 2. Edit. Donati: *Dicimus parricidam, non qui patrem tantum, sed qui quemque parentum necauerit.* Vbi R congeminat ex praeceptione Prisciani l. 1. & 2. Euphoniae causa, inquit. Secuti Poëtae, quib. ita magis commodum. Horatius:

Telegoni iuga parricidae.

Seruius in Centimetro: *Amant venena parricidae.*

Seneca Oedipo: *Nil parricida dexterae debes tuae.*

Prudentius in Hamartigenia: *Armat deinde parricidalem manum.*

Faciunt ab hac scriptione Libri veteres. Non obest illa ex XII. lex: *Siquis hominem alterum morti sciens duit, paricidas est.* Ea namque aetas consonas non duplicabant. Non Aldus lib. 3. Gram. cui parum exactum fuit, quod scribebat. Tertullian. cum dixit in Apologetico: *Licet paricidium homicidio intersit*, cum plebe sensit.

PARRICIDALIBVS *Verbis* S. Cypriani epist. 55. Manutius edidit, & Pamelius auspicibus MSS. Libris, & excusis. Sic Prudentius in posteriore commatio: sic Eusebius Emissenus editus a Gagneio Orthographiae viro diligentissimo hom. 11. de Paschate. *Parricidalib. suppliciis* excudit Sirmundus Sidonij lib. 4. epist. 23. Arnobij l. 2. edentib. Stewechij manibus: *Parricidalib. vibicibus intercmtae. Parricidalib. fucis* l. 5. Hex. c. 18. Ambr. Verum vt a *Parricida Parricidalis*: sic a *Parricidium Parricidialis* enatci fas est. Itaque legit superiore S. Cypriani commatio Morelius, & alij. Spartianus in Seneca: *Parricidali etiam figmento intereniit.* Lampridius: *Parricidialis animi.*

PARNASSVS rectissime geminato sigmate. Διὰ τῦ Παρνασῦ apud Plutarchũ in Sylla minus recte. Recte Orphei Argonautica: Παρνασσίδα πέτραν: etsi Poëtae complures contenti sint vnico, Aristophanes in nubibus, Pindarus, Euripides, Theocritus, & in eum Scholia. Etymologus: Τὸ μὲν πρότερον Λαρνασός: *Olim Larnassus scriptum fuit.*

Capella lib. 1. *Conscia Parnasio cui fulgent sidera coelo.*

Vbi συνιζήσει locus esse quit, scribique *Parnassio.* Neque nouum est literas Poetarum imperio submitti. Ecce Romae in vinea Iulij III. Pontificis Max.

CVM. AEMILIO. PARNASO Hesychius: Παρνα[illegible] Dioscoridis lib. 4. Τῆς ἐν Παρνασῷ ἀγρώστεως, saepiusque. Sic in Frobeniana Plinij editione a Gelenio lib. 24. cap. 19. saepius. Apud quem lib. 5. cap. 27. *Lyrnessus* congeminantibus SS. quod aliorum Analogia poscitur, *Salmydessus, Tartessus, Mycalessus, Hodessus, Temessus*, quae sunt in Stephano. Certe συμφδά non sunt in Her. Stephani Plutarcho libello de Exilio, Λυρνασῦ, Παρνασός. Vtrobique pari fuit opus cothurno. Intereadum, V. *Emesa, Larissa.* Rectius enim *Parnassus* sibilo resonante.

PAROCHIA, PAROECIA. S. Clemens epistola ad S. Iacobum: *Nullum etiam presbyterum in alienius Episcopi parochia aliquid agere debere*, Epist. 3. *Nec sine Episcopi permissu a parochia abscedant populi.* Sidonius lib. 7. Epist. 6. *Nullis in desolatis cura dioecesanis parochijs.*

parochûsque. Hincmarus Nicolao: *Non solum dioecesis: verum etiam parochia mea inter duo regna duobus regibus habetur diuisa*. Ita recte a Πάροχος, de quo M. Tullius epist. 13. ad Atticum. *Omnino enim Sextius noster parochus publicus occupauit*. Horatius:

— *Parochus, qui praebet ligna, salemque.*

Est & *Parochus*, qui, cum sponsa traducitur, tertius adsidet. Etymologicus in voce Ζεῦγος: Μέση μὲν ἡ νύμφη· ἐξ ἑκατέρου δὲ ὁ νυμφίος, καὶ ὁ πάροχος οὗτος δὲ ἐστὶ φίλος, ἢ συγγενής, ἢ μάλιστα τιμώμενος, καὶ ἀγαπώμενος. Ἐπειδὴ ἡ ἅμαξα, ὄχημα λέγεται, ὁ ἐκ τρίτου παροχούμενος, πάροχος ἐκλήθη. ἀπὸ ταύτης τῆς συνηθείας, κἂν πεζοὶ τινες μετίωσι κόρην, ὁ τρίτος συμπαρών, Πάροχος λέγεται. Haec sunt. *Media sponsa: ab vtroque latere sponsus, & Parochus. Hic autem est amicus, aut cognatus, aut maxime honoratus, & dilectus. Quandoquidem currus Ochema dicitur, qui tertio loco aduehitur, Parochus vocatur. Qua ex consuetudine, etsi pedites virginem aliqui traducant, qui praesens adest tertius, Parochus dicitur.*

PAROECIA vicini contubernij sensum connotat, a Πάροικος. Hesych. Πάροικοι γένος τι Ἀθήνησιν. Iterumque: Πάροικοι, ξένοι, παρεπιδήμιοι. Vnde Παροικήσεις habes psalmo quinto. Budaeus in Commentarijs. *Παροικίαν nos Paroeciam dicimus, hoc est, Curiam: vnde olim Curiones dicti, pro quo Parochia absurde obrepsit: cum Paroecia viciniae conuentum significet.* Παροικίαν τῶν Παμπαλιτῶν legere est apud Balsamonem ad canonem 58. Synodi Cartaginiensis. Item in Can. 17. Concilij Calchedonensis: Ἀγροικικὰς παροικίας, ἢ ἐγχωρίους. Eiusdem originis Μόνοικος, *Monoecus*.

PARROCHIA duobus RR, insulse, paganice, intolerandum in modum seu Cordesios, seu Coluenerius: etsi hoc haberent libri innumerabiles. Ab vno patri semine zizanium multiplex: ab vno libro in millenos menda subinde correpit.

PARRET, *quod est in formulis, debuit & producta priore syllaba pronunciari, & non gemino R scribi, vt fieret Paret, quod est Inuenitur, vt Comparet, Apparet*. Verba Festi.

PARTIOR, & *Partio*. Plautus Asinaria: *Hanc quidem, quam nactus praedam, cum illo partiam*.

PARVI FACIO abiuncte. Titinnius in Quinto: *Bonagratia, parui vt faciatur*. Plaut. Rudente: *Qui tuum fecerant fanum parui*. Sed & alibi iunctim. *Paruipendit* in Rudente Plautina. *Paruipendo* in Andria a Rob. Stephano.

PASARGADAE Plutarcho in Artoxerxe, Diodoro lib. 17. Straboni lib. 15. Curtio l. 10. Maximo Tyrio λόγῳ 13. Dionysius: Πρῶτα Σάβαι, μετέπειτα Πασαργάδαι —— Non *Pagarsadae*: multum licet proserpserit. Alij gemino sigmate Πασσαργάδαι, *Passargadae*, in quibus Stephanus de Vrbibus.

PASCALIS, PASCVALIS, Festus: *Pascales oues Cato posuit pro Pascuales*. Scribunt & in Lucillio: *Pascuale pecore, ac montano hirto, atque feroce* apud Nonium. Nec trepidem versui *Pascualis* immittere συνιζήσεως ope. At in Festo *Passales* alij scribunt supra, quo iure? Ipse mox Festus: *Passales & oues, & gallinas appellantur, quae passim pascuntur*. At quo diuertant *Pascalis, & Passalis*, nemo non videt.

PASSALORYNCHITAE Philastrio, *Pattalorynchitae* D. Augustino. Alphonsus a Castro in suis Haeresib. culpat Librarios apud Philastrium duob. scriptitantes sigmatib. Nesciusne fuit Γλῶσσα, Πάσσαλος, aliaque vulgo Graecorum tam recte scribi litera serpentina, quam muta T? Exemplum hoc ad Latinos transiuit.

PATALENA cum *A* in secunda sede scribitur apud D. Augustinum lib. 4. de Ciuit. c. 8. *Cum folliculi patescunt, vt spica exeat, deam Patalenam*. Cum E, liquidaque dupla Arnobij lib. 4. *Patellana numen est, & Patella, ex quibus vna est patefactis, patefaciendis rebus altera praestituta*. Malim cum liquida simpla.

PATERFAMILIAS, *Pater familiae, Pater familiarum, Pater familijs* recte scribi Priscianus agnoscit lib. 6. Item M. Brutus de officijs. Cato c. 3. de RR. *Patremfamiliae agrum conserere*.

PATRICIVS cum C, Libri veteres, Graeca Consuetudo, Lapides, Manutius, alij, Etymon a *Patre ciendo*. Liuius lib. 10. *Patricios, qui patrem ciere, auumque possent, id est, nihil vltra, quam ingenuos. Consulem iam patrem ciere possum, auumque filius meus*. Dionys. l. 2 Ἐχόντων ὀνομάζειν πατέρας ἐλευθέρους: *Valentium nominare patres liberos*: etsi minus hoc probat. Plutarchus insinuat in qq. Rom. Οἷον εὐπατρίδας ὄντας πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι: *Quasi Eupatridae suos possent patres demonstrare*. Simile persuadet Festus: *Salaciam dicebant deam aquae, quam putabant salum ciere, hoc est, mare mouere*. Suadet & similiter latens compositio in voce *Gaby* quos e *Galatio*, & *Bio* ortos scribit Solinus c. 8. Analogia altera. Carrion l. 1. Emend. c. 12. veteres Libros adserit in Censorino non praeportare *Natalitij* cum T, sed *Natalicij* cum C; idque cum

ſcriptura Pandectarum Florentinarum conuenire, quib. Briſſonius Παρέργων libro ſingulari tribuit *Aduenticius*, *Aedilicius*, *Venalicius*, *Traiecticius*, *Pigneraticius*. Item Plutarchus in Manlio, & Catone Minore Πατρίκιον, & apud Suidam ſaepiſſime. Ita Capitolij. Saxa. Nota quae materiam ſignificant formari nonnullis in *Tius*: *Craticius paries*, *Caementitius*. Item materiae cohaerentia, vt: *Multitia veſtis*, *Multatitia pecunia*. Becmano tractatu de propria ſignificatione vocum placet *Patritius* cum T, quia *Patritus*. Eidem *Aduentitius*, *Aedilitius*, *Nouitius*, quia *Nouitas*, *Nouiter*: *Emiſſitius*, *Commendatitius*. Idem in voce *Nouo*, *Nouitius a Nouatum* figurat adiuuante quantitate. In Plutarchi Fabio Μινούκιον legas, qui Latinis *Minutius*; in eius Mario Ὄλεθρον τῦ Συλπικίυ, & in Galba: Latinis *Sulpitium*. In eiuſdem Pompeio Πετίκιος pro *Petitio*. Lego & in Ouidij Metamorphoſi *Primitium torrem*. Sed ſuperiora iſta per C ſcribi ſollenne Graecis eſt.

PATRISSO duplici S Macrobio libro de Differentijs. Recte. Graecum namque Z ſic amat Latinis verti. *Betiſſare* Sueton. Augusti c. 87. reſcribit Caſaub. depulſo *Betizare*, & *Lachaniſſare* ſcribit Iſidorum, ac Priſcianum teſtatus. Sic *Cyathiſſare*, *Tympaniſſare*, *Crotaliſſare*. Conſentio tamen in Arte haec placent: *Graecizat*, *Patrizat*, *Sicilizat*, *Lentulizat*. Certe veteres adusque Augustum *Patriſſat* ſcripſiſſe, non *Patrizat* notat Iſidorus l. 1. Origin. c. 4. ac ſi poſt Augustum Z coepta eſſet vſitari, quod non abhorret a vero: ita vt diſcrimen ſit ab aetate petendum tolerabili vtroque ſcripturae genere. Nota ex Etymologo: Ἐμπάσσειν ... καὶ αἰολικῶς Ἐμπάζω: Τὰ γὰρ δύο σσ εἰς Ζ τρέπουσιν Αἰολεῖς. *Empaſſim*, *Aeolice Empazim*: *duplex namque ss Aeolibus in Z vertitur*. V. *Badiſſo*, *Malaciſſo*.

PATRITVS Nonio promitur ex Varrone, ac Tullio abſque T. *Patrius* vulgatius eſt. Maro:

——— *Patrius conſiſtere mentem* *Paſſus amor* ——— Terentius:

Patria potitur commoda in Adelphis.

PATROCLES, PERICLES. Vide *Agathocles*.

PATINA vbi non obuium? Ex eo *Patinarius* λειχοπίναξ. *Patena* ſecunda vocali agnoſcit apud Columellam Budaeus: complura nihilominus Columellae exemplaria per I obijciuntur.

PAVLLVS ἐπίθετος LL geminata, vt ſenſit Terentius Scaurus in Orthographia. *Sine dubio peccant*, inquit, *qui Paulum, & Paululum per vnum L ſcribunt: cum alioqui prima poſitio eius duplici hac litera enuncietur Pollum, & Pollulum.* Cato c. 10. de RR. *Labellum pollulum* pro *Puſillo* exoſculatus eſt. Adde Libros, & Saxa. Priſcianus abit diuerſus lib. 3. *Paulus, quod non geminat L in diminutiuo. Nec mirum*, inquit, *cum Au diphthongus poſt ſe geminari conſonantem prohibeat. Facit igitur Paulus Paululus, & ex hoc Pauxillus, & Pauxillulus, quas formas ſeruant & foemininum, & neutrum eius Paula, Paulula, Pauxilla, Pauxillula, Paulum, Paululum, Pauxillum, Pauxillulum.* Eandem ſequitur Velius Longus ſcriptionem, & rationem, hac inſuper attexta: *Quoniam enunciari nullo modo poteſt: & non eſt neceſſe id ſcribere, quod in verbo non ſonet.* Vdam non duplicat Turnebus, non I. Scaliger l. 1. de Cauſis LL. c. 27. quod ſit ex Παῦρον R in cognatam conuerſa. In c. 28. ait, *Eſt potius diminutiuum.* Veteres tamen *Auſſa*, *Cauſſa* ſcriptitabant, Fabius l. 1. c. 7. quos non ſequimur. Παῦλος apud Suidam ſaepiſſima vice. *Paulus*, *Paululus*, *Paulum*, *Paululum*, *Paulo* in Cyrilli Lexico Graecol. vnico L. V. Turneb. l. 30. c. 28. & Anton. Auguſtinum Dialogo X. Antiq. vbi Turnebum oppugnat, non expugnat.

PAVLLVS κύριος LL geminata. Sic Nummi, ſic Marmora, ſic monimenta teſtantur, inquit Onuphrius. Quibuſdam tamen Inſcriptionib. eſt *Paulus* vnico L. *Paullinus* item, & *Paullina* in antiquis Inſcriptionib. geminat L ſaepius, quam ſimplici ſcalpitur. Nihilominus Appianus in Libyca, Plutarchus in Aemilio, Hellas caetera per ſolo L. Item Priſciani, Velijque Longi ratio huic ſcriptioni patrocinatur.

PAVLVS vnica vbique in Actis Apoſtolorum in omnib. D. Chryſoſtomi Libris, & omnium Patrum Latinorum, Graecorumque pro illo fidei Romae tibicine. Vide Serarium §. 6. in Paulo, & Paulum noſtrum lib. 2. c. 1. Vide Acta, & nobiliſſimum eorum interpretem Lorinum.

PAVLOPOST circumpungi vetat Victorinus.

PAVSILYPVM ſcribitur in Plin. l. 9. c. 53. Paſſim variantia cognitiſſima *Pauſilupum* per V.

PECCO duplici CC, contra Originem a *Pecus*, quo nomine ouis proprie dicitur. *Oues non vbique tondentur* [inquit Plinius lib. 8. c. 48.] *durat quibuſdam in locis vellendi mos.* Ex eo Πέκειν, πόκος, *Pecus*. Nam *quibus nudus venter, apicas vocabant*, paulo infra. Non a *Pelligo*, non a *Pedem*

a *Pedem rapio*. Omnium nihilominus Consuetudine duplicatur C.
PECTENATVM per E vetuste apud Festum pro *Pectinatum*.
PECTITVS pro *Pexus*. Columella l. 10. de RR.

Verum ubi iam puro discrimine pectita tellus.

Idem lib. 12. c. 13. Et Lucretius.

PECVA, PECVDA plurifariam Nonius adserit. PECVDES. MAIORES, agrariae legis restantia. Veteres enim *Pecu*, vt *Genu*, Festus, & Priscian. l. 6. Cato c. 141. de RR. *Pastores, pecuaque salua seruassis*. Fl. Sosipater, Hostilius 1. Annal. Solin. Plin. Plaut. Mercatore, Truculento, Rudente.

PECVNIA e Charisij Institutionib. scribo. *Pequnia* in delictis est, vt *Periqulum*, *Acupenser*. Sic Πικοόλλου in Publicola a *Pecu*, non *Pequu*. Liuiae Agrariae fragmentum:

PEQVNIAM. POPVLO

Neque reijcola Inscriptio Venusiae est ob eam causam, quod visum Manutio: seculo cuique suus habendus honos.

PEDA, PEDVM Latij opidum. Stephanus: Πέδα, πόλις Λατινική· τὸ ἐθνικὸν, πεδανός. *Peda, opidum Ausonicum: gentilicium, Pedanus*. Liuius lib. 2. *Ad Vrbem a Pedo ducit*. Lib. 8. *Pedum armis, virisque, & omni vi expugnandum*.

PEDARIJ, non *Pedanei*. Gellius lib. 3 c. 18. *Hoc vocabulum a plerisque barbare animaduertimus: nam pro Pedariis pedaneos appellant*. Vide *Praecidariam hostiam*.

PEDETENTIM vulgo scribimus, quasi *Pede tento*, *Opera suspensa*, & recte. Tamen in Lexico Cyrilli nomine: Α φαυῶς *Peditemptim*. Iterumque sic in Ἠρέμα. P superfluit.

PEDICOSVS Plauto scriptum: Titinnio *Pedecosus* per E, Festi disciplina est. Alij *Pedidosus* a *Pedo*, vt Scaliger in Varr. de RR. Alij cum biuocali primaria *Paedidosus* ἀπὸ τῶν παίδων. Vide *Paedor*.

PEDISEQVVS vnico S, Libri, Pandectae Flor. Analogia, ratio compositionis. Inscriptio Romae:

ANTIOCHVS. PRISCVS. PEDISEQ.

Aliae item plures. At Phocas l. 1. *Pedissequa hic, & haec*. Geminum sigma praeferunt & Philoxeni Glossae, & Sidonij Apollinaris l. 4. editus a Petauio.

PEDIVS, non *Paedius* familia Romana, Libri veteres, Poëtae, Lapides Capitolini, alij.

PEDVCAEVS, non *Peduceus*, non *Paeduceus*. Libri veteres, Lapides, Manutius.

PEGASAE pro Thessaliae opido scribitur minus recte. *Pagasae* ex Val. Flacco, Apollonio Rhodio, Pausania, innumeris scriptorib. rectum est, ratioque versuum A depostulat, Graeci nulli Πηγασαί, quod temere ad sertum Passeratio. V. Etymologum in Παγασαῖος.

PEIVRVS absque R primore in sillaba, vt *Peiero*, in vetustissimis esse Codicib. Isidori Salmanticae testator Grialus. Fidem accommodet, cui id placitum. Ab ea scriptione pernimium quantum absunt illa Lipsij lib. 5. Antiq. Lect. c. 3. *Perierandum* recte: & eam eius verbi perpetuam scripturam esse debere censeo: quando & *Periuria* dicimus, non *Peiuria*. Ab vtroque diuertit Afranius Incendio: *Experiurabant, exsecrabant se, ac suos*. Priscian. l. 2. docet R in his permanere compositis *Corsinium*, *Arquitenens*, *Periurus*. *Peieratus* Vsu tritissimo Horat. l. 2. Od. 8. *Vlla si iuris tibi peierati Poena* ——

Plautus Poenulo: *Neque periuror, neque peior est alter hodie gentium*.

In Pseudolo editionis Duzicae: *Periurasti, scelesse*.

PELAGVM scribentes in lib. 1. Val. Flacci vetere Codice, alijsque Carrion abijcit. Versus est: —— *Pelagus quantos aperimus in vsus*.

Notanda est & secundi numeri finalitas apud Lucretium lib. 5.

Propter Atlanteum litus, pelageque seuera.

Τὰ πελάγη. Sic ille *Mele*, τὰ μέλη.

PELAMYS *genus piscis dictum, quod in luto moretur, quod Graece dicitur* πηλός, verba sunt Pauli. Hesychij praeceptio: Πηλαμὺς διὰ τῦ υ ἰχθὺς ἐν Πόντῳ. *Pelamys per Y, piscis Ponti*. Quid mirum? En tibi Etymologum: Πηλαμὺς παρὰ τὸ ἐν πηλῷ μύειν. Iuuenalis tamen, ac Plinij lib. 9. c. 15. Exemplarib. est I Romano *Pelamides*, *Pelamidum*, vt sexcenta talia.

PELVIS duab. sillabis: olim tribus *Peluis* pro *Perluis a Perluo*, Velius Longus in Orthographia. Olim quoque *Pelbis*. Doceo in antiqui Latij Orthographicis.

PELLEX, seu a Dorico Πάλλαξ, seu a *Pellicio*, quod malim gemino LL. Hanc in scripturam vniuersa sese explicat Analogia. Veteres tamen Libri Langij, Giselini, Carrionis in

lib. 4. Val. Flacci *Pelex*. Α'χαϊκὸς. Sic olim *Sacus*, *Flama*. Alij Iudaicam adſignant Originem a פלגש. Cyrilli Lexicum: *Pelix*, *Pelicatus*, *Pelicacio*, *Pelicator*, *Pelico* in zeli ſignificatione, quem *Amorem immodicum* dixeris. Prudentij in Romano: —— *Odit uxor paelicem*. Etiamne diphthongo? Μαίσρανος Dialecti fuit: etiamne Παλλαξ.

PELLEXIT Feſtus. Priſci *Pellicuit* ſcripſere. Liuius in Laodamia: *Aut nunc quaepiam aliate illo Aſiatico ornatu affluens, aut Sardiano, aut Lydio fulgens decore, & gloria pellicuit.* Varro belli Sequanici lib. 2.

Deinde ubi pellicuit dulcis leuis unda ſaporis.

PELOPONNESVS geminante N, vti alia proplurima. Vide *Halonneſus*, *Cherſonneſus*, quib. addat Heſychius: Ἀλμώννησος. Marcianus: Ἡ τῆ Πελοπόννησος, συνεγγὺς κειμένη.

Manilius in 4. *Et Peloponneſi patulas circumnolat oras.*

Pythia: Ὦ Πελοποννήσου ναίοντες περὶ βωμὸν ἰόντες.

O P. loponneſi cines: altaria circum Ite ——

Etymologus: putat ἔχειν τὸ Ν πλεονασμῷ. Quod & Προκόννησος tribuit. Lacerauit hanc inſulam Dionyſius in ſua περιηγήσει. —— Πέλοπος δ' ἐπὶ νῆσος ἐπηνεῖ. *Sequitur Peloponneſus.* Vltima per O lib. 2. de RR. c. 5. apud Varronem.

PENAS, & *Penatis* ſcripſere, Feſtus.

PENARIVS quatuor omnino ſillabis (non quinque eum V) ſcribit Feſtus pro reconditorio rerum ad victum cotidianum neceſſariarum. Caper: *Cella penaria*, non *Pennaria* dicendum. Veteres Gloſſae: *Penaria cella, & promtuarium* ταμεῖον. Vlpianus *cellam pennariam*. Plautus: *Tamquam e cella pennaria depromar ad flagrum. Penarius ex Penore* videtur oriri: *Pennarius ex Penu.* Sic a *Tigno*, *Tignarius* recte vulgo ſcribitur: at *Tignarius* velut ab antiquo *Tignum* demonſtrat vetus Inſcriptio: DEO. MERCVRIO. FABRI. TIGNVARII IN. FORO. SEGVSIANORVM CONSTITVVNT. D. S. P

PENDIX, PENDIGO: Vetus Inſcriptio Gruterum apud *Pendice cedri*. Arnobius l. 6. *Utinam liceret in ſimulacri alicuius medias introire pendigines.*

PENETRABILIS atque ſillaba vna minus *Penetralis*. Lucr. l. 1. *Permutat color argentum, penetraleque frigus.* Lib. 2. *Quare fulmineum multo penetralior ignis.*

PENITRO a *Penitus* cum I ſcripturiunt hodie friuola iactantia ſcriptores Antiquitatis, & recti inimici. Vincuntur ab Vſu. Vt *Genitum Genetrix*: ſic *Penitus Penetro*, *Penetrator* Prudentio, *Penetratus* Papinio.

PENITVS a *Peno*, vt *Funditus a Fundo*, extra diphthongum: cum ea *Paenitus* intolerandum in modum. Aeneid. 12. —— *Teliquae latebram*

Reſcindant penitus —— Catullus.

Smyrna canas Atracis penitus mittetur ad undas.

Haec, & paria binocalem *Paenitus* ferre nequeunt.

PENNA Conſuetudine receptiſſimum, rectumque eſt. Origo huiuſmodi: Πετεινός communiter, Aeolice Πετεννός, vnde reuulſo elemento vnico *Penna*. Firmatur E priſca quoque ſcriptione: *Peſnas* olim ſcriptum Feſto credo. Columella lib. 8. c. 2. *Eae ſint rubicundae, vel fuſcae plumae, nigriſque pennis.* At hoc ipſo in praecepto apud Varronem lib. 3. de RR. c. 9. per I ſcribunt. *Eligat foecundas plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis.* Ita Varronis Libri vetuſtiores *Pinnas*, *Pinnis*! alij per E. Ex eo apud Plautum *Pinnirapus* de eo, qui moenium prominentias demolitur, non *Pennirapus*. Quod Senecae *Pinna*, hoc Maroni *Penna*. Seneca in Oedipo:

—— *Picta rubenti*

Linea pinna vano claudat

Terrore feras —— Maronis lib. 3.

Puniceae agitant pauidos formidine pennae.

Apud Tacitum lib. 6. Annal. edente Lipſio, vbi de phoenice: *Diſtinctu pinnarum a caeteris auibus diuerſum.* Apuleius in Floridis pſittaco *Pinnulas*, & *Pinnulas* tribuit. Quod ſi *Pinnam* a *Penna* ſecare inſtitueris, a Giſanio, & Giſleno riſum referes, a Quintiliano l. 1. c. 4. iuuabere: *Ne illorum ſequatur errorem, qui quia a Pennis duabus hoc eſſe nomen exiſtimant, Pinnas autem dici volunt.* Diſtinguit nihilominus Scaliger in 4. Ariſtotelis de hiſtor. animal. c. 8. Theodorus πτερύγια, *Pennas hic*, inquit: *ſed Pinnas* potius. Certe vti vox vna, eademque Graecis ad vtrumque ſignificandum apta eſt: ſic a Giſanio non fecero ſeceſſionem. Nec praetermittendum in plumis partem acutiorem, qua auibus interiunguntur, aptius *Pinnas* ſcribi: etſi Varro ſupra non conueniat.

PENTHECOSTE cum H male nonnulli exarant Antistitis nostri Palatini. Suidas: Πεντηκοστὴ, καὶ πεντηκοστεύεσθαι, καὶ πεντηκοστολόγοι. Eadem Harpocration. Adspirata scriptio a stupore est. S. Paulus 1. ad Corinth. c. 16. Ἕως τῆς Πεντηκοστῆς: *Vsque ad Pentecosten*. Gregorius Naz. Orat. 44. Sic Πεντηκόντορος, Πεντηκοντάγυον. Sic qui rerum in Atheniensium portum importatarum quinquagesimam, seu Πεντηκοστὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι, Etymologus.

PENTHELVS Velleij lib. 1. edente Lipsio: vbi Pontacus in Eusebium legit per I absque H *Pentilus*. At Pausaniae Corinthiacis, Laconicis, alibi: Strabonis item lib. 10. 13. Πένθιλος constantissime.

PENTHESILEA cum E ita Codices Auctorum paene omnium. *Panthesilea* per A librarij male feriati. Q. Calaber lib. 1.

—— Μένος μέγα Πενθεσιλείης.

Abit diphthongus tota Graecorum Latinis in E. Maro in primo.

PENVLA diuortio vocalis originalis a φαινόλη. Sic ex φαίνεσθαι, φαινέστρα, *Fenestra*. *Penulatus*, & *Penula irretitus* in Miloniana editionis Victorianae.

PENVRIA quod *Penum vrat* absq. diphthongo, quo recepto longat primam contra naturam: nam Maronis est *Cura penum struere*, & Lucillius eundem adhibuit modum. Alij a Πείνη, quod est *Fames* inuitante illo,

Exiguam in Cererem Penuria adegit edendi Aeneid. 7.

And. Brabanti sigillum: *Paenuria cum Ae*, *Libri veteres*, & *Analogia*, *quod Paene vrat*, Festus. Haec ille. Primum ignorat prorsus, quid Analogia: est enim similium proportio, quo super satis ante dictum est ampliter. Deinde Festo imponit scripturam per Ae, cum Festus seriatim sic ordinet vocabula haec: *Pentathlum*, *Penuria*, *Penus*. Referes. Vox Festi: *Penuria est id, quod pene minus sit, quam necesse est.* At Festus opinatus est, quod non improbabile, *Pene* absque biuocali scribi, vti patet ipsa ex serie. Denique quid si negem componi ab *Uro*, adseramque *Vria* finalitatem esse, vt *Luxuria*, *Remuria*, *Veturia*, *Curia*? Tali finalitate *Meditullium*, & *Aeditimus* clara Ciceroni iudicantur, non conflata ex diuersis vocib. Tali finalitate *Testamentum*, *Stercoramentum*, *Sternutamentum*, in quibus omnibus finalitas caret significantia.

PEPER πίπερι Antiquae Glossae. Consuetudine prima per I regitur.

PERBITO passim auctores vetusti. *Perbeto* cum E in Plauti Captiuis Lambinus agnoscit. Ambigue certe scriptitatum nunc *Betere*, nunc *Bitere*.

PERCALEFACTVS sillabis quinque. Val. Max. l. 3. c. 8. *Itineris feruore in Cilicia percalefactus*. Idem lib. 9. cap. 12. sillaba minus: *Multoque igni percalfacto cubiculo*. Vide *Incalfacit*, & *Caldus*.

PERCONTOR. Vide *Contor*. Scribitur & *Percontо*. Naeuius Malinolis: *Si percontassem, malum me hoc praeterisset*. Naeuius belli Punici lib. 2. *Blande, & docte percontat, Aeneas quo pacto Troiam vrbem liquerit*. V. *Cunctor*. *Percontatio* per O, Verrius a *Conto nautico*: Per V, *quod is, qui curiose quid interrogat, per cuncta visit*, Festus. V. *Contor*, *Cunctor*.

PERDICCAS Macedo duob. CC. *Perdicas* vnico saepius Diodori Siculi l. 18. saepius in Curtio: [illegible]utrubi recte. Rectius duobus in varijs Plutarchi locis.

PERDITE. Item *Perditim*. Afranius in Vopisco:

Quia scit me illam amare perditim.

PEREGRE ritu, atque iure. Ἀρχαϊκῶς *Peregri* per I, Plautus Persa, Naeuius Tarentilla. Et volunt lib. 2. Institutionum tit. 14. legi: *Si fratris filios peregri natos*. Iidem volunt, *Sum peregri*, & *Vado peregre* ex Sosipatro, quo super memoriola vacillat mea: apud quem tamen reperio *Peregre venit*. V. *Here*. Scribunt etiam in Prudentij Caesaraugustanis:

Nonne, Vincenti, peregri necandus.

PERENNIS per N ex antiquis Libris, Lapidibusque Manutius. Recte: si aquae *per annos* mananti datur. *Perennitas* apud Curtium similiter. *Peremne* vero dicitur auspicari, qui *amnem*, aut aquam, quae ex sacro oritur, auspicato transit, ita Festus.

PERENNO similiter per E in secunda sede, castigatius est, quam *Peranno*. Ouid. 3. de Arte:

Desuit ars vobis: arte perennat amor.

Idem lib. 1. Fastorum. Solinus cap. 65. Sidonius:

Vltra acui nostri terminos perennantem.

Idem l. 4. epist. 1. *Cuius intemeratae partes perennabuntur*. Columellae lib. 1. de RR. cap. 1. lib. 2. c. 9. nunc per A, nunc per E. Par inconstantia in Vitellio, & Vespasiano Suetonij. Verum Eutyches admirator Prisciani, & discipulus *Peranno* per A praefert in νεοχαράκτοις Codicib. Antiquitati, cui suetum verba impermutata praepositiuris adnectere, cognatum id magis.

PER-

PERGVLA. Quintilianus lib. 1. c. 5. Tincam Placentinum memorat ab Hortensio reprehensum scripta *Precula*, immutato G, & transmutato E.

PERIQVVLVM, & FERQVVLVM, *quae nomina contenta esse C litera existimo tam herenle, quam illa vitiose & dicere, & scribere.* Iudicium hoc Longi est.

PERISTYLIVM forma diminutionis paulo tritius est. At Graecos secutus Ausonius scripsit sillaba minus *Peristyla* recte:

Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis.

Varronis item lib. 7. *Atrium, περίστυλον.*

PERIVRO. V. *Peiurus.*

PERLEGO sequi vix ausim, vix culpare: *Pellego* gemino LL recte scribi magnis Auctoribus mihi indubitatum. Scaurus in Orthographia: *Pellego, vt omnes antiqui dixerunt, non Perlegere.* Vnde & apud Virgilium legendum *Pellegerent oculis.* Tamen Scauri nullus adbuc, quod sciam, sententiam est secutus, inquit Pierius in lib. 6. Aeneidos. Secutus est Politianus Pierio coaeuus, cuius scriptio sales I. Scaligeri pertulit. R in L, *Intelligo, Pellicio, hoc autem Vsu, non lege factum est*, inquit Scaliger. Nam *Interluo, & Perlitus, & Superlatiuum controuertit nemo. At Politianus cum mauult Pellego, videbatur in hoc, vt in caeteris, sibi non posse esse princeps literarum, nisi solus esset*, inquit Scaliger l. 1. de Causis LL. c. 34. addito: *Sed aliunde poterat diuinum ingenium sibi parere gloriam, quam deformatione Latinae puritatis.* Ea si deformatio est, Latium deformarunt V. Viri a quibus Latium decus, ac venustatem accepit, Scaurus, Priscianus, Quintilianus. Vel. Longus, Erasmus. Testimonium Prisciani l. 2. *In compositis tamen quibusdam inuenio R in L conuerti, vt Intelligo, & Pellicio pro Interlego, & Pellicio, Pellego pro Perlego, Pelluceo pro Perluceo.* Plautus Asinaria:

Inter me, & amicam, & lenam leges pellege.

Quintiliani lib. 11. c. 3. *Vitatur etiam duriorum inter se congressus: vnde Pellexit, & Collegit, & quae alio loco dicta sunt.* Alio loco *Pellego.* Accedit Vel. Longus, qui per *praepositionem omnibus integram praeponi dicit, nisi cum incidit in* L literam: *tunc enim*, ait, *elegantioris sermonis viri geminare malunt, quam R literam exprimere; Hinc Pellabor malunt dicere, quam Perlabor.* Item *Pellax*: neque vnquam aliter apud Lucillium legi affirmat, quam *Pellicere.* Addatur Erasmus, qui labdacismum delicijs, non naturae tribuit in *Pellucido, Pellicio, Pellego.* At viri tanti refragatorem habent I. Scaligerum. Pierius quoque loco supero nullum antiquum Codicem sibi dicit inuentum, in quo non sit *Perlegerent* praepositione incolumi. Praeterea si Analogiae vires explorus, *Perlecebrae* Plauti sunt sarta tecta praepositura. Ciceronis *Perlitus*, Velij Longi *Perluo*: omnium *Perleuis, Perlaetus, Perlepidus, Perliberalis, Perlongus, Perlubens, Perluctuosus*, & posita Scaligero. Eapropter *Perlego, & Perluceo* cur propudiosa iudicemus? Cur non eadem norma scribantur? Quorsum blaese, fracte, molliter, muliebriter loqui? Neque sic scribentibus hilum officit *Pelluuium*: est enim a *pedibus lauandis*, vt *Malluuium* a *Manibus* neque R in L versio interuenit. Quibus animaduersis vix culpare ausim *Perlego*, & sequi ausim ore masculo, calamo rudi.

PERMANASCO per A in sede tertia nici diusculum, praeut *Permanesco* per E.

PERMVLSVS Tullio, Liuio, Caesari: *Permulctus* Sallustio lib. 4. Gell. l. 1. c. 1[illegible] *Permulcti fouis mitioribus.* Idem lib. 3. cap. 11.

PERNVCIES per V barbarismum clamat Donatus Editione 2. Haut mihi intolerabile, sit licet mitioris acui *Pernicies.* Cur non aeque hoc varium, ac *Optumus, Optimus*, aliaque? Et vero scriptum Plauto: *Pernucies adolescentum.*

PERPARVM, & transmota praepositione scribi *Parumper* Festus enotat.

PERPERNA priore sillaba reposita, cognomen familiae Romanae, Lapides Capitolini, Manutius, Andr. Brabantus, Varro lib. 7. de LL. *Perperna, & Alphena*, Elias Vinetus in 2. Annaei Senecae, Romae in S. Pauli:

DIS. MANIBVS
SEX. PERPERNA. ARGYRVS
ET. PERPERNIA. OMPHALE

Item e Panuinio: C. CLAVDIO. M. PERPERNA. COSS

Inscriptiones aliae. At Ciuilium lib. 1. apud Appianum Περπέννας inuenias edente Carolo Stephano, apud Plutarchum in Sertorio saepius. Olim *Perperna, Siserna*, post appellati *Perpenna, Sisenna. Perperna* autem ex *Perperno* nata proprie foeminini sexus est. I ad Varronem supra, & Vrsinum in eam, quae pro Roscio dicta. *Simili modo Perpernius.* Neapoli vetus Inscriptio apud Adrianum Guilielmum:

D. M

D. M
M. PERPERNIVS
ZMARAGDVS
MARTIALI. MAGISTRO. SVO. STRVCTORI. B. M.

PERPOL congressu sillabarum perperam nonnulli scripsere apud Plautum, & Terentium. In Hecyra: *Perpol quam paucos reperias meretricib. fideles euenire amicos.* In Casina: *Perpol saepe peccas.* Tmesin namque Donatus agnoscit pro *Perpaucos*, & *Persaepe.* Alij *Per Pollucem* interpretantur.

PERRAEBOS *quoque idem facturos*, Liuij lib.42. Hesychius: Περαιβοὶ, ἔθνο Θετταλίας.

PERSIBVS, APERITE. Varro lib. 6. de LL. Ant. Augustin rescribit *Persicus.* Rectius: *Persibe, perite.* Aut, *Persibus, peritus.* Festus: *Sibus, callidus, vel acutus.* De *Persico* omnia alia apud Columellam lib.12. tit. 7.

PERSISCI EQVI apud Vegetium quam rectissime scribuntur. Sic ὑποκοριστικῶς *Dacisci pro Dacis*, vnde *Dacisciani exercitus.* Sic apud eundem Vegetium lib. 3. *Hunnisci* equi, & *Phrygisci Proelijs Circensibus, vel ad bellum Hunniscorum longe prima docetur vtilitas.* Item: *Tertio loco Phrygiscos non minus velocitate, quam continuatione cursus inuictos.* Perperam igitur mutant in *Persicos* detrito sigmate de medio.

PERSONVIT vsitatissimum: A interiecto φιλαρχαίως scripsit Apuleius lib. 5. de AA. *Aciem direxit & classicum personauit.*

PERTINGO tertia vocali mediam insidente sillabam. Apud Apicium lib.6. cap.9. vocali principe. *Suo sibi iure pertangis*: si modo manus eius est.

PERTISVM pro *Pertaesum* Scipio scripsit, dixit; in quem Trochaicos vibrat hoc nomine Lucillius:

Quo facetior videare, & scire plus quam caeteri,
Pertisum hominem, non pertaesum dicere fortunam.

Certe per I scriptum veterib. Festo credo: repudiatum Consuetudine Cicero testatur contra Analogiam: nam vt *Insipientem, Iniquum, Tricipitem, Concisum*: sic *Pertisum* scriptum oportuit: aliter Consuetudo imperauit, quam sequitur Cicero in Oratore, & nos.

PERVICAX. Etiam scripsit in Armorum iudicio *Perniens*, Accius:

Sed peruico Aiax animo, atque inorabili.

PERVIVS: PERVIDVS nequaquam in eo Silij lib.5.

—— Tellus sparsis non peruia telis.

Audaciter Barthius substituit *Peruida.* Verum & de Alpibus scribit Silius. *Peruia saxa*, cum tota essent cana niue obruta, nec videri quita: cur non & illic eadem correctione gloriatur?

PERVOLGO cum O Pacuuio apud Varronem l. de LL.6. & Lucretio saepicule. *Peruolgatum* in Plauti Pseudolo. *Peruulgo, & Vulgus* Vsu tritiora.

PESTIS, PESESTAS, PESETIS. Festus: *Pesestas dicebatur pestilentia.* Alij rescribunt *Pestitus.* Mollius *Pesetis*: est enim ἐκ τοῦ πεσεῖν, & interlita vocali *Pestis.* At cur *Pesestas* non recipiatur, cum scribatur in Arnobij sexto *Pituitate* ex *Pituitas*: *Vt olim fessi canes linguam ore de patulo pituitate, proijciens*, Catoni *Plebitas, Popularitas* Statio, Tacito, Sidonio, Plinio vtrique, Labeoni *Malitas*?

PESTILENS, PESTILIS, PESTIMVS. Iustin. lib.19. *Pestilentis sideris vi exercitum amisit.* Arnob. lib 6. *Pestilis.* Arnob. lib. 1. *Possunt nocentissimo frigore, possunt auris pestilib. Pestimus*, λοιμοφόρος, Glossae Philoxeni.

PESIMVNTA per M in lib. 5. Var. de LL, Scaliger: alijs tribuit *Pesinunta* per N, vtrobique sigmate vnico. Sic vnico in Epitoma Liuij lib. 29. *Pesinunte.* At *Pessinuntem* duplicato sibilo, & Latinorum finalitate rectius scribes ex speculo Librorum fere omnium.

PESSVMDARE vniter, ac per M in media statione videtur rectius. Ita Prudentij in Romano nuper edidere. *Altaris aram funditus pessumdare.* Similia *Circumducere, Circumcirca.* Alij per N, vt *Circundo*, quod & ipsum ambiguum est.

PESVM, πισός, Lexic. Graecol. *Pisum* per I vsitatius.

PETALIVM, *foliatum* L persolo. Origo: Πέταλον.

PETEREDIVM a *petendis hereditatibus* absq. Aspero scribi iubet Adamantius.

PETI-

PETILIA per I in secunda parte cui non receptum? Cur non per E? Graeci constantissime Πετήλια. Sic volet Vsus, & veterum Latij accolarum mos ab Aeolib. acceptus. Videsis *Nigritae*, Νιγῆται.

PETILLIVS LL geminata, familia Romana, Lapides Capitolini, & Nummi duo argentei Andreae Lauretani, aliusque Rinaldi Odonij sic inscripti:

L. PETILLIVS. CAPITOLINVS

Epitoma Liuiana *Petillij*, *Petillio*. Iuuenatij in antiqua Inscriptione L vnicum visitur.

PETIVS an T geminet consultis veterib. Inscriptionibus, in ambiguo est.

PETESSO per E hodie legitur Lucretij lib. 5. Ciceronis lib. 2. de Conf. & 2. Tuscul. Verum orta eiusdemmodi ex tertia verborum classe rectius per I. Vult id Competentia: *Incipisso* in Captiuis. Festus interpretatur *frequenter petere*, cui scribitur *Petissant*.

PETORITA vnico R vulgo recte scribunt. Horatius licet l. 1. Sat. 6. geminauerit:

—— Ducenda petorrita: nunc mihi curto
Ire licet mulo ——

PETVLVS quaedam Tullij Exemplaria: castigatius alia diphthongo principe *Paetulus* a *Paetus*. Graecis παῖτος.

PEVCETIOSQVE SINVS, MESSAPIAQVE ARVA RELIQVIT. Metam. Ouid l. 14. *Peucetij* qui sint, non sinit nos ignorare Strabo lib. 6. Οἱ Πευκέτιοι. Ἔτι δ' ἐπιχειρήσεις ἀζοντα ἡ Μεσσαπία. Non Liberalis Metamorphos. 21. Ciofanus varijs in Libris variam scriptionem inuenit *Pateiolos*, *Planceios*, *Pleurinos*, *Pleuros*, *Pleunios*, prae omnib. veriorem putat scriptionem *Pauceos*: improbo scribi per sigma.

PEVCINI Trebellio: Ethnicographo: Πεύκη νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ. οἱ κάτοικοι Πευκηνοί, *Peuceni*. Veteri Codici, *Peuci* Zosimo Πεῦκοι.

PHAETON bisillabum, pro *Phaëthon* Maroni:

Cum te flagranti deiectum fulmine Phaethon.

Vellicat id Fabius l. 1. c. 3. Vere Γραμματικὸν περίεργα γίνη, ῥιζώρυχα μοῦσης Ἀλιτρίης ——

PHALAE cum Ph, turres e ligno. Nec displicent, qui *Falae* scribunt. Edita quaeque φαλά opinor dicta, quasi φανά: talia namque magis incurrunt in oculos. Hinc corrigendus Hesychius: φάλαι, ὄρη, σκόποι. Scribo: φάλαι, ὄρη, σκοπιαί. Vide *Falarica*.

PHALANTVS Tarenti conditor, passim. Eustathio Φάλαντος, Instino, si modo recte habet, *Palantus*.

PHALERAE, PHALANX, PHRYNE, PHRONIMVS, vtpote Graeca nomina per PH scribenda praecipit Fl. Caper in Orthographia. Origo sic depostulat, cui est Α in ventre φάλαρα, Veteres Glossae.

PHALISCI. De hoc sentio, quod de *Phalis*. Vide *Falisci*.

PHARMACVSA vnico S, recte: *Pharmacussa* repertra litera serpentina non propudiosa vox: etsi id scriptionis librariorum imperitiae tribuat Casaubonus in Iulium Suetonij. Succurrit Competentia apud Stephanum: φαρμάκουσα, Σφήνουσα, Μελίνουσα, Σχοῖνουσα, Σίδουσα, Πιθηκοῦσαι, Φοινικοῦσαι. Figuratio. Φαρμακόεσσα, φαρμακοῦσα, *Pharmacusa*.

PHASELVS iste, *quem videtis hospites*, Catulius. Alij *Faselus* cum F. Lacerda in 4. Georg. geminat vdam *Phasellus* Saxa secutus. Lexicum Graecolatinum Antiquum. Σχεδίδιον, *Faselus*. Ibidem: *Phasilus* per I in media voce. Liquida duplicata minime placet: Vsus enim, & Librorum omnium consensus Saxis mihi potior.

PHERECYDES cum E in secunda sede, Y Graiorum in tertia inculpate. Sic Graecia, sic Latium. Codices MSS. peccant scripto *Ferecides*, *Feretides*, *Pherecides*, *Phaerecides*.

PHILAENI per Ae, non Oe. Strabo l. 3. & 17. Scylax Caryandenus, Mela lib. 1. c. 7. Solin. c. 40. docet ex Etymo: *Philaenis fratribus a laudis cupidine Graium vocamen datum*: quippe

Vicit amor patriae, laudumque immensa cupido,

vini vt obruerentur humo. Silius lib. 15.

Qua celebre inuicti nomen posuere Philaeni.

Sallust. in Iugurthino: *Philaenis fratribus aras consecrauere*. Polybij lib. 10. per Η Φιλαίνους. Non omnino praue. Dores enim Ἦνος pro Αἶνος scribunt: vnde & *Miseno* nomen factum quis ariolatur ab *Odio laudis*.

PHILARCHVS I Latij, *Phylarchus* Graiorum. Significati interest. *Phylarchus* est princeps tribulium, *Philarchus* principatus amans interpretari est Verrina 6.

PHILIPPEI, nummorum genus Plauto saepicule. Poenulo:

Hic sunt numerati aurei trecenti nummi, qui vocantur Philippei.

Idem in Amphitruone, & Asinaria. Horatius τετρασυλλάβως extulit l.2. Epist. ad Augustum:

Retulit acceptos regale numisma Philippos.

Nam qua confidentia *Philippeos* συνιζήσει admiseris cunctis obnitentib. Codicibus? In Bacchidibus a Duza: *Pater ducentos Philippos*, saepiusque.

PHILIPPVS Graecis, Latinisq. At Latio antiquo neglecta Adspiratio in Nummis, & Marmoribus, quod Cicero, Fabius, veteresque Grammatici testantur: Q. PILIPPVS.

PHILOMELA cum L. Publicum fere peccatum est scribentium *Philomenam*, inquit Rhodiginus l.25. c.4. Id ergo peccatum Italis familiare.

PHILOSOPHVS de muliere scribi potest. Priscianus l.5. φιλόσοφος, *hic, & haec philosophus*. Ouidij vetus in Ibyn interpres tria eiusmodi ponit viro, alteriq. sexui communia *Dux*, *Tyrannus*, *Philosophus*. De *Tyranno* apud Latinos, auctorem desidero.

PHILYRA Latio, Graecisque: Dioscoridi lib.1. φιλλύρεα.

PHINOPOLIS a *Phineo* conditore, Stephanus, & Mela. Eadem *Phrinopolis* Straboni, & Ptolemaeo. Ioculari opinor allusione: quia *Phineum* tabes, & pestis comitabatur.

PHLEGYAS Y Pythagorae scriptum placet, praequam *Phlegias* in Marone, & Pausania: etsi I sit in pauculis Codicib.

PHOCENSES, PHOCAEENSES recte: sed differunt. A *Phocide* Helladis *Phocenses*: a *Phocaea* Ioniae *Phocaeenses*.

PHOEBVS, Graeca Consuerudo, Latina, Lapides, Macrobius. l. 1. Satur. c.1. c.17. φοῖβος *appellatur, vt ait* Cornificius, ἀπὸ τοῦ φοιτᾷν βίᾳ, id est, quod *vi fertur*. Aut a *luce*, quae Aeschylo φοίβη: ideo Macrobius addit, *A specie, & nitore Phoebum, id est*, καθαρὸν, καὶ λαμπρὸν, *dictum putant*. Ne ergo per Ae scripseris: etsi factitant nonnulli.

PHOLOE, an *Pholi* ex Φόλοι scribendum, accuratione opus apud Plin. l.4. c.6. Sic enim *Pholenses* inflectuntur, vt *Solenses* ex Σόλοι, *Soli, Soloe*. Contra Pausanias in Arcadicis Τὴν Φολόην. Aeneide quinta *Pholoë* tribus sillabis seruat vocabulum: *Cressa genus Pholoe* —— Sed illud alterum plurationum est.

PHORCVS recte: licet per F *Forcus* Pandectis Flor. inhaereat. *Phorcys* Valerij Flacci l.3. vbi vetusto Codici est *Phorcus*, nec sat scit, quam recte Carrion.

PHRENITIS, non *Phrenesis* scribi fuit Hermolai opinio in l.26. Plin. c.8. Id profecto rectius. *Phrenesim* tamen etiam cum Martiale scribimus l.4. *Declamas in febre Mathon: hanc esse phrenesim Si nescis, non es sanus amice Mathon.* Quo in loco *Phrenesim* scriptum, dictumue Cor. Celso falso imponit, & temere Raderus. Celsus enim l.3. c.18. φρενῖτιν appellauit. Quid quod Notis posteriorib. Barbarus vbi *Phrenesis* cumq. est, a vitio esse pronunciet? Legimus nihilominus apud Samonicum Serenum: *Ex vitio cerebri frenesis furiosa mouetur.* Prudentium Α'μαρτιγ.

Imo haec attoniti phrenesis manifesta cerebri.

Ibidem: *Nodosa torquet quos podagra, & arthresis*, pro *Arthritide*. V. *Pleuritis*.

PHORONEVS recte: *Phoronaeus* incorrecte. Sic *Halicarnassens* τετρασυλλάβως, non ἑξασυλλάβας aduersus imperitorum enunciationem.

PHRYGES, olim *Fruges*. Tullius in Oratore: *Vt patefecerunt Fruges, non Phryges Ennij antiqui declarant Libri.* Nec enim Graecam literam adhibebant: nunc autem etiam duas: & cum *Phrygum*, & cum *Phrygibus* dicendum esset, absurdū erat aut tantum barbaris casib. Graecam literā adhibere, aut recto casu solū Graece loqui: tamē & *Phryges*, & *Pyrrhum* auriū causa dicimus.

PHRYXVS vbiubi, male, etiam apud D. August. l.18. c.13. de Ciuit. Recte per I Apollodori l.1. saepius Scholia pusilla Homeri, Pindarus, Pausanias, caeteri. Nonnus Bassaricon lib.10. Φρίξον ἔτι ζώειν μεταναάσιον —— Valerij Flacci editio a Carrione maculatur l.7.

—— *Tu prima malorum Causa mihi tu, Phryxe, gener* ——

Ibidem: *Phryxaeae pecudis*. Crescitque macula: nam per E desolatum scriptum oportuit *Phrixeae*.

PHRYNO, omnes Historici, qui huius meminere. *Phreno* reiculum est, ac ridiculum, esto, Codices MSS. septemdecim sic habeant Pontaci testimonio ad Eusebij Chronica.

PHYSICI. Auctores omnes, Libri omnes. Nescio de quo thesauro promiserint, qui pronuper Prudentium recuderunt, *Phisicorum dogmata*. Qua in editione neque probo Y eximi subiectis vocib. *Stigio caput extulit alto*, *Compositam chlamidem*, *Victis cumulauit Amictis*, *Assyriae Babilonis*, *Sibilla*, *Charibdi*, *Phrix*, *Aditis pro Adytis*.

PIACVLVM, & sillaba deterius *Piaclum*. Prudentius in Romano:

Tu cur piaclum tam libenter lectitas?

PICTAVI tribus sillabis forma pluratiua scribo cum Elia Vineto: non *Pictaulam* cum Eguinario.

PIGNERIS a *Pignus*, & *Pignoris*, vnde *Pignerati animi* Liuio, non per O (vt patebit e Prisciano) *Pignorati*, quod in Exemplarib. meis. Nunc omnibus plerisque locis solum per E admittunt nouatores. Dixere veteres *Compes*, *Helus*, *Hemo*, in quorum singulis politior manus O pro E suffixit: *Compos*, *Holus*, *Homo*. Prisciani oraculum est l.6.p.721. *Pignus*, *pignoris*, *pigneris*: vnde *Pignero*, *pigneras*. Idem in 7. Aen. *Pigneris*, & *Pignoris*: sed *Pignero* per E duntaxat admittit. Vide *Foenoris*, *Stercoratos*, *Oppignero*. Agroetij, & Bedae in Orthographia distinctus est: *Pignora rerum sunt*: *Pignera filiorum*. & *affectionum*, qui suis expendendus momentis. Sic in Lexico Cyrillum inscripto: Ἀτυχηματοποιός, *Facinerosus* per E, tanquam a *Facinere*. Sic prisci *Feneris*, *Facineris*, *Peneris*, *Temperis*, quae aetas insecuta per quartam vocalem rescripsit. Reformant alij, an deformant? Manutius: *Pignus*, *Pigneris dicebant veteres*: *Pignus*, *Pignoris posteriores Pignosa*, *Pignora eo modo quo Valesij*, & *Ausij*, Festus.

—— PILAM QVA LVDIMV': PILVM
QVO PINSO, TENVES I. PLVRA HAEC FECERI' PEILA,
QVAE IACIMVS: ADDES E, PEILA VT PLENIV' FIAT.

Ista Lucillius: post confuso discrimine omnia ista per I.

PILEVM liquida desolata. Nugantur, quibus placitum est geminari, dicique quasi *Pellevm*. Cassidas militares vsitatas ex variarum animantium pellib. non nescimus: aliud *Cassida*, *Pileus* aliud. Veteres Libros omnes *Pileum* praeportare, Valerio non accredam. Est autem ex Πῖλος: vnde πῖλοι πλεκτοί apud Pollucem l.10.c.13. *Socci* ex Cratino. Item Πιλοποιός l.1.c.10. Miro caetera. Eustathius. Πῖλιον, φόρημα κεφαλῆς. *Pileum*, *capitis gestamen*.

PIMPLA, PIMPLEA. Strabonis lib. 10. Πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέδειξαν: *Pimpleiam iisdem deabus dedicauerunt*. Similiter Nonnus l.13.Bassar. —— ἑὴν Πίμπλειαν ἐάσας, *suam Pimpleiam relinquens*. Inde Festo: *Pimpleides Musae* per M, non *Pipleides*, non *Pepleides*: minime omnium *Pelleides*.

PINNA. V. *Penna*.

PINNOTERES absque H. Plin.l.9.c.42. *Quem pinnoterem vocant*, *alij Pinnophylacem*. Confirmat id Plutarchus in libro, Vtra animalium. Hesychius: Πιννοτήρης, πιννόφυλαξ λεγόμενος. Πίννα ἐστὶ εἶδος ὀστρέου. *Pinnoteres*, *Pinnophylax dictus*. *Pinna vero ostrei genus*. Sic Athen.l.3. Aristot. l.5. hist. Anim. c.15. vbi ad oram: Γρ. Πιννοτήρης. Praefuerat Πιννοθήρης, quasi ἀπὸ τοῦ θηρᾶσθαι. verum a Τηρεῖσθαι est, non a Θηρᾶσθαι. Cicero 3. de Finib. Bon & Mal. *Qui quod eam custodit*, *Pinnoteres vocatur*. Ab eadem Origine *Mater*, seu Μήτηρ ὅτι μὴ τηρεῖ, quia *Non seruat* virginitatem. Sophocles Amphiarao productus ab Aristophanis Scholiaste in Vespas: Ὁ πιννοτήρης τοῦδε μάντεως χοροῦ. *Pinnoteres chori vaticini*. Neq. probo vnicam esse liquentem literam in Victoriana Ciceronis editione l.2. de Natura D. cuius obseruare est verba cum Hesychio quadantenus concinentia: *Pinna vero*, *sic enim Graeci dicunt*, *duabus grandibus patula conchis cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi*. Theophrastus: Παραπλησίως ταῖς πίνναις. Nota vnico N apud Etymolog. πινοτήρης, ὁ τὰς πίνας τηρῶν, quod minus probandum.

PINSERE cum N veterib. tribuit Diomedes l.1. seculo suo *Pisere*, ac *Pisare* per A pro eodē. Idem ambigi dicit *Pisat*, *an Pisit* apud Persium sit legendū. Et Turnebus apud *Varronem* ex Ennio, *Cubitis pinsabāt humū* reperit in MSS. Pōponius: *Cum interim neq. molis mplui*, *neq. palatis pinsui*.

PIRAEEVS τρισυλλάβως. Vltima e tribus conflata sit literis, an duabus pugnant. Nomina portus, & vrbis, secernunt irrito conatu. πειραιεύς, πειραιέως flexu vulgario, Attico πειραιῶς. Vnde in Eunucho: *Coimus in Piraceum*. Sic apud M. Tullium l.7. ad Atticum: quam recte? Certe Donatus ad sc 4. Act. 3. Eunuchi, sic notat: *In Piraeo pro in Piraeum*. Plautus Bacchidib. *Ibo in Piraeum*, non *Piraceum*. Sic in Mostellaria. Demost. pro Corona: Τὸν χόνδρον τοῦ πειραιῶς. Aristot. Polit. 5. Τὸν πειραιᾶ, minus πειραιέα. Sic πειραιεῖ pro πειραιέϊ Pausaniae Atticis. Sed & Stephano πειραιός scribitur. In *Piraceum* consentiūt Tacitus, Plinius, Pausanias, Plutarchus, Strabo. Alij *Pireum* Iustino tribuunt. Minus *Piraeea* dixi propter auctorem Ciris, cui scriptum: *Iamque adeo tutum longe Piraea cernit*, Lib. 40. mei Liuij scribitur: *Athenas missae cum Pireum peruenissent* Nobilis est M. Tullij locus l. ad Atticum 7. *Venio ad Piracea*, *in quo magis reprehendendus sum*, *quod homo Romanus Piraea scripserim*, *non Piraceum* (*sic enim omnes nostri locuti sunt*) *quam*, *quod In addiderim*.

PIRENE fons ad Acrocorinthū Pausaniae in Corinthiacis Πειρήνη: *Pyrene* mons Hispaniam a Gallia dirimit Silio: hoc per Y, illud per I. In Aulularia: *Interbibere sola*, *si vino scatat*, *Corinthiensem fontem Pirenen potest*.

PISCICVLVS quatuor sillabis absoluitur. *Pisculus* etiam a Charisio agnoscitur vna sillaba minus.

PISI-

PISISTRATVS I simplo, omnis Antiquitas: *Pysistratus* vbiubi reperiatur, erratur. Plutarcho in Solone Πεισίστρατος. Nec plura opus.

PISTACIA. Dioscoridi lib. 1. πιςάκια, Nicandro Colophonio *Phittatia*, Posidonio *Listacia*, si modo recte habet: alij *Phistacia*. Compone eum his obseruationem Hofmani lib. 3. cap. 23. Nicandrus Theriacis:

Πιςάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα πέφανται.

Pistacia amydali similia ramis.

PITTACIA gemino T, alia omnia. Tabulae sunt e fusili pice ad exarandum conflatae Vide Laertium in Cratete, ac Eustathium.

PITVITA τρισυλλάβως videtur Persio scriptum Satyra 2.

Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

Catulus quatuor sillabis: *Mucculusque, & mala pituita nasi.*

PITISSARE in Terentij ἑαυτον τιμ. I Latiari, absque adspiratione. Neque enim est a πίθος, etsi hoc vini est receptaculum: verum ἐκ τοῦ ποτίζειν, vnde ἀποποτίζειν τὸ θάλασσαν dixit Aristoteles l. 4. c. 3. de Animal. *aquam marinam exspuere.* Sic qui vinum expendunt, guttant, sorbent, exspuunt, resorbent, *pitissant*. Y Graecanicι cornu alterum extorsit Herculea, robustaq. Consuetudo, vt in alijs compluribus.

PIT PIT pro *Quidquid* Osci scripsere, Festus.

PLAETORIVS cum *Ae*, familia Romana, Libri, Lapides, Manutius, Vrsinus, Numismata, quibus abundabat, secutus.

PLANCAE cum N, Festus. Origo forte Πλάκες. V. *Palangas*.

PLANCIANVS cum C deductum a *Plancia* gente. Nummus argenteus Andr. Lauretani, alijque.

PLAVTIVS cum T, familia Romana, Libri, Lapides Capitolini, & alij, Nummi duo Andr. Lauretani, alijsque Matth. Forerij: Haut mirum *Plautum* dicimus, non *Plancum* per C, Sic enim ex co enascitur, vt ex *Albo A.bius*, ex *Laeuo Laeuius*, ex *Sexto Sextius*. Vide Notas ad Nonium. p. 183. Quem *Plautium* Liuius, Diodorus *Plotium* nominat variantia cognitissima.

PLEBISCITVM. Dilata voce *Plebis scitum* etiam recte. Tabula in Basilica Lateranensi:

ROGATIONEVE PLEBISVE SCITO

Quae ex indicina reposcas duplex SS *Plebisscitum*. Verum in optimis Liuij, Gellijque lib. 15. c. 27. Libris S vnicum lego, quasi quod *Plebi*, seu a *Plebe scitum*. Varie Pandectis esse Florentinis Taurellio credo, hoc est, modo nexim, modo solute. Nexim Plautus Pseudolo: *Estne scitus? Plebiscitum non aeque scitum.*

PLEIAS PLEÏAS duabus tribusue sillabis Ionum more. Fastor. 4.

Pliades incipient humeros releuare paternos. In tertio; *Pliadum numero fila dedisse lyrae.*

Georg. 1. *Pliadas, Hyadas* —— Homer. Iliad. 6 Πληϊάδας θ' Υάδας τε ——

Bassaricon lib. 1. Πληϊάδων ἀλάλαζε βοὴς ἑπτάπορος ἠχώ.

PLERVS, PLERIQ. non *Placrus*, neq. *Placriq*. Manifestaria est Origo a πλήρης. Paconius apud Priscian. l. 5. *Periere Danai: plera pars pessundata est.*

Passeratij nota: *Plerique, Ploeriq. Nam venit a Plures E pro V, & E pro Ae.*

PLEVRITICIS, non *Pleureticis* scribendum recte monitum Hermolao in l. 26. Plin. c. 8. Cor. Celsus lib 4. c. 6. *Oriturq. acutus morbus, qui Pleuriticus a Graecis nominatur.* Quibus consignatis incidi nouuellae Prudentij editioni, vbi in Romano:

Mucrone quanto dira pulsat Pleurisis.

Ex quo ductum *Pleureticus* exsibiletur iniuria. Neque merito damnat officinarum *Pleurisin.* *Pleuritis* rectius scribitur Itaque Alexander Trallianus, Aëtius, medici alij. Vide *Phrenesis*.

PLICA, PLICATILIS per I prima contra Originem a πλέκω.

PLOSTRVM Vespasianus adamauit: Florus *Plaustrum*. Ex ambiguis est, vt illa: *Plautus, Plotus: Claudius, Clodius: Maurus, Morus: Lorcola pro Laurcola* in M. Tullij Libris vetustiorib. Victorio veneratis, & Pandectis Florentinis. Vide *Clostrum*.

PLVRA, PLVRIA bifariam: Capito quamuis in epistolis *Pluria* scribi velit altero abrogato, & alios quidam apud Gellium l. 5. c. 21. *Plura* praescribat, *Pluria* repudiet. Ex eo *Plurima*, & Antiquo in Latio *Plisima*, Festus.

PLVSQVAM, & sectim. Martialis l. 4. Epigr. 44.

Haec iuga quam Nysae colles, plus Bacchus amauit.

PLVSSATIS nexim scribitur apud Donatum edente ex MSS. R. Stephano.

PLVTO recte: licet Graeci Πλούτων. Inscriptio Camerini:

INFERNO. PLOTONI. PROSERPINAE TRICIPITIQ. CERBERO

Etsi vero desit Vsus: ratio subest a Dorismo petita, Πλότων.

PLVVI scribit in praeterito Priscian. lib. 10. Liuium volunt in 2. & 21. scripsisse *Lapidib. pluuisse*. Lib. 23. *Sanguine pluuit*. Lipsius cap. 10. de Pronunciatione e Varrone conatur adserere *Plouit*, *Lauit* in praeterito. Orbita trita placet.

POCVLVM, POCLVM. Marius Victorinus ex vetere quo: *Da mihi poclo Veneris mista Thyoni gratia, quod de rosco labello.* Lucret. l. 8. *Quum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis Fingens compono, hoc est, quum φιλοκοτῶμαι.* S. Orientius ad Auscium Episcopum:

—— Ad pocla vocari.

Prudentius in Romano. Sic Arnobius. Sic *Fiblae* Inscriptio vetus, & *Fiblatoria* apud Vopiscum, φιβλατοόριον Suidae, φιβλατῶραι Constantino. Vigiliae βίγλαι Graecis βαρβαρίζουσι, *Nauclae* pro *Nauculae*, aut *Naniculae* apud Tertullianum. *Arcla* in vett. Glossis est *Arcula*. Cyrilli Lexicon: Ποτήριον, *Poculum*, *Calix*, cum V sillaba primore. Sic Aen. 6. *Gubernaclum*: paria apud Lucretium.

POEBESSA quatuor omnino sillabis rescribendum in Plinio l. 4. c. 12. contra fidem Librorum. Ποιήεσσα Homerus in Catalogo, Strabo, Stephanus.

POENA, ποινή per Oe, non Ae. Nefas indubitare. *Poesnas* scripsere Antiqui, vt *Casmenas*, *Coesnas*, *Casmillas*, Festus.

POENICVS scripsit Antiquitas. In Duillij rostrata: CLASES POENICAS. In Romanorum triumphis:

NAVALEM. DE. SICVL. ET. CLASSE. POENICA. EGIT

Festo item *Poenica pauimenta* sunt ex lapide Numidico. Recentioribus visa diphthongus exstinguenda, aut mutanda V nuda, vt ex *Poenio Punio* factum, ex *Moenio Munio*. Vide Scaligerum l. 1. de Causis LL. c. 27. receptumque scribendi moribus *Punicus*. Festi fragmentum: *Punici dicuntur, non Poenici.* Ita correxit Anton. Augustinus, cum praefuisset *Non Poeni*. Idem alibi: *Punici dicuntur, non Poenici: quamuis, vt ait Verrius, a Phoenicibus oriantur, & Punicum bellum, non Poenicum.* Quare ineptiunt Modius, & Carrion in Silio reponentes *Poenicus*. At Ful. Vrsinus in 4. Tullij de Finib. *E Poenicis puto legendum*, inquit, *vt seruetur antiqua scribendi ratio, qua bellum Poenicium in aenea tabella incisum est.* V. *Punicus*.

POETELIVS cum Oe, Lapides Capitolini, atque alij.

POLENTA vnico L. Origo: Παλυντὴ ἐκ τοῦ παλύνειν. Persij Auctoritas:

—— Grandi pasta polenta.

POLET, pro *Tollet* Antiqui Latij est: *quia nondum geminabant antiqui consonantes*, Festus.

POLITES per Iota. Romanus Virgilij Codex in quinto *Polutes* per V detestabiliter. Profectum id ab eorum opinamento, qui voces Graecas quasuis, praepropere censent Y Graio integrandas. Nonnemo Atticis id adscribit: sed Attici isti ab orbe Graeciae exulant.

POLLA. Vide *Paulus*.

POLLIO gemino LL, cognomen Asiniae gentis, Lapides Capitolini, alij. Nonnulli tamen Lapides L disiuncto, *Polio*. Xiphilinus in Augusto Πωλλίων.

POLLVCES, non *Pollux in Latinis literis veteribus*, inquit Varro. In recentioribus literis *Pollux*. Sic olim *Duces*, *Nuces* pro *Dux*, *Nux*. *Luce*, *Luces*, *Lux*, Macrobio indicante. V. Tractatum de Variantia.

POLYDAMANTEIS *iuuenis Pedianus in armis* Silij lib. 12. perquam recte scriptum. Apud Persum qui *Polydamas* scripturiunt, non aduertere Graecitatem: Πολύς communiter, Πουλύς Iones, Πῶλυς Aeoles, ex quo *Polydamas* prima tenta.

POLYMNIA, quam *Polyhymnia* rectius. Orpheus:

Τερψιχόρη τ', Ἐρατώ τε, Πολύμνια τ', Οὐρανίη τε.

Terpsichore, ac Erato, Polymniaque, Ouranieque.

Eundem versum legas apud Hesiodum, & Phornutum. Nonnus Bassar. lib. 5.

Καὶ παλάμας ἐλέλιζε Πολύμνια μαῖα χορείης.

Et palmas agitabat Polymnia choreae altrix.

Apollodor. lib. 1. Οὐρανίαν, Θάλειαν, Πολύμνιαν. Lib. 1. Epigram.

Ἁρμονίην πάσαισι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς:

Omnibus canticis concentum Polymnia conciliat.

Plutarch. Sympos. lib. 9. probl. 13. Ἥ τε Πολύμνια τὸ ἱστορικὸν ἔχει· γὰρ μνήμη πολλῶν. *Polymnia historiam curat: est enim multorum memoria.* L[illegible] περὶ ὀρχήσεως bisyllabo Πολύμνια, qua

Ionismo

Ionismo soluta *Polymneia* videtur Ouidius scripsisse Fastor. 5.

Dissensere deae, quarum Polymneia coepit.

Eadem scriptura Horatio reddenda:

Euterpe cohibet, nec Polymneïa.

Vbi tamen Libri consulti *Polyhymnia*. In Ciri:

Nam verum fateamur: amat Polymneïa verum.

Est & Liber Herodoti septimus Πολύμνια. Alij non a *Multa memoria*: sed a *Multo hymno*: vnde scribendum ariolantur Πολυύμνια. *Polyhymnia*. Diodorus Siculus lib. 4. Πολύμνιαν ἀπὸ τοῦ διὰ πολλῆς ὑμνήσεως ἐπιφανεῖς κατασκευάζειν τοὺς διὰ τῶν ποιημάτων ἀπαθανατιζομένους τῇ δόξῃ: *Polymniam, quod multis hymnis, siue laudibus clarat, quos poëmatis ad immortalitatis gloriam euehit.* Eodem tertur Etymologus in Εὐρόπυλος: Σεσημείωται τὸ Πολύμνια ἀπὸ τοῦ Πολυύμνια, ἀποβάλλον τὸ Υ: *Excipitur Polymnia, quasi Polyymnia, reiectio Y.* Cum ergo reiectum sit alterum Y, frustra scribunt *Polyhymnia*. Frustra torquentur productione primae: cum Doribus prima scribatur Πω: vnde *Polypus*, *Polydamas* hanc extendunt sillabam. Et Fastorum 5. scribi potest absque interrimento carminis: *Finierat voces Polymnia: dicta probarunt.*

Frustra H intermiscent.

POLYORCETES in quibusdam Eusebij locis. praue, praue. Deprauarunt & librarij Pontaci notam pag. 450. Certissimum enim est ab vrbium, seu τῶν πόλεων obsidio, & expugnatione sic Demetrium cognominatum. Inde *Poliorcetica* Daimachi libris 35. comprehensa apud Stephanum de Vrbibus. Plutarchus in Demetrio: Ὁ δὲ Πολιορκητὴς ἐπίκλησιν ἔσχεν.

POLYPERCHON absque S quam recte apud Curtium scribatur, nondum video. *Polysperchontem* omnes Graeci dicunt, nisi vbi aliter insulsit librariorum temeritas. Mecum Acidalius polyistor in lib. 4. Curtij, & Diodorus. Altera scriptio a Modio, quem tueri est ex Arriano. Cum S & Polyaenus lib. 4.

·POLYXENA, —— *Scissaque Polyxena palla.*

Fabius *Pulixena* l. 1. c. 4. *Quid O, atque V permutatae inuicem, vt Hecoba & Notrix, Culchides, & Pulyxena scriberentur?*

POMOERIVM, AN POMERIVM? POMOERIVM cum Oe dipthongo, Ita Festus in fragmento Farnesiano, Gellius l. 13. c. 14. Liuius l. 1. Varro l. 4 de L L. Manut. in epist. 33. l. 13. ad Atticum. Veteres enim constat *Moeros* pro *Muris* dixisse. *Pomoerium pone muros* interpretatur Gellius, & Priscianus in tertiam Aeneidem scribit *Pomoerium quasi Postmurium*. Atqui vocabulum hoc vt olim natum, sic amplexa est aetas serior. At diphthongum abolet Manutius in Orthographiae ratione Libros, & Lapides secutus, Vinetus eodem inclinat marmorũ momentis. Romae in marmoreo cippo: POMERIVM vocali pura, non *Pomoerium*, neq. *Pomaerium*, inquit. Sic hodie in Plutarcho edunt: Τῇ μὲν ἔσω γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους, ἢ μετὰ τεῖχος. *Linea murum definiunt, & vocatur concisa voce Pomerium, velut post murum.* Suidas: Πωμήριον, τὸ τοῦ τείχους ἐπινόημα. *Pomerium, muri delineatio.*

POMPEIIVS, TARPEIIVS per duo II scribenda sunt, & propter sonum (plenius enim sonant) & propter metra: numquam enim longa fiet sillaba, nisi per II geminum scribatur. Haec est Caesellij opinio, quam si sequeris, scribes *Pompeiij*, *Tarpeiij* tribus I. Vs enim sillaba vanescit in I. Et vero hoc ipse Caesellius praecipit, addito: *Quae tamen omnimodis modernus Usus excludit*, & nos. V. *Aiio*, *Maiia*.

PONTEM, AN POTEM? POS sine N Varro scriptum reliquit. *Videtur etiam Pos potius pontem significare, quam potentem.* Vide Lipsium lib. 3. Var. c. 19. At veteres *Pontem* scripsere: Ποντίμ γὰρ οἱ Λατῖνοι τὴν γέφυραν ὀνομάζουσι, Plutarch. *Pontem enim Latini vocant, quam Graeci γέφυραν.*

PONTINVS CAMPVS Silio Italico; *Pontina palus* Lucano lib. 1. & Iuuenali, *Pontina tribus*, Festo, & Plin. l. 26 c. 4. liquida N primam absoluente sillabam, non M, non interiuncto P, si a *Pontia vrbe* denominantur, quod Festo credi fas est. *Pontina tribus a Pontia vrbe dicta*, inquit *Festus*, *a qua & Palus quoque Pontina appellata est iuxta Terracinam.* Quod si dicuntur a *Pometia*, aliud sciptionis genus sequamur. Nam ab ea *Pometinas manubias* Liuij l b. 1. habemus, & Πωμεντίνους Strabonis l. 5. quos alterius immissu liquidae Dionysius vocat Πωμεντίνους. *Pometinos.* Quare in eo Lucani l. 4. *Et qua Pomptinas via diuidit vda paludes*, obseruatũ est in Exeplari, quod est in collegio S. Iacobi apud Leodicos, scriptum per M, & P, vti vides. Lipsius item l. 2. Epist. 16. *Agrum Pomptinum* legit in MS. Agellio. Sic *Pōptina tribus* apud Liuiũ l. 7. inq. eius Epitoma, apud Plinium ita legunt alij. Dio l. 45. varius est. Neque literam P sociari M in media voce paganicum semper est, vt in *Dãpno*, & *Solempnis*: verum ex Donysij Πωμεντίνους, transscribi possunt Πομεντῖνοι

 concisa

concisa primulum voce, tum interiunctione P, vt apud Graecos Πιττα, πιμπτός.

POPEDIVS Velleio, Liuioque lib.76. Diodoro Siculo lib.32. Πομπαίδιος, *Pompaedius*. Straboni in 5. Πομπώδιος, *Pompodius*, Appiano lib.1. Πομπαίδιος, *Pompadius*.

POPILLIVS LL geminis, Lapides Capitolini, alij.

POPLICOLA, PVBLICOLA, POPLICVLA, PVBLICVLA, BOBLICOLA. *Poplicolam* quasi *Populicolam* a *populi cultu* dici, notum ex vetere memoria. Sic Dionysij lib. 5. Ποπλικόλας habes. Sic & *Plebicola*. Turnebo nihilominus lib.30. Aduers. c.28 *Publicolam* lenius, concinniusque visum est: vti pro *Populicum* scribitur *Publicum*. Ita Silij lib.2.

Publicola ingentis Volesi Spartana propago.

Sed anne potius hoc nomen a *Publico*, quam a *Populo* compositum est? Non ἀμύζως dici *Poplicolam* a *Populo* indicant illa Valerij Maximi lib. 4. cap.1. *Qui populi maiestatem venerando Poplicolae nomen adscentus est?* At hic in vulgarijs Libris, etiam chirographis est *Publicola*, sicut Inscriptionum pag.363. Verum pag. 6. & 5. PVBLICVLA. Romae rursus in Sacrauia:

P. VALESIVS. VOLESI. F.

POPLICVLA

Suidas: Ποπλικόλας, ὄνομα κύριον παρὰ Ῥωμαίοις: *Poplicola apud Romanos viri proprium*, quemadmodum veteribus scriptum teste Ter. Scauro. Sed olim etiam *Boblicola*. *Publicola* per V in prima, *recentiorum est Auctorum error*, inquit Pighius lib.2. Non opinor. V. *Byrrhia*.

POPOSCI vtique cum vocali tertia, rectissime. Valerius licet Antias lib. Annal.45. scriptum reliquerit: *Comitijs diem a Q. Martio Praetore peposcit*, prima per E finita. V. *Memordi*.

POPPAEVS gemino PP, & cum *Ae* diphthongo, Libri, Lapides Capitolini, alij. Onuphrius lib. de Antiquis Nominibus propendet in scriptionem quatuor sillabarum *Poppaeius* ex Analogia Romanorum nominum gentiliciorum.

POPVLONIVM. Ita geographi omnes, inquit Pintianus, & Plinij scriptum exemplar Toletanum, ac Salmanticense, & vulgaris hodie nominatio. Solus Virgilius puto licentia Poëtica *Populonia*. Nam Pomponio idem semper ius eum Plinio.

POPVLVS, POPLVS: vnde *Poplicola*. Sic *Poculum*, *Poclum*: *Seculum*, *Seclum*: *Speculum*, *Speclum*. Plautus Amphitruone:

Dedant se in ditionem, & arbitratum
Thebano poplo ——

PORCIVS cum C, familia Romana a *Porco*, vt *Ouius*, *Asinius*, *Gallius* ab animantibus cognominibus. Ita Libri, Lapides Capitolini, alij. Nummi Ant. Augustini, & Fr. Molinij:

M. PORCIVS. LAECA.

Sic Aemilius, Plutarchus, Fasti. Firmatur auctoritate Varronis lib. 2. de RR. scribentis multa haberi nomina hominum a pecoribus vt a verre *Porcius*. MSS. quidam cum T *Portius*. inquinate, sicut etiam in Apostolorum Actis, esse debuit, animaduertente Bartolomaeo Lintrensi, *Porcius*, *non Portius*.

PORRICIO verbum sacrorum gentilium fuit, binis RR. Macrobius lib.3. cap.2. Alij veteres iuxta, nouique scriptores iusso valere *Proijcio* in ea re. Vide Festum. Maro in V.

—— *Extaque salsos Porriciam in fluctus* ——

Quo loco omnibus Antiquis Exemplaribus vnico I esse *Proiciam* testatur Pierius.

PORSENA, PORSENNA. Vnico N nouissima Flori editio. Silius noster:

Cernitur effugiens ardentem Porsena dextram. In imagine scilicet clypei Muciani.

Martialis lib. 1. consimiliter: *Hanc spectare manum Porsena non potuit.*

Plutarch. in Poplicola Πορσίνας, Maro in 8. literam geminauit. Claudianus quoq.

Et poenae multata genus Porsenna reducat.

German. Caesar: *Miratur Porsenna virum* ——

Sic integrius, vt *Sisenna*.

PORTISCVLVS admisso in medium sigmate. Ita Festus, a Scaligero, Nonius, Isidorus addicentibus Glossis: *Portisculus*, κελευστής. Ita Ennius. Quem primo legi Festum vetustioris editionis, praeferebat *Porticulus* absque S.

PORTVNVS vnico N saepius. Varie tamen scriptum reperias apud Ciceronem, Virgilium, Hyginum, Lactantium, Festum. Sic *Neptunus*. In quibusdam geminis NN *Portunnus*: in Festo, & alijs cum M *Portumnus*, vt *Picumnus*, & *Pilumnus* apud Seruium, *Vortumnus* Propertij lib. 4. In Varrone Vertranij cum M *Portumnalia a Portumno*, & *Vortumnalia a Vortumno*. Tullius l. de Nat. deorum: *Portunus a portu; vt Neptunus a nando*. Iuuat *Tutuni*, siue *Tutani* Competentia.

Sub

Snb Spoletanae vrbis moenib. Lamina aerea: IANO. PORTVNO

POSCVLENTA, non *Poculenta* scribit Hermolaus Barbarus in lib. 32. Plin. cap. 2. ex antiquis Festi codicibus, exque vetustissimo monumento, quod Ferenti ostenditur. Et placet.

POSIDIVS eunuchus Aurelio Victori, qui Suetonio *Posides*, alijs *Posidas*.

POSQVAM *res Asiae* eliso T scribi iubet Mar. Victorinus lib. 1. Sic *Pomeridianus* pro *Postmeridianus*. Cur hoc loco, quam alio potius? Deinde *Posquam* insolitatum est. V. *Postmeridiem*.

POSTEA QVAM secretis vocib. lib. 2. Institutionum de rerum Diuis. §. 5. *Licet postea ratum non habuerit, quam illatus est mortuus.* Sic amat Manutius. Non minus iunctim scribi potest *Posteaquam*, quam *Postquam*, quod retinendum vel inuito Victorino.

POSTFVTVRVS contigue scribitur meliorib. Sallustij Libris, & Gellij lib. 14. cap. 1. scribendum est. *Solus omnium post memoriam hominum, supplicia in postfuturos composuit*. Theocrit. Idyll. 12. —— Ε᾽πεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδά.

Sic apud Horatium Oda 24. scribit lib. 7. Nouarum L. c. 30. Canterus:

—— *Indomitam audeat Refraenare licentiam Clarus postgenitis* ——

POSCENIVM, V. *Proscenium*. In vetere Onomastico: *Pocoenium*, Κῶμος, pro *Post coenium*.

POSTILENA probius, quam quod Lexicon Graecolatinum praefert: *Postellena*. Analogia prius fulcit: scribitur enim *Antilena*. Plautus in Casina:

Ita te aggerunda curuum aqua faciam probe,
Vt postilena possit ex te fieri.

POSTMERIDIEM copulate Fl. Sosipater. Vide *Antemeridiem*. Sed & *Pomeridiem* legas apud Quintilianum, & Tullium.

POSTMERIDIANVS 3. de Oratore contra mentem Oratoris in editione Victoriana: *Inclinato iam in postmeridianum tempus die*, vbi euolutis aliquot pagellis habes *Pomeridianam sessionem*. Ipse Tullius in Oratore: *Pomeridianas quadrigas, quam postmeridianas libentius dixerim*. D. tamen Augustinus epist. 174. ad Pascentium vocem integrat: *Nisi postmeridianus timor antemeridianum placitum frangeret*, alijsque in locis. Seneca lib. 3. qq. Natur. *Postmeridianis horis accessimus*, & Sueton. de Ill. Gramm.

POSTERGANEVS, qui *Post terga* videtur apud Arnobium; mollius vnico T, quam duobus.

POSTRIDIE, quasi *Posteridie*, vt olim *Die quincti, sexti*. Qui scripturiunt *Postridue* neglecta Euphonia non placent: refelluntur Vsu.

POSTOMIS haut credo Lucillio scriptum, quod volunt. Nonius hinc a me emendatior: *Prostomis* (non *Postomis*) *dicitur ferrum, quod ad cohibendum equorum tenaciam naribus, vel morsui imponitur*, ἀπὸ τοῦ στόματος. Lucillius Satyr. l. 15.

Prostomides hinc ingentes de naribus pendent.

POSTVMVS praenomen Cominiorum, & Aebutiorum gentium: *Postumius* familiae nomen: vtrumque spiritu caret, vndeunde adsignes Originem. *Vt Cis, Citimus: Intra, Intimus: Extra, Extimus*: sic *Post, Postumus* teste Prisciano in 3. Aen. seu *Postimus*. *Tempus postumum* est posterius Sidonio Apollinari Carmine 24.

Ne fors tempore postumo viator
Ignorans reuerentiam sepulcri.

Vnde *Postumius*, & *Postimus*, qua fictura *Optimus, Maximus* V pinguius olim admisere: Omnia absque H. Ideo Tertulliano in Apologetico *Postumare* est *Postremum esse*: *Caeteri quoque prophetae & si Moysi postumant*. Lapis antiquus in aedib. Caesijs:

D. M
Q. VAL. Q. F. POSTIMIO
. . . .
. . . .
Q. POSTIMIVS. POMVLVS
FILIVS. ET. NEPOTES

Verum, quod plerosque fallit, non patre dumtaxat demortuo, *Postumi* sunt, & dicuntur: sed etiam eo viuo nati. Aeneid. 6.

Siluius Albanum nomen tua Postuma proles,
Quem tibi longaeuo serum Lauinia coniux
Educet siluis regem ——

Quae Caesellius ita apud Gellium lib. 2. cap. 16. interpretatur: *Postuma proles, non enim significat qui patre mortuo; sed qui postremo loco natus est: sicuti Siluius, qui Aenea sene, tardo, seroque partu est editus.* Vbi *Longaeuo* non patitur Gellius Apollinarem Sulpitium explicare *Immortali, indigeti futuro, & longo, perpetuoque aeuo potituro.* Neque enim *dii longaeui* appellantur, inquit: sed immortales. Fallitur. Coelites audiunt δολιχαίωνες, μακραίωνες: *Longaeui.* Recta nihilominus procedit explicatio. Sic adspiratione negata scripsere Priscianus, & Eutyches, Manutius secutus Pandectas Florentinas, Capitolij Saxa, Nummosque plurimos, Onuphrius, Theodorus Marcilius libello aduersus Ramiresium, Canterus Nouarum lect. lib. 2. cap. 30. qui reuisus, consultusque lectorem iuuerit. Laeuinus Torrentius in Horatium, Pontanus l. 2. de Adspir. Cassiodorus numerans inter ea, quae *excludunt penitus spiritum.* At volunt alij *Posthumum* ab *Humo* esse. Festus: *Postumus cognominatur post patris mortem natus.* Plautus in Aulularia:

Post mediam aetatem, qui mediam ducit vxorem domum:
Si eam senex anum praegnantem fortuito fecerit:
Quid dubitas, quin sit paratum his nomen pueris postumi?

Hunc Plauti iocum non minus valide, quam telum amentatum iecit in aduersarios Boëtius Epo I. C. vir doctissimus, atque integerrimus, mihique antè tres decaeteridas & amplius familiaris, qui *Postumum* & ab *Humo* dictum, & cum H scribendum propugnabat. Fauere videtur, & huic Origini Iustinianus l. 3. Institutionum: *Postumi quoque qui si viuo patre nati essent, in potestate eius futuri forent, sui haeredes sunt.* At noster est Iustinianus: si namque viuo patre nasci possunt *Postumi*, non *post humatum* patrem sic dicuntur. Posse autem patre viuo nasci quoq. discimus ex Cyrilli Lexico: Ὁ μετὰ πατρὸς θάνατον, ἢ διαθήκην γεννώμενος. En tibi *postumum post* patris testamentum: igitur a *Post*, quam ab *Humo* denominatio potior. B Germani Lexicon adductum a Brissonio: Οἱ ζῶντος μὲν τοῦ πατρὸς συλλαβόμενοι ἀποθανόντος δὲ γενόμενοι. Plutarchus in Coriolano: Ἐγένετο δὲ σωνήθεια γελοίως μέχρι νῦν χηλῶσι, Πρόκλον μὲν, ἐὰν ἀποδημοῦντος πατρὸς γένηται, καὶ Πόστουμον ἂν τεθνηκότος *Quosdam a fortuita generatione vsque nunc vocitant: Procium, pro ... peregre agente patre ... Postumum mortuo* Idem in Sylla: Ἡ γὰρ Οὐαλερία μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ [viri] θυγάτριον ἀπεκύησεν ὃ Ποστούμαν ἐκάλουν· τοὺς γὰρ ὕστερον τῆς τῶν πατέρων τελευτῆς γενομένους οὕτω Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν *Valeria post viri mortem puellam enixa est, quam vocarunt Postumam: nam sic appellantur a patris morte geniti.* Varro lib. 2. de L.L. *Qui mane natus esset, Manius diceretur: qui Luci, Lucius: qui post patris mortem, Postumus.* Saluianus l. 5. *Post mortem patris postumi nati.* Enimuero integris in hac disceptatione Auctorum locos seriatim ponere non sum pigratus, ne contraria occupati opinione iactent aliter in Festo, Gellio, Varrone, Plutarcho, Plauto, Iustiniano contineri. Ex his nemo dicit *Postumus* ab *Humo* esse: contra consensu magno *post* patris mortem, indicantque a *Post* fingi *Postumus*. Scilicet re fauente, blandiente vocis *Humi in Postumo* imagine ludificantur, qui & Originem praue adsignant, & scriptionem. Sic cum *Testamentum* sit tabula reapse *testis mentis*, ab animo parum perspicaci praeualuit opinio, vt inde vox componatur, quae simplex est. Nam si aliter, *Calceamentum* pari momento *mentis* erit *Calceus*. Quid *Sternutamentum*, *Stercoramentum*, *Pedamentum*, alia? Finalitas ista vocis fictura est, non compositi particula. Pridem hoc vidit, adseruitque Gellius: nimis licet peruicaciter Cowarruuias eum respuat. Duumuiros animaduerto non aeui retrusioris Adamantium, & Bedam *Postumum* ab *Humo* ducere: sed quod mireris, verbis expressim spiritum ea in voce elidunt. Rationem illis succenturiatus affero in antiqui Latij Orthographia: quia priscis *Vmus* scriptum fuit absque H. Priscis autem dicti *Postumi* ex antedictis testimonijs. Quid quod *Vmor* absq. flatu scribẽdum praecipiat Cassiodorus? Quare recte factum a Graecis scribentib Πόστουμος, non Πόσθουμος, vt malle videtur Boëtius Epo, qui quantitatem male quoque putat a Graecis inuerti. Id non agunt, non magis, quam Dionysius Halicarnasseus, Plutarchus, & alij scripto Σούπερβος pro *Superbo* Non vertit quantitatem Plutarchus scribens in Romulo: Οὕτως γὰρ ὀνομάζεται τὸ ἔργον: non Appianus in Ciuilibus vocans Λουπερκάλια quae Latini prima correpta *Lupercalia*. neque rursus Plutarchus in Camillo scripto Λουκούμωνος, cum notum sit

—— *Samij Lucumonis acumen.*

In F. bio: Οὐικούλας σημαίνει τὸ πρόβατον. Μερούλας in Mario pro *Merula*: non Suidas: Κάπουτ γὰρ Ῥωμαίοις ἡ κεφαλή. cui & Σούπερβος scribitur. H tamen admisere cum Boëtio Lambinus olim, Becmanus, Ramiresius, & qui in literis non tanti. Haec vbi iam scripsissem, post duo lustra, & amplius, tandem incidi Cuiacio lib. 3. Obseruat. c. 4. vbi super hoc ampliter quoque disserit, & Ludouico Delacerda.

POTEST,

POTEST, POTESTVR: POSSIT, POSSITVR.

Lucret. lib. 3. *Quod tamen expleri nulla ratione potestur.*

In antiquissimo monumento:

VBEI. DE. PLANO. RECTE. LEGI. POSSITVR

POTHINVS, Ποθεινός Eunuchus nobilis in Aegypto. Sic Plutarchus in Caesare, Pompeio, & Antonio, Appianus, & antiquissimi Libri. Praue pro eodem in Caesare, Liuio, Lucano *Photinus*, quae haeresiarchae nobilis est nomenclatio.

PRAE. Olim *Pri* scriptum, Paulus apud Festum. Inde *Priuignus*, *Primus*.

PRAECERPO, Cicero, sexcenti alij. Apud Macrobium autem lib. 3. cap. 19. *Alia praecarpuntur, alia maturescunt.* Sic in editione Gryphiana.

PRAECIDARIA [porca] *dicta, quod ante caeditur, quam frugem capiat*, Victorini verba. Similiter & Festus per R. At reperias apud Gellium lib. 4. cap. 6. per N *Praecidaneam.*

PRAECIPES, PRAECEPS, Priscianus. Plautus: *Praecipes in puteum saltam.*

PRAECOCEM, PRAECOQVEM, PRAECOQVVM recte, atque ex Vsu scripsere veteres, ac posteri. Scio ista Gellio per immemoriam lapsa lib. 10. cap. 11. *Appetis dominatum demens praematura praecocem. In quo versu animaduertendum est, inquit: quod Praecocem inquit, non Praecoquem. Est enim casus eius rectus non Praecoquis, sed Praecox*, Parissima Macrobius lib. 6. cap. 8. Flauius Caper, si modo recte habet: *Praecoca dicendum, Praecocia deridendum.* Quam diuerse! Non vt *Atrocia*, sic recte *Praecocia*? *Praecocis* scripsere nominandi casu, vti alia non pauca. Hinc cogitur *Praecox*. *Praecox, id est praecoqua*, inquit Nonius. Tertullianus lib. 3. *Praecoquos, & abortiuos Marcionitas vocat.* Auson. epist. 22. *Semente sera, siue multum praecoqua.* Isidorus lib. 17. Orig. c. 5. vbi de vuis: *Praecoquae vocatae, quod cito maturescant, & ante omnes sole coquantur.* Apud Columellam de RR. legas *Praecoquem vitem*, *Praecoquis fructus*, *Praecoquem maturitatem*, *Praecoques acinos.* Apud Curtium lib. 4. editur: *Praecoqui gaudio verita irritare fortunam.* Naeuius his praeformator:

Huic puellae praecoquis libido inest.

De C, & Q par est cum *Coque, & Coco*, ratio. Videsis. Calpurnius Ecloga 2.

Insita praecoquibus surrepere Persica prunis.

Par digladiatio, scribendumne sit *Insequе Musa*, an *Insece* apud Gellium Buslidianum referente Cantero lib. 2. Nonarum. cap. 6.

PRAEEDIVM scribit apud Festum Auratus aduocato Epigrammate 19.

Martialis lib. 11.

Errasti Lupe, litera sed vna:
Nam quo tempore praedium dedisti:
Malim tu mihi prandium dedisses.

Festi restantia: *Prandium ex Graeco ... est dictum. Nam meridianum cibum coenam vocabant.* Peringeniose quidem Auratus: at non de mente Festi. Nam *Praeedium* tunc Latina vox fit. Neque ijs cum Festo conuenit, qui *Prandium*, & *Praedium* à *Prando* ducunt. Ex Graeco enim dici vult. Quo? Diuinandum. Πρὸ δίος, *Ante diem*, nondum puro plenoque die. Nam *Prandicula aliqui dicebant, quae nunc Ientacula*, inquit Festus. Felicius diuinaturo patet area. Vide *Praeneste.*

PRAEDA. Vide *Praes.*

PRAEFASCINE, *id est sine fascino, quod Graeci ἀβασκάντως dicunt* inquit Charisius lib. 2. *Praefiscine* olim in Nonio legi, idque politius autumo. Quem modo teneo, Nonius per I: *Crastini, Pristini, Praefiscini*, quod de futuro Ios. Scaliger ad Festum dici autumat: *Praefiscine* de praesenti. Dic mihi Damoeta, quo differunt *Here*, *Heri*? *Praefiscino* vide in Praeuerbiorum Variantia.

PRAEFECTVS VRBIS rationabilius dicitur, quam *Praefectus vrbi*: quia nomen est dignitatis, non participium: hoc enim est *Praefectus*, quem Graeci ὕπαρχον dicunt, vt videatur *praeire omnes*. non ex eo, quod *Praefectus* sit ciuitati. Adde, quod Cicero Verrinarum 7. dicit toties *Praefectus classis*, &, *Praefectus classium Cleomenes.* Haec Cledonius. Addit rectius scribi *Praefectus praetorij*; non *Praetorio. Praepositus cubiculi*, non *cubiculo.*

PRAEGNANS N ante S praelocato, videtur tolerabile: est enim quasi *Praegenerans*: siquidem grauidae parere praegestiunt. Vide I. Scaligerum Exercitatione 216. At Probus Grammaticus accenset definentibus in As, & ita est Pandectis Florentinis Brissonij testimonio in Parergis, Russardi, Politiani, aliorum. Hoc Antiquitati defert P. Victorius ad lib. 1. Varronis de RR. Torelius in Digestis amplectitur lib. 25. tit. 4, de Ventre inspiciendo:

NEQVA. PRAEGNAS. SIT

explosо Holoandro, cui placuerat *Praegnans* repudiata Pandectarum Auctoritate. Plinius item in lib. de sermone dubio affirmat *Praegnatium* esse, vt *Optimatium*. Certe in Terentiano Codice antiquissimo in Hecyra est *Praegnas* ibi:

Abducta a vobis praegnas fuerat filia.

Sic scripsit in Theophrasti Characteres Casaubonus. Vtroque modo scribit Ant. August. Dial. X. Antiq. & placet. Horatius lib. 3. Carminum:

Ducat & praegnas canis aut ab agro. V. *Infans.*

PRAELVM diphthongo principe: non per *Oe*. Georg. 2.

Colaque praelorum fumosis deripe tectis.

Cato sic saepius. A *Praelucendo* ortum ducunt. Alij a *Premendo* quantitatis modo superato vnica scribunt sonora. Ita nouissima Columellae editio lib. 12. cap. 39. simulq. Origo tentari videtur: *Prelo premere, passumque tollere.* Martialis lib. 1.

Non haec Pelignis agitur vindemia praelis.

PRAEMEFERO coalita voce, vt *Quemadmodum*, *Quamobrem*.

PRAENESTE, PRAENESTIS, PRENESTE, biuocali non profligata. Stephanus: Πραίνεστος πόλις Ἰταλίας ἀπὸ Πραινέστου τοῦ Λατίνου τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ Κίρκης υἱοῦ. Πολίτης, Πραινεστῖνος. Plutarch. in Camillo: Πραινεστῖνοι, καὶ Οὐολοῦσκοι, Appian. lib. 1. Ciuilium: Κατὰ Πραίνεστον. Plautus Captiuis: Νὴ τὰν Σόραν, νὴ τὰν Πραινέστην. Lib. 2. de Diuinatione *Praenestinae sortes*, & *Praeneste* saepicule. Sic Strabo lib. 5. Plinius, Silius, Maro. Libros tamen, & Lapides Fabricatur Valerius cum Fabricio, quibus exest diphthongus. Festi, aut Seruij Etyma mihi non sunt etyma. *Praenestis* quoque videtur scribi posse ex Marone: *Praeneste sub ipsa*. Ita Seruius. Ecquid prohibet id fieri ex *Praeneste*? In hanc scriptionem praelustre est Plutarchi testimonium in Parallelis Graec. & Rom. Ἀρχοίκους προτείνοις κλάδοις ἐστεφανωμένους. Telegonus *rureslribus incidit, quibus de primo coronae*. Additur: Ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος Πρίνιστον ὀνομάσας, ἣν Ῥωμαῖοι παραγώγως Πραίνεστον καλοῦσιν, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοκλῆς ἐν τρίτῳ Ἰταλικῶν. *Ab occursu Prinistum nomen fecit vrbi, quam cum accessione* (vocalis) *Praenestum appellitant Romani, uti narrat Aristocles in tertio Italicorum.* Vrbs igitur in sui primordio scripta fuit *Prinistum*, dein *Prinestum*, tandem *Praenestum*, *Praeneste*.

PRAERIPVIT. Scribitur & *Praerepsit*: Neapolitana Inscriptio:

QVEM. IMPORTVNA. MORS. ADEMIT.
PRAREPSITQVE. SENII. BACVLVM

PRAES diphthongo ex Πρᾶσις, *Venditio*. Nam *Praes* se pro altero obligans paene vendit. Vt autem Aeoles φαισὶ pro φασί: sic ex Πρᾶσις, πραῖσις, *Praes*. Iuuat id Ciceronis in 2. Philipp. *Ne L. Plancius praedes suos venderet.* Sic *Res* ex Ῥῆσις, *Causa* ex Καῦσις, ex Παῦσις *Pausa*.

PRAEDA similiter. Suidas: Λείας, πραίδας ἀπὸ πολεμίων.

PRAESAEPIA etiam in secunda sede Ae poscunt ab Origine. Sic *Praesaepio*. Georg. 3.

Aut intus clausos satura ad praesaepia seruant.

Praesaepe, *Praesepes*, V. *Saepes*, Vide in Variantia.

PRAESAGIO Tullio: cum R Plauto in Bacchidib.

Occidi: animus iam isthoc dicto plus praesagitur mali.

PRAESERTIM cum *Ae* Libri veteres, Lapides, Virgilius Carpensis. Nam a *Praesero* est, vt *Insertim*. Tullij Exemplaria prisca Victorio visitata praeferunt diphthongo euanida *Presertim*. Male.

PRAESIDALIS recte a *Praeses* Spartianus formauit: *Qui iure praesidali omnes Gallias rexerat.* Philoxeni Glossae: *Praesidales*, Ἡγεμονικοί. Sic in Codice tit. 52. *Officijs praesidalib. Praesidialis* autem a *Praesidio*. Vide *Parcidalis*, *Conuiualis*.

PRAESTATVRVS per A creberrime in Pandectis Brissonio teste Παρεγγ. lib. singulari. Horat.

Praestatura cygni, si lubeat, sonum.

Praestiturus per I Cicero ad Brutum epist. 13. *Ego matri, ac sorori, puellisque illis praestiturus sum.* Epist. 11. *Si praestiturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis.*

PRAESTO rectissime. Veteribus quintam vocalem interiectam credo M. Cassiodoro *Praestuo*. Ecquis sequitur?

PRAESTOLOR, non *Praestulor*, liber incertus, nomine Bedae de Orthog. inscriptus.

Quia

Quia venit a *Praesto sum*, inquit. Alij per V a *Praestulus*, quod est ἐπὶ μονῆ. Veteres *Praestolo*. Turpilius Pedio: *Ego praestolabo illi.* Liuius Tereo: *Nimis pol imprudenter seruus praestolas.* *Praestulor* Cassiodorus improbat.

PRAESTINGVERE ACIEM, OCVLOS (non *Perstringere* neque *Praestringere*) scribunt Manutius, Lambinus. Quod *Praestinguere* secunda sillaba R defraudata probamus in hoc loquendi genere: etsi suis locis neutrum illorum exterimus. Frustra nobiscum cum sociennis suis Valerius digladiatur. Notae ad Nonium recte emendant, *Praestinguere*, non *Praestringere*, quod fuit. Idque locis duobus.

PRAEVERTO, & *Praeuertor*. Aen. 1.

—— *Volucremque fuga praeuertitur Hebrum.*

Auson. epist. 24. *Totum occursantis populi praeuertitur agmen.*

Apul. l. 7. de AA. *Meliora consilia praeuertitur.* Gellius l. 3. c. 7.

Aeneidos 7. —— *Cursuque pedum praeuertere ventos.*

PRASVS pro *Pransus* veterib. adsignat Papirianus.

PRATA. Olim *Parata* scribebantur. Plin. lib. 18. c. 5.

PRECIVM absque diphthongo: licet ita sit Pandectis Flor. quas ea re improbatum it Taurellius. Cum C a *Procando*, inquit Brabantus. Sed descendamus ad preces infimas, dicamusque primitus fuisse *Precium*, quod *Prece* importuna tollebatur, quod vsu creberrimum est in licitationibus & venditionibus. Exinde fuit explicatior vox. Literam vncinatam volunt *Unae preciae* Georg. 2. *Precianum*, *pyri* genus Macrob. l. 3. c. 19. Sic & apud Eutychen *Precium*, & *Deprecio* per C. Sic in Basi marmorea Praeneste:

MESSES. FRVCTVSQVE. RENATOS
DIGERIT. IN. PRECIVM

Indicinam huiusce scriptionis facit proprium Romae in domo Podocatharij:

L. PRECILIVS. APOLLONIVS

Varro l. 4. de LL. per T a *Peritis* ducit: *quod hi solum possunt facere recte id*, inquit.

PRECIAE cum E vocali recte scribitur Columellae lib. 3. de RR. cap. 2 Longe aliud sunt *Praeciae* diphthongo apud Festum, & a *Praeciendo*, ni fallor, dicuntur. Sic ab officij nomine nata vox propria, *Praecia*. Plutarchus in Lucullo Πραικία τις ἦν ὄνομα τῶν ἐφ' ὥρᾳ, καὶ λαμυρίᾳ διαβοήτων ἐν τῇ πόλει: *Praecia* vocabatur vna ex ijs, quae in ciuitate ob pulcritudinem, & elegantiam famam obtinuerunt.

PRECOR, non *Praecor*. Nec opus monitu, sed cautione aduersus Prisciani lib. 17. praeceptionem, qui statuit, scribitque *Praemium*, *Praeco*, *Praecor*, *Praedium*. Idem vitium Pandectis Florentinis imputat Taurellius. Silius Italicus lib. 4.

—— *Justa ite precari Thure pio* ——

PREHENDO aeque, & *Prendo* apud antiquos, & Ciceronem Consuetudine potius, quam ratione scriptum vult Cornutus, vt *Nihil*, *Nil*. Idem vult Papirianus apud Cassiodorum, & Beda. C *Comprachendo*, *Deprachendo* Pandectae Florentinae. Camerarius, & Beemanus eadem biuocali.

PRENSVS, non *Prehensus* nihilominus Terentius Scaurus, & Manutius. Quod si *Prendo*, & *prehendo* recta sunt: cur non *Prensus*, *Prehensus*? Quia *Preendo*, subijcit Scaurus H non habet. Hic illius sensus. At *Hendo* pro *Fendo* dixere veteres, vt *Hariolus*, *Fariolus*. Certe *Comprehensus* quatuor sillabis esse persuadet metri ratio apud Terentianum in hoc:

Siue in vno comprehensam, siue in verbo pari.

Mihi fauet Quintilianus l. 1. c. 5. vbi damnato nimio adspirandi Vsu: Inde durat ad nos *vsque Uehementer*, & *Comprehendere*. Nec obest Gellius l. 2 c. 3. Terentius in Andria, *Tuus pater modo me prehendit.* Vbi Donatus: Addita adspiratione geminauit sillabam, & *Prachendit* dixit, quasi vitantem, ac fugientem. Varro l. 5. de LL. *In vestimento sartum, quod comprehensum.* Ibidem paucis intersitis: *Adserere manu in libertatem, cum prehendimus.* Ipsemet Manutius: *Reprehendo* sine diphthongo, & cum Adspiratione: atqui in *Prendo* nulla est.

PRIMICERIVS vulgo, ac recte. Romae in pauimento S. Martini per E:

HIC. POSITVS. EST. ANTIOCHOS
CANDIDATVS. PREMECER

PRIMIGENIVS. an *Primogenius?* Varro lib. 5. de LL. *Primigenia dicuntur verba.* Item, *Primigeniorum verborum.* Festus: *Primigenius sulcus.*

PRIMIPILVS, & *Primopilus* vnica dictione per I vel O in secunda sillaba. Sic antiquus Lapis. Sic Dionysius lib. 4. Τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμοπίλους καλοῦσιν. Venafri Inscriptio:

PRIMOPIL. II. TR. MILITVM

Senogalliae in Piceno:

PRIMOPILO. SPECTATAE. VIRTVTIS

Capuae ad S. Vincentij:

PAVLO. AEMILIO. PRIMOPILO Ex *Primipilo* haec:

Primipilaris Quintiliano lib. 6. Plin. lib. 10. Epist. Sueton. in Tiberio, Spartiano in Pescennio, & Iuliano in MSS. *Quod primipilaribus commendantibus consulatum Niger mereretur.* Taurini in Pedemontio: PRIMIPILARI. LEG. VIII.

Alibi: *Testamenta Primipilarium.* Suidas: Πριμοπιλάριος, ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις *Primipilarius qui apud Romanos maiore inter milites erat dignitate.*

PRIMITIVVS Priscian. in lib. 1. Aen. & Prudentio in S. Romanum.

Vt primitiuum crederes foetum geri.

In Metamorphosi Ouidiana legas alibi *Primitium torrem.*

PRIMVS PILVS vero discretim, gradus, quem *Primipilus* obtinebat. In Iugurthino: *Centurio primi pili tertiae legionis.*

PRINCIPIALIS, an *Principalis*, sillabarum quinione, an quaternione absoluatur, vide in *Conuiuialis, Parricidalis, Praesidialis.*

PRISTINI, PRISTINE. Vide *Diequarti.*

PROBOSCIS Origo Graecanica depostulat: *Promuscis* ex eo detortum; quis probat? Hermolaus vtrumque in 10. lib. Plin. c. 8. Per B Eustath. in Homerum, & Athenaeus.

PROCASTRIA per A in medio vete. Glossae: per E *Procestria*, Festus.

PROCILIVS, non *Porcilius.* Vide Manutium.

PROCNE in Romano Codice, & alijs aliquot ibi:

—— *Manibus Procne signata cruentis.*

In Quirinali prisca Inscriptio:

P. VALERIVS. BASSVS. PRAEFECTVS. FABRVM. ET. CAECILIA
PROCNE. DIANAE. VALERIANAE. D. D.

Adde Latiaribus elementis G serius insitum.

PROCAT, Festus: auctiore sillaba, *Procatur*, alij.

PRO CONSVLE, PROCONSVLE, an *Proconsul* scribendum, ambigunt. Manutio in Orthographia nexim scribi placet. Defenditur Graecorum Consuetudine, quibus est Ἀνθύπατος: Item Pliniana voce *Proconsulatus.* Iuuerit eum Gellius l. 2. c. 2. Cledonius in Arte totus in hoc est, vt *Proconsul* adserat: *Proconsule* respuat. Absurdum censet dicere *Carraca Proconsule, Processit Proconsule, Praetorii Proconsule.* Nam quis dicat in illo Cl. Rutilij vocem vnicam:

Rexerat ante puer populos pro consule Poenos?

Ratio eius potissima: Nomen est *enim dignitatis, non actus cuiusdam rei, vel belli specialiter sibi mandati.* Tum vrget. Composita more simplicium declinanda. Vide caetera. Idem Cledonius *Pronomen* dici ait, non *Pro nomine*, vt *Procurator.* D. Augustinus lib. de Grammatica: *Iuncta praepositione fiunt Latina Propraetore, Proquaestore. Nam veteres nominatiuo casu Proconsul dicebant attendentes nullum nomen Latinum exire in E litera nominatiuo casu generis masculini.* Nos vtramq. scriptionem amplectimur cum I. Scaligero lib. 8. de Causis LL. Dispescit certe vocem Tullius pro Lege Mamilia, item lib. 16. Epist. Fam. epist. 10. alijque passim. Pighij 2. Annal. sunt ista: In Fastis triumphalibus, alijsq. antiquis Marmoribus puncto distingui videmus, & hoc modo notari PRO. COS. PRO PR sic vt praepositiones ablatiuis suis iunctas potius, quam compositas esse intelligas. Vide *Pro quaestore.*

PRO-

PROFICISCOR. Scribat & abique R Turpilius. Nam in Hetaera: *Hortatur hominem vt quamprimum proficisceret.*

PROGRADIOR, PROGREDIOR, vett. Glossae.

PROELIOR, PROELIO scripsit Antiquitas. Apud Priscianum lib. 8. Ennius in Achille: *Mortales inter se pugnant, proeliant.*

PROELIVM cum tertia diphthongo *Oe.* Προίλιον, quasi πρὸ τῆς ἴλης, *ante aciem.* Cum aperto Marte mediis in campis res gerebatur, post etiam de certamine pro muris, aut classe. Nec abit diuersius nobis Festus *Proelium*, *quasi praeludium* interpretatus: nam quod ante vtramque aciem, id erat πρὸ τῆς ἴλης. Veteres autem scriptitasse *Proilium* certum est. Mecum Manutius, Andr. Brabantus cum Ae errore non caeco. Priscianus eodem impegit Brabanto inconsultus. Adserit enim componi a *Prae.* Sed adserit & *Praecor* a *Prae* componi. sequemur? In fragmentis Capitolinis:

IN. PROILIO. OCCISVS. EST

In veterib. Plauti Libris in Menaechmis ita:

Ego istic mihi hodie apparari iussi apud te proilium
Hodie vt fieret: in eo vterque proilio potabimus.

Vide Muretum Variar. lib. 6. c. 4. Ὅμιλος quoque proeliantium conuentus est, quae vox ἀπὸ τῆς ἴλης.

PROH, OH, VAH, AH scribit I. Scaliger lib. 10. de Causis LL. quod truncata sint ex *Proha, Oha, Vaha, Aha.* Esto, veteres vltimam adspirarent nullam. Spiritus in his affectum manifestat, viresque addit pronunciationi. Alias nihil tam barbarum, quam afflare. *Pro* sine adspiratione Aldus Manutius lib. 4. Festum, & Virgilium Carpensem secutus. Inadspirationem esse contra Vsum maiorum autumat Pontanus lib. 1. de Adspiratione.

PROFANVS, PROFANO per F, non *Ph.* Aeneïde 12.

Quos contra Aeneadae bello fecere profanos.

Fabius Declamatione 6. *Hoc nomen profanari nefas est.*

PROHOEMIVM placet I. Scaligero c. 4. de Causis LL. l. 1. vt prisci Graecorum ΗΕΚΑΤΟΝ ΚΤΑΗΩΝ. Accitur in causam ab alijs Pontanus. At ille lib. de Adspir. 2. sic: *Prooemium adspirare minime conuenit. Nam Graeci, quorum ea vox est, non adspirant.* Causam volunt hiatum, ac ne vocales coalescant. At hiatus vastiore hiatu deuitandus non est: neque in vnum vocales ne misceantur magnopere pertimescendum, satis superque dissaeptis sillabarum elementis Graecis Προαγῶνας, Προαίρεσις, Προϋπάρχοντα nullo scribuntur Spiritu, qui simplicib. tamen praeest. Sic *Prooemium.* Hesychius: Οἶμη φωνὴ, ὁδὸς, λόγος, ἱστορία, ᾠδή· ὅθεν Προοίμιον, τὸ πρὸ τῆς ᾠδῆς: Sic Προοίμιον. Quod si exest a voce Graeca: qua fultura scribetur in Latia? Chrysoloras, & Gaza vocantur in partes. At nullius Auctoritas tanti sit, receptissimae scriptioni vt praeiudicet. Ego trita feror orbita, scriboque *Prooemium* defecto spiritu. Ita eastior Latij cultura poscit, & Origo. Receptissima autem scriptio haec Ciceroni locis innumeris, totisque paene Rhetoricis, Quintiliano l. 4. c. 1. Auctori ad Herennium, Iuuenali Sat. 3. toti Graeciae: seposito Saturni aeuo. V. *Panormus.* Similiter Virgilio:

——— *Postrema coercent* *Tyrrhidae iuuenes* ———

non *Coherceant*. licet ex Ἕρκος. licet nonnulli id voluerint.

PROIIECIT, Mar. Victorinus: *Quanquam & geminata I scribere iubeamus:*

Proiiecit fluuio, penitusque in nubila fugit.

Haut probo. Vide *Maiia*, *Aiio.*

PROLABSVS, *Illabsus*, *Labsantem* in antiquissimo Maronis Codice per B scripta visuntur, & Probus ita scribenda praecipit, non per P. Vide *Labsus.*

PROLVVIES, vt *Diluuies, Eluuies.* Aliud est significantia, & scriptione *Proluuies.* Varro lib. 5. de LL. *Proluuiem, & Proluuidinem dici ab eo, quod lubeat.*

PROMAGISTRO. Vide *Proquaestore, Proconsule.*

PROMISCE V a veterib. repudiato Mar. Victorinus in Orthographia repudiat. V enim perdi ici debet inquit, vt *Assiduus, Assidue.* Adde parla: *Ambiguus, Praecipuus, Ingenuus.* Testatur & Festus *Promiscam* dictum *Promiscue.* Prudentius vsus est in Romano.

Promisce adora, quidquid in terris sacri est.

Historiae Liuianae lib. 3. probaui olim *Promiscue:* *Placet pecudum, ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere?*

PROMISSIT duplo sigmate Pand. Florentinae. Inepte.

PROMTVARIVM. Hoc nomen ſubſtantiuum fieri ex adiectiuo claret e Soſia Plautino. An P in medio admittat, in *Emtus* diſcuſſum eſt. Vnde ſit interſitum, miratur Elias Vinetus in Auſonium, cum non ſit in his: *Commodatarium*, *Depoſitarium*, *Legatarium*. Verum alia forma *Promtuarius* dicitur: a *Promtu* namque *Promtuarius*, *ſicut ab Vſu Vſuarius*, *a Fructu Fructuarius*, *a Quaeſtu Quaeſtuarius*.

PROMVLGO, non *Pronulgo*. Oritur enim ex Προομολογέω. Signate Velleius l. 2. *Promulgatis agrarijs legib.* Summatum nonnulli neſcij credo Originis *Pronulgo* edunt. Sic in Diſpunctione Codicis Mirandulani Lipſius.

PROMVNTORIVM per V cum praecipit Turnebus, ludos ſe facit. *Septimontium* per O. Sic *Promontorium* indubitanter. Notaui quoque ſuperiorib. paginis veterib. exaratas *Fraudes*, quas aetas melior quarta vocali refinxerit. Item *Funtes*, *Fontes*.

PROPALA (qui merces propalam, velut ante palum, aut de palo pendentes habet, & vendit) apud Ciceronem in Bruto legit Turnebus ex bonis Libris, vt appellat, exque Varrone de RR. *Ad propalam vitam producunt*. Item ex Lucillio:

Vt cum primitijs ficos propala recentes Protulit ——

Alias: *Sicuti cum primos* ——

Vbi *Propola* reponi nequit, quod in Cicerone moliuntur: etſi Latinorum nonnulli a Graeciae modulo abiere. *Propola*, qui merces prior emit, vt pluris reuendat, Προπράτης.

PROPRAETORE. *Vide Proquaeſtore*.

PROPITIVS per T nonnulli a *Prope*, *& itu*, vt Diui praeſentes optentur, hoc eſt *Propity*. Alij eadem ex cauſa a *Prope ciendo*, vt *Patricius* a *Patre ciendo*. Andr. Brabantus a *Pace Propitius* figurat. Nec pes ſermonis apparet, nec caput.

PROQVAESTORE vnica complexione vt ſcribatur, pugnat Hotomanus. Fauent multa. Ita Libri omnes Verrina prima. Vnius Stephani codex *Proquaeſtor*. Cum Libris Aſconio conuenit Accuſatione tertia: *Legatis*, *Proquaeſtoribus*, *cohorti praetoriae*. Aſconij Liber, inquit Hotomanus. *Pro queſtore*, quam lectionem meliorem iudicat: quod vbi quaeſtor eſſet, *Pro quaeſtorib.* locus non erat: erat autem Verres *Quaeſtor* Coſ. Papirio. Item Hotomanus in Verrinam 4. *In ſcriptura Siciliae promagiſtro eſt quidam L. Carpinatius*. *Promagiſtro* autem coniunctim ſcribitur, vt *Proconſule*, *Propraetore*, inquit. Quae Conſentius ijs apponit compoſitis, quorum neutra pars declinatur. V. *Proconſule*.

PRORSAM, ſeu *Orationem prorſam* caſtigatiore iudicio ſcribitur cum R in Terentium, Stewechio in Apuleium, Lipſio, Ioſepho Scaligero. Sic eſt Toletano Plinij Codici Pintiani teſtimonio. Andr. Brabantus fruſtra pellicit in cauſam Ioſ. Scaligerum in Auſonianis. Haec enim eius verba c. 14 *Vtrumque* [cum R, & abſque eo] *probum*, *& Latinum*: *ſed antiquius Proſa. Nam veteres illi Latini concurſum S cum R fugiebant*: *Itaque R exterebant*. *Quare Ruſum potius, quam Rurſum. Suſum quam Surſum*: *Aſſum, quam Arſum*, *Proſum, quam Prorſum dicebant*, *vt nos olim in Coniectaneis annotauimus ex Afranio.* Haec ille. *Proſas*, *vti Roſas* ſcribit lib. 9. de LL. Varro, & ipſe plerumque ſemper ἀρχαΐζων. Porro veteres *Prorſum Rectum* dixerunt: vnde *limites prorſi* apud Hyginum, & Feſtum definiuntur, qui in orientem directi. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 1. Origin. c. 37. *Prorſum enim antiqui productum dicebant*, *& rectum*. Vnde Terentiano Mauro *Proſa loquela*. Vnde, ait Varro, apud Plautum *Proſis lectis* ſignificare *Rectis*. Vnde etiam quae non eſt perplexa oratio: ſed *Recta*, *Proſa* oratio dicitur, in rectum producendo. Eunuchi Terentianae interpres: *Prorſus recta*, *id eſt*, *omnino*. *Nam Prorſum eſt porro verſum*, *id eſt ante verſum*. *Hinc & Prorſa oratio*, *quam non inflexit cantilena*. Itaque ſi *Verſus* extrito R ſcribi poteſt, & *Proſa* poteſt.

PROSCENIVM cum manifeſto Graeca ſit ab Origine, nec immutarir Vſus, aut Ratio, Ae diphthongum praeportantib. non inhaereamus. Volſinijs Inſcriptio:

THEATRVM. AC. PROSCENIVM

Perperam apud Lingones per Oe:

PROSCOENIVM
VETVSTATE. COR
RVPTVM

De *Scaena* quid ſentiam, loco ſuo aperio.

POSCENIVM vt recte ſcribatur, quidue ſit, audi Turnebum l. 37. Aduerſar. c. 35.

Lucretius: *Omnia ſummopere hos vitae poſcenia celant.*

Quidam

Quidam hic *Post scenia* scribunt: alij *Proscenia*: neutrum bene, inquit. Nam *Poscenium* non dubito quin verissimum sit. Vt enim *Proscenium* locus est ante scenam omnium spectatorum oculis expositus: ita *Poscenium* locus erat *post scenam* subductus adspectui spectatorum. *Poscenia* igitur vocat illa omnia, quae amicae, dum se fucant, & ornant, faciunt intus, quasi *post scenam*, remotis arbitris, nec admissis amatorib. Addo sic *Pocoenium*, Κῶμος in vetere Onomastico, quia *Post coenam* comessatio licentior. Item *Posmeridianus* lib. 3. de Oratore apud Tullium.

PROSPER, PROSPERVS. *V.* 1. *V*olum. p. 72.

PROSTHESIS. Piget pudetque Grammaticis detrahere qui non prouidere Πρόθεσις, & *Prothesis* efferendum: nec Πρόσθεσιν & πρόθεσιν quid intersit. *Inter Appositionem, & Propositionem.*

PROTENVS, PROTINVS, PROTINAM. Maro Ecloga 1.

—— En ipse capellas Protinus aeger agro ——

Plurima Exemplaria per I exhibent: sed Oblongus Codex *V*aticanus, & Mediceus *Protenus* per E. At inter vtrumque discrimen ponit Caper. *Protenus* per E locale retur aduerbium, vt sit *Porrotenus*, vt:

—— Cum protenus vtraque tellus Vna foret ——

Protinus vero per I iubet inseruire tempori. Hoc discrimen & Bedae placuit exemplo collato:

Protinus Aeneas celeri certare sagitta.

Protinus, Incontinent, tout d'vne tire. Item:

Protinus aërij mellis coelestia dona.

Maro: *Nam memini Hesionae visentem regna sororis*

Laomedontiadem Priamum Salamina petentem

Protinus Arcadiae gelidos inuisere fontes.

Scripsit & *Protinam* Terentius: *Protinam conijciam me in pedes.* Ita legunt Festus, Nigidius, Donatus. *Protinam* Plautus in Astiaba:

Dare pedibus protinam sese ab his regionibus.

Item in Curculione, Naeuius in Colace, *V*arro lib. 6. de LL.

PROTESTOR. Sed & *Protesto* priscis imputat Priscianus lib. 8.

PROTEVS absque Spiritu. Πρωτεύς Apollodorus l. 2. Aristophanes, Theocritus, Graeci omnes, Maronis, & Horatij Editiones multae Spiritu noxio infectae sunt. Nonnus lib. 41. Bassaricon:

Πρωτεύς γὰρ μελίτοσε ἰύπον μιμηλὸν ὑφαίνων.

In Protei membris variae textura figurae.

PROTOCOLVM vda simplici. Qui aliter audent, non ineptiunt. Pulcre namque, ac solide Scaligeri reuellit opinionem Salmasius in *V*opiscum, & recte scribi Πρωτόκολλον a *prima colla* sentit; ac probat.

PROXIMI scribitur pro *Proximo*, aut *Proxime*. Cato contra Furium: *Die proximo. Vt a* veterib. *Crastini, Pristini, Praefiscini. V. Diequarti.*

PRVRIGA, qui ad *pruritum agit*, seu ciet. *V*arro l. 2. de RR. c. 7. vbi de equorum admissura: *Pruriga enim appellatur, quisquis admittit.* Ibidem: *Cum equus, matrem vt subiret admitti non posset, & cum capite obuoluto pruriga adduxisset.* In qua narranda historia *Prorigam* exhibet Plinij l. 8 c. 42. apographum a Pinciano. Sed & *Praurigam* recipit Ios. Scaliger, vt *Caudus, Claudus, Clodus: Perurigam* Iul. Scaliger in Aristotelem.

PSAMMETICHVS. *V*ide *Messana.*

PSITTACVS. Vide *Sittace.*

PTISSANA scribit in Modio Varronis Riccobonus, & Gorraeus in Definitionib. medicis, idque recte, atque exemplo Graecorum. Alij demunt alterum S, neque damno. Sic in Plinio Gelenij lib. 18. c. 7. *Ex qua ptisanam conficiunt.* Sic in lib. Plutar. de Iside: Πτισάνην, ἰατρίον, *Tisana* in pharmacopolijs inciuile est.

PTOLEMAEVS per E secunda sillaba ἐκ τοῦ πτολεμεῖν. Sic in Cicerone, Diodoro, Pausania, Dione, Herodiano, Suetonio, Ammiano, Plutarcho, Plinio, Augustino, Hieronymo, Aeliano. Placuit haec Orthographia Prisciano, Manutio, Pontaco, Theocrito Idyll. 15.

Βᾶμεν τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω.

Alij per O *Ptolomaeus* ex *MSS.* proferunt. Fauet ijs *Corcyra* ex Κέρκυρα, *Beronice* ex *Berenice*, *Pignoris & Pigneris.*

PVBLICIVS, POPLICIVS. Vide *Poplicola*, & Festum. Apud Valerium Probum nota veterum: POB. *Publicius.*

PVBLILIVS, non per O *Poblilius*. In quo Lapidum examinatorum momenta sequor, Varronemque lib. 1. Instit. Charisij. Addo *Publilium*, non *Publium* pro nummorum inscriptione nobilissimo viro Hermolao Barbaro visum scribendum in lib. 8. Plin. c. 15. Item in lib. 12. ad Atticum: *Publia ad me scripsit*, Victorius notat veteres Codices, quib. sit *Publilia*, & paulo post rescribit *Publilio* pro *Publio*.

PVERITIA, PVERTIA concisius scriptum Horatio lib. 1. Od. 36.

Actae non alio rege puertiae.

PVLCHER inspirat secundae sillabae Val. Probus, Vel. Longus, Victorinus. Rationem confert I. Scaliger l. 1. de Causis LL. Fuit, inquit, Graecum πολύχειρ, id est *Fortis*. Sic omnium doctissimus Poëta:

—— *Satus Hercule pulchro* *Pulcher Auentinus* ——

Alia congerit. Pro *Forti Pulcher*, & lib. 2. de Diuin.

—— *At Romulus pulcher in alto* *Quaerit Auentino* ——

Seruius item in 3. Georg. *Tria veteres habebant nomina, in quib. C literam sequeretur adspiratio Sepulchrum, Orchus, & Pulcher, e quib. Pulcher tantum hodie recipit adspirationem.* Sequitur Carrion in lib. 1. Val. Flacci. Rhodiginus l. 24. c. 4. *Pulcheria* densiore spiritu omnes afflant. Fauent Inscriptiones. Romae in capite pontis S. Bartholomaei:

HEIC. EST. SEPVLCRVM. HAVT. PVLCHRVM
PVLCHRAE. FEMINAE

Neapoli in aedib. Gueuarae:

ΣΠΟΥΔΗΣ. ΝΕΑΡΟΛ. ΡΟΥΛΧΕΡ

Plut. r. 1. Κορνήλις πούλχερ. Sunt in eum modum & plures aliae. Appianus lib. 1. Ciuilium Κλαύδιος πούλχρος. Phlegon narratu 13. Πεύλχρον ὀνόματι. Strabo lib. 14. Κλαύδιος πούλχερ. Denique Vsum ad hoc Pontanus aduocat. Quae etsi ita sint, non minorib. momentis impellimur ad detrahendum spiritum. Satis certe constat ex Oratore Tullij veteres non aspere scriptitasse. Addo Terentium Scaurum: *Pulchrum quamuis in Consuetudine adspiretur: nihilominus tamen Ratio exiliter & enunciandum, & scribendum persuadet, ne vna omnino dictio aduersus Latini sermonis naturam in media adspiretur. Quamuis Sanctra a Graecis putet esse translatum, quasi πολύχρουν. Sunt tamen non hebetis ingenij viri, qui nomina huiusmodi in Crum exeuntia a verbis deduci velint: A Fulcio Fulcrum: a Sepelio Sepulchrum: a Polio Polcrum.* Nec multo post: *Consuetudine Pulcrum.* Charisium lib. 1. *Pulcrum Varro adspirari debere negat: ne duab. consonantib. media intercedat adspiratio, quod minime rectum antiquis videbatur. Unde & Sepulcrum hodieque manet, quod sit scorsum a Pulcro propter recordationem doloris.* Sententiam de scriptione amplector: rationem non aeque: est enim frigida & putidula. Αἰσχρός non asperatur in medio? Nec desunt Inscriptiones. Geneuae ad portam Burgundicam: PAPIRIAE. POLCRAE.

Placet haec scribendi ratio Caecilio Minutiano lib. de Orthographia, Scauro, Charisio, Varroni. Fulcitur & Competentia *Alacer, Volucer: sic Pulcer*. At Competentia haec a Plutarcho reiecta est in Parall. cui scriptum Ἰουλίαν Πούλχραν, & Πατέριος Βόλυκερ. Minus concorditer: si tamen alterutrum Plutarchus scripsit. Quos sequi sicui decretum, adimat eundem spiritum *Pulchritati*. & *Pulcricolori*, *Pulcresco* apud Serenum, *Pulcralibus* apud Catonem, *Pulcello*, quae vbique absque H.

PVLVER pro *Puluis* ἀρχαϊκῶς scriptum teste Cassiodoro, & Philoxeno: Χοῦς, ὁ κονιορτός, *Puluer, Puluis*. Apud quem Philoxenum reperies & *Puluix*, quod adstruere conatur Vulcanius ex Proportione *Aias, Aiax: Pistris, Pistrix*. Vtrumque superius positum per V, non B praecipit Adamantius.

PVMILIO, quam *Pomilio* malim.

PVMILVS τρισπιθάμους Statio 1. Syluarum: *Mirantur pumilos ferociores*. Augusti c. 23. apud Suetonium probant etiam *Pumilius* auctius sillaba: non improbo.

PVNICIVS cum I in Marij Titulis: VESTE. TRIVMPHALI
CALCEEIS. PVNICIEIS

In Tabula vetere: BELLO. PVNICIO. PROXSVMO

Puniceus per E in Eusebij Chronicis; & vulgarij moris est. Aequa Graecis varietate φοινίκεος, φοινίκιος. V. *Poeniceus*.

PVSTVLATVM, PVSVLATVMQ. argentum recte scribi docet Cuiacius lib. 7. Obseruat. c. 39. *Pustula* namque scribitur, & *Pusulla*. Tibullus:

Laederet aut teneras pustula rupta manus.

Festus: *Hetta . . . alij pusulam dixerunt esse, quae in coquendo pane solet adsurgere*, Quo loco *Pustulam* rescri-

reſcribunt alij. Plin. l. 22. c. 25. quatuor locis, quib. ſcriptum eſt *Puſtulas*, vel *Cruſtulas*, veteres Libri habent *Puſulas*. Item l. 21. c. 15. Argentum *Puſulatum* eſt, quod Suetonio, & Martiali *Puſtulatum*, vel *Poſtulatum*. V. Budaeum priorib. ad Pandectas Annotat.

PVPVGERO in vulgus receptiſſimum eſt: niſi quod Accius in Aedilicia ſcripſerit: *Sed ſi pepugero, metuet.* Vide *Memordi.* & Gellium in *Peposci.*

PYRATA ineptum eſt, μιξοβάρβαρον eſt: non enim ἀπὸ τοῦ Πυρὸς oritur, ſed ἐκ τοῦ πειρᾶσθαι πειράτης. Lucanus:

Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit.

PYGELA, Strabo, Ptolemaeus: cum ſpiritu *Phygela* Pomponius, Dioſcorides.

PYRENAEVS diphthongo penultimam inuadente, non *Pyreneus*, vt in Epitoma 21. Liuij. Ratio: fit enim a *Pyrene*, vt *Circe Circaeus*, *Acriſione Acriſionaeus* Silij lib. 1. *Pyrene* autem R vnico: quamuis metri cauſa videatur Dionyſius ſcripſiſſe Πυῤῥήνηθεν. At non eſt eo animo id factum. *Pyrene* namque optimis auctorib. prima producitur. Silius in tertio:

—— Moeſto clamore ciebat
Pyrenen, ſcopulique omnes, ac luſtra ferarum
Pyrenen roboant ——

Nec ſatis culte Πυῤῥηναῖον ὄρος: niſi ex eorum opinione, qui a Πῦρ ducunt.

PYRRHVS probum eſt. Nec improbum *Purrhus* per V Budaei iudicio Annot. ſecundis in Pandectas. Sed antiqui commatis eſt Tullij relatu in Oratore: *Purrhum ſemper Ennius, nunquam Pyrrhum*, inquit. Latio tardius Y elementum donatum, cuius ignorantia voces Graecanicae verſae, vel I Latiari ſunt extenuatae. Conſimiliter *Pyrrichorius*, *Pityocampae* etiam cum V ſcripta ſunt. *Pyrrhum* priſcis fuiſſe *Byrrhum* cum B memorat Terent. Scaurus de Orthographia. Vide *Sylla.*

ANTONIO OBERTO

ΕΞΙΗΤΡΩ. SANCTOMARIO.

KAI ΜΥζῶν θεράπων, καὶ Ἐξίητρος ἀκούεις. *Quam ſis autem ſapientiae medicae potens*, OBERTE OPTIME, *ſalutis magiſtrę indicabunt. Malim equidem ego medicam opem experiri, quam de Medico, praeſertim in edito faſtigio, ferre iudicium. At ſiquis benigniores Muſas colit: addo me ſocium fidenter. Ita tamen iudicare auſim, Athenarum Poecilen non tam multicoloribus lineis a Polygnoto Thaſio nobilitatam, quam libros tuos a te multiiuga, atque effertiſsima doctrina variatam. Inuidiam ea ratione ſuperaſti. In ijs enim verborum momenta penſas: rebus ipſis incumbis etiam aliquanto propenſius: doctrinam intimam ac penetralem orbi literatorum offundis. Legi, relegi: intellexi multa: admiratus ſum plura. Multa in Iatricis, & quidem tuis, ſupra me: cur non ingenue fatear? Suas quiſque tractet artes. Nam qui omniſcij haberi geſtiunt, non ſe ſciunt; & aliena perſequuntur. Surge, age*, OBERTE DOCTISSIME: *Superi te ad maiora.*

Te doctarum hederae praemia frontium
Miſcebunt ſuperis ——

Aggredere ad alia: ſi modo non mollibus ſtimulis vrgeris: exegeris monimentum aere perennius. Si non panchreſta: ſaltem biochreſta ede. Neque ſi dulciſsimae Patriae medicinam facis cotidie, contentus eſto. Interim tamen per te Querquera *febris cum* Querella *profligetur, &* Queremonia, Quocum *aegris prudentem ſuffice.* Quaeſti *res haec non eſt: non enim ex horum lectione* Quatrans *haberi* Quitur. Quor *plura?* *Catus es animo, oculis vtere.*

TRA-

TRACTATVS DECIMVSSEXTVS.

Q

Q LITERA Licinium Caluum non vſum teſtatur Mar. Victorinus. Idem notat Graecos literam Q vſurpaſſe. Latini cum *Qae* copulantem particulam ſignificarent, Q pingebant. Romae in aedib. Atilij Delphinij:

POSTERISQ. SVIS. ET. LIBER...
LIBERTABVSQ. POSTERISQ...

Ad eam rem ſexcentae producuntur Inſcriptiones, animi cauſa.

QIS, QAE, QID tribus omnino literis abſoluiſſe quoſdam abſque V nobis teſtis est Velius Longus. Quoniam ſcilicet in Q eſſet C, & V. Idem Vel. Longus multis arrogat *Cuis*. Indicio ſit datiuus *Cui*. Contra praecipit Cornutus: *Qui ſillaba per Q, V, I ſcribi debet*. Rectiſſime, atque ex Vſu omnium. Pro eo *Cis* etiam ſcriptum. Mediolani in aede Martis, quae fidiſſima Gruteri accuratio eſt:

HIC. SICIS. REMOVERE. VOS. VOLET

Pro *Siquis*. Veterum etiam fuit *Acua* pro *Aqua*. Ὕδωρ interpretantur Excerpta de Gloſſis. Lexicum Philoxeni: *Animecum*, Ἴσόψυχον. Vnde *Amicus*. Neque recte *Animaequum* reſcribit Vulcanius. Videtur tamen biuocalis ὑπέρτασις. Cyrilli Lexicon Ῥῦσις, *Licor*, *Fluor*. Antiquitatis effigies. *Alicubi* quaſi *Aliquoubi*, Caeſellius.

QVADRANGVLVS. Sed & ſillabarum quinione, *Quadriangulus*. Auſonius Epigram. 120.

Mulicbre membrum quadriangulum cernit.

QVADRIGENTA pro *Quadringenta* in L. 33. D. ad Trebellian. notat Briſſonius Παρέργων lib. ſingulari. Rectumne? Vide, quod inſequitur.

QVADRINGENTESIMVS, vel *Quadrigeſimus*, vt *Trecenteſimus*, vel *Treceſimus*; *Quingenteſimus*, & *Quingeſimus*, Priſcianus lib. de Numeris. Liuius ab V. C. triceſimo primo: *Anno quinceſimo*. Sic ibi.

QVADRVPEDES V ſecundam perficiente ſillabam. In Romano Virgilij Codice:

Libauit quadripes ——

In eodem lib. 11. *Quadripedantum* per I. Varro Sexageſi: *Equam emiſſet quadripedem*. Accius Thebaide: *Quadripedantum ſonipedum*. Comminianus apud Soſipatrum *Quadrupedatim*. Vide virum eruditiſſimum Aleandrum in tabulam Heliacam.

QVAESTOR, & *Quaeſitor* *Minos vrnam monet* —— Aen. 6.

QVAESTI, non modo *Quaeſtus* caſu ſecundo ſcribitur in Terentij Hecyra: *Ne nomen quaeſti mihi obſtet apud te*. Pari ἀρχαϊσμῷ Plautus Poenulo: *Sui quaeſti cauſa*. Solinus c. 38. *In hac luxuria inceſſit laſciuientis*. Vide Fabium l. 1. c. 6. & veterum Orthographica.

QVALIS. Priſcis *Calis*. Plautus Amphitruone: *Cul' eſt, qui dedit*. Pro *Quale eſt*.

QVAMFACILE indiſcrete ſcribitur a Victorio l. 1. de Inuentione: *Ut quamfacile ſit factu*. Semper nomini, cui adiungitur *Quam*, ita ſeſe agglutinat, vnam vt efficiant dictionem. V. quae deinceps.

QVAMMAXIME, QVAMDILVCVLO scribit Fl. Sosipater vniter.

QVAMOBREM, QVEMADMODVM vnico sillabarum complexu. Terentius in Eunucho:

Multae sunt causae, quamobrem cupiam abducere.

QVAMPLVRIMIS *infirmet rationibus*, Cicero 2. Rhetoricorum. Itaque scribitur in expositione Mar. Victorini. In Topicis idem: *Quamplurimum.* Sic in Oratore: *Vtaturque verbis quamusitatissimis, translationibus quammollissimis.*

QVAMPRIMVM saepius in epist. ad Brutum ex Victorij editione.

QVAMQVAM, TAMQVAM per M. Libri veteres praeferunt, & praecipit Cassiodorus, additque: *Quamtitas per M, Quamtus, Tamtus.* Homerus, alijque Graeci Πάμπαν, vbi Πᾶν bis ponitur, vt *Quam* in isto altero. At Prisciani, Fl. Capri, Riuij, aliorum scriptio magis ridet, vt suauior. Sic vbique *Nuncubi*, non per N. Sic alijs in vocibus M abit in N. Notat Vel. Longus *Clandestinum* per N a *Clam*, *Sinciput* ex *Semicaput*. *Identidem*, non *Idemtidem*: etsi sit *Idem idem.* V. *Numquam.*

QVANTO SE OPERE, Cicero 2. de Nat. Deorum. Passim *Quantopere* nexim.

QVANDOQVIDEM nexim. Secuit Tullius Verr. 5. *Quando tu quidem in proelio.*

QVANTVSQVANTVS voce coacta. Item *Qualisqualis*, Priscian. l. 17. Fauet Analogia: *Quotquot, Vbiubi, Vtut, Vndeunde, Quaqua.*

QVASSARE a *Quatio*: *Quasare* vnico sigmate, ὅταν φωνῇ βάτραχος, inquit Philoxenus: *Cum rana loquitur.* Quod pro *Quaxare* more Antiqui Latij defectu τοῦ X, & cum inuicem subitura essent duo sigmata eodem more non geminandi literas reliquum fuit vnicum S, scriptumque. *Quasare*, quod & *Coaxare* recte scriptitant. Festus: *Quaxare ranae dicuntur, cum vocem mittunt.*

QVASI. Veterib. *Quase*, E vltimam absoluente sillabam. Sic *Mane, Mani*: *Here, Heri*, quae seriatim vide. Vide Quintilianum l. 1. c. 7. qui cum de Auctorum voluntate, ambigit, palam facit profecto hoc scriptionis genus improbare se, mereturque sane iudicantis fauorem. Eum audi: *Sibe, & Quase scriptum in multorum Libris est: sed, an hoc voluerint auctores, nescio: Titum Liuium ita bis vsum ex Pediano comperi, qui & ipse eum sequebatur: haec nos I litera finimus.*

QVATENVS, *qua fini*: *Quatinus, quoniam.* Ita Fronto, Festus, Beda, Mar. Victorinus. Sequuntur Valla, Pighius. Vide *Protinus*. Val. Maximus lib. 4. c. 11. *Nunc quatinus vitae humanae cum bona, tum etiam mala substitutis exemplorum imaginib. prosequimur.* Iuuenal. Satyra 12.

Quatinus hic non sunt, nec venales elephanti.

Quintilianus: *Quatinus luctu nostri in ius vocantur, & sicuti disputandum est, & orbitati suae mater irascitur, superemus, quam exorare non possumus.* Plinius iunior: *Quatinus negatur nobis diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur. Quatenus*, vt *Eatenus*, *Hactenus.* Cicero in Laelio: *Videndum est, quatenus amicitiae tribuendum est.* Antiqui *Quatenos* scribebant. Scipio Africanus in Oratione post reditum ab Africa: *Vt negotium natum erat, quatenos castra nostra ita munita erant, vt posset partem exercitus abducere.* Ita Festus legit. Vide Casauboonum in lib. 5. Suetonij.

QVATRANS, τριούγκιον, Graecolatinum Lexicum. Vsitatius per D *Quadrans*. V. *Mentax* pro *Mendax*.

QVATTVOR duplici TT, Libri, Saxa, Manutius. Durissima, & violenta pronunciatio abducit me ab hoc scribendi genere. Abducit & Poëtarum exemplum. Ennius apud Ciceronem l. 1. de Diuin.

Cedunt ter quatuor de coelo corpora sancta.

Apud Fl. Sosipatrum lib. 1.

Jamque adeo quatuor partum —— Pro *Partium*.

Competentia quoq. *Quater*, *Quatridio*, *Quaternarius*, vbi vnicum T satis esse retur Aldus Manutius lib. 4. Quibusdam versib. sua vt constet integritas, non denegauerim. Vt apud Ausonium:

Quod cum per horas quattuor.

Aen. 8. *Quattuor a stabulis ingenti corpore tauros.*

QVERCETVM. Olim *Querquetum*: vnde *Querquetulani* Plin. lib. 3. c. 5. Indicat & Festi fragmentum: *Querquetulanae virae putantur significari nymphae praesidentes querqueto virenti, quod genus siluae indicant fuisse intra portam, quae ab eo dicta sit porta Querquetulana.*

QVER-

QVERQVERA FEBRIS Lucilio: At Gellio lib. 2. c. 1. *Quercera*. Item Apuleio.

QVERELA vnico L. Ita Fl. Caper lib. de Orthogr. Beda, *Victorinus*, Terentius Scaurus, Papirianus, qui omnes reijciunt *Querella* geminante vda: etsi eum seculi sui morem fateatur Papirianus. Quo more etiam scriptum in Pandectis Florent. & Lexico B. Germani; item in Palatio montis Iordani;

DVLCITER. SINE. QVERELLA

Geminat vda & in monumentis CL. Sympherusae, atque alijs a Pierio in 4. Aeneid. productis, qui nihilominus L alterum repudiat. Sic Analogia flagitat *Suadela*, *Candela*, *Tutela*, *Corruptela*. Manutius abit a nobis, & L duplicat ad exemplum veterum Librorum, Virgilij Carpensis, Lapidum in *Sequella*, *Loquella*, *Querella*. Eam autem conduplicationem magna vi repudiatam Cassiodoro non meminerat, qui Cassiodorus forma diminutiuorum scribi *Capella*, & *Fabella* dictitat, & superiorib. quinque vocabulis L demit alterum.

QVEREMONIA per E in vtraque sillaba praescribit Beda. Obstat Competentia *Parcimonia*, *Alimonia*, *Mercimonia*. Obstat Consuetudo.

QVES pro *Qui* πληθυντικῶς scripsere veteres, ex eo *Quibus*, Charisius lib. 1. & 2. Festus quoque. Cato lib. 2. Origin. *Quescumque Romae regnauissent*. Pacuuius: *Ques sunt ij ignoti: nescio ques ignobiles*.

QVI pro *Quis* absque S interroganti quoq. seruit minus obseruante Sosipatro. Maro in 10.

——— *Qui casus agat res?*

Cicero passim. Sic *Quinam* pro *Quisnam*. Attius:

Quinam Tantalidarum internecioni modus sit?

QVI pro *Cui* scriptum olim docent Muretus in Philippicas Tullij, Bembus in Terentium, I. Scaliger c. 24. de Causis LL, veteres Catulli Libri. Hunc fuisse ordinem autumo: *Cui*, *Qui*, *Quoi*. Contra in recto *Cuicui*, pro *Quiqui*. XII. Tabulae:

CVICVI. VOLET. Vide *Quoi*.

QVICQVID per C, Priscianus lib. 1. Papirianus, Caper, Beda. Ratio, ne per D scripto *Quidquid*, bis rogare videamur. Altera ratio nititur Competentia *Acquiro*, *Accedo*, *Acenundo*. Est Bedae ratio. Decisa priorē Quintilianus l. 1. cap. de Orthogr. vult scribi per D, quem sequentes probo Manutium, Passeratium, alios. Est & in Virgilio Carpensi:

Quidquid id est; timeo Danaos, & dona ferentes.

Addit Mar. Victorinus *Quocquod*. Generatim autem in compositis D vult, in C transeat. Poscit aliud Euphoniae ratio in hoc: nam eum C sit ἀντίστοιχον τῷ Q, habueris sic triplex Q actu, aut virtute in *Quocquod*. Malim *Quodquod*, Vide *Iccirco*, & *Acquiro*. Probatur etiam ex eo, quod Osci *Pitpit* scripsere pro *Quidquid*, D in T cognatione nota abeunte. *V. Pitpit*.

QVIETVS. Glossae Benedicti: *Coetus*. ἥσυχος. Item alterae.

QVINCENTI priores scripsere Festo narrante: posteri per G. Vide de prisci Latij Orthographia.

QVINCVNX, QVINCVNCIALIS pariter, ex *Quinque* orta.

QVINCVPLEX, a *Quinque*, non *Quintuplex* a *Quinto*. Ausonius Epist. 24.

Quincuplicem socias tibi Martie Narbo Tolosam.

Martialis: *Quincuplici cera cum datur altus honos.*

In vett. Glossis: *Quincuplum*, Πεντάπλουν In Cyrilli Lexico: *Quinquaplex* bis scriptum. At *Quicuplex* scribitur ex antiquo *Quicue*, quod est *Cince* scriptum opinor, vt *Cincere* ex *Quinquere*. Sosipater enim *Quinquatrus* a *Quinquendo* signat.

QVINCVPLVM. Reperias & in Philoxeni Glossis: *Quinquuplum*.

QVINQVATRVS *Festinus dies dictus, quod post diem quintum Iduum celebraretur, vt Triatrus, & Sexatrus, & Septimatrus, & Decimatrus*. Festus. Sic apud Ciceronem, & Tacitum rescribit Victorius MSS. fide collaudata, depulsoque *Quinquatria*.

QVINTVS, QVINTIVS, QVINTILIVS, QVINTILIANVS, QVINTILIS, absq. C scribo Turnebū secutus, cuius haec sunt l. 30. Aduersar. c. 28 *Nituntur tamē marmoreis Capitolinorū authoritate, cui non puto tantum ponderis esse debere, vt aduersus Grammaticorum scholas, & praeceptiones audienda sit. Nec enim illos marmorarios, lapidumque sculptores bonos Grammaticos fuisse crediderim; sed operarios manu, quam mente doctiores.* Existimo praenomen *Quintus* esse a numero primitus deductum, vt & *Sextus*, & *Decimus*. Si igitur *Quinctus* scribendum esset in hominis praenomine, erit & *Quinctus* scribendum in numerali nomine: ipsi tamen *Quintus* semper scribunt. Sed & *Quinctus* mensis, non *Quintilis*: *Quinctana* porta in castris erit dicenda, non *Quintana*. Tandem.

dem. *In vulgo autem, non in doctis numerantur opifices.* Turnebo igitur magis adhaerere velim, quam Manutio, Anton. Augustino, & Marmorib. Sed neque nos destituunt Inscriptiones. Prope Tarraconem:

CATVLLAE. QVINTAE. C. SECVNDVS

I ad Gruteri Inscriptiones pag. 918. 20. vbi CINTVS pro QVINTVS. In Plutarchi Romulo: Νόναις Ἰουλίαις, ὡς νῦν ὀνομάζουσι, ὡς δὲ τότε Κυιντιλίαις. In Catone Maiure Κούιντίων, *Quintione*, nullo C. Eiusdem est:

TITOC KOINTIOC ΦΛΑΜΙΝΙΟC

Passim apud Graecos Κοΐντος absque C. Tabula Vrsini aenea: Κοΐντου Λυτατίου Κοΐντου υἱοῦ κάτλου, καὶ Μάρκου Αἰμιλίου κοΐντου υἱοῦ. Rhotium, & Andr. Brabantum vidimus nullo rationis filo inducentes se in coeca Manutij vestigia: quorum alter sudat in detergenda scalptorum inerudita ignauia. Val. Probus: QVINT, *Quintilius*. Manutij tamen opinio sic affirmari potest. Vt a *Relinquo Relictus, a Coquo Coctus: sic a Quinque Quinqtus* primulum, tum mutatione peruagata Q in C, *Quinctus* oriri, scribique videtur posse.

QVIPOTE vnica comprehensione scribunt.

QVIT. Caecilio *Quitur: Si non sarciri quitur.*

QVOQVVS, COQVVS, QVOCVS varianter scriptum memorat Longus, quo super sic arbitratur: *Sicut non est prima sillaba oneranda: sic sequens videtur explenda.* Ergo vsitatius meliusq. *Coquus* per Co in primore loco.

QVOD, QVOAD, QVAAD. *Quod* pro *Quoad* Terentij, Virgilijque Librorum varietate, & Arusiani, atque Probi. Vide Nannij *Συμμικτων* lib. 1. P. Victorius ad l. 1. Varronis antiquissimo Libro testatur esse *Quaad* duob. AA saepius. Idem in 16. lib. ad Atticum *Coad, Loci*, in Antiquis Codd. pro *Quoad, Loqui*, quam μεταστοιχείωσιν non semel enotauimus. *Quot* pro *Quod* Epigrammata non pauca.

QVOI *non risere parentes* quibusdam in Virgilij Libris, Pierius. Idem adserit in id Georgicon: *Quoi non dictus Hylas?* ——
Prisco, & Catulliano more:

Quoi dono lepidum nouum libellum?

Plautus: *Quoius amatores olini vim habent maximam.*

Quintilianus lib. 1 c. 7. *Quoi, Cui.*

QVO MODO, QVOQVO MODO, & similia quis dubitet separatim scribenda esse? Sicuti etiam scribitur *Quodam modo.* Eiusdem generis sunt, *Si quis, Prius quam, Ante quam.* Quod Libri veteres videntur confirmare. Haec Manutius cum pedisequo Andr. Brabanto. Ego vero iure ambigo: etsi eos ex Prisciano lib. 18. mihi iuuandi facultas. Ὃν τρόπον, καὶ ᾧ τρόπῳ, *Quem ad modum, & Quo modo*, inquit ille. Verum amabo, cur non ista omnia vnica voce integrentur, vt *Quoad, Quocirca, Quousque, Quoquouersum, Aliquoties, Exaduersum* Gellio lib. 7. c. 7. & Terentio: Cur non *Quemadmodum*, vt *Praemodum* Gellio inibi? Cur non *Quomodo* compositum, vt *Quomodonam* Ciceroni ad Q. Fratrem l. 2. *Quomodonam, mi frater, de nostris versib. Caesar?* Quid ineptius τοῦ *Quo modo nam*, vel *Quo modonam* diuulsis? Scio ex his nonnulla quandoque etiam cum venustate secari. Sed aliud est id fieri posse, aliud nunquam aliter aut posse, aut deberi, quod illi pugnant, nec eripiunt. Adde quaerenti accommodatiorem esse vnico spiritu pronunciationem *Quomodo?* quam distractam, & protractam *Quo modo.* Ardet enim quaesitor omnis.

QVORVNDAM, sicut *Eorundem* per N, inquit Beda. V. *Quamquam.*

QVOT ANNIS secat Pierius vetera Maronis testatus monimenta, Marmora, Tabulas aereas in 1. Ecl. & in 5. Aen. Profert ex antiquitate:

CENTENI. QVINQVAGENI. QVOT. ANNIS. DARENTVR

Sequitur eum Giselinus Victor. Non abnuo: dum & mihi concedant vniter scribi *Quotannis.* Indicat Similitudo *Quotcalendis, Quotdieb. Quotmensibus.* Item *Cotannis, & Quodannis* nusquam sectim, sed iunctim cur *Visu* duce non *Quotannis?* Scribunt autem quidam *Cotannis* per C, vt *Cotidie* Fabius lib. 1. c. 7.

QVODANNIS scripti a se rationem Philippo Posco Politianus lib. 4. Epistol. reddidit, esse in atrio Capitolino ad sinistram aenei Herculis marmor exoletis prope versibus, in quo

AD. MINISTRANDVM. QVODANNIS

Tum

Tum ex antiquissimo Virgiliano Codice Bibliothecae Palatinae maiusculis inarato elementis producit haec:

Pocula bina nouo spumantia lacte quodannis.

Vt Baccho, Cererique, sibi sic vota quodannis.

Item: *Degenerare tamen, ni vis humana quodannis.*

Item: —— *Namque quodannis Terque quaterque solum scindendum* ——

Notat *Quodannis* in priscis quinque Inscriptionib. Thesauri sui hactenus illaudati Gruterus.
Hac scribendi ratione in Prudentio editum iam est:

—— *Votorum liba quodannis Accipit* ——

Affectant Antiquitatem in Antiquitatis debellatore. Sic *Aput Apud, Caput Capud, Haut Haud.*
Vide de Veterum Orthogr. Quae omnia etsi complector: nullus tamen ab vsitata scribendi
Consuetudine cum T recessero. Vt enim *Quotdiebus*, *Quotmensibus*: ita *Quotannis*. Etiam po-
tiori iure. At Politianus Ducis Etruriae deuotarius fuit: cui vt grataretur, scribere debuit
Quotannis cum T: fuit enim Etruscorum *Itus* pro *Idus*, Varro lib. 5. de LL.

QVOTIDIE, COTIDIE. Isidorus Hispalensis l. 5. Orig. c. 30. *Hodie, quasi hoc die,*
& Quotidie, non Cotidie. vt sit Quotdiebus. Tantundem l. 1. c. 26. Magnus Cassiodorus in Or-
thogr. *Quotidie sunt, qui per Co Cotidie scribant: quib. peccare licet desinere, si sciant Quotidie inde*
tractum esse, a Quotdiebus, hoc est omnib. dieb. Vocem *Quotdieb.* vsurpat apud Vlpianum Pompo-
nius, eoque a Vallae morsu non illi impune fuit. Manutius in Orthographia: *Quotidie, quod*
componitur ex Quoto die, cur non scribam cum antiquis? inquit. Idem Andr. Brabanto placet: alio-
qui *Cotannis scribendum censet*, quod illi piaculum. Eundem funem trahit Cornutus apud Cas-
siodorum. Antiquissima Tabula in muro Tergestinae ciuitatis.

QVOTIDIE. BENEFACIENDO

Atqui rationem Isidori *inter ineptias enumerasse, & frigidam* pronunciat Quintilianus, *Cotidie* satis
enucleate praecipiens. Is vero est, qui primis Impp. aequalis florentem imperio, & linguae La-
tinae venustate vidit Italiam: qui dicendi mirus fuit artifex: qui Vallae iudicio de Rhetoricis
scripsit ipso Cicerone praestantius: quem vnum Isidoro, Manutio, Brabanto ausim opponere:
cum quo magistro si errauero, *causas habet error honestas*. Nota igitur vt *Arcus, Quercus* visa sunt
politiora praequam *Arquus*, *Querquus*: sic *Cotidie* praequam *Quotidie*, esto, sit a *Quoto*. Sic
Cuius, Cui, quam *Quoius, Quoi*, amoeniora visa. Par variantia in *Cum, Quum, Quom, Cur, Quur,*
Quor, quod postremum antiquis relinquit Velius Longus. Quo super Mar. Victorini senten-
tiam audi: *Cotidie a Quoto die, ac nihilominus per C potius, quam per Q scribi: idque Analogia*
Concussus, & Concutio a Quatio; Cocus a Coquendo, Inquilini cum dicatur, Incola. Adde *Sterquili-*
nium, Stercus. Verum negant alij esse a *Quoto*. Vel. Longus in Orthographia: *Non enim est Quoti-*
die a Quoto dictum: sed a *Continenti die, Cotidie tractum.* Beda tantundem. Ac ne mirum vi-
deatur a *Continenti* propter liquidam N sciendum illam ipsam veterib. in compositione deci-
duam fuisse, quo more illi *Connubia* vnico N. Item omnes promiscue *Coaenus*, & *Coaequo*. Quare
Cotidie per C exarare nullus trepidem, quod pridem perpetuo tenore extulit Vir termaximus
Lipsius. Priscianus lib. 18. *Quotidie, vel Cotidie.* Alibi T duplicatur, Sic in Pandectis Flor. ob-
seruauit Taurelius, & alij. Sic in Tabula Caeritum:

COMMENTARIVM. COTTIDIANVM

MVNICIPI. CAERITVM

Cotidianum, Καθημερινόν, Glossae H. Steph. *Cotidie*, *Cotidianus* passim in Cicerone scripsit
Victorius, vti lib. 13. ad Atticum: *Quae Bruti nostris cotidianis, assiduisque laudibus.* La-
tet hic vocis ortus a *Continenti die*. Ex τοῦ *Con* effligitur N, vt in *Coiux*, *Conubium* similibus.
Si vero *Cotidie* genuisset *Quotidie*, eam recte scriptionem Antiquitati Muretus l. 4. Variar. c. 14.
imputasset. Passeratius *Cotidie* affert ex Catone: verum in meis Libris, etiam in editione a Meur-
sio viro eruditissimo per Q scribitur.

QVOTIENS, TOTIENS, DECIENS, & similia per N Victorinus prae-
cipit. Priscianus lib. 15. *A Quot vero, & Tot in NS terminantur Quotiens, & Totiens.*
Quam scripturam veterib. Libris, & Grammaticis tribuit Carrion in lib. 1. *Val.* Flacci,
eosque sequitur. Bartolomaeo Scalae tribuit Politianus, quicum ipse pugnat, disiectis
Proportionis viribus, explosisq. *Centiens*, *Milliens*, *Vicensimus*, *Tricensimus*, quae in Pan-
dectis

dectis archetypis Iustiniani principis, vt errata librariorum semper inducenda censet. Iisdem e *Pandectis* idem notat Brissonius Παρεργ. lib. singulari, nec probat. Ios. Scaliger in lib. I. Manilij. *Vitiosa scriptura, vt Totiens, Quotiens, & similia: rectius enim erat Toties, Quoties.* Eadem Lipsius c. 5. de *Pronunciat.* LL. Errorem inde natum putant, quod sillabam longam veteres longa superfixa notula — designare solitauerint, quae res parum animaduersa substituendae N literae exscriptorib. & scalptorib. occasionem dederit. Hanc coniecturam *Pierius* non ignorauit, qui tamen propendet in *Quotiens*, cum in omnib. Codicib. antiquis inuenerit QVOTIENS per NS. Quem iuuerit Festus prolato ex Catone: *Contumelias mihi dixi, i compluriens.* Item ex Titinnio: *Vxorem pauciens videbo.* Caper in Orthographia quaedam cum N scribit, quaedam absque illo. *Sine N Scribenda sunt, Milies, Centies, Decies: Totiens & Quotiens cum scribitur, per N scribenda sunt.* Differitatem si exposcas vlterius, credo futurum Harpocratem. Constat autem ex Plutarcho *Decies* N non admittere. Quare Bedam sequor: *Quoties, & Toties sine N: licet veteres per N*, inquit in lib. de Metris.

QVOTIESCVMQ. Vide *Conditio, Quoties.*

QVVM Vide *Cum.* Ineptiuscule scribas in Spartiano (estque oratio cornea) *Obsonatorum fraudes cum cum plurimis pasceret.* Vbi editiones *Quum cum pl.*

QVVR. Vide *Cur.*

OLI-

OLIVARIO VREDIO VIRO NOBILI.

MISSV meo ad te appulſus eſt ille quondam maris, & terrae peruagator S. Paulus. Nec literis meis reſpondes, & de libro files. Neque puto ſuſpiciunculis vllis animum tuum aegreſcere. VREDI DOCTE ſermones vtriuſque linguae. *Neque* ἀμέλειαν *vllam, faſtidiumque cogitare auſim: etſi quid hic cogitem, non ſatis exactum habeo. Quod ad me atttinet* —— Εἰς ὅκ' ἀϋτμὴ

Ἐν στήθεσσι μένει, καὶ μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ,

non poſſum non amare VREDIVM, *colere, ſuſcitare. Studia colas, intermittas, neſcio. Siquid vrgeam, ne me Vlyſsis ore compelles, vereor,*

Σχέτλιος ἐσσι γεραιέ· σὺ μὲν πόνου οὔποτε λήγεις.

Prior tamen te compello, & in partem ἐκ καμάτου καμάτου *venire velim. Adfuit mihi Villerius, & literas ad ſe tuas profert nouas, & veteres dum loquitur, alterum te aduerſus teſtimonium dicit.* Ἔγρεο, Βρηδίου υἱέ· τί πάννυχον ὕπνον ἀωτεῖς;

Tu mihi libra, quae obijcio: Reccido, Recipero, Redantruare, Redditus, Reddituiri, Rediuiam, Redduco, Refriua, Regaliolus, Reijcio, Remaſſe: *caetera, ne graueris, ſuſq. deq. habe.*

TRACTATVS DECIMVSSEPTIMVS.

R

RABONEM *habeto*. As. *Perij. Rabonem? Quam esse dicam hanc beluam Quin tu arrabonem dicis. St. At facio lucri,*
Vt Praenestinis conia est ciconia, Plautus Truculento. Graecis, Latinisq. absolutior vox *Arrabo*. Menandrus Μικροῦ μὲν ἀρραβῶνα μ' ἔπεισεν ἐυθὺς καταβαλεῖν. *Parum absuit, arrhabonem quin me depenuere persuaserit.*

RAETI cum *Ae* diphthongo, Inscriptiones a Grutero, Caesar, Mela, Plinius, Eusebius. Reperitur & cum Oe teste Torrentio ad Horatium.

RAMESSES in sacra pagina, & SS. Patribus cum A in prima. At Eusebij Chronica cum E: Cognitissima est harū vocalium vicissitas, praecipue in Iudaicis vocabulis.

RAPACIA secundam occupante sedem A, *Raporum tenerrima*. In antiquis tamen Plinij Codicib. *MSS. Rapiciorum* per tertiam vocalem legitur, atque inde Caroni c. 35. *Rapicij colles*

RAPVM, non *Rapa*, Fl. Caper.

RASTRVM Vsu vulgario. Philoxeni Glossae: *Raster*, δίκελλα. Vnde *Quadridentes rastros* apud Varronem de RR. Nostratibus in hortis quinque dentib. armantur rastri, ac etiam plurib.

RAVCA VOX, & *Rava* scribit Festus. Ab altero *Raucitas*, & *Raucedo*: ab altero *Ravi*, *Ravire*, *Irrausisse*

RAVDVS, RODVS, RVDVS docente Festo rem rudem signat. Aes olim infectum, post etiam factum, quod e varijs ad Atticum Ciceronis locis discere est. Accius Menalippe

Collocat sese in locum celsum: Hinc manib. capere raudum saxum, grande. & graue.

RAVENNA duob. N Silio Italico. Stephanus: Ῥάβεννα πόλις Ἰταλίας. Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος Ῥάουενναν αὐτὴν καλεῖ. Διονύσιος δὲ ἐν ἑνδεκάτῳ Ῥωμαικῆς ἀρχαιολογίας, καὶ πληθυντικῶς, καὶ διὰ τοῦ η, καὶ δι' ἑνὸς Ν. Ἀμφότεροι ἀπήντησαν Φλαμινίῳ περὶ τὸ καλούμενον Ῥάβηνον. *Rabenna Italiae ciuitas. Hermippus Berytius Rauennam vocat. Dionysius in undecimo Ant. Rom. & plurative Rauennas, & cum H Rhauennae, atque etiam cum vnico N. Ambo Flaminio circa Rabennum occurrerunt.* In Valerij Probi Notis RAV, vel RHAV, *Rauenna, vel Rhauenna*. Quandoque cum Spiritu, quandoq. absque eo. *Rauennatem Ecclesiam* apud Gregorium M. pariformiter vbique.

REA absque adspiratione. Quae Orthographia, inquit Pighius in Val. Maximum, antiqua est Romana, nihil graecissans. Quae Antiquitas nisi admittitur, scribendum erit *Rhoma*, *Rhomus*, *Rhemus*, quae singula suis vide locis. Vsus Antiquitatis canitiem adspernatur, rectiusq. puto cum multis sapere, & *Rhea* asperare.

REAPSE est *Reipsa*. Pacuuius in Armorum iudicio:

Si non est ingratum reapse, quod feci bene.

Voculas diuellit Lucretius l. 2.

—— Dum ne sit re tamen ipsa.

Item *Reque eapse*. Scipio Africanus Pauli F. *Quib. de hominib. ego saepe, atque in multis locis opera, factis, sum consilijs, reque eapse saepe bene meritus siem, id est, Et reipsa*, Festus.

R E C-

RECCIDO geminapre CC scribi nouitium commentum est: ne quidem sic scribendum, vbi vsus est protracta sillaba. Ouid. in 10. Metam.

Recidit in solidam longo post tempore terram.

Idem: *In quem recidimus, quidquid mortale creamur.*

Iterum in 6. —— *Me, quod in ipsum recidat, orbam.*

Ita veteres Libri. Propert. Eleg. 9. lib. 4.

Recidat inque suos mensa supina pedes.

Ausonius in Parentalib. cum scripsisset:

—— *In Tetricos recidat imperium:*

alij *Decidat* violata sententia: Vinetus verso verborum ordine rescripsit *Imperium recidit.* Omnes inscientia, vel incogitantia, quod rectum, deprauarunt. Eadem δυσιδαιμονία Mart. Delrius supposuit *Temperat* in Panegyri Claudiani de Olybrij Consulatu, vbi consensu receptissimum est: *Oebaliae qui reparat arua Galesus.*

Item Rubenio Elector. l. 2. c. 37. in Claudiano de bello Getico respuitur, *Recisaq.* Prauo iudicio. Certe in *Recido*, & parib. duplex CC respuunt aures, & charta contumax repugnat. Detur hoc tamen Pandectis Florentinis, ne Pandectae esse desinant. Vide *Redduco.* Et duplicatione ista sprera clamat Cassiodorus: *Nobis iam decor, & lenitas obtinenda est: quia maximus fructus est lenitatis.* Quae ita correxi.

RECIPERO, RECVPERO. Mediolani Inscriptio:

QVOD. AGRVM. LVC
RECIPERAVIT. SINE. IMPENSA

Sic Pandectae Pisanae. omnesq. alij Codices vetustiores, vt affirmat Brissonius Παρέργων libro singulari. Cornelius in Timotheo, Lipsius in Tacitum perpetuo tenore. Antiquitati eam scribendi rationem defert Stewechius in lib. 1. Arnobij. Hinc *Reciperatio* apud Aelium Gallum. *Recupero* certe vsitatius. & *Recuperator*, quam *Reciperator*, si Typos consulis. At Victorius in Ciceronem ita sciscit: *Recuperare legas, quod hodie in Vsu est: sed tamen multo rarius, quam Reciperare.* Ego sic statuo: Veteres *Lubens*, *Monumentum*, *Optumus*, *Maxumus*: Posteritas hac omnia per I extulit: sic *Recipero*, *Recupero.* Quis tamen pugnet Consuetudini? Quis Liuij 3. reponere ausit: *Virtute libertatem reciperatam esse?* Id sit contra fidem Librorum omnium, & contra Consuetudinem nisi. *Recipero* igitur Latium cultius vindicet· *Recupero* Vsus affirmat antiquiorum.

RECIPIEM apud Catonem pro *Recipiam*; vt alia eiusmodi complura, Festus, & Fabius.

RECLINIS scribe in bis. Martial. lib. 9.

Sic in gramine floreo reclinis.

Ouid. Metam. 10. *Inque sinu iuuenis posita ceruice reclinis.*

Val. Flaccus Lib. 4. *Hunc vbi reclinem stratis* ——

Manil. lib. 5. —— *Niuea ceruice reclinis Molliter* ——

Reclinis per V in medio recusat res ipsa. V. *Acclinis.*

RECVLAE, non *Resculae*, vt *Diecula*, *Specula*, idque ex disciplina Charisij. Quare in emendatissimo Pithnei Saluiano lib. 5. *Transferre illuc resculas, atque habitatiunculas suas, familiasque non possunt.* Ibidem: *Spoliati resculis suis, & exterminati agellis suis*, minus probo: nisi si malis reponi *Rucula*, & *Ruculis.* Sed apud Apuleium *Resculas* retinent.

REDANTRVARE licet per N, & T scribant Ios. Scaliger in lib. 4. Varron. Turneb. lib. 17. Aduers. c. 8. lib. 25. c. 18. ego Festum secutus per D magis scriptum velim. Sic ille in prima serie: *Andruare, id est recurrere a Graeco verbo* Ἀνδρᾶν. *Hinc & Drua vocata est.* Vox est Saliorum paene propria: vnde ipsi in Aenëide:

—— *Septenosque orbibus orbes Impediunt* ——

Lucillij versus est in 16. cui non cantatus, non interpretatus?

Praesul vt amburbat, sic vulgus redandruat inde.

Turneb. superis locis *Ampiruat*, emendari putat. Glossae ab H Stephano: *Andruare*, Ἀνδρίζεσθαι. Alij *Redamtruare* a *Trua*, qua confutatur olla feruens apud Festum. In id producunt e Pacuuio:

Simul cum videam Graios nihil mediocriter

Redamtruare, opibusque summis persequi.

Drua, *Trua*. *Andruare*, *Antruare* pro eodem sunt Passeratio, qui conformiter idem *Redantruare*, ac *Redandruare.* Et recte literarum vicissitate celebratissima.

REDA vocabulum Gallicanum visum est Quintiliano l. 1. c. 5. & Nonio Marcello, quib. despretis Andr. Brabantus adserit esse Latinum, atque Suidae esse ῥᾴδιον. Ego in Suida comperiot Ῥᾴδιον, quod alia omnia significare norunt, qui Homerum videruut. Verum Quintiliani, Tullij in Miluniana, Libri, & Gell. l. 10. c. 25. & Pontanus l. 1. quali voci Graecae, aut Gallicae, aut quae Latina videri possit, adspirant. Lexicum Graecolatinum Antiquum: Καρούχιον, *Reda*. Item: Κάῤῥον. *Reda*. Et *Veredos* antiqui dixere apud Festum, *quod veherent Redas, hoc est ducerent*, nec *Veredos* asperarunt. Malim Spiritum abesse. V. *Epiredium*.

REDARGVISSE scripserim Vsu volente: Verrius licet dicat Scipionem Africanum Pauli F. *Redarguisse* per E literam enunciasse. Subfuit ratio: *Capio*, *Cepi*: *Partior*, *Impertior*: *Praecarpo*, *Praecerpo*, in quib. mutatio fuit politioris seculi. V. Festum, & Fabium.

REDDITVM IRI, PRAESTITVM IRI pro *Redditum*, *Praestitum iri* veteres scripsisse notat Hotomanus ex Legib. Cato in lege oleae pendentis: *Ponderibus, modisq. domini datu iri.* Sic legit diuisim Pithoeus.

REDHALO apud Lucretium scribo ex Competentia *Redhibeo*, *Redhostio*. Item ex eo, quod antiqui immissionem τοῦ D nimisquam olim amarunt: *Med erga*, *Ted erga*. Scribit, & Cassiodurus *Redulcero*, & Plinius lib. 6. c. 17. *Redordior*. Displicet absque D *Rehalo*.

REDDITVS. Bis deltotam vocem sunt, quos iuuat scribere. In ijs Perottus Sipontinus tanquam a *Reddo*. Martial. l. 2.

Quid mihi reddat ager, quaeris, Line, Nomentanus.
Hoc mihi reddit ager, te, Line, non video.

Quod quasi depositum semen, & operam culturae impensam *reddat ager*, resue alia quaeuis ex sese, aut pacto fructuosa. Vide Fr. Sarmientum quamuis tuse. 1. p. Defens. p. 683. Ἥλικον ἐστὶ τὸ τύμμα, καὶ ἅλικον ἀνδρὶ δαμάσσαι. Alij vnico D *Reditus, quod redeat quot annis.* His tauet in 2. de Fin. Tullius, Pliniusque l. 14. c. 4. *Cato denos culeos redire ex iugerib. scripsit.* Hos tuetur, & nos sequi cogit Ouid. 2. de Ponto Eleg. 3.

At reditus iam quisquis suos amat, & sibi quid sit
Utile, sollicitis computat articulis.

Martin. Nauarrus Alpilcueta vnico D consuerat scriptitare, cui dicam impegit Sarmiento. Frustra stylo diuerberat vmbras. Iuuant hanc scriptionem verba *Prouentus*, & apud Homerum Κειμήλια τε, πρόβασίν τε. Esto, frequenter libri chirographi conduplicent.

REDIVIAM *quidam, alij Reluuiam appellant, cum circa vnguis cutis se resoluit: quia luere est soluere*, inquit Festus. Ea causa *Reluuiam* libenter Turneb. scriberet. At *Cadamitas*, *Sedda*, *Dacrimae*, aliaque nobis aperta in veterum Orthographia, manifestant quam non raro priscis L in D abierit: nihil vt necesse sit nos ad *Reluuias* Turnebi relabi. *Reduuias sanat ex aqua frigida* cum D, & duobus VV scribunt apud Plinium l. 29. c. 2. Item apud Ciceronem pro Roscio Amerino P. Victorius. Ab eo stat Competentiae ratio *Induuiae*, *Exuuiae* Plauti Menechmis: *Induuiae tuae, atque vxoris exuuiae.* *Exuuias* autem, *Induuias ab Exuendo, Induendo* Isidor. ducit l. 12. c. 4. Orig. Nonio item *Exui* est *Exsoui*. At Ciceroni *Rediuiam* per I rursus arrogat Hotomanus ex multis Codicib. priscis, aitque apud Festum ita reperisse. Verum amabo licetne nobis etiam ariolari? Quid si dicam *Viere* pro *Ligare* vetus esse verbum (ex quo *Vietor*) Varroni lib. 1. de RR, Ennio, Censorino, Festo. Ea re corrigendus Isidorus l. 8 Orig. c. 7. *A viendis carminibus, id est, flectendis.* Scribo *Nectendis*: sequitur enim: *Vel quod modis verba connecterent: Viere enim antiquis pro Vincire ponentibus.* Et hic repono *Vincire*. Inde *Via*: est enim duum terminorum loci, vnde tu, & ad quem is, compages. Vlterius *Induuiae*, quas nobiscum ligamus: *Exuuiae*, quas ablegamus religatas: *Reduuiae* nobiscum se rursus ligant, & implicant. Neque dumtaxat vnguicularis est morbus: sed *Reduuiae* quoque sunt ciborum retrimenta, quae licet prius a partib. suis secreta rursus se dentibus illigant esitantium. Solinus c. 45. *Trochilus auis paruula est. Ea dum reduuias escarum affectat, os beluae huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi inusque fauces facit.* Haec si sunt, scribemus cum antiquis per V duplicatum: quoniam ijs finalitati addere V sollenne; vt *N. nu*, *Indu*: six *Ex*, & *Red* adsument V, & parient composita *Exuuiae*, *Reduuiae*. Quae sicui fortasse quaesitiora videbuntur, aliorum ratione contentus esto, per me licet. En tibi & alterum ariolum virum iudicij edecumari Pithoeum, qui lib. 1. Subsec. c. 19. ab *Induendo Reduuias*, *Riduuiasue* dici posse retur, quo super verbo Macrobium vide. Cyrilli Lexicum: Παρονυχία, *Redubia* per B. Iterumque: Ἐκδύματα, *Exubiae singulare non habet.*

RED-

REDDVCO nunquam gemino DD, quidquid inconsulti blaterent, ne in eo quidem Horatij: *Dij tibi dent capta classem reducere Troia.*
Victorius in lib. 3. Varron. de *R.R.* c. 16. *Redducunt* duob. D notat ex antiquis, & saepe veteres ita solitos scriptitasse. Cui opposuero Caesellij iudicium: *Re praepositio nonnunquam cum ad consonantes accedit, geminat illas, quod plerumque apud antiquos est, vt Duco Redduco, Cado Reccido, Tuli Rettuli, Pello Reppello, Do Reddo, Lego Rellego, vnde Relliquias, & Relligionem scribunt, quod apud Poetas, vt ita oportere scribi concesserim: tametsi apud oratores quoque antiquos est.* Hactenus pro Victorio: reliqua nobis amica: *Nobis tamen decor, & lenitas obtinenda est, quae maximus fructus est Latini sermonis.* Negat D in *Reduco* geminandum Velius Longus adserto geminandum in *Reddo. Adnotanda imperitia eorum,* inquit, *qui sic Redducere geminata D litera volunt enunciare, quasi Reddere.* Idem ex Longo Cassiodorus, & Papirianus: *Reducere item simplici vtimur.* Priscianus, vt in alijs saepe, ita hic ambiguus, *Reduco* vnico D, & duplici DD admittit. Similiter Aldus lib. 4. LL. Scribit & in Phormione Donatus, *Quod ab illo allatum est, sibi esse id rellatum praedicat.* Haut placet. Etiam in Lucillij lib. 3. scripserim vnicum L:

Et sua praeciperet retro relicta iacere. Item in Lucano:
Repulit a Libycis immensum Syrtib. aequor.

Vide Auctoritas, & *Recido.* Propertius lib. 2.

Noctibus his vacui reficiamus iter.

REDHALO. V. *Analogia.*

REDIBEO absq. H scribendum videtur Pontano. Cuius ratio: quod D pertineat ad sillabam sequentem: D autem aspirationem non patitur. Ego *Redhibeo, Redhostio* scribo. Hoc ipsum quaeritur: D adspirationem cur non aeque patiatur cum T?

REDIVIVVS, an *Recidiuus* scribendum, ambigunt, disceptant. Ego vtrumque admitto, multisque locis *Recidiuus* scribi posse negito, vt apud Serenum de renascentibus in supercilio pilis:

Atque in perpetuum rediuiua occludere tela. Apud Silium lib. 10.
Vmbraene Ausoniae rediuiua in bella retractant
Post obitum dextras? ———

Plura contulimus in lib. 1. Silij Italici ibi:

Gens Rediuiua Phrygum ———

Plura Pierius in quartam, & decimam Aeneidem.

REFACIO ἀρχαϊκῶς in Truculento:

Nam refacere si velim, non est locus.

Nolent curiosuli priscorum id genus esse scribendi cum ratione, quib. fuit sollenne in compositis nihil mutasse: posteris mutatio vocalis visa politior, auditu suauior, scribendo concinnior. Scribatur itaque *Reficio.*

REFERT cum dicimus, errare nos ait Verrius: esse enim rectum *Reifert,* datiuo scilicet, non ablatiuo casu: *sed esse iam Vsu possessum,* Festus ex Verrio tradit.

REFRIVA FABA quid sit, Festum consule, qui per V scribit, & Macrobius, & Ios. Scaliger, vt *Conditiuus,* & Turneb. l. 1. c. 20. Aduers. ex Plinij l. 12. c. 12. In Plinio tamen Geleniano lib. 18. c. 12. lib. 35. c. 14. per N editur *Intergerinus.* Alij duplicato RR *Intergerrinus* a *Gerris,* siue *Cratib.* Vide & Hermolaum posteriorib. ad Plinium Castigationib. legentem *Refrina,* quasi *Referina.* V. *Interneciuus,* & Becmanum in *Gerrae.*

REGALIOLVS vulgo. At Glossarium vetus *Regauiolus,* quasi *Rex auium.* Sic ab *Auis Auiola* notissimi Cos. nomen est. In Glossis alijs *Regaulliolus,* & *Regausolus.* Inepte. Repone: *Reganiolus,* & *Reganolus.* Salmasius in Trebellium *Regaliolus, vel Reguleolus* verum est illius auiculae nomen. *Reguium,* & *Regulum* Latini deminutiue dicunt paruum regem. Sic *Aculeus, Aculeolus.* Verum Librorum, Auctorumq. fide comperta *Reguliolum,* vel *Reguleolum* scripsero. Neque *Regalioli* propudiosa est scriptio: fieri potest ex *Regalis.* Primulum potuit *Regalis auis* dici, tum *Regalis,* & vulgi ioco *Regaliolus.*

REGESTVM, cum R *Registrum,* semibarbare. Vopiscus in Tacito: *Vsus etiam regestis scribarum porticus porphyreticae.* Anastasius de Vita Pontificum in Nicolao primo: *Sicut in epistolis regesto ipsius praesulis continentur insertis.* Glossae Nomicae: *Piγεστά.* ἀπογραφά. Sic *Digesta,* non *Digestra.* Quid *Regestum* in re rustica, Vide Columellam l. 4. c. 1. Lib. 11. c. 3.

Prudentius in Romano: *Hic in regestis est liber coelestibus.*

REGIMEN. V. *Tegumen.*

REGLESCIT pro *Reglisceit* (idest *Recrescit*) scripsere veteres Festo teste. Tamen *Perglisceit* per L.

REGIVM confine Siciliae, ac Italiae absque spiritu Maior scripsit Graecia, vt *Roma*. ... posteris deinde temporib. ita scribi Mos inueterauit. Vide Maronem lib. 3. *Haec loca vi quondam, &c.* Etsi vero παρὰ τὸ ῥηγνύναι dicatur, perperam nonnemo scribit *Rhegium* per Y Pythagorae. Ῥήγιον scribitur Graecis vniuersis, & nulli Latinorum per Y.

REIICIO duobus *II*, & primigenij verbi ratio postulat, & compositurae. Ita Beda, vbi de Synaloepha, & Diaeresi. Maro Ecloga:

Reyce, ne maculis infuscet vellera pullis.

Alij etiam tribus *Reiiicio*, *Maiiia*, *Eiiius*, nec aliter tendi posse pertendunt. Prodiximus ex Vel. Longo, Beda, Artigraphis. *Reicio* suum alterum I Poëtices ioniestate permisit obumbrari, ac deteri. Idem Maro:

——— *A flumine reice capellas.*

Vbi tamen Beda videtur legere *Reijce* duobus in locis. Vide Pierium in Palaemone. Vide *Abijcio*, *Injicio*.

RELIGIO vnico L, Libri, & Saxa literata. Additamentum alterum si est, a Poëtia est, quod *Parenthesin* Sosipater indigetat, & probat Probus lib. 1. Artis. Caesellius fert in Poëtis, non aeque in Oratorib. Sic Homero Ἐλλαχε, Nonno Ἀλλήκτως, Oppiano Ἀπολλήξειε.

RELIQVIAE, vt *Religio*. Ita in bona parte Codicum antiquorum. Cominianus in nomine *Relliquiae* barbarismum clamat adiectione vdae literae. Probus, ni gemioes, censet breuem: Caesellius tolerat in Poëtis, & Beda supra.

RELIQVVS quatuor sillabis vetuste, vt *Aquua*. Lucret. l. 1.

Nunquam reliquuo reparari tempore posset.

Olim *Relicuus*, *vt Vacuus*, Papirianus. Nunc expeditius sillabis omnino tribus *Reliquus*; ac tunc etiam geminari V statuit Donatus in Andriam.

RELVCTO, RELVCTOR. Apul. l. 4. de Asino A. *Faucib. ipsis hiantis Cerberi reluctabat.* Lib. 7. *Pectus, & venter crustata crassitie reluctabant.*

REMEX per E Consuetudo. Aliter Cyrillo arrogatum Lexicum: Κωπηλάτης, *Remigis*, *Remix*. Admisso priore recto, posterior respui nequit.

REMINISCO scribi ridicularium visum Ausonio:

Qui Reminisco putat se dicere posse Latine;
Hic vbi Co scriptum est, legeret cor, si cor haberet.

D. Augustinus lib. de Grammatica: *Quis enim dicit Reminisco, Recordo?* Respondeo, Priscianus lib. 8. & is, quem Ausonius carpit, oon vt opinor, iodoctus. Igitur sic alta vetustas,

REMASSE apud Lucret. l. 2. scribit Gifanius. Maluissem σύωζυγ... *Remeasse*

Refugisse volunt longe, longeque remeasse.

Eadem ratiooe idem lib. 3.

Quod satis exurat miseros, atque arida torreat.

Nisi Festus *Remant* pro *Remeant* poneret. Improbat Scaliger. quid postea?

REMMOTVS duobus MM repugnat Antiquitati, & videtur ἄμουσον, & agreste, inquit Gifanius. Ita per duplex M scriptum in Hecyra Terentij testis est Donatus: idque secundum antiquos.

REMVS. V. *Consuetudo.*

REMVRIA, LEMVRIA. Ouid. 5. Fastorum:

Aspera mutata est in lenem tempore longo
Litera, quae toto nomine prima fuit:

V. *Lemures.*

RENVS adspiratiooe omissa scribi visum I. Scaligero. Ratio. neque enim Germani ei elemento apponuot vllum flatum: lepidissime enim sua lingua pronunciant iudicem, & annulum, & equum, & alia. Neque par est, inquit, oobilissimae gentis fluuium a Graeculis nominis rationem accepisse: sed qua voce nuoc pruinam appellant, fortasse aquam omnem gelidam, atque inde etiam *Renum* nominarunt. Phocas libro de Adspiratione: *Omnia nomina Graeca in prima sillaba ρ literam habentia, vocali post ipsum ρ adspirantur, vt Ῥῆνος. Rhenus exceptis duob. Remus, & Romulus.* Adamantius etiam asperat, & Lipsius perpetuo tenore in morib. Germaniae apud Tacitum, Nonnus Ῥῆνος ὕβρις, Graeci caeteri.

REPERIT vnico P. Vide *Recido*, *Reduco*. In praeterito pugnat pro gemino P Priscianus lib. 10. & Pandectae Florentioae.

REPE-

REPERAVIT cum E in secunda apud Apuleium de Doggmate Platonis Vulcanius edidit alij *Reparauit*.

REPOTIA apud Horatium, alios rectissime: etsi Christophoro Landino *Reportia* visum correctius a *Reportando*. At Festus a *refecta potatione Repotia*.

REPREHENDO relegata biuocali, iniuncto spiritu. *Reprendo* vero tribus omnino sillabis elegantiorib. viris arrogat Vel. Longus in Orthographia, & primam positionem *Prendo* adserit, non *Reprehendo*. V. *Prensus*.

REPVERESCERE, & *Repueriscere* ex priscis Tullij Libris repraesentauit P. Victorius. Passim tanquam a *Puera*, *Puerascere*. Auson. Idyll. 4.

Obductosque seni facies puerascere sensus

Nam cum dementia mentis sit insanitas, puero, pueraeq. communis: puerae tamen ob egestatem animi dementiores euadunt, ita vt ab ijs vox meliori iure videatur orta. At harum ratiuncularum ecquod pondus? Quasi scribendi ratio, ratione regatur.

RESTITERIT, RESTAVERIT Propertius l. 2.

Nec si post Stygias aliquid restauerit vndas.

RETIA absque flatu: vnde *Penula irretitus* in Miloniana. Sed & πληθυντικῶς *Retes* scripsere. Nam in Consuetudine dicimus, *In retes meas incidisti*, inquit Fl. Sosipater lib. 1. Priscian. l. 7. Beda lib. de Orthographia. Varro lib. 3. de RR. c. 5. ἰχθῦς: *Quib. cibus ministratur per retem.* Ibidem: *Intra retem aues sunt omne genus.*

RETRORSVS. V. Volum. 1. p. 123.

RETVLIT altero T dissociato: sic Inscriptiones pauculae, & pauculae aliae T adsociato. Editiones etiam variant. Quidam pugnacius duplicant in versu.

RETVRARE, vt *Obturare* leniter. Esto ἀπὸ τῆς θυρίδος. Visus Originem oblitterauit. Varro Agathone:

Pueri obscoenis verbis nouae nuptae auris returant.

RETVSVS recte. Neque, cum N praue, *Retunsus*. Sic Prudent. περὶ στεφάνων in Romano:

Versasse frustra se retunsis ictib.

Fides huius scriptionis penes tredecim MSS. Codices. Sic aliquoties scribit Casaubonus ad Historicos Minores. Sic Plautus Pseud. *At haec retunsa est*, securis. Ibidem:

Cor mihi retunsum est oppugnando pectore.

Monet quoque Pierius in 2 Georg. —— *Nec ferro laede retuso*, in antiquiorib. chartis esse *Retunso*. Iuuat *Obtunsi* Competentia. Vide supra.

RE VERA sectim, aut vniter *Reuera* Visus promiscui.

REVEREO, REVEREOR dupliciter scribit Priscianus lib. 8.

RHADAMANTHVS Aeneïd. 6 Metamorph. 9. asperata prima consona. Quaedam Eusebij Chronica leniter: haut probe. Apollodorus l. 2. & Plutarchus saepius Ῥαδάμανθυς, υος, saepius Strabo lib. 10.

RHIPHAEI Scythiae montes adspirate. Τὰ Ῥιπαῖα ὄρη, Plutarcho in Camillo. Ῥιπαῖα ὄρη, Σκυθικά, Hesychio. Georgicωn 1.

Mundus vt ad Scythiam, Riphaeasque arduus arces.

D. Basilius M. hom. 3. in Hexaëm. Τί δεῖ τοὺς ἄλλους ἀπαριθμεῖσθαι, οὓς αἱ Ῥιπαὶ γεννῶσι τὰ ὑπὲρ τῆς ἐνδοτάτω Σκυθίας ὄρη ... ὧν ἐστι καὶ Ἠριδανὸς μετὰ μυρίων ἄλλων ποταμῶν, καὶ αὐτῶν ναυσιπόρων, ἐς τοὺς ἑσπερίους Γαλάτας, καὶ Κελτοὺς, καὶ τοὺς προσεχεῖς αὐτοῖς βαρβάρους. *Quid alios commemorem, quos Ripae, seu Ripaei generant, qui sunt montes supra intimam Scythiam. Quib. e montib. Eridanus cum infinitis alijs fluminib. nauigabilibus vnus est, verguntque ad occiduos Galatas, Celtosque, & alios vicinos barbaros* Dionysius ad *Rhiphaeos montes* nominatim duos ponit fluuios, *Aldescum*. & *Panticapum*: Κεῖθι καὶ Ἀλδήσκοιο, καὶ ὕδατα Παντικάπαο Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσι διάνδιχα μορμύρουσι. *Vbi Aldesci, ac Panticapae vndae Rhiphaeis in mōtibus suo cuiusq. alueo fremunt.* Mela l. 1. c. 21. ad hos fertur vltro: *Hic orti montes longo se iugo, donec Riphaeis coniungantur, exporrigunt, qui altera parte in Euxinum, & Maeotida, & Tanaim, altera in Caspium pelagus obuersi Ceraunij dicuntur.* Iidem aliubi: *Taurici*, *Moschi*, *Amazonici*, *Caspij*, *Charaxici*, *Caucasij*, alijsque aliisque dicti nominibus. Adde Athenaeum, in quem Commentator dissimulato Strabonis loco lib. 7. quo nouellae opinionis fama sit auctior, *Rhiphaeos* montes aequat, & alius nescio quis ab Hesperia. Etsi vero nulli essent *Rhiphaei* montes, cum in ore scriptorum frequentes sint, iure de eorum Orthographia anquiri potest. Adspirationem *Riphaeis* montib. additam, vt a *Ripaeis* Arcadiae montib. dispescantur, ariolatur Seruius. nugaciter. Vide *Trophaeum*.

RHODVS, *Rhodij* adſpirant Vſus, veterumque Auctoritas contra Cornutum Vide *Roma*.

RHOECVS Horat. l. 2. Od. 19.

Rhœcum retor ſiſtileonis

Vnguibus, horribilique mala.

Sic in editione Pulmani. Sic reſcribendum Turneb. lib. 10. c. 22. non dubitanter affirmat. Idem lib. 19. c. 18. reſcribit in Valerio Flacco lib. 1.

Rhoecus, & Athracia ſubitae de virgine pugnae.

Teſtatur inibi Aelianum in Varia Hiſt. l. 13. vbi Ῥοῖκος. Sic Lucani Exemplar l. 6. quod fuit Cornelij Gualteri. Contra Carrion in eum Val. Flacci locum *Rhœtus* per T, & omnium veterum Librorum fidem teſtatus Turnebo non adſentit, clamatque potius in Aeliano vitium delite ſcere, quam in Poëtarum locis prope infinitis. Turnebo ὁμορροεῖ Pierius ex Callimachi interprete. An & vitium in illo Appollodori lib. 3. Κένταυροι Ῥοῖκος, καὶ Ὑλαῖος? *Centauri Rhoecus, & Hylaeus*? Veteres quoque *Rhuncum* ſcriptitauere pro *Rhœco*.

RHOMBVS cum H, Marius Victorinus in Orthographia.

ROMPHAEA ex ῥομφαία, diphthongo, ex qua vocalem alteram diſiecit Valer. Flaccus:

Aequaque nec ferro breuior, nec romphea ligno.

V. Gellium.

RICTVS, & *Rictum*. Lucret. l. 6.

—— Inhorrebat rictum: frons tenta meabat.

Terentianus: *Immunia ricta patula.*

RIMO, RIMOR eadem in ſignificatione notat Priſcian. l. 8. Probo ex Accij Iliona: *Aut ſtagnorum humorem rimarem loca.* Pacuuius ſimiliter in Atalanta.

RINOCOLVRA praue: cum aſpero ſcribendum *Rhinocolura*. Eſt enim ab *narib. abſciſſis* appellatio. Vide Suritam in Antonini Itinerario, Viuem in lib. 16. c. 24. S. Auguſt. de Ciuit. Gueuaram in Habacuc c. 3. Ex veteribus Ioſephum, Epiphanium, Senecam lib. 3. de Ira, Polybium, Strabonem, Ptolemaeum, Diodorum: etſi apud Graecos, & Ammianum modo *Rhinocurura*, modo *Rhinocura* ſcribatur. Apud Stephanum Ῥινοκόρουρα, & Diodorum Sic. l. 1. Biblioth. Liuij lib. 55. *Circa Rhinocolura.*

RICINVS per l. Lucillius lib. 2. *Ricini aurati, ricae ——*

Quarta auctius ſillaba apud Apuleium, *Ricinium*. Alij ὑποκορισικὸν a *Rica Ricinium* tentur. Germanicus in Arateis:

—— Triſtique genas abſcondita rica. Lucillius ſeparat.

Recinum malunt alij per E, quod a *Reijciendo* figuret Varro, & Seruius: *Recinus autem dicitur, quod poſt tergum reijcitur, quod vulgo Mauorte dicunt.* Eadem reperias apud Iſidorum lib. 19. Orig. c. 25.

ROBVRA, EBVRA, MARMVRA Fabius abijcit lib. 1. c. 6. quae Antonius Gnipho affectabat. Ea igitur per O ſcribes. V. *Ebur*.

ROBIGO, ROBIGVS, ROBIGALIA vt priſcis non adimo cum Manutio: eſt enim in Romano Virgilij Codice:

—— Vt mala culmos Eſſet robigo ——

Pierij fide & Varro ſcripſit *Robigalia* per O: ſic antiquariorum pace liceant nobis *Rubigo*, *Rubigus*, *Rubigalia* cum Plinio. Sic aetas poſtera. Adde Originem a colore, quem olim *Robum*, aetas melior *Rubrum* per V dixit auctore Feſto. Martialis l. 5. Epigr. 29.

Rubiginoſis cuncta dentib. vorat.

Rubigo autem Claudiano lib. 3. de Raptu:

—— Squallent rubigine prata.

Metam. 8. *—— Scabrique rubigine dentes.* Prudent. Pſychom.

Condere vagina gladium, ne tecta rubigo.

Tamen *Robigalia*, vt veteris inſtitutionis, ſic ſcriptionis per O apud Feſtum. *Robico*, *Robigo* veteres Gloſſae. I ad Manutium.

ROMA lenitet. Quamobrem? Priſcis Latinorum paſtoralis adſpiratio plerumque viſa eſt. Eam negat Cornutus apud Caſſiodorum, ſicut in *Rodo*, *Regina*, *Rapa*. Ita illi viſum. Certe vndeunde fuat Origo (de qua vide Dionyſium l. 1. Solinum, Feſtum, Plutarchum in Romulo, & D. Hieronymum ab Iudaico vocabulo ortum trahentem) perpetua aeui Conſuetudine flatus remiſſus eſt. Redi ad Originem Vol. 1. c. 3. Addo Caſſiodori rationem, vocem iam Romani

iuris

iuris esse cum tribus praemissis: Adspirationem propriam Graecarum vocum; *Roma* etsi Graecanicum est, in aliam familiam videtur transisse. Apud Solinum *Rome* quoque scribitur: *Opidum ab ea Romen vocantisse.*

ROMILIVS per I, non per V in secunda; familia Romana, Manutius Saxa secutus.

ROSMARINVS a Culicis scriptore discerpitur:

—— Roris non ania cura marini.

Communi Vsu, rectoque *Rosmarinus*. Item *Rosmaris* Ouidio de Arte:

Rosmaris, & laurus, nigraque myrthus olent.

ROSTRVM vbi non? In Glossis Benedicti *Roster*, Ῥύγχος Neque culpo: cum scribatur *Candelaber*, & *Candelabrum*, aliaque supparia. I ad variantis Orthographiae Viridaria. Eadem: *Rustrum*, Ῥύγχος per V.

RVBER. Glossae: Ξανθός, *Flauus*, *Rubrus*, *Rubens*.

RVBICO, RVBICON: Graecis licet Ῥούβικων. Silius:

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Senae.

Vibius Sequester: *Rubicon iuxta Ariminum, olim diuidens Galliam ab Italia.*

ROTABVLVM a *Proruendo*. Isidor. l.20. Orig. c.8. Festus per V *Rutabulum*. Sic *Rutrum*.

RVFVS, RVFINVS, RVFINIANVS vnico F, e Nummorum disciplina. Vide *Minucius*. Sic Graeci Ῥουφῖνος, aut Ῥουφῖνος vnico Φ. Sic Inscriptiones.

RVLLIANVS, non *Rollianus*, Libri veteres.

RVMPSIT XII. Tabulae exhibent: si modo ipsae.

RVSARVS Ptolemaeo: *Rusaris* per I in vltima Antonino: *Ruzasus* expungit e Plinio Hermolaus.

RVSSEVM *Grammatici non magis dicendum putant quam Albeum, aut Prasineum: sed Russum, & Album, & Prasinum*, inquit lib. 1. Charisius.

RVSSONEM per V, & geminum *SS* quidam Horatij Codices: *Ruffonem* alij geminis FF: alij *Ruzonem* cum Z. Sunt denique qui & *Rissonem* per I, & duplex *SS* praeferant.

RVSTVM. Maro Ecloga 7. *Horridior rusto, proiecta vilior alga.*

Georg. 2. Colum. l. 10. *—— Hirsuto saepes nunc horrida rusto.*

Quib. locis *Ruscum* alij legunt. At ea diuersa vide apud Festum. Est autem *Ruscus*, *seu Ruscum*, χαμαιμυρσίνη. Philoxeni Glossae: *Ruscum*, χαμαιδάφνη, Κυνόσβατον, εἶδος βοτάνης. Ex altero legas apud Catonem *Faleulas rustarias* c. 11. de *RR*.

RVSVM, *R* pulso de medio veteres scripsere. Quod etiam *Rusor* deus arguit apud August. l. 7. de Ciuit. c. 23. Recte vulgo *Rursum*. V. *Prosa*.

RVTILIVS non trib. syllabis *Rutilus*, familia Romana. Exeunt enim pleraque omnia Romanorum nomina in IVS, nec semel monuimus. *Rutilus* autem est Nautiorum, & Marciorum cognomen.

RVTVLVS apud Calpurnium:

Et coit in rutulum tereti qua lubricus axe, &c.

Glossae: *Rutlus*, στρεφὸς γαλεάγρας, ἢ ἀπεσφιγκτόν.

CLAV-

CLAVDIO SALMASIO.

EVGE nouenarum decus immortale ſororum,
CLAVDI SALMASI, *quod te primum alloquor, hoc eſt: cum toties Pariſijs in illo regum domicilio paucis ab annis fuerim. Ita in vitae humanae torrente euenit, vt, quod maxime volumus, minime eueniat. Abripimur quodam negotiorum aeſtu: pendent curae aliae, etiam deponuntur. In via ſaepius obuerſabaris huic animo: poſtquam vrbem tetigi, alia curaui omnia, atque infeliciter. Verum ſi te non vidiſſe querar, non prorſus verum erit. Vidi, vidi ego te, Scriptorum Optime, in tuis animi monimentis. In hiſtoria Flori odoratus ſum tua anthe multicoloria: quae ad hiſtoriam Auguſtam ſcripſiſti auguſtius, ea ſunt, quib. aliorum oculi vel aquilini tuis ſmaragdis poſsint hebetari: tantum reuerberat introſpicientes lucis literariae fulgor. Affirmabat mihi apud Atrebates Claudius Bouchaultius cum multorum excuſsiſſet Commentarios, nullibi tantam eruditionis arcanae comperiſſe copiam, eamque redundantem ex veteris memoriae abligurigine. Vera iudice me narrabat. Neq. minus praeclare de te ſentiens, V. Cl. Grotius in familiari mecum congreſſu dictitabat, cum ſimul referret quoſdam veluti Pygmaeos quaſi dormienti Herculi* λεοντοφόνῳ *barbam vellere, quos idem maneret exitus. Cur porro te non pariter cum illis venerer, aut amem, qui omnigenae doctrinae vbertatem in illo auguſto theſauro mihi obieciſti? Patent omnibus, ni fallor Humanitatis tuae fontes: At nunc viciſsim oceanum ſuum flumina, aut potius riui repetant, aequum eſt: ideo hanc totius huiuſce Operis partem tecum communicatam volo: tu pari beniuolentia excipe.*

TRACTATVS DECIMVSOCTAVVS.

S

SABATIA STAGNA vnico B ex Festo, Plinio, Strabone lib. 5. Capitolino. Vide Siliana nostra lib. 8. In Epitoma 6. Liuiana *Sabatina* dicuntur vbi & vnico B scribenda monitum est Sigonij. Similiter Festus: *Sabatina a lacu Sabbate dicta.* Monet tamen Salmasius in Capitolinum Libro Palatino esse *Sabbatia*, & Itineratio veteri *Vadis Sabbatis* mans con...ante, quod & in Festo vides.

SABBATVM duplici B absque H ex Graeco Σάββατον. Si immediate flueret ab Hebraeo, inesset Adspiratio, ac ש ex parte dispe... Sueton. in Augusto, Iuuenalis, Iustin. lib. 36. Plagmum sit om... lib. 1. c. 2. Σάββατα δηλοῖ δ' ἀνάπαυσιν κατὰ τ' Ἑβραίων διάλεκτον τὸ ὄνομα. *sabbatorum nomen Quietem Hebraice significat.*

SABAZIVS Bacchi cognomen plerumq. semper in mythistoria per Z: et deprauatum ex *Sabasius* per S, V... deprauauit, & ... obtinuit. Inde *Sabazea*, non *Abazea*, vti est in Tullij Philosophia. Vide Strabonem in 10. Eustath. in Odyss. β Siliana nostra.

SABINI contra Or... ἐκ τοῦ Σέβεσθαι p... r A. Olim *Sesini*, seu *Sebini*. Plin. l. 3. c. 12. *Sabini, vt quidam existimauere a religione, & deorum cultu Sesini appellati.*

SABVRRA ... Priscianus lib. 2. gemino B, vt *Sabbata, Gibber, Obba.* Maro primorem corripit, & Pl...us, Solinique Libri vnico B sunt inarati. Male quidam *Suburra* vtrobique per V Nam a *Sabulum* deminutum est *Sabullum*, ex quo mutato genere *Saburra*. Georgicon quarto

Vt cymbae instabiles fluctu iactante saburram Tollunt —

V. *Saccurra.*

SACARVM, SACAR notares, Orthographia non aeque. Alexander Trallianus libro de Pestilitate ex Raze scribit μέλι ἢ σάκχαρον, & Dioscorides lib. 2. Σάκχαρον, sic vt geminae, diuersaeque sint consonae. Trallianus post pauca Ο'ξυσάκχαρ. *Zuccharum* vocant Afri, & Syri: Indi vero *Iagara*. At *Saccharum* a *Zuccaro* valide separat Fuchsius lib. 1. Paradoxorum. Galenus lib. 7. de simpl. medic. facult. Σακχαρ scribit.

SACCVS duplicato C sibi monet Etymologicum additis Λάκκος, Μάκκος, Κόκκος. Sic Aristophanes licet in Acarn. ... o, similiter Eustathius, Suidas: Σάκος ἀφσενικῶς δι' ἑνὸς Κ. Hinc ...idae Σακίλλιον, Σακιλλαρ: quod Atticum putat nonnemo.

SACRATVM, non *Secratum*, scribendum more veterum monet Mar Victorinus in Orthographia: licet in compositis aliter. vt *Consecratum*, veluti a *Castus Incestum* dicimus. Monetque Etymologus Σάκρα apud Romanos esse τὰ ἱερά.

SACRA VIA, SACRAVIA, VIA SACRA vt Dioscoridi, alijsq. Α'χιάλλεια, quae

quae vulgo Ἀγγελαῖα. Cicero pro Plancio: *In summa Sacra-via*, Solin. c. 1. Trebell. in Salonino.

Ouid. Amor. 2. *Illa tibi in sacra sint licet emta via.*

Cui lib. 3. Trist. Eleg. 1.

Haec est a sacris, quae via nomen habet.

Idem: *De sacra nulli dixeris esse via.*

Sueton. in Iulio. Verrius disiunctè scribi vult, vt viam *Flaminiam, Appiam, Latinam*: ne *Nouam-viam* quidem probat. Rufo vt scribitur *Via lata*: sic Cassiodoro lib. 10. Variarum: *In Via sacra, quam multis superstitionib. ditauit Antiquitas.* An *Dicauit*? Nihilominus apud Festum voce October *Sacranienses* iunctim scribi *Sacrania* certum faciunt indicium, & compositorum ex duobus integris Charisius lib. 1. adsignat in exemplum *Sacrania*. & Diomedes lib. 2. Sic reperio apud Ciceronem Epist. 13. ad Atticum: *Cum sacrania descenderem*, & in Varrone lib. 1. de RR. c. 2. *Summa sacrania, vbi poma veneunt.* Inscriptiones rem in ambiguo ponunt. Lapis Ancyranus:

IN. SVMMA. SACRA. VIA

Romae in S. Agathae:

CVRATOR. DE SACRA. VIA

Tales saepius. Vniter Romae in domo Latini Iuuenalis:

AVRIFEX. DE. SACRAVIA.

Sic plures. Versoque ordine, *Via sacra* Horat. Sat. 9. *Viamque sacram.* Et in Epodo: *Sacra catenatus via.* Plin. l. 18. c. 1. Dionys. l. 2. Antiq. Τὴν χαλουμένην ἱερὰν ὁδόν. *Sacram viam vocatam.* Item lib. 5. Plut. t. 1. Τῆς ὁδοῦ τῆς ἱερᾶς. Idem Plut. t. 2. scripsit: Ἐν δὲ Μεγάλῃ πόλει, pro Μεγαλοπόλει. Apud Herodotum lib. 4. fons *Exampaeus* Graece dicitur Ἱραὶ ὁδοί.

SAENECA Romae prope Carmelitas:

Q. BAEBIVS. SAENECA

Perperam, Martial. lib. 7.

Illi te, Senecae quod fuit ille tuo.

Par erratum in altera Inscriptione

SAEQVERE. ME.

Par *Saeculi* diphthongo scribendi occasio. V. *Aegesta. Aecate.*

SAEPES biuocali Ecloga 1. *Vicino ab limite saepes.* Ita est Romano Codici Vaticano, ita Oblongo. Item in eo: *Exiret victima saeptis.* Saepio quoq. Aen. 7.

Saepsit se tectis ——

Quae ita rectè scribi ostendit aduerbium *Saepe* eiusdem Originis, inquit Pierius. [illegible] in Indiculo Lucretiano: *Saepire, Saeptus, Dissaeptus semper scribenda ex auctoritate veterum Librorum.* Ita *Saepimentum, Saeptuosus.* Inde *Tenebrica saepes* Pacuuio in Duloreste est carcer clatratus:

Nam te in tenebrica saepe laecrabo fame
Clausum, & fatigans artus torto distraham.

Philoxeni Glossae: *Saepta*, φραγμοί. Item *Saepsit*, περιέφραξεν. Et: *Saeptum* Χαράκωμα. Narbone vetus Inscriptio.

MACERIA. Q. AREAM
SAEPIENDAM. PISCINAM
QVE. EX. D. D

Altera a Fuluio Vrsino:

SAXO. SAEPTVM. AC. MARMORE ARCVM. STIPATVM

Prisciani lib. 15. *Saepissimus.* Apud Festum *Consiptum. Consiptor* figuratur vt Co[illegible] a *Laedo.* In diuersum trahit, & Dio lib. 56. Ἦλθε μετ' αὐτοῦ εἰς τὰ Σέπτα, κἀνταῦθα ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν δῆμον ἠσπάσατο: *Cum eo venit in Septa, ibique de suggestu populum consalutauit.* Cic[illegible] ni *ager consaeptus, ac diligenter consitus.* Non desunt, quibus *Seper* ex Σηκός oriri videatur, vt *Lupus* ex Λύκος, qua Origine admissa, vide an eadem ratione *Saepes* diphthongo scribi non queat, ac Scaena ex Σκηνή, vel Σκανά. Verum Origo alia. Αἶπος, ὑψηλὸς τόπος, ἢ ὑλώδης. He[illegible] *Aepus est celsus locus, aut siluosus.* Vtrumque in *Saepem* conuenit. V. *Praesaepia.*

SAGITTA vulgo, & rectè vulgus. Allegat Pierius in X. Aeneidem Exemplar, cui [illegible] *gitta a sagacitate.* Lexicon Cyrilli. Ἀκίδας, τῶν βελῶν τὰς ὀξύτητας, αἳ Σα[illegible] ιται καλοῦνται. M[illegible] ricius etiam vnico T lib. 2. Strateg. c 1. Similiter Σαγιττάτορες. Leo Constit. 7. §. 68. Το[illegible] ται, οἱ Σαγιττάτορες.

SAGVNTVS more veteris Latij Spiritum respuit etsi ex Ζάκυνθος deformatur. E[illegible]

nota

nota Z in S versum, contraquam in *Sabazeis*. Zaguntinos quoq. per Z legas in Dione Nepotis. *Saguntum* primore casu recte scribi negat Galesius. At Straboois lib. 3. legitur Σάγουντον, κλίσμα Ζακυνθίων: *Saguntum a Zacynthijs conditum*.

SALAMINA insula est Seruio: passali scriptione, *Salamin*, *Salamis*.

SALDA Ptolemaeos: *Salde* Plinius lib. 5. c. 2. vt *Antiopa*, & *Antiopae*, aliaq. talia. *Saldas* pluratiuo numero (vt *Thebas*, *Theba*) Antoninus, & Marcellinus. Stephanus per G: minus probo.

SALENTINI per solo L Dionysio lib. 1. Antiq. Rom. Straboni l. 6. in Maronis Codicib. lib. 3. *Et Salentinos obsedit milite campos.*

In Sallustio: *Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria Brutium, & Salentinum.* At Capitolini triumphi geminant, & Stephanus. Σαλλεντία πόλις Μεσσαπίων· τὸ ἐθνικὸν Σαλλεντῖνος. Approbat Pighius l. 6. Annal.

SALICTVM, SALICTETVM in L. 7. §. notauimos D. quod vi, aut clam. Adde *Salicetum*. Cato c 1.

SALICIPIVM scriptura pridem explosa de Catullo. Iocatur enim Catullus, ac iuxta commendat Caluum Vatinium acri virum ingenio, & statura sie exigua, puer, seu *pusio*, vt queat videri, vnde nata vox *Salipusij* quorundam opinamento:

Dij magni salipusium disertum.

Per A *Salapusium* scribunt alij. In Senecae veteribus Libris *Salaputium* per V, & T. Ios. Scaliger ad Catullum, & lib. 4. Animaduersionum in Titium contendit scribendum *Salaputium*. Ecquod amabo genus hoc compositionis? Nam in *Neapoli*, *Olbiapoli*, Graeciae mos obtinet. Alij *Salipontium*. I ad Barbarum in Plinium.

SALISATORES *vocati sunt: quia dum eis membrorum quaecumque partes saliunt, aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari praedicant*, Isid. l. 8. Orig. c. 9. Glossae. *Salisatio*, παλμός. Deprauate Coelius, & Viues *Saltatores*.

SALLVSTIVS binis liquidis apud Martian. l. 3. Quintil. l. 10. c. 1. alibiq. Poëtas, Libros, vetera Marmora, Ausonium epist. 19.

— *Libyam aubic Sallustius addit, Europae adiunctam* —

At Plutarchus in Sylla, & Lucullo vnica Σαλούστιος. Item Horatius:

— *Inimice lamnae Crispe Salusti.*

Suidas in Ἀθηνόδωρος. Ὃν ὁ Σαλούστιος θαυμάζων ἐπὶ σπουδῇ, ας saepius. *Quem Salustius diligentiae mirabatur.*

SALLYI duobus liquidis elementis apud Plin. lib. 3. c. 15. & lib. 17. c. 4. editionis Gelenianae. *Salyi* vnico Flori lib. 2. Ful. Vrsinus *Salui*, quod tribus syllabis scribi potest *Saluij*, & *Saluuij* duabus vv, & duabus ij vocalibus mendarum apud Liuium augeot oumerum? Strabo *Sallyos*, & *Salluas* nominat: Ptolemaeus, & Stephanus *Salyas* dumtaxat.

SALMENTVM pro *Salsamentum* Charisius imperitis arrogat. Cur non aequa imperitia in his: *Decures* pro *Decuriones*: *Dortium* pro *Diuortium*: *Falls* pro *Fallacia*: *Inpomenta* pro *Inpouimenta*: *Mansuem* pro *Mansuetem*: *Nomus* pro *Nouimus*: *Paimenta* pro *Pauimenta*: *Prodigitas* pro *Prodigalitas*: *Reprocus* pro *Reciprocus*: *Pa* pro *Parte*: *Po* pro *Populo* positum in Saliari carmine.

SALMIDESSOS Straboni, Stephano, Pomponio, Sophoclis enarratori in Oedipo. Porro *Halmydissos* cum I ante sigmata est eiusdem Enarratoris. & Xenophontis sexto Adscensus Cyri. Norat Etymologus: Σαλμυδησσός .... ἀπὸ τοῦ Ἁλμυδησσός τις ὤν.

SALOMON meliori iure transcribitur ex Iudaico vocabulo, quam *Solomon* per O in prima. Si annuisset Vsus praetulissem *Selomon*: Vsus Galatini, & aliorum annuit *Salomon* Latinis tritius, *Solomon* Graecis, vt aliquoties apud Gregorium, & alios. *Salomon* A medium obsidente regionem, quis non furcillis eijciat? Vide Erasmum contra Stunicam.

SALPVGA. V. *Solipunga*.

SALSVGO, aut *Salsilago*, Plin. lib. 31. c. 7.

SALTEM: est enim quasi *Salutem do*, subnectit pro ratione scriptionis Brabantus. Quid magis aduersum rationi? *Saltem* precantis est. atque desperatis omnibus sperantis, precantisque *salutem*: non concedentis, non *dantis*. Vide Lambinum in Aemilium Probum. Seruius ad 4. Aeneid. *Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset*

Ante fugam soboles —

Est autem sermo tractus a captiuis, inquit: *qui cum tenerentur ab hostibus dicebant sublatis omnibus: Salutem concede. Inde per synaeresim natus hic sermo: vt in contemtu rerum multarum petituri aliquid Saltem dicamus.* Gellium adi l. 12. c. 14. quod solidum hanc in vocem consumitur:

neque is abhorret ab opinione Seruij. *Saltim* autem per I non abijcio: sed significatum secerno. Priscianus lib. 15. *A saltu Saltim, & Saltuatim.* Becmanus Analogiam secutus *Passim*, *Caesim*, *Punctim*, scribit *Saltim*: vulgo *Saltem* per E concedit. Ianus Guilielmius semper *Saltim*, idque tuetur toto capite decimo libri primi Verisimilium. Videsis.

SALVE. Biuocali quidam scribendum autumant in illo, *Satin' saluae?* τὸ *Res* supprimi rati. Falluntur. Si quaeras enim Qui tecum agitur? Respondeo, *Prospere, Recte, Salue.* Itidem cum interrogo, *Satin' salue*, aduerbium est nuda vocali conscribendum. Sallust. *Inde ortus sermo percunctantib. vtrimque, Satin. salue?* Etsi in meo Exemplari diphthongus exprimitur. Terentius in Eunucho: *Quid est? quid trepidas? satisne salue?* Vbi Donatus *Salue* interpretatur *integre, recte, commode.* Quam interpretationem Donato Brissonius lib. 8. de Formulis arrogat: Vinetus in Ausonium Donato derogat. Quod glossema, inquit Vinetus, si Donati esse liqueret, vel Cornuti, vel Aspri, vel alterius alicuius antiquorum Terentij doctorum interpretum *Satin' salue?* apud omnes auctores scribendum esse existimarem: Quid si, o Vinete, Diomedes ita censet lib. 1. Quid si Charisius lib. 3. expressim: *Habet aduerbium & hoc verbum, cum dicimus: Satin' salue? Salue est domi.* Plenam porro esse locutionem, quam dixi, claret ex Apuleij lib. 1. de AA. *Quam salue agit, inquit, Demeas noster?* Item Apolog. 1. Similiter apud Liuium lib. 40. *Percunctatusq. satin' percommode omnia explorassent?* Iterumque lib. 6.

SALVIDIENVS, NASIDIENVS sillabis quinque apud Ciceronem, Spartianum legunt viri doctissimi iure quam optimo. I si deteras, & Horatij versum vna detriueris.

SALVTIO Suetonij editio Romana, & Rob. Stephani. Meliores Plinij Codices l. 12. c. 7. lib. 35. c. 11. Plutarchus: Σκιπίων σαλβίτων: Apud Dionem Σαλάτ[illegible]ων: quam recte?

SAMAROBINI. Val. Brabantus: *Samarobrina*, non *Samarobrina*, Libri veteres, Graeca Consuetudo Σαμαρυβρίϐα.

SAMBVCVS receptissimum est in literas cum M. Absque hac Ruellio placet *Sabucus.* Serenus: —— *Tristia poma sabuci, Parua sabucus.*

Glossae Philoxeni: *Sabucus*, Ἀκτὴ, Εἶδος βοτάνης. Iterum: Ἀκτέα, τὸ δένδρον *Sambicus*, *Sambucus.* Sobiectius: Ἀκτὴ, τὸ φυτὸν *Sabucus.* Vsum receptissimum cum M sequitur Columella lib. 12. c. 44.

SAMPSVCVS, Σάμψυχος scripturae magna cognatione licet pingatur, re multo diuertit apud Dioscoridem lib. 1. c. 59. lib. 3. c. 40. Theophrastum, passim Columellam lib. 10.

Galbana, sandaracam, sampsuchum, sporon, alumen.

Apud Aurelianum, & Hesychium. In Nicandri Theriacis legas Ἀνθη Σαμψύχου. Hesychius: Σαμψοῦχος. Aldus lib. 1. Gram. per N, & S absque B *Sansucum.* Nota e Plinio lib. 21. c. 11. *Amaracum Diocles medicus, & Sicula gens appellauere, quod Aegyptus, & Syria Sampsuchum.*

SAMBVCA per S in prima. Athenaeus. Σαμβύκη, Iuba. Apud Hesychium per Z reperias: Ζαμβίκη, μουσικὸν ὄργανον. Cui scriptioni conformiter *Sambucinae* in Plauti Sticho, vt *Tibicinae*, & *Sambucistriae* Arnobij lib. 7. At Plutar. in Cleomene disiecto tripode scripsisse videtur ἄγοντα σαβυκιστρίας, καὶ κιναίδους.

SAMGVIS. Primae sillabae finalitas est N, etiam in obliquis, quos per N scribi praecipit apud Cassiodorum Priscianus, & M vult esse in recto. Vnde haec differitas paucis nota, nulli recepta?

SAMNITES omnis propemodum historia: *Samnitae* Auieno Terrae περιηγ.

Samnitaeque truces habitant confinia —— Cato in Orig.

A Latinis Samnites, a Graecis Saunites appellati, Dionysio, Diodoro, alijs.

SAMOS, SAME. Silius in 15.

—— *Samenque Linquit inaccessam* ——

Aen. 3. *Dulichiumque, Samenque* ——

Homerus Catalogo: —— Οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο.

Idem in prima Odyssea: Δουλιχίῳ τε, Σάμῃ τε, καὶ ὑλήεντι Ζακύνθῳ.

Annotauit Strabo lib. 10. Δῆλός ἐστι τὴν μὲν πόλιν Σάμην, καὶ Σάμον συνωνύμως ὑπολαμβάνων ἐκφέρεσθαι: *Compertum est Homerum Samen, ac Samum pro eodem extulisse.* Hesychius: Σάμη, πόλις Κεφαλληνίας.

SANCTARIA, & *Sanctuaria* Hermolaus Barbarus in Plinij Praefationem admittit.

SANCTVRVS, quam *Sancturus* scribi correctius ex Cledonij Arte colligas. Sic *Sanctor legum* scripsit Tacitus, non *Sanctitor.*

SAN-

SANCVS, SANCTVS, SANGVS rectissime scribi notauimus ad lib. 8. Silij Italici. Ouid. lib. 6. Fast.

Quaerebam Nonas Sancto, Fidione referrem:

An tibi Semo pater, tunc mihi Sanctus ait:

Festo *aedes Sancti memoratur.* D. Augustin. l. 18. de Ciuit. c. 19. *Sabini etiam regem suum primum Sangum, siue etiam, vt aliqui appellant, Sanctum retulerunt in Deos.* Plinij lib. 8. c. 48. *In templo Sangi durasse.* Dionysius Halic. l. 2. *Antiq. Rom.* Τῷ Σάγκῳ δαίμονι ἐπιχωρίῳ. Idem lib. 4. Ἐν ἱερῷ Διὸς Πιςίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκλον καλοῦσι: *In templo dij fidij, quem Sanctum Romani dicunt.* Festus: *Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Deus.* Lactantius lib. 1. c. 15. *Coluerunt Sabini Sancum.* Haec vox τῷ *Sancio* propior: *Sancio* autem, quia *Sanguine* foedera fiebant, & constabat fides, ex eo *Sangus.* Reatina Inscriptio:

SEMI. PATRI. SANCO

SANEQVAM lego apud Ciceronem voce vna, apud Sulpitium, Brutum. Idque ex ratione Manutio accepta in voce *Siquidem.*

SANGARIVS. Orpheus:

Σαγγάριος δ', ὃς κῦμα ἐπιβρίχει Εὐξείνοιο.

Sangarius etiam, qui in Euxini fluctus incurrit.

Similiter Homerus, Strabo in 12. Q. Calaber. *Alij* tribus perscripsere sillabis. Ouid. lib. 4. de Ponto: *Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq. Hypanisq. Cratesq.*

Vibius Sequester: *Sagaris Phrygiae ad castellum Berecynthium.* Sic Capella, & Hyginus. Etymol. Σάγαρις ποταμὸς Φρυγίας. Qui Etymologus, & alium *Saugarin* Phrygiae fluuium ponit. Plinius lib. 5. c. 3. in prima positione scripsit *Sangarium*, I ad tractatum de Variantia. *Sagaris*, & *Sangarius* Solinus.

SANTONES, SANTONI litera S semisonante, non duplici X, *Xantones*, quod scribendi cacoëthes ijs haesit, qui iactantius originem suam Xantho Troadis fluuio adscribebant. *Santonus* Lucani lib. 1.

—— Gaudetque amoto Santonus hoste.

Tacit. histor. lib. 6. *E Santonis Gallica ciuitate.* Strabo lib. 4. Πρὸς δὲ τῷ Ὠκεανῷ Σάντονοι τε, καὶ Πίκτονες. *Ad oceanum Santoni, & Pictones.* Sidon. l. 8. epist. 6. *A Santonis nuncius.* Marcellinus lib. 15. *Aruerni excellunt, & Santones, & Pictauij.* Caesar l. 1. *Santones*, tertio *Santoni.* Anteferri ipsi T vncinatam literam C, βαρβαρικώτερον videtur, aut eorum vanitatis esse, qui quod apud *Sanctonas Sancti* plurimi, ab ijs denominatos se mentiuntur. C quoque ex voce hac eliminant Dioscorides, vbi de *Absinthio*: Σαντονὶς χώρα. Plin. l. 27. c. 7. vbi *Santonicum* dicit a Galliae ciuitate, Colum. l. 6. c. 25. Martialis:

Santonica medicata dedit mihi pocula dextra.

SAPIENTIA, *Moestitia*, *Iustitia*, alia id genus per T, Priscian. lib. de Accentib.

SAPPHIRVS Plinio l. 37. c. 9. σάπφειρος, Hebraice ספיר. Passim *Saphyrus* absque altero P, quam recte?

SAPPHO, Σαπφώ, vt *Sapphirus.* Pontanus *Sapho*: quod Latina lingua post P, alterum adspiratum non admittat. At hoc ipsum in quaestione est. Alioqui de *Sapphiro* idem sentiat.

SARAPTA omnes sillabas absoluente vocali principe apud Stephanum. Coelestes literae, vetusque Plinij liber ab Hermolao laudatus *Sarepta* secunda vocali in secunda statione, Variantia iactatissima.

SARAPIS. Vide *Serapis.*

SARCOFAGO CONDIDIT, Lugduni Inscriptio apud Iacobinos per F: per Ph Iuuenalis:

Sarcophago contentus erit ——

Competentia stat in ancipiti: nam & *Pamphagus* scribitur, & *Fagus*, *Faginus*, φαγός.

SARCINAS cum C pessimo exemplo Mostellaria scribitur: deterius exponunt. *Sarsinas* cum S, seu Caius, seu Caia e *Sarsina* nata. Silius 8.

Sarsina diues Lactis ——

Plautus apud Festum *Sarsinas* audit.

SARISSA duplicato sigmate. Pollux lib. 1. c. 10. Σάρισσαν Μακεδονικήν. Ouid. in Metamorphosi 12.

Qui gladio, clypeoq. Macedonicaa. sarissa.

Curtius Xenophon. Festus. Lexicon Cyrillo tributum: Ἀκόντιον Μακεδονικόν, *Sarisa* simplo S.

SARMATAE. V. *Sauromatae.*

SARPEDONEM amplectuntur omnes. Seruius in 1. Aeneïdem, Eustathius in 5. Iliadem etiam *Sarpedonta* scribi posse docent. Hesychius: Σαρπηδόντος, Σαρπηδόνος. ἀεὶ δὲ ταύτῃ χρῆται τῇ γενικῇ Σαρπηδόντος.

SARRACENI geminis RR ex quinque Eusebij Codicibus Ammiano, Sozomeno, Socrate, Ptolemaeo, Plinio, Diacono. Notitia imperij vnicum exhibet, & Origini videtur conformius.

SARRACVM recte cum *A*, & duobus RR. Iuuen. Sat. 3.

Sarraco veniente abies, atque altera pinum.

Plaustra vehunt ——

Satyr. 5. *Frigida circumagunt pigri sarraca bootae.*

Vitruuius lib. 10. c. 1. similiter. At Quintilianus l. 8. c. 3. refert Ciceroni in Pisonem scriptum: *Cum tibi tota cognatio in serraco aduehatur.* Hic per E: in Festo per O *Soracum*, & vnico R. Suidas in voce Ἀῤῥιχὸς: Σωράκων δὲ εἶδος. Sed hoc longe aliud esse docet Claud. Salmasius in Capitolinum, quem vide, & Vulcanium in Glossar. Latinogr. H. Stephani.

SARTOR, SARTVM absque C. Sic Librorum vniuersitas. Nonnemo C interiungit *Sarctor*, ratus *Sartor* esse a *Sarrio*, quod veterum testimonijs in eo significatu comprobatum oportuit. Deinde necessitas distinctus fuit demonstranda.

SAS, SAM pro *Suas, Suam* Antiqui scripsere. Ennius lib. 1.

Virgine' nam sibi quisque domi Romanus habet sas.

Idem: *Insomnis vidit prin', quam sam discere coepit.*

Item: *Lumina sis oculis* —— pro *Suis.*

SASSON duob. SS praeferunt Silij Libri, & Lucani. At vnico sigmate Polyb. lib. 5. Scylax Caryandenus in Periplo, Strabo in 6. Silius:

—— *Fugite infaustas Sassonis arenas.*

Lucanus primo Ciuilium:

Spumoso Calaber perfunditur aequore Sasson.

SATIS ACCIPIO sectim animaduerto scriptum: licet iunctim *Satisdo*, *Satispraesto*, *Satisfacio.*

SATIS AGO sectim Apuleius lib. 8. *Coloni multitudinem nostram latrones rati, satis agentes rerum suarum eximieque trepidi.* Cato Orat. de consulatu: *Iam apud vallum nostri satis agebant.* Eucherius de Adscensu Domini: *Satis ergo agamus.* Iunctim *Satisago* Pacuuius in Atalanta, Plautus in Bacchidibus, Charisius lib. 1. Institut. *Satago* vero cum aeuo politiori proxime secuto vires acceperit, eneruandas non puto.

SATVRNVS cur non asperetur, vide Vol. 1.

SAVIVM. V. *Suauium.*

SAVRACTE Cato: *Soracte frequentant*, Silius, Horatius, Maro, qui non? Plin. lib. 31. e. 1. Varro ad *Soractem scripsit esse fontem.* Hic incusatiuus non est a τὸ *Soracte*: ergo a *Soractis*, aut *Soractes.*

SAVROMATA passim, & recte: *Sauromates* Ouidio, & Ausonio rectius l. 3. Trist. Eleg. 12.

Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.

Statius Achillëide: —— *Quo turbine cestum Sauromates* ——

Nec mutatio quaeritanda. Virgilij exemplum:

—— *Quo turbine torqueat hastam.*

Olim Σαύρομάτης, nec aliter: post ritu Macedonico Σαυρομάτα, vt Εὐρύοπα Ζεύς, aliaque sexcenta. Consuetudo M alterum erasit ex primitio Σαυρομμάτης, & violentior Consuetudo *Sarmatas* concidit ex *Sauromatis*, quod reperi post in Plinio lib. 4. c. 12. *Sarmatae, Graecis Sauromatae.*

Ouidius: *Iuncta pharatratis Sarmatis ora Getis.*

Iidem Eudoxo *Syrmatae*; posteriore scilicet parte biuocalis reseruata, vt priore in *Sarmata.* Stephanus: Συρμάται, οἱ Σαυρομάται, ὡς Εὔδοξος πρώτῳ. *Syrmatae, qui Sauromatae, Eudoxus in primo.* Dionysius extulit absque R. Γερμανοί, Σαματαί τε, Γέτ' ἅμα ——

Quae Prisciano sic versa:

—— *Germanique truces, & Sarmata bellax, Atque Getae* ——

SCABELLVM cum B, & E in secunda Vsus vulgarij, & recti. Cum I Cato cap. 10. de RR. Ter. Scaurus in Orthogr. Statij interpres: *Buxa, tibia, vel scabillum, quod in sacris tibicines pede sonare consueuerant*, Glossae Philoxeni. Nota per I scriptum. Arnob. l. 2 & 7. *Quid efficiunt crepitus scabillorum.* Nec magis mirum *Scabellum* ex *Scamno* fieri, quam ex Τέτυμμαι, Τέτυφθαι, aut contra

Somnum

Somnum ex Ὕπνῳ. Priscianus tamen lib. 3. *Geminum*, *Gemellum*: *Scamnum*, *Scamnellum*. Affert ex Apuleio: *Infirma scammellorum obice fultae fores.*

Libro item de recta Pronunciatione LL. Lipsius *Scamellum* vnico M edidit, quod solum agnoscit Barthius lib. 35. Aduers. c. 9. Vitruuium apud per l in medio scribitur *Scamillos impares* lib. 3. c. 3. quo super i ad Turnebum lib. 11. c. 2.

SCAENA, SCENA. Absque diphthongo scribunt Libri, & fert Graecorum Consuetudo, Σκήνη, & Latinorum. Maron. lib. 3. Georg.

Vel scena vt versis discedat frontibus —— Ouid. de Arte A.

—— *Frondes Simpliciter positae scena fine arte fuit.*

At Saxa omnia *Scaena* cum biuocali. Eane imposita omnia? Impositus ergo Varro, Priscianus, Gifanius, Faërnus, Guilielmius, Salmasius, Caninius seculi sui Varro, qui per Ae scriptitant? Esto ea re inepti appellentur a I. Scaligero, & Pandectae Florentinae, ideo culpentur a Brissonio libro Παρέργων singulari: absque biuocali licet scribi praecipiat Lambin. in 2. Catil. Non existimo tot, tantosque viros antiquitate, ac scientia praestabiles ignorantia lapsos. Nimisquam sibi blandiuntur, qui eos ludibrio habent. Quod si Gifanius, Faërnus, Guilielmius, Salmasius, Caninius Varroni, ac Prisciano, vt non vanis iudicij, scriptionisue iudicium suum submisere. nos homulli tantuli in literis id facere detractabimus? Quid si Graecia Maior scripsit Σκάνη pro Σκάνα, & hoc pro Σκήνη? Certe Aeolum est Φαισί pro Φασί. Etymologus in voce Διδάσκω: Οἱ γὰρ Αἰολεῖς Θναίσκω, καὶ Μιμναίσκω διὰ τῆς Αι διφθόγγου λέγουσι: *Namque Aeoles Tonaesco, & Mimnesco per diphthongum Ae dicunt.* Iterat eadem in Θνήσκω. Glossae: *Scaena*, Σκήνη. Glossographum putasne, cum in fontem digitum intenderet, nesciisse quo brachio detergendus esset riuus? Pro hac scriptione testimonium dicant Inscriptiones. Romae in Colotianis:

DISSIGNATORES. SCAENARVM

Marmor Romanum:

ET. GRAECA. IN. SCAENA. PRIMA. POPVLO. APPARVI

Inscriptio alia Astigi Hispalim inter, & Cordubam:

SCAENICIS. LVDIS

Romae in aedib. Maffeiorum:

M. VLPIVS. AVG. L. APOLAVSTVS
MAXIMVS. PANTOMIMORVM
CORONATVS. ADVERSVS. HISTRIONES
ET, OMNES. SCAENICOS
ARTIFICES. XII

Saxum aliud peruetus Vulsinijs.

THEATRVM. ET. PROSCAENIVM
DE. SVA. PECVNIA. FACIVNDVM. COERAVERVNT

Neque semper Latini in Graecorum vestigia tam presse pedem posuere, vt nunquam ierint deuij: vt non scripserint *Scaena*. Quae vt sint V. *Obscenus*, vbi prolitius videtur *Scena* absque diphthongo, vt *Sceptrum*, quam *Scaeptrum*, quod prisci quoque scriptitarunt.

SCAEVOLA Muciae gentis cognomen in antiquis Libris, per O Consuetudinis robore receptum est. *Scaeuula* per V in Saxis Capitolinis, inque duobus argenteis Nummis Fuluij Vrsini. Paria *Seruulus*, *Seruolus*: *Dauus*, *Dauos*. Orta vox e Graecia: Plutarchus in Poplicola: Σκαιόλαν ἐπίκλησιν, ὅπερ ἐστὶ Λαιόν. *Scaeuolam cognomento, quod est Sinistrum.* Non fuisset aptius? Ὅπερ ἐστὶ Σκαιόν. Neque *Laeuum* ex Λαιῷ esse nescio.

SCENOPEGIA nulla diphthongo. Pronuper visa est Iephthe tragoedia laudabilis sane, nisi quod *Scaenopegia* nouo, maloque exemplo. Eam diphthongum Origo refutat, nec, Vsus addicit (velut in *Scaena*) neque Auctoritas vllius rata.

SCALA, SCOPA barbare scribi retur Quintilianus lib. 1. c. 5.

SCALPO, SCALPTVM: at in compositis *Sculpo*. Discrimen est a Diomede lib. 1. *Scalpo, Insculpo*, inquit. *Quare gemma scalpta dicendum est, non Sculpta: adiecta enim praepositione facit Sculpta*. Cui pugnant Codices multi, & soboles paene omnis. Consensu scribitur per V *Sculptile*. Ouid. *Et totum Numidae sculptile dentis opus.*

Nemo *Scalptile* per A. Sic *Sculptura*. Sueton in Nerone: *Cuius gemmae sculptura erat:*

PROSERPINAE. RAPTVS

Aeque receptae *Sculponeae*: nusquam *Scalponeae* per A: Plauti licet Codices nonnulli per O *Scolponeae* varietate tritissima. At Cato c. 58. *Sculponeas bonas* per V. Diomedis discrimen, vt alia similia sexcenta, vanum autumo. Tam *Scalpo*, quam *Sculpo*.

SCALPIVM, Σμίλα, Lexicum Latinogr. *Scalprum* passim. Sic *Pollunium*, *Pollubrum*: *Labium*, *Labrum*.

SCAMA pro *Squama*, Φολὶς, Cyrilli Lexicum. V. *Qis*, *Cis*.

SCAMNVM ὀρθογραφικῶς: *Scampnum* pastoricie.

SCANTINIA lex rectius, quam *Scatinia* absque N in primore sillaba apud Prudentium, Ausonium, Tullium, Papinianum, Fabium, alios.

SCAPTESVLA, non *Scaptensula*, minime omnium *Scalptensula*. Sed & *Scapte Hyle* liceat ex Plutarcho. Lucretius:

Qualis exspiret scaptesula subter odores.

Certe proprium loci est in Thracia, aut siquid amplius voluit Lucretius, vocem designatam indefinite protulit. Proprium apud Stephanum: Σκαπτησύλη πόλις Θράκης μικρὰ ἀντικρὺ Θάσου· τὸ ἐθνικόν, Σκαπτησυλῖται. *Scaptesula*, *Thraciae urbs pusilla contra Thasum. Gentile Scaptesulitae.* Plutarchus diuisim in Cimone: Τὰ χρυσεῖα περὶ τὴν Θρᾴκην ἐκέκτητο, καὶ τελευτῆσαι μὲν ἐν τῇ Σκαπτῇ Ὕλῃ (τοῦτο δ' ἐστι τῆς Θρᾴκης χωρίον) λέγεται φονευθεὶς ἐκεῖ. *Auraria circa Thraciam possederat, diciturque caesus in Scaptesula obijsse. Est autem Scaptesula Thraciae locus.* Idem in libro de Exilio. Apud Theophrastum de Lapidib. Εὑρέθη δέ ποτ' ἐν Σκαπτῆς ὕλης μετάλλοις. *Inuentus autem est in Scaptesulae metallis.* Igitur ab *Fossitia materia* auri locus hic secretim Σκαπτὴ Ὕλη, & compositionis lege spiritus asper abit in sibilum fide Stephani Σκαπτησύλη, Latine *Scaptesula*. Male N inculcat Gifanius, male est & Festi Libris, alijsque. Tollenda nunc ex animis vana religio. Ὕλη priorem protrahi volunt, nunquam corripi. Sic H. Stephanus in Paralipomenis Linguae Graecae. Homerus minus illi obseruatus.

Ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ, ναίεσκε μέγα πλούτοιο μεμηλώς.

Qui Hylam habebat, cui diuitiae curae magnopere.

Vbi videndus Eustathius. Papinius:

Qui breue littus Hyles ——

Quam correptionem emiratur Barbarus. Sic Nazianzenus:

Ἡνίκ' ἄκοσμον ὕλης κόσμον ἔθηκε λόγῳ.

Cum mundum inornatum ex materia verbo fecit.

Ita compositum *Scaptesula*.

SCANDIX apud Plinium, & Hesychium, in quo etiam Σκάνδυξ per Y.

SCATVRRIT πηδᾷ, καὶ βράζει, Glossae. Cum duplici litera canina Libris esse credo Salmasio in Plinianis. *Scalpurrigo* similiter scribit, & *Ligurrio*. Ab hac scribendi ratione nos reuocat Competentia: *Esurio*, *Parturio*, *Nupturio*, *Empturio*, *Micturio*, *Dicturio*. V. *Ligurrio*.

SCEPTVCHI melius legatur *Annali* 6. Taciti ex Iliade Β.

Σκηπτοῦχοι βασιλῆες ——

quam *Sceptruchi* cum R, quod ex imperitia natum eorum, qui *Sceptra* norant, *Sceptuchos* non norant.

SCEVA nobilis centurio caesa diphthongo. Σκευᾶς est apud Appianum lib. 2. Ciuilium. Male vulgo exprimunt.

SCHEDA scribo pro *Tabella*, *Philyra*, *Tilia*, *Papyro*. Hinc enim Eustathius format deminutione Σχεδάριον: Ab eadem Origine Σχέδη cum Σχεδία, & Σχεδιάζω. Precium fuerit Etymologicum verbátim exprimere: Σχέδος, παρὰ τὸ χέω χέδος, & Σχέδος, διότι τὸ διαχέον καλῶς, καὶ διαμερίζον τὰς λέξεις, καὶ τοὺς λόγους· ἢ παρὰ τὸ Σχεδάζω, σχεδάσω σχέδος. καὶ Σχίδος· διασχιζόμεναι γὰρ αἱ λέξεις, καὶ διότι μεριζόμεναι εἰς λεπτὰ διὰ τοῦ λόγου, εἰς γνῶσιν παραλαμβάνονται. Qui *Schida* per I tanquam Σχίδη volunt, non errant illi quidem erratione maxima: sed non trita feruntur orbita. Sosipater, cui a *Scindo Scidam* absque spiritu placuit decidere, Graecae vocis ignorantia lapsus est: nam alijs tribuit *Schidam* ἀπὸ τοῦ σχίζειν: sed variantiam notauit lib. 1. *Scidam* exanimant Spiritu prisci Tullij Codices Victorio teste. *Schidia* Vitruuij l. 2. c. 1. per H, & I absoluta primore sillaba: *Internallaque, quae relinquuntur propter crassitudinem materiae schidijs, & luto obruunt.*

SCIAPODES per A: *Sciopodes* per O vulgarius error, vt *Neopolis* pro *Neapolis*. Sic *Olbiapolis*, antepolui, & *Hierapolis*. Harpocration: Ὑπὲρ δὲ τούτων σκιάποδες ὄνομα. Hesychius: Σκιάποδες, οἱ ἐν Λιβύῃ πλατεῖς ἔχοντες τοὺς πόδας, καὶ ποιοῦσι σκιὰν αὐτοῖς ἐν καύματι: *Sciapodes, quibus in Libya pedes lati, quibus se obumbrant in aestu.* V. *Hierapolis*.

SCIDI, SCIDERAT probissime. Accius tamen Sotadicorum lib. 1. *Sesciderit* scripsit: *Non ergo aquila, vt hi praedicant, sciderat pectus.*

SCIAENA genus piſcis ab *Vmbra:* Syaena quoque recte ſeribitur: at piſcis genus eſt a *Sue*, Phyſici.

SCINDO adſpiratione non admiſſa. Vt nil tam monſtroſum quod non ex philoſophi alicuius cerebro eruperit: ſic e librarij, aut Grammatici calamo. Ecce tibi in Romano Virgilij Codice:

Nam primi cuneis ſchindebant fiſſile lignum.

Colorem induat. Graeci Σχίζω: inde Σχίδη, inde *Schindo*, N vt millenis in alijs inſulta. Verum Latinorum veterrimi *Ch* non ſcribebant, neque adſpirationem norant. I ad tractatum de priſcorum Orthographia.

SCINDVLAS ſcribi iubet Stewechius ad lib. 3. Apuleij de AA. ex Caeſaris lib. 8. de Bel. Gall. *Cupas, ſeuo, pice, ſcindulis complent*, & *tectum Scindulare* apud Apuleium. Siue a *Scindendo*, ſiue a Σχινδαλμός, quod eſt apud Ariſtophanem *ſcindulae* non immerito appellantur. Haec ille. Ita profecto apud Iſidorum lib. 19. Orig. cap. 19. & apud Rabanum. Auctores alij *Scandulas* per A, etiam apud Liuium ita ſcriptitant. Et illuſtris eſt Plinij locus lib. 16. cap. 10. *Scandulae e robore aptiſſimae.* Ibidem: *Scandula contectam fuiſſe Romam.* Apud Vitruuium quoque variantur. V. Turneb. lib. 24. cap. 12.

SCIOTERICVM abſque H minus recte ſcriptum Plinij lib. 2. cap. 76. *Primum horologium, quod appellant Sciotericum, Lacedaemone oſtendiſſe.* Oritur enim ex Σκιοθήρας, vnde apud Vitruuium lib. 1. cap. 6. *Collocetur aeneus gnomon, indagator vmbrae, qui Graece* Σκιοθήρας *dicitur.* Scribi etiam poteſt per A Σκιαθήρας.

SCIPIADAM per *A*, non *Scipiaden* Horatium ſcripſiſſe notat Priſcianus in 7.

—— *Scribere fortem Scipiadam, vt ſapiens Lucillius* ——

SCORPIOS, SCORPIVS. Vide tractatum de vltimantibus varijs.

SCORTVM, SCROTVM vſu promiſcuo, viri pars. Etiam Graecis Φάσγανον, Σφάγανον. Legas quoque *Scrutum.*

SCRIBLITA. V. *Streblita.*

SCRIPSERVNT, SCRIPSERE. Tullius in Oratore: *Non reprehendo Scripſere: Scripſerunt eſſe verius puto.* Maro: *Deuenere locos, Conticuere omnes, Conſedere duces.* Liuius in 1. *Tenuere arcem Sabini.* Mox: *In aduerſum Romani ſubiere.* Iſta, pariaque nullo diſcrimine.

SCRIBSI potius, quam *Scripſi*, *cum exordium verbi, quod eſt Scribo, B obtineat*, inquit Diomedes lib. 1. Contra Priſcianus libri primi exitu. Mutari B in P adſerit I. Scaliger l. 1. c. 25. de Cauſis LL, & Beda. Vide *Nupſi.* Nec ignoro Notis ad Nonium ex editione Pererij, ac ipſi Nonio perpetuo eſſe *Scribſi*, *Scribtura*, & Pandectis Flor. Item Iano Guilielmio, ac Meurſio. Necnon Romae in Palatio:

D. M

SERVATO. CAES. N. SER

CONTRA. SCRIBTORI. RATIONIS

SVMMI. CHORAGI. VIXIT. ANNIS

XXXIV. MENSIBVS VIII. DIEBVS XII.

SCRIPTVLVM, SCRIPVLVM, SCRIPLVM, SCRIBVLVM, SCRIPILVM. SCRVPVLVM, SCRVPVLVS, SCRIPTVLVM, quod nunc vulgo ſiue T dicunt, *Varro* in Plautorino dixit. Idem 3 *Annali*: *Nummum argenteum conflatum primum a Seruio Tullio dicunt: is quatuor ſcriptulis maior fuit, quam nunc eſt.* Varroni haeret Fl. Caper, Nannius Συμμίκτων lib. 1. Chariſius lib. 3. *Scripulus.* In Priſciani libello de figuris Ponderum abſque T, *Obolus dicitur, vt Dardanus docet, ſcripulus eſſe, id eſt, ſex ſiliquas.* Sic meliores Libri, & Chariſius. *Scrupulum* apud Ouid. de Remedio:

Quinque paret marathri ſcrupula ——

Scrupulae. Notae ad lib. 16. Iſidori cap. 25. *Scrupulos ſenos* Apicij lib. 1. legas. *Scripulum* per I in prima in antiquis notat P. Victorius ad lib. 1. *Varron.* de RR. Iam *Scribulum*, & alia varie in varijs. *Scrupulum* autem, ſeu *Scrupulus* videtur connotare ponderis huius materiam, eſſeque a *Scrupo* quantitate euariata: nam vt Ouidius tendit, Fannius corripit:

In ſcripuliſque tribus drachmam, quo pondere doctis
Argenti facilis ſignatur nummus Athenis.

Tornaeſij editio *Scrupulis.* Minus probe: ſi vera de origine coniectatio eſt. *Scriptulum* enim a *Scribendo* fictum videtur, & referre Graecorum Γράμμα. *Auctor libri de Ponder. & Menſuris:* *Γράμμα vocant: Scriplum noſtri dixere priores.* Detectius eſt ex *Scripulo.* Nec omittenda acu-

REGIVM confine Siciliae, ac Italiae absque spiritu Maior scripsit Graecia, Roma, quae posteris deinde temporib. ita scribi Mos inueterauit. Vide Maronem lib. 3. *Haec loca vi quondam, &c.* Etsi vero παρὰ τὸ ῥηγνύναι dicatur, perperam nonnemo scribit *Rhegyum* per Y Pythagorae. Ῥήγιον scribitur Graecis vniuersis, & nulli Latinorum per Y.

REIICIO duobus *II*, & primigenij verbi ratio postulat, & compositurae. Ita Beda, vbi de Synaloepha, & Diaeresi. Maro Ecloga:

Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis.

Alij etiam tribus *Reiiicio*, *Maiiia*, *Eiiius*, nec aliter tendi posse pertendunt. Prodiximus ex Vel. Longo, Beda, Artigraphis. *Reicio* suum alterum I Poëtices maiestate permisit obumbrari, ac deteri. Idem Maro:

——*A flumine reice capellas.*

Vbi tamen Beda videtur legere *Reijce* duobus in locis. Vide Pierium in Palaemone. Vide *Abijcio*, *Iniicio*.

RELIGIO vnico L, Libri, & Saxa literata. Additamentum alterum si est, a Poëtis est, quod *Parenthesin* Sosipater indigetat, & probat Probus lib. I. Artis. Caesellius fert in Poëtis, non aeque in Oratorib. Sic Homero Ἐλλαχε, Nonno Ἀλλήκτως, Oppiano Ἀπολλήξεις.

RELIQVIAE, vt *Religio*. Ita in bona parte Codicum antiquorum. Cominianus in nomine *Relliquiae* barbarismum clamat adiectione vnae literae. Probus, ni gemines, censet breuem: Caesellius tolerat in Poëtis, & Beda supra.

RELIQVVS quatuor sillabis vetuste, vt *Aquua*. Lucret. l. I.

Nunquam reliquuo reparari tempore posset.

Olim *Relicuus, vt Vacuus*, Papirianus. Nunc expeditius sillabis omnino tribus *Reliquus*: ac tunc etiam geminari V statuit Donatus in Andriam.

RELVCTO, RELVCTOR. Apul. l. 4. de Asino A. *Faucib. ipsis hiantis Cerberi reluctabat.* Lib. 7. *Pectus, & venter crassata crassitie reluctabant.*

REMEX per E Consuetudo. Aliter Cyrillo arrogatum Lexicum: Κωπηλάτης, *Remigis*, *Remix.* Admisso priore recto, posterior respui nequit.

REMINISCO scribi ridicularium visum Ausonio:

Qui Reminisco putat se dicere posse Latine;
Hic vbi Co scriptum est, legeret cor, si cor haberet.

D. Augustinus lib. de Grammatica: *Quis enim dicit Reminisco, Recordo?* Respondeo, Priscianus lib. 8. & is, quem Ausonius carpit, non vt opinor, indoctus. Igitur sic alta vetustas.

REMASSE apud Lucret. l. 2. scribit Gifanius. Maluissem συνιζήσει *Remeasse*

Refugisse volunt longe, longeque remeasse.

Eadem ratione idem lib. 3.

Quod satis exurat miseros, atque arida torreat.

Nisi Festus *Remant* pro *Remeant* poneret. Improbat Scaliger. quid postea?

REMMOTVS duobus MM repugnat Antiquitati, & videtur ἄμυζον, & agreste, inquit Gifanius. Ita per duplex M scriptum in Hecyra Terentij testis est Donatus: idque secundum antiquos.

REMVS. V. *Consuetudo.*

REMVRIA, LEMVRIA. Ouid. 5. Fastorum:

Aspera mutata est in lenem tempore longo
Litera, quae toto nomine prima fuit:

V. *Lemures.*

RENVS adspiratione omissa scribi visum I. Scaligero. Ratio neque enim Germani ei elemento apponunt vllum flatum: lepidissime enim sua lingua pronunciant iudicem, & annulum, & equum, & alia. Neque par est, inquit, nobilissimae gentis fluuium a Graeculis nominis rationem accepisse: sed qua voce nunc pruinam appellant, fortasse aquam omnem gelidam, atque inde etiam *Renum* nominaruot. Phocas libro de Adspiratione: *Omnia nomina Graeca in prima sillaba ρ literam habentia, vocali post ipsum ρ adspirantur, vt Ῥῆνος, Rhenus, exceptis duob. Remus, & Romulus.* Adamantius etiam asperat, & Lipsius perpetuo tenore in morib. Germaniae apud Tacitum, Nonnus Ῥῆνος Ἴβηρ, Graeci caeteri.

REPERIT vnico P. Vide *Recido*, *Reduco*. In praeterito pugnat pro gemino P Priscianus lib. 10. & Pandectae Florentinae.

REPE-

REPERAVIT cum E in secunda apud Apuleium de Dogmate Platonis Vulcanius edidi : alij *Reparaui*.

REPOTIA apud Horatium, alios rectissime : etsi Christophoro Landino *Reportia* visum correctius a *Reportando*. At Festus a *refecta potatione Repotia*.

REPREHENDO relegata biuocali, in uncto spiritu. *Reprendo* vero tribus omnino sillabis elegantiorib. viris arrogat Vel. Longus in Orthographia, & primam positionem *Prendo* adserit, non *Reprehendo*. V. *Prensus*.

REPVERESCERE, & *Repueriscere* ex priscis Tullij Libris repraesentauit P. Victorius. Passim tanquam a *Puera*, *Puerascere*. Auson. Idyll. 4.

Obductosque seni facies puerascere sensus

Nam cum dementia mentis sit insanitas, puero, pueraeq. communis: puerae tamen ob egestatem animi dementiores euadunt, ita vt ab ijs vox meliori iure videatur orta. At harum ratiuncularum ecquod pondus? Quasi scribendi ratio, ratione regatur.

RESTITERIT, RESTAVERIT Propertius l. 2.

Nec si post Stygias aliquid restauerit vndas.

RETIA absque flatu: vnde *Penula irretitus* in Miloniana. Sed & πληθυντικῶς *Retes* scripsere. Nam in Consuetudine dicimus, *Inretes meas incidisti*, inquit Fl. Sosipater lib. 1. Priscian. l. 7. Beda lib. de Orthographia. Varro lib. 3. de RR. c. 5. ἑνικῶς: *Quib. cibus ministratur per retem.* Ibidem: *Intra retem aues sunt omne genus.*

RETRORSVS. V. Volum. 1. p. 123.

RETVLIT altero T dissociato: sic Inscriptiones pauculae, & pauculae aliae T adsociato. Editiones etiam variant. Quidam pugnacius duplicant in versu.

RETVRARE, vt *Obturare* leniter. Esto ἀπὸ τῶν θυρῶν. Visus Originem oblitterauit. Varro Agathone:

Pueri obscoenis verbis nouae nuptae aures returant.

RETVSVS recte. Neque, cum N praue, *Retunsus*. Sic Prudent. περὶ στεφάνων in Romano:

Versasse frustra se retunsis ictib.

Fides huius scriptionis penes tredecim MSS. Codices. Sic aliquoties scribit Casaubonus ad Historicos Minores. Sic Plautus Pseud. *At haec retunsa est*, securis. Ibidem:

Cor mihi retunsum est oppugnando pectore.

Monet quoque Pierius in 2. Georg. —— *Neu ferro laede retuso*, in antiquiorib. chartis esse *Retunso*. Iuuat *Obtunsi* Competentia. Vide supra.

RE VERA sectim, aut vniter *Reuera* Visus promiscui.

REVEREO, REVEREOR dupliciter scribit Priscianus lib. 8.

RHADAMANTHVS Aeneïd. 6 Metamorph. 9. asperata prima consona. Quaedam Eusebij Chronica leniter: haut probe. Apollodorus l. 2. & Plutarchus saepius Ῥαδάμανθυς, υος, saepius Strabo lib. 10.

RHIPHAEI Scythiae montes adspirate. Τὰ Ῥιπαῖα ὄρη, Plutarcho in Camillo. Ῥιπαῖα ὄρη, Σκυθικὰ, Hesychio. Georgicωn 1.

Mundus vt ad Scythiam, Riphaeasque arduus arces.

D. Basilius M. hom. 3. in Hexaëm. Τί δεῖ τοὺς ἄλλους ἀπαριθμεῖσθαι, οὓς αἱ Ῥιπαὶ γεννῶσι τὰ ὑπὲρ τῆς ἐνδοτάτω Σκυθίας ὄρη ... ὧν ἐστι καὶ Ἠριδανὸς μετὰ μυρίων ἄλλων ποταμῶν, καὶ αὐτῶν ναυσιπόρων, ὃς τοὺς ἑσπερίους Γαλάτας, καὶ Κελτοὺς, καὶ τοὺς προσεχεῖς αὐτοῖς βαρβάρους. *Quid alios commemorem, quos Ripae, seu Ripaei genuerant, qui sunt montes supra intimam Scythiam. Quib. e montib. Eridanus cum infinitis alijs fluminib. nauigabilibus vnus est, vergentque ad occiduos Galatas, Celtosque, & alios vicinos barbaros* Dionysius ad *Rhiphaeos montes* nominatim duos ponit fluuios, *Aldescum*. & *Panticapum* : Κεῖθι καὶ Ἀλδέσκοιο, καὶ ὕδατα Παντικάπαο Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσι διάνδιχα μορμύρουσι. *Vbi Aldesci, ac Panticapae vndae Rhiphaeis in motibus suo cuiusq. alueo fremunt.* Mela l. 1. c. 21. ad hos fertur vltro: *Hic orti montes longo se iugo, donec Riphaeis coniungantur, exporrigunt, qui altera parte in Euxinum, & Maeotida, & Tanaim, altera in Caspium pelagus obuersi Ceraunij dicuntur.* Iidem aliubi : *Taurici*, *Moschi*, *Amazonici*, *Caspij*, *Charaxici*, *Caucasij*, alijsque alijsque dicti nominibus. Adde Athenaeum, in quem Commentator dissimulato Strabonis loco lib. 7. quo nouellae opinionis fama sit auctior, *Rhiphaeos* montes aequat. & alius nescio quis ab Hesperia. Etsi vero nulli essent *Rhiphaei* montes, cum in ore scriptorum frequentes sint, iure de eorum Orthographia anquiri potest. Adspirationem *Riphaeis* montib. additam, vt a *Ripaeis* Arcadiae montib. dispescantur, ariolatur Seruius. nugaciter. Vide *Trophaeum*.

RHODVS, *Rhodij* adspirant Vsus, veterumque Auctoritas contra Cornutum. Vide *Roma*.

RHOECVS Horat. l. 2. Od. 19.

Rhoecum retor fissilconis
Vngnibus, horribilique mala,

Sic in editione Pulmani. Sic reseribendum Turneb. lib. 10. c. 22. non dubitanter affirmat. Idem lib. 19. c. 18. rescribit in Valerio Flacco lib. 1.

Rhoecus, & Athracia subitae de virgine pugnae.

Testatur inibi Aelianum in Varia Hist. l. 13. vbi Ῥοῖκ☉. Sic Lucani Exemplar l. 6. quod fuit Cornelij Gualteri. Contra Carrionin eum Val. Flacci locum *Rhetus* per T, & omnium veterum Librorum fidem testatus Turnebo non adsentit, elamatque potius in Aeliano vitium delitescere, quam in Poëtarum locis prope infinitis. Turnebo ὁμοφρονεῖ Pierius ex Callimachi interprete. An & vitium in illo Appollodori lib. 3. Κένταυροι Ῥοῖκος, καὶ Ὑλαῖ☉? *Centauri Rhoecus, & Hylaeus?* Veteres quoque *Ruucum* scriptitauere pro *Roeco*.

RHOMBVS eum H, Marius Victorinus in Orthographia.

ROMPHAEA ex Ῥομφαία, diphthongo, ex qua vocalem alteram disiecit Valer. Flaccus:

Aequaque nec ferro brevior, nec romphea ligno.

V. Gellium.

RICTVS, & *Rictum*. Lucret. l. 6.

——— *Inhorrebat rictum: frons tenta meabat.*

Terentianus: *Immania ricta patula.*

RIMO, RIMOR eadem in significatione notat Priseian. l. 8. Probo ex Accij Iliona: *Aut stagnorum humorem rimarem loca*. Pacuuius similiter in Atalanta.

RINOCOLVRA praue: cum aspero scribendum *Rhinocolura*. Est enim ab *narib. abscissis* appellatio. Vide Suritam in Antonini Itinerario, Viuem in lib. 16. c. 24. S. August. de Ciuit. Gueuaram in Habaeuc c. 3. Ex veteribus Iosephum, Epiphanium, Senecam lib. 3. de Ira, Polybium, Strabonem, Ptolemaeum, Diodorum: etsi apud Graecos, & Ammianum modo *Rhinocurura*, modo *Rhinocura* scribatur. Apud Stephanum Ῥινοκόρουρα, & Diodorum Sic. l. 1. Biblioth. Liuij lib. 55. *Circa Rhinocoluta*.

RICINVS per l. Lucillius lib. 2. *Ricini aurati, ricae* ———

Quarta auctius sillaba apud Apuleium, *Ricinium*. Alij ἐτυμολογικόν a *Rica Ricinium* tentur. Germanicus in Arateis:

——— *Tristique genas abscondita rica.* Lucillius separat.

Recinum maluunt alij per E, quod a *Rejiciendo* figuret Varro, & Seruius: *Recinus autem dicitur, quod post tergum reijcitur, quod vulgo Mauorte dicunt*. Eadem reperias apud Isidorum lib. 19. Orig. c. 25.

ROBVRA, EBVRA, MARMVRA Fabius abijcit lib. 1. c. 6. quae Antonius Guipho affectabat. Ea igitur per O scribes. V. *Ebur*.

ROBIGO, ROBIGVS, ROBIGALIA vt priscis non adimo cum Manutio: est enim in Romano Virgilij Codice:

——— *Vt mala culmos Esset robigo* ———

Pierij fide & Varro scripsit *Robigalia* per O: sic antiquariorum pace liceant nobis *Rubigo, Rubigus, Rubigalia* cum Plinio. Sic aetas postera. Adde Originem a colore, quem olim *Robum*, aetas melior *Rubrum* per V dixit auctore Festo. Martialis l. 5. Epigr. 29.

Rubiginosis cuncta dentib. vorat.

Rubigo autem Claudiano lib. 3. de Raptu:

——— *Squallent rubigine prata.*

Metam. 8. ——— *Scabrique rubigine dentes.* Prudent. Psychom.

Condere vagina gladium, ne tecta rubigo.

Tamen *Robigalia*, vt veteris institutionis, sic scriptionis per O apud Festum. *Robico, Robigo* veteres Glossae. I ad Manutium.

ROMA lenirer. Quamobrem? Priscis Latinorum pastoralis adspiratio plerumque visa est. Eam negat Cornutus apud Cassiodorum, sicut in *Rodo, Regina, Rapa*. Ita illi visum. Certe vndeunde fuat Origo (de qua vide Dionysium l. 1: Solinum, Festum, Plutarchum in Romulo, & D. Hieronymum ab Iudaieo vocabulo ortum trahentem) perpetua aeui Consuetudine flatus remissus est. Redi ad Originem Vol. 1. c. 3. Addo Cassiodori rationem, vocem iam Romani

tutis

ſuris eſſe cum tribus praemiſſis: Adſpirationem propriam Graecarum vocum; *Roma* etſi Graecanicum eſt, in aliam familiam videtur tranſiſſe. Apud Solinum *Rome* quoque ſcribitur: *Opidum ab ea Romen vocauiſſe.*

ROMILIVS per I, non per V in ſecunda, familia Romana, Manutius Saxa ſecutus.

ROSMARINVS a Culicis ſcriptore diſcerpitur:

—— Roris non auia cura marini.

Communi Vſu, rectoque *Roſmarinus*. Item *Roſmaris* Ouidio de Arte:

Roſmaris, & laurus, nigraque myrthus olent.

ROSTRVM vbi non? In Gloſſis Benedicti *Roſter*, Ῥύγχος. Neque culpo: cum ſcribatur *Candelaber*, & *Candelabrum*, aliaque ſupparia. I ad variantis Orthographiae Viridaria. Eadem: *Ruſtrum*, Ῥύγχος per V.

RVBER. Gloſſae: Ξανθός, *Flauus*, *Rubrus*, *Rubeus*.

RVBICO, RVBICON: Graecis licet Ῥούβικων. Silius:

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Vibius Sequeſter: *Rubicon iuxta Ariminum, olim diuidens Galliam ab Italia.*

ROTABVLVM a *Proruendo* Iſidor. l. 20. Orig. c. 8. Feſtus per V *Rutabulum*. Sic *Rutrum*.

RVFVS, RVFINVS, RVFINIANVS vnico F, e Nummorum diſciplina. Vide *Minucius*. Sic Graeci Ῥουφῖνος, aut Ῥουφιανός vnico Φ. Sic Inſcriptiones.

RVLLIANVS, non *Rollianus*, Libri veteres.

RVMPSIT XII. Tabulae exhibent: ſi modo ipſae.

RVSARVS Ptolemaeo: *Ruſaris* per I in vltima Antonino: *Ruzaſus* expungit e Plinio Hermolaus.

RVSSEVM *Grammatici non magis dicendum putant quam Albeum, aut Praſineum: ſed Ruſſum, & Album, & Praſinum*, inquit lib. 1. Chariſius.

RVSSONEM per V, & geminum *SS* quidam Horatij Codices: *Ruffonem* alij geminis FF: alij *Ruzonem* cum Z. Sunt denique qui & *Riſſonem* per I, & duplex *SS* praeferant.

RVSTVM. Maro Ecloga 7. *Horridior ruſto, proiecta vilior alga.*

Georg. 2. Colum. l. 10. *—— Hirſuto ſaepes nunc horrida ruſto.*

Quib. locis *Ruſcum* alij legunt. At ea diuerſa vide apud Feſtum. Eſt autem *Ruſcus*, *ſeu Ruſcum*, χαμαιμυρσίνη. Philoxeni Gloſſae: *Ruſcum*, Χαμαιδάφνη, Κυνόσβατον, εἶδος βοτάνης. Ex altero legas apud Catonem *Falculas ruſtarias* c. 11. de *RR*.

RVSVM, *R* pulſo de medio veteres ſcripſere. Quod etiam *Ruſor* deus arguit apud Auguſt. l. 7. de Ciuit. c. 23. Recte vulgo *Rurſum*. V. *Proſa*.

RVTILIVS non trib. ſillabis *Rutilus*, familia Romana. Exeunt enim pleraque omnia Romanorum nomina in IVS, nec ſemel monuimus. *Rutilus* autem eſt Nautiorum, & Marciorum cognomen.

RVTVLVS apud Calpurnium:

Et coit in rutulum tereti qua lubricus axe, &c.

Gloſſae: *Rutlus*, σφαιρὸς γαλεάγρας, ἢ ἀποσφιγκτήρ.

CLAV-

CLAVDIO SALMASIO.

EVGE nouenarum decus immortale ſororum, CLAVDI SALMASI, *quod te primum alloquor, hoc eſt: cum toties Pariſijs in illo regum domicilio paucis ab annis fuerim. Ita in vitae humanae torrente euenit, vt, quod maxime volumus, minime eueniat. Abripimur quodam negotiorum aeſtu: pendent curae aliae, etiam deponuntur. In via ſaepius obuerſabaris huic animo: poſtquam vrbem tetigi, alia curaui omnia, atque infeliciter. Verum ſi te non vidiſſe querar, non prorſus verum erit. Vidi, vidi ego te, Scriptorum Optime, in tuis animi monimentis. In hiſtoria Flori odoratus ſum tua ambe multicoloria: quae ad hiſtoriam Auguſtam ſcripſiſti auguſtius, ea ſunt, quib. aliorum oculi vel aquilini tuis ſmaragdis poſsint hebetari: tantum reuerberat introſpicientes lucis literariae fulgor. Affirmabat mihi apud Atrebates Claudius Bouchaultius cum multorum excuſsiſſet Commentarios, nullibi tantam eruditionis arcanae comperiſſe copiam, eamque redundantem ex veteris memoriae abligurigine. Vera iudice me narrabat. Neq. minus praeclare de te ſentiens, V. Cl. Grotius in familiari mecum congreſſu dictitabat, cum ſimul referret quoſdam veluti Pygmaeos quaſi dormienti Herculi* λεοντοφόνῳ *barbam vellere, quos idem maneret exitus. Cur porro te non pariter cum illis venerer, aut amem, qui omnigenae doctrinae vbertatem in illo auguſto theſauro mihi obieciſti? Patent omnibus, ni fallor Humanitatis tuae fontes: At nunc viciſsim oceanum ſuum flumina, aut potius riui repetant, aequum eſt: ideo hanc totius huiuſce Operis partem tecum communicatam volo: tu pari beniuolentia excipe.*

TRA-

TRACTATVS DECIMVSOCTAVVS.

S

SABATIA STAGNA vnico B ex Festo, Plinio, Strabone lib. 5. Capitolino. Vide Siliana nostra lib. 8. In Epitoma 6. Liuiana *Sabatina* dicuntur vbi & vnico B scribenda monitum est Sigonij. Similiter Festus: *Sabatina a lacu Sabbate dicta.* Monet tamen Salmasius in Capitolinum Libro Palatino esse *Sabbatia*, & Itinerario veteri *Vadis Sabbatis* [illegible] conge[illegible]nante, quod & in Festo vides.

SAB[illegible]ATVM duplici B absque H ex Graeco Σάββατον. Si immediate flueret ab Hebraeo, inesset Adspiratio, ac ש ex parte dispe[illegible]. Sueton. in Augusto, Iuuenalis, Iustin. lib. 36. Flagitium sit omis[illegible] I[illegible]um lib. 1. c. 2. Σάββατα δηλοῖ ἡ ἀνάπαυσιν κατὰ τὴν Ἑβραίων διάλεκτον τὸ ὄνομα. *Sabbatorum nomen Quietem Hebraice significat.*

SABAZIVS Bacchi cognomen plerumq. semper in mythistoria per Z: etsi deprauatum ex *Sabasius* per S, Vsus deprauauit, & [illegible] obtinuit. Inde *Sabazea*, non *Abazea*, vti est in Tullij Philosophia. Vide Strabonem in 10. Eustath. in Odyss. β Siliana nostra.

SABINI contra Or[illegible]ne[illegible] ex τοῦ σεβεσθαι per A. Olim *Senini*, seu *Sebini*. Plin. l. 3. c. 12. *Sabini, vt quidam existimauere a religione, & deorum cultu Senini appellati.*

SABVRRA [illegible] Pr[illegible]anus lib. 2. gemino B, vt *Sabbata, Gibber, Obba.* Maro primorem corripit, & Pl[illegible]ni, Solinique Libri vnico B sunt inarati. Male quidam *Suburra* vtrobique per V. Nam a *Sabulum* de[illegible]tum est *Sabullum*, ex quo mutato genere *Saburra.* Georgicon quarto

Ut cymbae insta[illegible]s fluctu iactante saburram Tollunt —

V. *Succurra.*

SACARVM, SACAR notares, Orthographia non aeque. Alexander Trallianus libro de Pestilitate ex Raze scribit μετὰ σάκχαρος, & Dioscorides lib. 2. Σάκχαρον, sic vt geminae, diuersaeque fiot consonae. Tra[illegible]lian[illegible]s post pauca Ὀξυσάκχαρ. *Zucharum* vocant Afri, & Syri: Indi vero *Tagara.* At *Saccharum* a *Zuccaro* valide separat Fuchsius lib. 1. Paradoxorum. Galenus lib. [illegible] de simpl. medic. facult. Σακχαρ scribit.

SACCVS duplicato C sc[illegible]bi monet Etymologicum additis Λάκκος, Μάκκος, Κόκκος. Sic Aristophanes [illegible]icet in Acarn. C[illegible]n[illegible]o, similiter Eustathius, Suidas: Σάκος ἀρσενικῶς διὰ ἑνὸς Κ. Hinc [illegible]ae Σακίλλιον, Σακελλάριος quod Atticum putat nonnemo.

SACRATVM, non *Secratum*, scribendum more veterum monet Mar Victorinus in Or[illegible]raphia: licet in co[illegible]po[illegible] aliter, vt *Consecratum*, veluti a *Castus Incestum* dicimus. Mon[illegible] Etymologus Σακρα apud Romanos e[illegible]e τὰ ἱερά.

SACRA VIA, SACRA VIA, VIA SACRA vt Dioscoridi, alijsq. Ἀγριαέλαια, quae

quae vulgo Α᾽γρηλαΐα. Cicero pro Plancio: *In summa Sacra-via*, Solin. c. 1. Trebell. in Salonino.

Ouid. Amor. 2. *Illa tibi in sacra sint licet emta via.*

Cui lib. 3. Trist. Eleg. 1.

Haec est a sacris, quae via nomen habet.

Idem: *De sacra nulli dixeris esse via.*

Sueton. in Iulio. Verrius distiunctè scribi vult, vt viam *Flaminiam, Appiam, Latinam*: ne *Nomentanam* quidem probat. Rufo vt scribitur *Via lata*: sic Cassiodoro lib. 10. Variarum: *In Via sacra, quam multis superstitionib. ditauit Antiquitas.* An Dicauit? Nihilominus apud Festum voce October *Sacranienses* iunctim scribi *Sacrania* certum faciunt indicium, & compositorum ex duobus integris Charisius lib. 1. adsignat in exemplum *Sacrania*, & Diomedes lib. 2. Sic reperio apud Ciceronem Epist. 13. ad Atticum. *Cum sacrania descenderem* & in Varrone lib. 1. de RR. c. 2. *Summa sacrania, vbi poma veneunt.* Inscriptiones rem in ambiguo ponunt. Lapis Ancyranus:

IN. SVMMA. SACRA. VIA

Romae in S. Agathae:

CVRATOR. DE. SACRA. VIA

Tales saepius. Vniter Romae in domo Latini Iuuenalis:

AVRIFEX. DE. SACRAVIA.

Sic plures. Versoque ordine, *Via sacra* Horat. Sat. 9. *Viamque sacram.* Et in Epodo: *Sacra catenatus via.* Plin. l. 18. c. 1. Dionys. l. 2. Antiq. Τὴν χαλυμένην ἱεράν ὁδόν. *Sacram viam vocatam.* Item lib. 5. Plut. t. 1. Τῆς ὁδῦ τῆς ἱερᾶς. Idem Plut. t. 2. scripsit. Ε᾽ν ᾗ Μεγάλη πόλει, pro Μεγαλοπόλει. Apud Herodotum lib. 4. fons *Exampaeus* Graece dicitur ἱραὶ ὁδοί.

SAENECA Romae prope Carmelitas:

Q. BAEBIVS. SAENECA

Perperam, Martial. lib. 7.

Illi te, Seneceae quod fuit ille tuo.

Par erratum in altera Inscriptione.

SAEQVERE. ME.

Par *Saeculi* diphthongo scribendi occasio. V. *Aegesta. Aceate.*

SAEPES biuocali Ecloga 1. *Vicino ab limite saepes.* Ita est Romano Codici Vaticano, ita Oblongo. Item in eo: *Exiret victima saeptis.* Saepio quoq. Aen. 7.

Saepsit se tectis ——

Quae ita rectè scribi ostendit aduerbium *Saepe* eiusdem Originis, inquit Pierius. Gifanius in Indiculo Lucretiano: *Saepire, Saeptus, Dissaeptus semper scribenda ex auctoritate veterum Librorum.* Ita *Saepimentum, Saeptuosus.* Inde *Tenebrica saepes* Paeuuio in Dulorestе est carcer clatratus:

Nam te in tenebrica saepe lacerabo fame

Clausum. & fatigans artus torto distraham.

Philoxeni Glossae *Saepta*, φραγμοί. Item. *Saepsit*, περιέφραξεν. Et: *Saeptum*, χαράκωμα. Narbone vetus Inscriptio.

MACERIA. Q. AREAM
SAEPIENDAM. PISCINAM
QVE. EX. D. D

Altera a Fuluio Vrsino:

SAXO. SAEPTVM. AC. MARMORE ARCVM. STIPATVM

Prisciani lib. 15. *Saepissimus.* Apud Festum *Consiptum. Consipior* figuratur, vt Co[illegible] a *Laedo.* In diuersum trahit, & Dio lib. 56. Η᾽λθε μετ᾽ αὐτῦ ἐς τὰ Σεπτὰ, κἀνταῦθα ἀπὸ τῦ βήματος τὸν δῆμον ἠσπάσατο: *Cum eo venit in Septa, ibique de suggestu populum consalutauit.* Cic[illegible]ni *ager conseptus, ac diligenter consitus.* Non desunt, quibus *Sepes* ex Σηκος oriri videatur, vt *Campus* ex Κάμπος, qua Origine admissa, vide an eadem ratione *Saepes* diphthongo scribi non queat, ac Scaena ex Σκηνὴ, vel Σκανά. Verum Origo alia. Αἶπος, ὑψηλὸς τόπος, ἢ ὑλώδης Hesychio: *Aepus est celsus locus, aut siluosus.* Vtrumque in *Saepem* conuenit. V. *Praesaepia.*

SAGITTA vulgo, & rectè vulgus Allegat Pierius in X. Aeneidem Exemplar, cui [illegible] *Sagitta a sagaci ictu.* Lexicon Cyrilli Α᾽κίδας, τῦν βελῶν τὰς ὀξύτητας, ἃς Σαγίτας χαλῦνται. Mauricius etiam vnico T lib. 2. Strateg. c. 1. Similiter Σαγιτάτωρες Leo Constit. 7. §. 58. [illegible] ται, οἱ Σαγιτάτωρες.

SAGVNTVS more veteris Latij Spiritum respuit etsi ex Ζακυνθος de[illegible] E-

nota

nota Z in S versum, contraquam in *Sabazeis*. Zaguntinos quoq. per Z legas in Dione Nepotis. *Saguntum* primore casu recte scribi negat Galesius. *At* Strabonis lib. 3. legitur Σάγουντον, κλίσμα Ζακυνθίων: *Saguntum a Zacynthijs conditum*.

SALAMINA insula est Seruio: passali scriptione, *Salamin, Salamis*.

SALDA Ptolemaeus: *Salde* Plinius lib. 5. c. 2. vt *Antiopa, & Antiopas*, aliaq. talia. *Saldae* pluratiuo numero (vt *Thebae, Theba*) Antoninus, & Marcellinus. Stephanus per G: minus probo.

SALENTINI per solo L Dionysio lib. 1. *Antiq. Rom.* Straboni l. 6. in Maronis Codicib. lib. 3.

Et Salentinos obsedit milite campos.

In Sallustio: *Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria Brutium, & Salentinum.* *At* Capitolini triumphi geminant, & Stephanus. Σαλλεντία πόλις Μεσσαπίων· τὸ ἐθνικὸν Σαλλεντῖνος. Approbat Pighius l. 6. Annal.

SALICTVM, SALICTETVM in L. 7. §. notauimus D. quod vi, aut clam. *Adde Salicetum*. Cato c. 1.

SALICIPIVM scriptura pridem explosa de Catullo. Iocatur enim Catullus, ac iuxta commendat Caluum Vatinium acri virum ingenio, & statura sic exigua, puer, seu *pusio*, vt queat videri, vnde nata vox *Salipusij* quorundam opinamento:

Dij magni salipusium disertum.

Per A *Salapusium* scribunt alij. In Senecae veteribus Libris *Salaputium* per V, & T. Iof. Scaliger ad Catullum, & lib. 4. Animaduersionum in Titium contendit scribendum *Salaputium*. Ecquod amabo genus hoc compositionis? Nam in *Neapoli, Olbiapoli*, Graecia emos obtinet. Alij *Salipontium*. Iad Barbarum in Plinium.

SALISATORES *vocati sunt: quia dum eis membrorum quaecumque partes saliunt, aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari praedicant*, Isid. l. 8. Orig. c. 9. Glossae. *Salisatio*, παλμός. Deprauate Coelius, & Viues *Saltatores*.

SALLVSTIVS binis liquidis apud Martian. l. 3. Quintil. l. 10. c. 1. alibiq. Poëtas, Libros, vetera Marmora, Ausonium epist. 19.

——*Libyam dubie Sallustius addit,* *Europae adiunctam*——

At Plutarchus in Sylla, & Lucullo vnica Σαλούστιος. Item Horatius:

—— *Inimice laminae Crispe Salusti.*

Suidas in Ἀνηνόδωρος. Ὃν ὁ Σαλούστιος θαυμάζων ἐπὶ σπουδῇ, ac saepius. *Quem Sallustius diligentiae mirabatur.*

SALLYI duobus liquidis elementis apud Plin. lib. 3. c. 15. & lib. 17. c. 4. editionis Gelenianae. *Salyi* vnico Flori lib. 2. Ful. Vrsinus *Salui*, quod tribus sillabis terri potest *Saluij*, & *Saluuij* duabus vv, & duabus ij vocalibus mendarum apud Liuium augent numerum? Strabo *Sallyos*, & *Sallyas* nominat: Ptolemaeus, & Stephanus *Salyas* dumtaxat.

SALMENTVM pro *Salsamentum* Charisius imperitis arrogat. Cur non aequa imperitia in his: *Decures* pro *Decuriones*: *Dortium* pro *Diuortium*: *Falli* pro *Fallacia*: *Inpomenta* pro *Inpomimenta*: *Mansues* pro *Mansuetum*: *Nomus* pro *Nominus*: *Paimenta* pro *Pauimenta*: *Prodigitas* pro *Prodigalitas*: *Reprocus* pro *Reciprocus*: *Pa* pro *Parte*: *Po* pro *Populo* positum in Saliari carmine.

SALMIDESSOS Straboni, Stephano, Pomponio, Sophoclis enarratori in Oedipo. Porro *Halmydisses* cum I ante figmata est eiusdem Enarratoris. & Xenophontis sexto Adscensus Cyri. Notat Etymologus: Σαλμυδησσός .... ἀπὸ τοῦ Ἀλμυδησσός τις ὤν.

SALOMON meliori iure transcribitur ex Iudaico vocabulo, quam *Solomon* per O in prima. Si annuisset Vsus praetulissem *Selomon*: Visus Galarini, & aliorum annuit. *Salomon* Latinis tritius, *Solomon* Graecis, vt aliquoties apud Gregentium, & alios. *Salamon* A medium obsidente regionem, quis non furcillis eijciat? Vide Erasmum contra Stunicam.

SALPVGA. V. *Solipunga*.

SALSVGO, aut *Salsilago*, Plin. lib. 31. c. 7.

SALTEM: est enim quasi *Salutem do*, subnectit pro ratione scriptionis Brabantus. Quid magis aduersum rationi? *Saltem* precantis est. atque desperatis omnibus sperantis, precantisque *salutem*: non concedentis, non *dantis*. Vide Lambinum in Aemilium Probum. Seruius ad 4. Aeneid. *Saltem siqua mihi de te suscepta fuisset*

Ante fugam soboles ——

Est autem sermo tractus a captiuis, inquit: qui cum tenerentur ab hostibus dicebant sublatis omnibus: Salutem concede. Inde per synaeresim natus hic sermo: vt in contemtu rerum multarum petituri aliquid Saltem dicamus. Gellium adi l. 12. c. 14. quod solidum hanc in vocem consumitur:

neque is abhorret ab opinione Seruij. *Saltim* autem per I non abijcio: sed significatum secerno. Priscianus lib. 15. *A saltu Saltim, & Saltuatim.* Becmanus Analogiam secutus *Passim, Caesim, Punctim*, scribit *Saltim*: vulgo *Saltem* per E concedit. Ianus Guilielmius semper *Saltim*, idque tuetur toto capite decimo libri primi Verisimilium. Videsis.

SALVE. Biuocali quidam scribendum autumant in illo, *Satin' saluae?* τὸ *Res* supprimi rati. Falluntur. Si quaeras enim *Qui tecum agitur?* Respondeo, *Prospere, Recte, Salue.* Itidem cum interrogo, *Satin' salue*, aduerbium est nuda vocali conscribendum. Sallust. *Inde ortus sermo percunctantib. vtrimque, Satin' salue?* Etsi in meo Exemplari diphthongus exprimitur. Terentius in Eunucho: *Quid est? quid trepidas? satisne salue?* Vbi Donatus *Salue* interpretatur *integre, recte, commode.* Quam interpretationem Donato Brissonius lib. 8. de Formulis arrogat: Vinetus in Ausonium Donato derogat. Quod glossema, inquit Vinetus, si Donati esse liqueret, vel Cornuti, vel Aspri, vel alteriusalicuius antiquorum Terentij doctorum interpretum *Satin' salue?* apud omnes auctores scribendum esse existimarem: Quid si, o Vinete, Diomedes ita censet lib. 1. Quid si Charisius lib. 3. expressim: *Habet aduerbium & hoc verbum, cum dicimus: Satin' salue? Salue est domi.* Plenam porro esse locutionem, quam dixi, claret ex Apuleij lib. 1. de *AA. Quam salue agit, inquit, Demeas noster?* Item Apolog. 1. Similiter apud Liuium lib. 40. *Percunctatusq. satin' percommode omnia explorasset?* Iterumque lib. 6.

SALVIDIENVS, NASIDIENVS sillabis quinque apud Ciceronem, Spartianum legunt viri doctissimi iure quam optimo. I si deteras, & Horatij versum vna detriueris.

SALVTIO Suetonij editio Romana, & Rob. Stephani. Meliores Plinij Codices l. 12. c. 7. lib. 35. c. 11. Plutarchus: Σαλϐτίων χαλϐτίων: Apud Dionem Σαλάτων: quam recte?

SAMAROBINI. Val. Brabantus: *Samarobrina*, non *Samarobrina*, Libri veteres, Graeca Consuetudo Σαμαροβρίνα.

SAMBVCVS receptissimum est in literas cum M. Absque hac Ruellio placet *Sabucus.* Serenus: —— *Tristia poma sabuci, Parua sabucus.*

Glossae Philoxeni: *Sabucus*, Ἀκτὴ, Εἶδος βοτάνης. Iterum: Ἀκτέα, τὸ δένδρον *Sambicus, Sambucus.* Subiectius: Ἀκτὴ, τὸ φυτὸν *Sabucus.* Vsum receptissimum cum M sequitur Columella lib. 12. c. 44.

SAMPSVCVS, Σάμψυχος scripturae magna cognatione licet pingatur, re multo diuertit apud Dioscoridem lib. 1. c. 59. lib. 3. c. 40. Theophrastum, passim Columellam lib. 10.

Galbana, sandaracam, sampsuchum, floron, alumen.

Apud Aurelianum, & Hesychium. In Nicandri Theriacis legas Ἀνθη Σαμψύχϐ. Hesychius: Σαμψϐχος. Aldus lib. 1. Gram. per N, & S absque B *Sansucum.* Nota e Plinio lib. 21. c. 11. *Amaracum Diocles medicus, & Sicula gens appellauere, quod Aegyptus, & Syria Sampsuchum.*

SAMBVCA per S in prima. Athenaeus. Σαμβύκη, Iuba. Apud Hesychium per Z reperias: Ζαμβίκη, μϐσικὸν ὄργανον. Cui scriptioni conformiter *Sambucinae* in Plauti Sticho, vt *Tibicinae*, & *Sambucistriae* Arnobij lib. 7. At Plutar. in Cleomene difiecto tripode scripsisse videtur ἄγοντα σαβυκιστρίας, ἢ κιϑάϐς.

SAMGVIS. Primae sillabae finalitas est N, etiam in obliquis, quos per N scribi praecipit apud Cassiodorum Priscianus, & M vult esse in recto. Vnde haec differitas paucis nota, nulli recepta?

SAMNITES omnis propemodum historia: *Samnitae* Auieno Terrae πήριην.

Samnitaeque truces habitant confinia —— Cato in Orig.

A Latinis Samnites, a Graecis Saunites appellati, Dionysio, Diodoro, alijs.

SAMOS, SAME. Silius in 15.

—— *Samenque Linquit inaccessam* ——

Aen. 3. *Dulichiumque, Samenque* ——

Homerus Catalogo: —— Οἵ Σάμον ἀμφινέμοντο.

Idem in prima Odyssea: Δϐλιχίῳ τε, Σάμη τε, ἢ ὑλήεντι Ζακύνθῳ.

Annotauit Strabo lib. 10. Δῆλός ἐςι τὴν μὲν πόλιν Σάμην, ἢ Σάμον συνωνύμως ὁ ποιητὴς ἐκφέρεσθαι: *Compertum est Homerum Samen, ac Samum pro eodem extulisse.* Hesychius: Σάμη, πόλις Κεφαλληνίας.

SANCTARIA, & *Sanctuaria* Hermolaus Barbarus in Plinij Praefationem admittit.

SANCTVRVS, quam *Sancturni* scribi correctius ex Cledonij arte colligas. Sic *Sanctorem legem* scripsit Tacitus, non *Sanctitor.*

SAN-

SANCVS, SANCTVS, SANGVS rectissime scribi notauimus ad lib. 8. Silij Italici. Ouid. lib. 6. Fast.

Quaerebam Nonas Sancto, Fidione referrem:
An tibi Semo pater, tunc mihi Sanctus ait:

Festo *aedes Sancti memoratur.* D. Augustin. l. 18. de Ciuit. c. 19. *Sabini etiam regem suum primum Sangum, siue etiam, vt aliqui appellant, Sanctum retulerunt in Deos.* Plinij lib. 8. c. 48. *In templo Sangi durasse.* Dionysius Halic. l. 2. Antiq. Rom. Τοῦ Σάγκου δαίμονος ἐπιχωρίου. Idem lib. 4. Ἐν ἱερῷ Διὸς Πιστίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκτον καλοῦσι: *In templo dij fidij, quem Sanctum Romani dicunt.* Festus: *Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Deus.* Lactantius lib. 1. c. 15. *Coluerunt Sabini Sancum.* Haec vox τοῦ *Sancio* propior: *Sancio* autem, quia *Sanguine* foedera fiebant, & constabat fides, ex eo *Sangus.* Reatina Inscriptio:

SEMI. PATRI. SANCO

SANEQVAM lego apud Ciceronem voce vna, apud Sulpitium, Brutum. Idque ex ratione Manutio accepta in voce *Siquidem.*

SANGARIVS. Orpheus:

Σαγγάριός θ', ὃς χύματ' ἐπιβρίχει Εὐξείνοιο.
Sangarius etiam, qui in Euxini fluctus incurrit.

Similiter Homerus, Strabo in 12. Q. Calaber. *Alij tribus perscripsere sillabis.* Ouid. lib. 4. de Ponto: *Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq. Hypanisq. Cratesq.*

Vibius Sequester: *Sagaris Phrygiae ad castellum Berecynthium.* Sic Capella, & Hyginus. Etymol. Σάγαρις ποταμὸς Φρυγίας Qui Etymologus, & alium *Sangarin* Phrygiae fluuium ponit. Plinius lib. 5. c. 3. in prima positione scripsit *Sangarium.* I ad tractatum de Variantia. *Sagaris*, & *Sangarius* Solinus.

SANTONES, SANTONI litera S semisonante, non duplici X, *Xantones*, quod scribendi cacoëthes ijs haesit, qui iactantius originem suam Xantho Troadis fluuio adscribebant. *Santonus* Lucani lib. 1.

—— *Gaudetque amoto Santonus hoste.*

Tacit. histor. lib. 6. *E Santonis Gallica ciuitate.* Strabo lib. 4. Πρὸς δὲ τῷ Ὠκεανῷ Σάντονοί τε, καὶ Πίκτονες. *Ad oceanum Santoni, & Pictones.* Sidon. l. 8. epist. 6. *A Santonis nuncius.* Marcellinus lib. 15. *Aruerni excellunt, & Santones, & Pictauij.* Caesar l. 1. *Santones*, tertio *Santoni.* Anteferri ipsi T vncinatam literam C, βαρβαρικώτερον videtur, aut eorum vanitatis esse, qui quod apud *Santonas Sancti* plurimi, ab ijs denominatos se mentiuntur. C quoque ex voce hac eliminant Dioscorides, vbi de Absinthio: Σαντονὶς χώρα. Plin. l. 27. c. 7. vbi *Santonicum* dicit a Galliae ciuitate, Colum. l. 6. c. 25. Martialis:

Santonica medicata dedit mihi pocula dextra.

SAPIENTIA, *Moestitia, Iustitia*, alia id genus per T, Priscian. lib. de Accentib.

SAPPHIRVS Plinio l. 37. c. 9. Σάπφειρος, Hebraice ספיר. Passim *Saphyrus* absque altero P, quam recte?

SAPPHO, Σαπφώ, vt *Sapphirus.* Pontanus *Sapho:* quod Latina lingua post P, alterum adspiratum non admittat. At hoc ipsum in quaestione est. Alioqui de *Sapphiro* idem sentiat.

SARAPTA omnes sillabas absoluente vocali principe apud Stephanum. Coelestes literae, vetusque Plinij liber ab Hermolao laudatus *Sarepta* secunda vocali in secunda statione, Variantia iactatissima.

SARAPIS. Vide *Serapis.*

SARCOFAGO CONDIDIT, Lugduni Inscriptio apud Iacobinos per F: per Ph Iuuenalis:

Sarcophago contentus erit ——

Competentia stat in ancipiti: nam & *Pamphagus* scribitur, & *Fagus, Faginus*, φαγός.

SARCINAS cum C pessimo exemplo Mostellaria scribitur: deterius exponunt. *Sarsinas* cum S, seu Caius, seu Caia e *Sarsina* nata. Silius 8.

Sarsina diues Lactis ——

Plautus apud Festum *Sarsinas* audit.

SARISSA duplicato sigmate. Pollux lib. 1. c. 10. Σάρισσαι Μακεδονικαί. Ouid. in Metamorphosi 12.

Qui gladio, clypeoq. Macedonicaq. sarissa.

Curtius Xenophon. Festus. Lexicon Cyrillo tributum: Ἀκόντιον Μακεδονικόν, *Sarisa* simplo S.

SARMATAE. V. *Sauromatae.*

SARPEDONEM amplectuntur omnes. Seruius in 1. Aeneïdem, Eustathius in 5. Iliadem etiam *Sarpedonta* scribi posse docent. Hesychius: Σαρπηδόντος, Σαρπηδόνος. ἀεὶ ἢ ταύτῃ χρῆται τῇ γενικῇ Σαρπηδόντος.

SARRACENI geminis RR ex quinque Eusebij Codicibus Ammiano, Sozomeno, Socrate, Ptolemaeo, Plinio, Diacono. Notitia imperij vnicum exhibet, & Origini videtur conformius.

SARRACVM recte cum *A*, & duobus RR. Iuuen. Sat. 3.

Sarraco veniente abies, atque altera pinum.
Plaustra vehunt ——

Satyr. 5. *Frigida circumagunt pigri sarraca bootae.*

Vitruuius lib. 10. c. 1. similiter. At Quintilianus l. 8. c. 3. refert Ciceroni in Pisonem scriptum: *Cum tibi tota cognatio in serraco aduehatur.* Hic per E: in Festo per O *Soracum*, & vnico R. Suidas in voce Ἀῤῥιχὸς: Σαράκων τι εἶδος. Sed hoc longe aliud esse docet Claud. Salmasius in Capitolinum, quem vide, & Vulcanium in Glossar. Latinogr. H. Stephani.

SARTOR, SARTVM absque C. Sic Librorum vniuersitas. Nonnemo C interiungit *Sarctor*, ratus *Sartor* esse a *Sarrio*, quod veterum testimonijs in eo significatu comprobatum oportuit. Deinde necessitas distinctus fuit demonstranda.

SAS, SAM pro *Suas, Suam* Antiqui scripsere. Ennius lib. 1.

Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas.

Idem: *Insomnis vidit prius, quam sam discere coepit.*

Item: *Lumina sis oculis* —— pro *Suis*.

SASSON duob. SS praeferunt Silij Libri, & Lucani. At vnico sigmate Polyb. lib. 5. *Scylax* Caryandenus in Periplo, Strabo in 6. Silius:

—— *Fugite infaustas Sassonis arenas.*

Lucanus primo Ciuilium:

Spumoso Calaber perfunditur aequore Sasson.

SATIS ACCIPIO sectim animaduerto scriptum: licet iunctim *Satisdo*, *Satispraesto*, *Satisfacio*.

SATIS AGO sectim *A*puleius lib. 8. *Coloni multitudinem nostram latrones rati, satis agentes rerum suarum eximieque trepidi.* Cato Orat. de consulatu: *Iam apud vallum nostri satis agebant.* Eucherius de *A*dscensu Domini: *Satis ergo agamus.* Iunctim *Satisago* Pacuuius in Atalanta, Plautus in Bacchidibus, Charisius lib. 1. Institut. *Satago* vero cum aeuo politiori proxime secuto vires acceperit, eneruandas non puto.

SATVRNVS cur non asperetur, vide Vol. 1.

SAVIVM. V. *Suauium.*

SAVRACTE Cato: *Soracte frequentant*, Silius, Horatius, Maro, qui non? Plin. lib. 31. c. 1. Varro ad *Soractem scripsit esse fontem.* Hic incusatiuus non est a τὸ *Soracte*: ergo a *Soractis*, aut *Soractes.*

SAVROMATA passim, & recte: *Sauromates* Ouidio, & Ausonio rectius l. 3. Trist. Eleg. 12.

Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.

Statius *A*chillëide: —— *Quo turbine cestum Sauromates* ——

Nec mutatio quaeritanda. Virgilij exemplum:

—— *Quo turbine torqueat hastam.*

Olim Σαυρομάτης, nec aliter: post ritu Macedonico Σαυρομάτα, vt Εὐρύοπα Ζεύς, aliaque sexcenta. Consuetudo M alterum erasit ex primitio Σαυρομμάτης, & violentior Consuetudo *Sarmatas* concidit ex *Sauromatis*, quod reperi post in Plinio lib. 4. c. 12. *Sarmatae, Graecis Sauromatae.*

Ouidius: *Iuncta pharatratis Sarmatis ora Getis.*

Iidem Eudoxo *Syrmatae*; posteriore scilicet parte biuocalis reseruata, vt priore in *Sarmata.* Stephanus: Συρμάται, οἱ Σαυρομάται, ὡς Εὔδοξος πρώτῳ. *Syrmatae, qui Sauromatae, Eudoxus in primo.* Dionysius extulit absque R. Γερμανοί, Σαρμάται τε, Γέται θ' ἅμα ——

Quae Prisciano sic versa:

—— *Germanique truces, & Sarmata bellax, Atque Getae* ——

SCABELLVM cum B, & E in secunda Vsus vulgarij, & recti. Cum I Cato cap. 10. de RR. Ter. Scaurus in Orthogr. Statij interpres: *Buxus, tibia, vel scabillum, quod in sacris tibicines pede sonare consueuerant*, Glossae Philoxeni. Nota per I scriptum. *A*rnob. l. 2 & 7. *Quid efficiunt crepitus scabillorum.* Nec magis mirum *Scabellum* ex *Scamno* fieri, quam ex Τίτυμμαι, Τέτυγμαι, aut contra

Somnum

Somnum ex Ὕπνῳ. Priſcianus tamen lib. 3. *Geminum*, *Gemellum*: *Scamnum*, *Scamnellum*. Affert ex Apuleio: *Infirma ſcamnellorum obice fultae fores.*
Libro item de recta Pronunciatione LL. Lipſius *Scamellum* vnico M edidit, quod ſolum agnoſcit Barthius lib. 35. Aduerſ. c. 9. Vitruuium apud per I in medio ſcribitur *Scamillos impares* lib. 3. c. 3. quo ſuper i ad Turnebum lib. 11. c. 2.

SCAENA, SCENA. Abſque diphthongo ſcribunt Libri, & fert Graecorum Conſuetudo, Σκήνη, & Latinorum. Maron. lib. 3. Georg.

Vel ſcena vt verſis diſcedat frontibus —— Ouid. de Arte A.
—— *Frondes Simpliciter poſitae ſcena ſine arte fuit.*

At Saxa omnia *Scaena* cum biuocali. Eane impolita omnia? Impolitius ergo Varro, Priſcianus, Giſanius, Faërnus, Guilielmius, Salmaſius, Caninius ſeculi ſui Varro, qui per Ae ſcriptitant? Eſto ea re inepti appellentur a I. Scaligero, & Pandectae Florentinae, ideo culpentur a Briſſonio libro Παρέργων ſingulari: abſque biuocali licet ſcribi praecipiat Lambin. in 2. Catil. Non exiſtimo tot, tantoſque viros antiquitate, ac ſcientia praeſtabiles ignorantia lapſos. Nimiſquam ſibi blandiuntur, qui eos ludibrio habent. Quod ſi Giſanius, Faërnus, Guilielmius, Salmaſius, Caninius Varroni, ac Priſciano, vt non vanis iudicij, ſcriptioniſue iudicium ſuum ſubmiſere: nos homulli tantuli in literis id facere detractabimus? Quid ſi Graecia Maior ſcripſit Σκαίνη pro Σκάνα, & hoc pro Σκήνη? Certe Aeolum eſt Φαισί pro Φασί. Etymologus in voce Διδάσκω: Οἱ γὰρ Αἰολεῖς Θναίσκω, καὶ Μιμναίσκω διὰ τῆς Αι διφθόγγου λέγουσι: *Namque Aeoles Thnaeſco, & Mimneſco per diphthongum Ae dicunt.* Iterat eadem in Θνήσκω. Gloſſae: *Scaena*, Σκήνη. Gloſſographum putaine, cum in fontem digitum intenderet, neſciiſſe quo brachio detergendus eſſet riuus? Pro hac ſcriptione teſtimonium dicant Inſcriptiones. Romae in Colotianis:

DISSIGNATORES. SCAENARVM

Marmor Romanum:

ET. GRAECA. IN. SCAENA. PRIMA. POPVLO. APPARVI

Inſcriptio alia Aſtigi Hiſpalim inter, & Cordubam:

SCAENICIS. LVDIS

Romae in aedib. Maffeiorum:

M. VLPIVS. AVG. L. APOLAVSTVS
MAXIMVS. PANTOMIMORVM
CORONATVS. ADVERSVS. HISTRIONES
ET. OMNES. SCAENICOS
ARTIFICES. XII

Saxum aliud peruetus Vulſinijs.

THEATHRVM. ET. PROSCAENIVM
DE. SVA. PECVNIA. FACIVNDVM. COERAVERVNT

Neque ſemper Latini in Graecorum veſtigia tam preſſe pedem poſuere, vt nunquam ierint deuij: vt non ſcripſerint *Scaena*. Quae vt ſunt V. *Obſcenus*, vbi prolitius videtur *Scena* abſque diphthongo, vt *Sceptrum*, quam *Scaeptrum*, quod priſci quoque ſcriptitarunt.

SCAEVOLA Muciae gentis cognomen in antiquis Libris, per O Conſuetudinis robore receptum eſt. *Scaeuula* per V in Saxis Capitolinis, inque duobus argenteis Nummis Fuluij Vrſini. Paria *Seruulus*, *Seruolus*: *Dauus*, *Dauos*. Orta vox e Graecia: Plutarchus in Poplicola: Σκαιόλαν ἐπίκλησιν, ὅπερ ἐστὶ Λαιόν. *Scaeuolam cognomento, quod eſt Siniſtrum.* Non fuiſſet aptius? Ὅπερ ἐστὶ Σκαιόν. Neque *Laeuum* ex Λαιῷ eſſe neſcio.

SCENOPEGIA nulla diphthongo. Pronuper viſa eſt Iephthe tragoedia laudabilis ſane, niſi quod *Scaenopegia* nouo, maloque exemplo. Eam diphthongum Origo refutat, nec, Vſus addicit (velut in *Scaena*) neque Auctoritas vllius rata.

SCALA, SCOPA barbare ſcribi retur Quintilianus lib. 1. c. 5.

SCALPO, SCALPTVM: at in compoſitis *Sculpo*. Diſcrimen eſt a Diomede lib. 1. *Scalpo*, *Inſculpo*, inquit. *Quare gemma ſcalpta dicendum eſt, non Sculpta: adiecta enim praepoſitione facit Sculpta.* Cui pugnant Codices multi, & ſoboles paene omnis. Conſenſu ſcribitur per V *Sculptile*. Ouid. *Et totum Numidae ſculptile dentis opus.*
Nemo *Scalptile* per A. Sic *Sculptura*. Sueton in Nerone: *Cuius gemmae ſculptura erat:*

PROSERPINAE. RAPTVS

Aeque receptae *Sculponeae*: nuſquam *Scalponeae* per A: Plauti licet Codices nonnulli per O *Scolponeae* varietate tritiſſima. At Cato c. 58. *Sculponeas bonas* per V. Diomedis diſcrimen, vt alia ſimilia ſexcenta, vanum autumo. Tam *Scalpo*, quam *Sculpo*.

SCALPIVM, Σμίλη, Lexicum Latinogr. *Scalprum* passim. Sic *Pollucium*, *Pollubrum*: *Labium*, *Labrum*.

SCAMA pro *Squama*, Φολίς, Cyrilli Lexicum. V. *Qis*, *Cis*.

SCAMNVM ὀρθογραφικῶς: *Scampnum* pastoricie.

SCANTINIA lex rectius, quam *Scatinia* absque N in primore sillaba apud Prudentium, Ausonium, Tullium, Papinianum, Fabium, alios.

SCAPTESVLA, non *Scaptensula*, minime omnium *Scalptensula*. Sed & *Scapte Hule* liceat ex Plutarcho. Lucretius:

Qualis exspiret scaptesula subter odores.

Certe proprium loci est in Thracia, aut siquid amplius voluit Lucretius, vocem designatam indefinite protulit. Proprium apud Stephanum: Σκαπτησύλη πόλις Θράκης μικρὰ ἀντικρὺ Θάσου· τὸ ἐθνικόν, Σκαπτησυλῖται. *Scaptesula*, *Thraciae urbs pusilla contra Thasum. Gentile Scaptesulitae.* Plutarchus diuitim in Cimone: Τά χρυσεῖα περὶ τὴν Θράκην ἐκέκτητο, καὶ τελευτῆσαι μὲν, ἐν τῇ Σκαπτῇ Ὕλῃ (τοῦτο δ' ἐστι τῆς Θράκης χωρίον) λέγεται φονευθεὶς ἐκεῖ. *Auraria circa Thracem possederat, diciturque caesus in Scaptesula obijsse. Est autem Scaptesula Thraciae locus.* Idem in libro de Exilio. Apud Theophrastum de Lapidib. Εὑρέθη δέ ποτ' ἐν Σκαπτῆς ὕλης μετάλλοις. *Inuentus autem est in Scaptesulae metallis.* Igitur ab *Fossitia materia* auri locus hic secretim Σκαπτὴ Ὕλη, & compositionis lege spiritus asper abit in sibilum fide Stephani Σκαπτησύλη, Latine *Scaptesula*. Male N inculcat Gifanius, male est & Festi Libris, alijsque. Tollenda nunc ex animis vana religio. Ὕλη priorem protrahi volunt, nunquam corripi. Sic H. Stephanus in Paralipomenis Linguae Graecae. Homerus minus illi obseruatus.

Ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ, ναίεσκε μέγα πλούτοιο μεμηλώς.

Qui Hylam habebat, cui diuitiae curae magnopere.

Vbi videndus Eustathius. Papinius:

Qui breue littus Hyles ——

Quam correptionem emiratur Barbarus. Sic Nazianzenus:

Ἡνίκ' ἄκοσμον ὕλης κόσμον ἔθηκε λόγῳ.

Cum mundum inornatum ex materia verbo fecit.

Ita compositum *Scaptesula*.

SCANDIX apud Plinium, & Hesychium, in quo etiam Σκάνδυξ per Y.

SCATVRRIT πηδᾷ, καὶ βράζει, Glossae. Cum duplici litera canina Libris esse credo Salmasio in Plinianis. *Scalpurrigo* similiter scribit, & *Ligurrio*. Ab hac scribendi ratione nos reuocat Competentia: *Esurio*, *Parturio*, *Nupturio*, *Empturio*, *Micturio*, *Dicturio*. V. *Ligurrio*.

SCEPTVCHI melius legatur *Annali* 6. Taciti ex Iliade Β.

Σκηπτοῦχοι βασιλῆες ——

quam *Sceptruchi* cum R, quod ex imperitia natum eorum, qui *Sceptra* norant, *Sceptuchos* non norant.

SCEVA nobilis centurio caesa diphthongo. Σκευᾶς est apud Appianum lib. 2. Ciuilium. Male vulgo exprimunt.

SCHEDA scribo pro *Tabella*, *Philyra*, *Tilia*, *Papyro*. Hine enim Eustathius format deminutione Σχιδάριον: Ab eadem Origine Σχίδη cum Σχιδία, & Σχιδιάζω. Precium fuerit Etymologicum verbatim exprimere: Σχίδος, παρὰ τὸ χίω χίδος, & Σχίδος, ὡσανεὶ τὸ διαχέον καλῶς, καὶ διαμερίζον τὰς λέξεις, καὶ τοὺς λόγους· ἢ παρὰ τὸ Σχεδιάζω, σχεδάσω σχέδος, καὶ Σχίδος· διασχιζόμεναι γὰρ αἱ λέξεις, καὶ ὡσανεὶ μεριζόμεναι εἰς λεπτὰ διὰ τοῦ λόγου, εἰς γνῶσιν παραλαμβάνονται. Qui *Schida* per I tanquam Σχίδη volunt, non errant illi quidem erratione maxima: sed non trita feruntur orbita. Sosipater, cui a *Scindo Scidam* absque spiritu placuit decidere, Graecae vocis ignorantia lapsus est: nam alijs tribuit *Schidam* ἀπὸ τοῦ σχίζειν: sed variantiam notauit lib. 1. *Scidam* exanimant Spiritu prisci Tullij Codices Victorio teste. *Schidia* Vitruuij l. 2. c. 1. per H, & I absoluta primore sillaba: *Internallaque, quae relinquuntur propter crassitudinem materiae schidijs, & luto obruunt.*

SCIAPODES per A: *Sciopodes* per O vulgarius error, vt *Neopolis* pro *Neapolis*. Sic *Olbiapolis*, anteposui, & *Hierapolis*. Harpocration: Ὑπὲρ δὲ τούτων σκιάποδες ὄνομα. Hesychius: Σκιάποδες, οἱ ἐν Λιβύῃ πλατεῖς ἔχουσι τοὺς πόδας, καὶ ποιοῦσι σκιὰν αὐτοῖς ἐν καύματι: *Sciapodes, quibus in Libya pedes lati, quibus se obumbrant in aestu.* V. *Hierapolis*.

SCIDI, SCIDERAT probissime. Accius tamen Sotadicorum lib. 1. *Sesciderit* scripsit: *Non ergo aquila, vt hi praedicant, sesciderat pectus.*

SCIAENA genus piscis ab *Vmbra*: Syaena quoque recte scribitur: at piscis genus est a *Sue*, Physici.

SCINDO adspiratione non admissa. Vt nil tam monstrosum quod non ex philosophi alicuius cerebro eruperit: sic e librarij, aut Grammatici calamo. Ecce tibi in Romano Virgilij Codice:

Nam primi cuncti schindebant fissile lignum.

Colorem induat. Graeci Σχίζω: inde Σχίδη, inde *Schindo*, N vt millenis in alijs infulta. Verum Latinorum veterrimi *Ch* non scribebant, neque adspirationem norant. I ad tractatum de priscorum Orthographia.

SCINDVLAS scribi iubet Stewechius ad lib.3. Apuleij de AA. ex Caesaris lib.8. de Bel. Gall. *Cupas, feno, pice, scindulis complent, & tectum Scindulare* apud Apuleium. Siue a *Scindendo*, siue a Σχινδαλμός, quod est apud Aristophanem *scindulae* non immerito appellantur. Haec ille. Ita profecto apud Isidorum lib.19. Orig. cap. 19. & apud Rabanum. Auctores alij *Scandulas* per A, etiam apud Liuium ita scriptitant. Et illustris est Plinij locus lib.16. cap.10. *Scandulae e robore aptissimae*. Ibidem: *Scandula contectam fuisse Romam*. Apud Vitruuium quoque variantur. V. Turneb. lib. 24. cap. 12.

SCIOTERICVM absque H minus recte scriptum Plinij lib. 2. cap.76. *Primum horologium, quod appellant Sciotericum, Lacedaemone ostendisse.* Oritur enim ex Σκιοθήρας, vnde apud Vitruuium lib.1. cap.6. *Collocetur aeneus gnomon, indagator vmbrae, qui Graece Σκιοθήρας dicitur.* Scribi etiam potest per A Σκιαθήρας.

SCIPIADAM per *A*, non *Scipiaden* Horatium scripsisse notat Priscianus in 7.

——— *Scribere fortem · Scipiadam, vt sapiens Lucillius* ———

SCORPIOS, SCORPIVS. Vide tractatum de vltimantibus varijs.

SCORTVM, SCROTVM vsu promiscuo, viri pars. Etiam Graecis Φάσγανον, Σφάγανον. Legas quoque *Scratum*.

SCRIBLITA. V. *Streblita*.

SCRIPSERVNT, SCRIPSERE. Tullius in Oratore · *Non reprehendo Scripsere: Scripserunt esse verius puto.* Maro: *Deuenere locos, Conticuere omnes, Consedere duces.* Liuius in 1. *Tenuere arcem Sabini.* Mox: *In aduersum Romani subiere.* Ista, pariaque nullo discrimine.

SCRIBSI potius, quam *Scripsi*, *cum exordium verbi, quod est Scribo, B obtineat*, inquit Diomedes lib.1. Contra Priscianus libri primi exitu. Mutari B in P adserit I. Scaliger l. 1. c. 25. de Causis LL, & Beda. Vide *Nupsi*. Nec ignoro Notis ad Nonium ex editione Perterij, ac ipsi Nonio perpetuo esse *Scribsi*, *Scribtura*, & Pandectis Flor. Item Iano Guilielmio, ac Meursio. Nec non Romae in Palatio:

D. M

SERVATO. CAES. N. SER

CONTRA. SCRIBTORI. RATIONIS

SVMMI. CHORAGI. VIXIT. ANNIS

XXXIV. MENSIBVS VIII. DIEBVS XII.

SCRIPTVLVM, SCRIPVLVM, SCRIPLVM, SCRIBVLVM, SCRIPILVM. SCRVPVLVM, SCRVPVLVS, SCRIPTVLVM, quod nunc vulgo siue T dicunt, Varro in Plautorino dixit. Idem 3 Annali: *Nummum argenteum conflatum primum a Seruio Tullio dicunt: is quatuor scriptulis maior fuit, quam nunc est.* Varroni haeret Fl. Caper, Nannius Συμμίκτων lib.1. Charisius lib. 3. *Scripulus*. In Prisciani libello de figuris Ponderum absque T, *Obolus dicitur, vt Dardanus docet, scripulus esse, id est, sex siliquas.* Sic meliores Libri, & Charisius. *Scrupulum* apud Ouid. de Remedio:

Quinque paret marathri scrupula ———

Scrupulus. Notae ad lib.16. Isidori cap.25. *Scrupulos senos* Apicij lib. 1. legas. *Scripulum* per I in prima in antiquis notat P. Victorius ad lib.1. Varron. de RR. Iam *Scribulum*, & alia varie in varijs. *Scrupulum* autem, seu *Scrupulus* videtur connotare ponderis huius materiam, esseque a *Scrupo* quantitate euariata: nam vt Ouidius tendit, Fannius corripit:

In scripulisque tribus drachmam, quo pondere doctis
Argenti facilis signatur nummus Athenis.

Tornaesij editio *Scrupulis*. Minus probe: si vera de origine coniectatio est. *Scriptulum* enim a *Scribendo* fictum videtur, & referre Graecorum Γράμμα. Auctor libri de Ponder. & Mensuris: *Γράμμα vocant: Scriplum nostri dixere priores.* Defectius est ex *Scripulo*. Nec omittenda acu-

ȝillimi Gorraei censio: Qui *Scrupulum* dicunt, sine auctore, & ratione sic dicere videntur.

SCRVTO, SCRVTOR, Priscian. l. 8. Plautus Aularia: *Postremo hunc iam perscrutati.*

SCYLACEVM, Σκυλάκιον, Spiritu non aspero, diphthongo nulla, vda non geminante. Aen. 3. *Nauifragum Scylaceum.* Peccatur Plinij lib 3. cap. 10. scripta *Ae.* Straboni lib. 5. defecta diphthongi, quae inest in voce Graeca. Porcius, & Pierius vnicum L volunt. Ar quid agas Val. Flacco lib. 3.

Spumosumque legunt fracta Scyllaceon vnda?

Alias legitur: *Fracta Scylaceon ab vnda.* Rectius.

SCYLLA herbae genus duplici LL. Georg. 3.

Scyllamque, elleborosque graues ———

Varro *Squilla* ἀρχαϊκῶς, vt *Quom, Quoi*, pro *Cum, Cui* Hippocrates Σκίλλα, Σκίλλα Aristoteles, & Dioscorides lib. 2. Σκίλλα δύναμιν ἔχει δριμεῖαν, καὶ πορωτικήν. *Scila, & Scilla* Columella; si modo recte.

SCYRONIA SAXA deprauata sunt Plinij lib. 4. cap. 7. Vocabulum etiamque est a *Scirone.* Hunc in locum, & in Melam Pintianum consule, cuius placitum est *Scironia* I Latinorum primam absolui sillabam.

SEBETHVS fons ad Neapolim absque R. Maro: *Sebethide nympha.*

SEBVM, SEVVM, SEPVM pro eodem Passeratius, & I. Scaliger in lib. 3. de Animal. Proprie *suum* est, quasi *Suebum.* Nam pinguedo in sue vberior. *Sepo vngatur vrsino* ex Commelini editione in Palladio lib. 1. tit. 35. *Sebum fit ex adipe ruminantium*, inquit Nonius, vt *Ferbui, Ferui.* Inde *Sebacea.* Certe apud Columellam lib. 2. cap. 22. de RR, non *Seuare*, sed *Sebare candelas* leges. Glossae Philoxeni R infulciunt: *Sebrum*, λίπος.

SECORDIA per E prima sillaba vt scribatur, pugnant Auctoritas, Analogia, Origo, Ratio. *Socordia* tamen per O plebeculae non adimo. Legas vtrumque & in Passeratio *Secorditer*, siue *Socorditer.* Sermo enim temere inter agrestia ingenia primulum ortus doctiorum leges respuit, aut etiam degenerat succos oblitus ortus sui. Auctoritas per E *Secordia* scribentis est Festi: *Compositum autem videtur ex Se, quod est Sine, & Corde.* Sic Aldi Manutij lib. 1. Gram. Sic Columella lib. 3. cap. 20. de RR. *Credidisse villico, vel etiam vinitori secordis est.* Est Riccoboni in Salustij fragmenta saepius. Cyrilli in Lexico: Νωχελία, *Segnicia, Secordia, Tarditas.* Analogia, *Seditio, Seorsum, Securus, Segrex, Separ, Segnis, sine igne* Isidoro l. 10. Orig. & Nonio, *Serius, sine risu* Nonio. Cur non simili fictura *Secors, Secorditer*, cui non *est cor*, velut *a corde secretus, sine corde?* Vides simul Originem. Ratio: quia nulla potest excogitari ratio, cur *Se* vertatur in *So* hac in voce, non in alijs, praeter eorum obstinationem animi, quibus ea scriptura occupata est. Ratio altera. *Securus, sine cura, Secubitus simul cubantem* excludit, *Segnis ignem*: cur non *Secors, sine corde?* Scio nonnulla a *Se* valente *Seorsum* conflata inchoari per *So*, vt *Soror, Sospes.* Sed ideo fit, quia pars altera compositi ab O sumit exordium, *Orior, Ospes.* Sic non *Sedum*, sed *Sudum* quia *sine vdo* prima compositi particula agglutinante sese ad S proxime. Quaeres vlterius, quid si E versum sit in O in *Socordia*, vt in *Sodalibus* a *Sedibus*: vnde aliquando scripti *Sedales.* Vide Isidorum. At mutationem hunc Marrucinis transscribo tractatu de Orthographia prisci Latij: Marrucinorum autem in numeros plebs transit, cui hoc non adimebam.

SECTO, SECTOR pro eodem scribuntur Prisciano lib. 8.

SECVLVM extra diphthongum Origo: Varro a *Senibus*, alij a *Secando, Sequendone.* Deinde *Seculum* non aliud videtur, quam consequens tenor seu temporis, vti passim occurrit, seu generis, vnde pro generationis serie dixit non semel Lucretius *Secla ferarum.* *Seculare carmen*, quod *Seculo* quoque canitur, seu cum *sequitur* altera annorum centuria. *Ludi Seculares* similiter. Capitolina Fragmenta: LVDI. SECVLARES. Apud Phlegontem Trallianum vocali simplice *Secularia.* Τὴν δὲ γενεὰν Σίβυλλα ἱστορεῖται ἐτῶν ἑκατὸν δέκα. . . . οἱ Ῥωμαῖοι Σεκουλάρια καλοῦσιν. Zosimum lib. 2. Σέκουλα γὰρ τὸν αἰῶνα Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. *Secula namque Romani aeuitatem appellant.* Sic absque biuocali *Assecla.* Vnum ob Dionis locum vult Hotomanus, alijq. *Auctoritas* cum C scribi absq. H: cur non & *Seculum*, & *Secularia* ex Phlegontis Libro, & Zosimi? Sic a *Sequor Secundus*: *sequitur* enim primum, qui *sequendi* primus est gradus: & indubitanter simplice vocali scribitur. Indicat Plautus: *Age, i tu secundum, Suis moy.* Vbi Sosia alienae voluntati obsecurus: *Sequor, subsequor.* Alij cum diphthongo Ae *Saeculum.* Ita I. Scaliger lib. 1. cap. 29. de Causis LL. a *Sequor* format *Saeculum* nuda vocali in diphthongum abeunte, mutationum illaqueatus illecebris. Pierius, & Manutius Inscriptionibus, & Nummis auctoribus idem volunt.

Vide

Vide *Aegeria*, *Setus*. Val. Probus in Notis L V D. SAEC. Dio νεοχάρακτς, lib. 54. Τότε Cαικυλάρια τὰ πεμπτὰ ἐποιήσατο. *Quinta Saecularia celebrauit*. Verum effusissime peccant in hoc genere vetera Epigrammata: scribunt *Thraeptus Acuocatus*, *Criminae* biuocali, taliaque propemodum infinita seculi barbarie inquinatissimi.

SECVNDVS per C, non Q: etsi a *Sequendo* figuret Isidorus lib. 11. Origin. cap. 1. Ita *Secutor* lib. 2. contra Symmachum Prudentius:

Altius impresso dum palpitat ense secutor.

Artemidorus lib. 2. Εἰ ᾖ Cεκούτῳ ἰσμορφον.

SECVS, pro *Sexus* Plauto. Vide Palmerium Spicilegijs pag. 64. Sallust. in Iugurthino: *Hi paulatim per connubia Getulis secus miscuere.* Ex eodem Sallustio notat Probus lib. 2. Sosipater, & Charisius lib. 2. Instit. Apuleius lib. 2. *Sic mare, & foemineum secus iunguntur.* Ausonius in Technopaegnio, & alibi.

SECVTOR. V. *Secundus*.

SECVTVS, SEQVVTVS. Vide *Locutus*, *Loquuntur*.

SEMVNCIA a *Semis*. Exemto M Inscriptio Cremonae:

LOCVS. PATET. AGREI. SEVNCIAM

SED. SET per T. vetuste. Negant hoc nonnulli, in quibus Isidor. lib. 1. Orig. cap. 26. quia Vetustas *Sedum* dixerit. Errat nihilo secius: nam eadem Vetustas *Setum* scripsit teste Vel. Longo, Cornuto. Tu vide Vol. 1. pag 48. huius operis, & Mar. Victorinum in Orthogr. Romae in domo Iacobi Alberini:

SET. ET. RELIGIONIS

At Velium audi: *Sed vero coniunctio quamuis lege Grammaticorum per T literam dicatur: quoniam D litera nulla coniunctio terminatur: nescio quomodo tamen obrepsit auribus nostris, ut D literam sonet cum dicimus: Progeniem sed enim Troiana a sanguine duci.* Alcuinus Isidoro haeret.

SEDECVLA secunda vocali secundam occupante sedem lib. 4. ad Atticum. Vallae sedet potius *Sedicula*. Ei fauet Analogia, vt enim *Aedicula*, *Apicula*, *Fidicula*: sic *Sedicula* a *Sedes*. Verum diuertit nos a Valla ipsa Analogia. Vt enim *Nubecula*, *Plebecula* a *Nubes*, *Plebes*: sic a *Sedes* *Sedecula*. Item Analogiae facies altera: nam ab *Aedis*, *Fidis*, *Apis* superiora sunt figurata per I. *Plebis*, autem, & *Sedis* nominandi casu mihi nondum obseruata.

SED ENIM vides in Marone de Longi mente seorsis scribi vocibus. At Priscianus lib. 16. iunctis *Atq. Etenim*, *Sedenim*, & ex Accentu composita esse adserit.

SEDVM, *aly Sadum appellant herbam, quam Opilius Aurelius Sesuuium vocari ait, eamque in tegulis seri*, Festi verba. Per E vulgatioris Vsus est.

SEDENTANI, SEDETANI, HEDETANI, EDETANI, IDETANI. Non sunt deprauata Silij ex opinione Lud. Nonij Exemplaria lib. 3. *Sedetana cohors*. Vide inibi Commentarios nostros. Neque tamen repulerim Plinij lib. 3. cap. 3. *Idetaniam*, seu *Edetaniam*: vtrumque fieri potuit ἐκ τῶν Ἡδητανῶν. Sic Σελλοὶ καὶ δίχα τοῦ Σ Ἑλλοὶ Stephano. Nec prauum est *Sedentani* intermissa Vda. Sic Liuiani *Lacetani*, in Plutarchi Catone sunt Λακετανοί. Latinis *Hortensius*, Plutarcho in Sylla, & Appiano Ὁρτήσιος. Quo super vberiores fuimus lib. 3. in Silium. Vetus Inscriptio ad *Vicetiam* (meminimus post in *Serrano*)

INTER. ATESTINOS. ET
VEICETINOS. TERMINOS
STATVIT

Vicentinos postilla. *Prouincia*, regio, quam P. R. *prouicit*, Festus. Sic *Buxentum*, *Laurentum*, *Morgentia*, *Adrumentum* adolecuntur ex *Buxeto*, *Laureto*, *Morgetibus*, *Adrumeto*.

SEGESTAM a *Segetibus appellabant*. Plin. lib. 18. cap. 2. Quam diuam syllaba auget D. Aug. lib. 4. de Ciuit. cap. 8. *Nec saltem potuerunt vnam Segetiam talem inuenire, cui semel segetes commendarent.* Ita inibi scribitur.

SELINIS errato puerili sparsum in omnia Maronis Exemplaria Aen. 3.

Teque datam ventis linquo palmosa Selinus.

Graece Σελινοῦς, Thucydidi in sexto, Diodoro lib. 14 Straboni passim. Ergo *Selinus* scriptum oportuit. Proportio Ὀποῦς, *Opus*: Κερασοῦς, *Cerasus*: Σηπιοῦς, *Sepius*: Τραπεζοῦς, *Trapezus* Plinij lib. 5. cap. 29. *Selinuntes* duo. Lib. 3. cap. 8. *Selinuntij* commemorantur huius *palmosae Selinuntis* habitatores. *Selinusiam* cretam, non *Selinisiam* Vitruuij lib. 7. cap. 14. Romae ad campum Florae Inscriptio:

VIXIT. ANNIS. XXVIII. ABCESSIT
SELINVNTE. PRID. IDVS. AVGVS

Eodem

Eodem ducit Vrsini numisma de argento apud Anton. Augustinum ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ. *Selinus* cum Y Graecorum in Codicibus aliquot antiquis ferri potest: *Selinis* minus: licet I ex Y non infrequenter proueniat. V. *Analogia*. Vibius Sequester disertim: *Selinus Messaniorum a quo ciuitas Selinus dicta*. Silius lib. 14.

—— Palmis quoque onusta Selinus.

Et ipse ad insaniam Maronis imitator.

SELLA geminis vdis. Prisci Latini liquidas non duplicabant, quos in hac voce iuuerit Hesychius: Σελὶς ἡ ἡ καθέδρα: *Sella, cathedra.*

SELLI Plinio, exordio lib. 4. Ἑλλοὶ Homero, Pindaro, Graecorum plurimis. Super hoc Etymologi praeceptio haec: Δεῖ ἡ ἀπὸ τοῦ Σ ἄρχεσθαι τὴν λέξιν Σελλούς. Vide nostra *Siliana ibi. Sedentana cohors.*

SEMBELLA Var. lib. 4. de LL. Alij *Semilibella*.

SEMEDIPSVM Veterib. Glossis. Probum iuxta, ac *Semetipsum*. Vide *Sed*. Eaedem Glossae: *Quindusplum* pro *Quintuplo*.

SEMENSTER, Ἑξαμηνιαῖος, Lexicum Cyrillo Inscriptum. Origo N inseri depostulat, Consuetudo exseri. Similiter *Semenstruum*, Ἑξαμηνιδιον.

SEMENTIVAE FERIAE, non *Sementinae*. Vide *Intergerinus*, *Internecinus*. Vertranius in lib. 5. Varr. de LL. haec: *Sementinae* feriae semper scriptum in Libris Varronianis de re rustica inuenio, & apud Paulum ex Pompeio lib. 3. quod magis probo, quam, quod hic erat, *Sementinae*: cum apud Catonem, & Varronem *pira sementina* similiter dicta reperiantur. Editur & in Festo per V.

SEMINANI *ambitur orbe* apud Plinium lib. 28. cap. 19. Cur non *Semiinani*? *Semi* subeunte vocali manet integrum Liuio in *Semiapertus*, *Semiadopertus* Amorum 1. *Semiadopertulos oculos* lib. 3. de Asino A. Apuleij. *Semiermus* Liuij lib. 25. cunctisque Silij Codicibus. Ciceroni *Semiassus*, Lucretio *Semianimus*. An vt *Semesa*, *Semuncia*, *Semustus*? At hoc tribus sillabis Pierio non recipitur: tamen Suetonij in Tiberio capite vltimo Libri quidam *Semustus*, alij *Semiustus*. Aeneid. 5. castigatioribus Libris est:

—— Semusta madescunt Robora ——

Eiusdem Suetonij est *Semustulandus*. An quia *Semi* subeunte τῷ *Inani* hiulce magis sonat, quam alia vocali? Silij lib. 11.

Semihomines inter Nasamonas ——

SENA, SENAE. V. *Thebe*.

SENICI, SENI a *Senex* figurat Priscian. lib. 6. ex Plauti Cistellaria:

Datores bellissimi vos negotioli senici soletis esse.

SENONES, olim *Xenones* appellitabantur teste Isidoro lib. 9. Origin. cap. 2. *quod Liberum hospitio recepissent*. Post murari placuit. Stephanus vdam duplicat Σέννονες. Isidoro quoad scripturam ὁμοφωνεῖ Festus.

SEON rex Amorraeorum in Psalmis, Σηών: *Sion* per I ciuitas Dauid in Paralip. Σιών. Apollinaris: Πολυήρατε Σιών.

SEPTEMFARIAM Nonius e Santra Libris addicentibus.

SEPTEMDECIM, SEPTEMDECEM Charisius.

SEPTEMTRIO cum M, non N. Ita Lapides, & Libri quos Manutius sequitur. Sic in *Amputo* M affirmatur. Alij *Septentrio* per N, vt *Tantus*, *Quantus*. Sic in Prudentij Romano recens editio: *Septentriones, hesperos aestus, niues.*

SEPTEMVIRQ. EPVLIS, Lucan[illegible], vt *Duumuir*, *Triumuir*. Quo in loco *Septem* genitiui casus esse statuit D. August. lib. de Gram. Idem dicit in *Quinquenuir*, *Sexuir*.

SEPTENNIS, vt *Sexennis*, in Antonino philosopho Capitolini. Poëtae *Septuennis* quoque sillabis quatuor. Plautus Menaechmis:

Postquam iam pueri septuennes sunt.

Prud. in S. Romano:

Do septuennem circiter puerum, aut minus.

SEPTVPLEX *excluso M, & Septemplex Latinum est*, inquit D. Augustinus lib. de Gramm.

SEPVLCRVM ab adspiratione seorsum est: non quia *seorsum a pulcro*, quam Charisius Varroni rationem tribuit: sed quia a *Sepultum*, vt *Simulacrum*, *Lauacrum*, *Ambulacrum*, *Fulcrum*. Ecquae apertior possit Origo designari? Adde Lapides nonnullos: alij tamen Lapides exhibent *Sepulchrum*, quibus fauerit Gellios lib. 2. cap. 3. Pontanus, Valla. A nobis Seruius, cuius ista sunt in 3. Georg. *Tria veteres habebant nomina, in quibus C literam sequeretur adspiratio, Sepulchrum,*

Sepulchrum, Orchus, Pulchenae quib. Pulcher tantum hodie recipit adspirationem. Quid patentius? Probus tamen enumerans tria *Lurcho* ponit loco *Sepulchri.* Victorinus *Sepulcrum*, *Orcus* leuat. Multi antiqui Libri praeferunt *Saepulcrum* cum principe biuocali. Vnde in Epitaphio *Aureoli* apud Trebellium:

Donat saepulcro victor post fata tyranni,

reposcitur eadem scriptura.

SEPVLTVS. Sillaba auget Cato: *Mortuus est, sepelitus est.* Priscianus lib. 10.

SEQVANIS paulo frequentius, rectiusque. Frequentissime *Sequana*, Straboni Σηκοάνα. *Secanis* in vetusto Ausonij Codice Lugdunensi, & in antiquis L. Annaei Senecae.

SEQVELA. Vide *Querela.*

SEQVESTRA in foemineo, non *Sequester*, in quo prisci Latij dominatum admisit posteritas. Maro:

— *Pace sequestra Bis quinos pepigere dies* —

Prisci Latij, sed dominantis minus, nota altera sit *Paupera* apud Terentium: suppar aetas, & secuta praeamauit *Pauper* scribere vtroque in genere.

SEQVOR. Priscis *Sequo* absque R tribuit Priscian. lib. 8. *Secor*, *Sequor* veteres Glossae. V. *Sequuntur.*

SEQVVNTVR, non *Secuntur*, quae Marmorum est impolitia Victorino repudiata: licet *Secutus*, & *Sequutus*, item Supina bifariam scribantur. Sic *Secutor*, *Sequutor*. *Sequutum* non agnoscit Manutius: exosculatur I. Scaliger lib. 2. de Causis LL. c. 23. alijq. Edunt hodie in Prudentio lib. 1. contra Symmachum:

— *Nullaque rudes ratione secuntur:*

quibus hoc ipsum conuenit.

SERAPHIM, SERAPHIN per M, per N ambigue Iudaeorum magistri. Hesychius: Σαραφὶν, γνώσεως πληθυσμὸς, ἢ σοφίας χύσις. *Seraphin, cognitionis vbertas, aut sapientiae, vel diffusio.* Recte igitur & per *A*, vt *Salomon*, nonnullis.

SERAPIS cum E prima inchoata sillaba Vsu tritissimum, & rectissimum est. Plutarcho Σάραπις, Varroni, Suidae in Aristocle, qui libros nouem scripsit de Sarapide, Aristidi Orat. de *Sarapide* compluries, Palatino Spartiani Libro teste Cl. Salmasio, MSS. veteribus Ciceronis apud Vrsinum, Sex. Empirico lib. 3. Hypotyp. c. 24. Inscriptioni apud P. Bembum: ΣΑΡΑΠΙΔΙ. ΙΣΙΔΙ. In Gruteri Thesauro Inscriptionum παγχρύσῳ quaternis, aut plurib. est cum *A*: pauculis Inscriptionib. *Serapidi*: Nummis ex aere aeque varianter. Ducere nomen hoc a Iudaico שר acutius, quam verius videtur. Beemanus a *Seraphim* ortum retur elementis blandientib. *A. D.* August. l. 18. de Ciuit. c. 5. dici vult quasi *Sorosapis*, vel *Sorapis* ἐκ τοῦ σορῷ, vt sit *Sarcophagi Apis*, sicut cum absque illo viuum venerabantur, *Apis*, non *Serapis*, vocabatur, Augustinus supra. Apud *Arnobium* lib. 1. scriptum sic reperio: *Syriapis Peloponnesi proditus, & in Aegypto Serapis nuncupatus.* An hic reponendum *Soruapis*? alia vti propemodum infinita. Plut. superam ἐκ σοροῦ παραγωγὴν ridet, putatq. oriri ex Σαίρειν Graecorum, vel Aegyptiorum. Plutarchi l. de Iside ac Osi. manus. Σάραπις δ' ὄνομα, τοῦ τὸ πᾶν κοσμοῦντός ἐστι παρὰ τὸ σαίρειν, ὃ καλλύνειν τινὲς, καὶ κοσμεῖν λέγουσιν. *Serapis nomen est vniuersum ornantis, a* Σαίρειν. *quod est pulcrum facere, atq. ornare.* Tandem: Ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ χαρμόσυνα Σαίρει καλοῦσι. *Festina gaudia Saerei vocant Aegyptij.* Quare princeps elementum primore sedet sillaba potiori iure *Sarapis.*

SERPERASTER, Cicero ad Attic. ep. 3. *Serperastrum* Varroni l. 8. de LL. *Non sequitur, vt stulte faciant, qui pueris in geniculis alligant serperastra, vt eorum deprauata colligant crura.*

SERPILLVM per I Latiare, quod Vsus inabruptus iam ab eo accepit seculo, quo literam Y ignorabat Latium. Tamen in Romano Virgilij Codice est *Serpullum*, vel ex Graeco ἕρπυλλος, vel more vulgi.

SERRANVS duobus RR apud Plin. l. 18. c. 3. Maronem in 6. Gratium in Cynegetico:

Qui tibi cultus erat post tot Serrane triumphos?

In agro Veronensi ἐπιγραφή: SEX. ATILIVS. M. F. SERRANVS

Sic in statim Saxis varijs, Fastis Onuphrij, Cassiodoro in Chronico, Eusebij quinque MSS. quamuis Vrsinus in epist. ad *Atticum* ita praecipiat: *Seranus scribendum est vnico R.* Vide *Vicetia*, Origine tamen a Marone indicata, a Persio Sat. 1. a Plinio supra scribatur vnico R, ni Originis rectitudinem deprauasset Consuetudinis tyrannis Vide *Terra*. Andr. Brabantus cum *Serrano Sarranum* conturbat. At ex decimo Dionisij, tertio Liuij, atque ex praenominatis Auctorib. constat *Serrani* vocabulum multo prius Atilio Regulo. Etsi vero in *Atilia* gente *Seranus* vocali principe potest exarari auctoribus Vrsini denarijs: tamen si tunc irrientem literam duplicaueris, cum oriundo ex *Sarra* confuderis, hoc est *Sarranum* cum *Sarano*. Sed contra Anton. August. Dialogo X. Antiquitatum: *Atilij Reguli filius dictus est Atilius Serranus, quod Reguli*

Cartagi-

Cartaginensium serui filius esset. Accedo: Titulus apud Vicetiam Italiae praefert:

SEX. ATILIVS. M. F. SERRANVS.
PRO. COS. EX. S. C

SERTVS, SERTA, SERTVM. I ad priscam Orthographiam.

SESCVNX. Vide *Sesquipes.*

SESCVPLVM Vsu vulgatiore, & probissimo. Non *Sexquiplum.* Vide in continenti *Sesquipes.* Nec male *Sesquiplum.* Certe legitur in hoc Terentiani Trochaico:

Nec modum dupli rependit, nec tenetur sesquiplo.

Idem· *Sesquiplo metimur illum: quinque nam sunt tempora.*

Quare displicet Hermolai correctio in c. 22. lib. 2. Plinij, pro *Sescuplo* repositum euntis *Sesquiplum. Sescuplum, hoc est, sesquialterum*, inquit, *quod Graeci ἡμιόλιον appellant.* Hoc vltro damus, addimusq. *Sescuiplum* esse idem *Sesquiplo*: nulla vt sit opus mutatio. Scaliger Poëticorum l. 2. c. 16 *Sesqui* notat fuisse per initia *Semis aequum*: idem enim est, quod ἡμιόλιον, inquit. Idemq. docet Comment. in lib. 9. Aristot. histor. de Animalib. c. 64.

SESQVIAS. Vide *Sesquipes.*

SESQVIPES, SESQVIPEDALIS, non *Sexquipes*, nec *Sexquipedalis* per X. Abnegat hoc ratio compositi: sit enim ex *Semis*, praepositione *Cum*, siue ἀρχαϊκῶς ex *Quum*, & *Pes*, ita vt nulla ex parte X queat interuenire. Τὸ *Qui* autem esse ex *Quum*, siue *Cum* manifesta fides ex *Sescuncia*, quae est *Semis cum Vncia.* Quod ipsum annotauit etiam Didymus in libro περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας: Τὸ δὲ Σησκούας σύνθετόν ἐστι ἀπὸ τοῦ Ση, καὶ τοῦ Κοῦμ, καὶ τοῦ Ἀσσάριος. Hoc est, *Sesquias componitur ex Se* [seu *Semis*] & *Cum, & As assis.* Item in Lexico Cyrillum inscripto: Ἀσσαρίου ἥμισυ, *Sesquas* Philoxeni Glossae: Ἓν ἥμισυ ἀσσάριον, χαλκοῖ ἕξ, *Sesquas.* Monuit & magnus Budaeus in vestibulo libri de *Asse* praue lib. 52. Pandect. scriptum sibi occurrisse *Sexcunx* versa Orthographiae positura cum scribi debitum sit *Sescunx.* Similiter per S in medio scribes *Sesquicubitus, Sesquidigitus, Sesquiiugerum, Sesquipedalia verba, Sesquimensis.*

SESONCHOSIS. Iustin. in παραινετικῷ: Σεσόγχωσιν τὸν βασιλέα. Non *Sonchosis*, neque *Sesenchosis* cum E in secunda.

SESOSTRIS tribus sillabis, & receptius, & correctius. Ita Herodot. lib. 2. Strabo l. 1. Suidas, Lucan. l. 9. —— *Mundique extrema Sesostris.*

Flaccus lib. 5. —— *Vt prima Sesostris*
Intulerit rex bella Getis ——

Vbi vetus Codex *Sesostres*, alij *Sesoster*, vt *Zoroastres*, *Zoroaster.* Apud Suidam etiam Σῶστρις bisillabum est. Contra ex Ausonio notauit Barbarus in 33. lib. Plinij c. 3. quadrisillabum *Sesoostris.* An idem nomen *Sesoosis* Diodori lib. 1. apud Tzetzem, & Suidam.

SESTERTIVS cum S in medio: est enim *Semis tertius* absque X. Plutarchus in Galba. Vide *Barbarum.*

SESTIVS cum est familia patricia, Lapides Capitolini, Nummi. Πόπλιος Σήστιος, in Cicerone Plutarchus Ita sensit, scripsitue Manutius. Sed vide mihi *Sextius.*

SETABIS Hispaniae, non biuocali *Saetabis.* Catullus, Strabo, Plinius lib. 3. c. 3. *Setabitani, qui Augustani.* Silius lib3. —— *Celsa mittebat Setabis arce.*

In veteri Nummo *Saetabi*, quam veram vocis Orthographiam Antonius Augustinus clamat, aut quisquis tanti viri scripta foedauit Dialogo 7. Antiq. Mariana domo Hispanus lib. 13. c. 1. scribit absque biuocali.

SEVIR, SEXVIR promiscue veterib. Inscriptionib. Neapoli:

Q. AVRELIVS. HERMADION. SEVIR. AVGVSTALIS

Alia: SEVIR. MVNICIPII. CAPENATIS

Alia: SEXVIR. AVGVSTALIS

SEXCVNX praue. Vide *Sesquipes.* Scribe *Sescunx*, vt *Sescuncia.*

SEXCENTA recte. Legas quoque in Cyrilli Lexico: Ἑξακόσια, *Sescenta. Vetuste.* Notat quoque Pierius ad illud 10. Aeneid. *Sexcentos illi dederat Populonia mater.*

Sunt antiqui Codices, in quibus id nomen per S notatum inuenias *Sescentos.* Ego vero non errori, sed aetati adscribo. Fuit enim tempus, vt Volumine priori dissignaui, cum X Romanis esset incognita Scriptorib. inque vsitata. *V. Sextius.*

SEXCENTESIMVS, vel *Sexcesimus, Septingentesimus*, vel *Septicesimus, Octingentesimus*, vel *Octicesimus*, Priscianus lib. de Numeris.

SEXDECIM. Terent. Eunucho: *Annos natus sexdecim.* Manet etiam in aduerbio. *Sexdecies.* Alij *Sedecim* deiecta decussi. *V. Sextius.*

SEXTI-

SEXTILIVS, familia Romana: non *Sestilius*. Sic *Aquae Sextiliae*. Plutarch. in Mario: Ἐγένετο πρὸς τοῖς χλιαινομένοις ὕδασι Σεξτιλίοις. Ibidem Σεξτιλίου μηνὸς, & Σεξτίλιος ἀνὴρ Ῥωμαῖος.

SEXTARIVS passim, idque videtur melius, cum sit a *Sextante*. Per S *Sestarius* Columellae l.6.c.30.31.edente Commelino. At c.32. inconstanter per X.V. *Sextius*.

SEXTIVS cum est familia plebea, Manutius, Lapides, & Pighius in Aequipeta. Plutar. in Mario: Σέξτον τινὰ Λυκῖνον. V. *Sestius*. Vbi discrimen hoc legerim, fugit me memoria: vereor discriminantem, vt ratio. Victorium memini in Ciceronis epistolas notare vix vnquam per X in Antiquis esse Libris: praefert *Sestius* per S, de quo proxime animaduersum est. Onuphrius autem, qui Antiquitatis prudentia cunctis seculi sui praeminuit *exortus vti aetherius sol*, ponit generis, ac familiae nomina, quae a praenominibus trahuntur, quo in numero habet *Sextios* a *Sextis*, & *Sextilios* a *Sextis*. Apud quem nihilominus ex tabulis Capitoliois notatur:

P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITOLINVS

Tandem de *Sestio*, deque *Sextio* sic statuo. Veterrimi *Destra*, *Iusta*, *Esquiliae*, consimilia similiter scriptitabant. X in elementorum familiam cooptarunt: exinde *Dextra*, *Iuxta*, *Exquiliae*, *Sextus*, *Sextius*, *Sextilius*. Discrimen prius diuinantium fuit. *Claudij* quoque seu *Clausi*, seu Clodij & patricij fuere, & plebei nullo scriptionis discrimine.

SEVTLVSA rectissime: *Teutlusa* licet Pintianus in lib. Plin. 5. praeferat: quia Graecis τεῦτλον scribitur. At Graecis aeque recte, aeque frequenter Σεῦτλον scribi solenne est. Sigma apud Lucianum dequeritur in iudicio vocalium T nimia regnandi cupiditate οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φείσάμενον σεύτλων: *neque oleribus pepercisse hortensibus*.

SIBE, & QVASE *scriptum in multorum Libris est: sed an hoc voluerint Auctores, nescio. T. Liuium ita his vsum ex Pediano cōperi, qui & ipse eum sequebatur. Haec nos I litera finimus*, Fab.l.1.c.7.

SIBYNA, ZIBYNA, ZIBYNNA, SIGYNVM, SIBVNA, SIBINA, SVBINA, Hesychius: Σιβύνη. ὅπλον δόρατι παραπλήσιον. Iterum idem: Σιβύνη, χειροβόλιον. Festus: *Sibinam appellant Illyrici telum venabuli simile*. En tibi Hesychij interpretamentum. Ennius:

Illyrici restant sicis, sibinisque fodentes.

Vbi scribunt alij I Latiare. Tertull. lib. 3. contra Marcionem ex Esaia: *Sibynas in falces*. At Esaiae 2. c. habetur per Z, ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, quemadmodum scribitur apud incertum auctorem tom. 2. de Cruce Gretseri: ζιβύναις ὀξείαις ἐλογχοβόλησεν αὐτόν. *Zibynis acutis ipsum petiuit*. Item alio loco apud Hesychium: ζιβύνια, λογχίδια μικρά: *Zibynia, lanceolae pumilae*. Eidem Hesychio: Συμβίνη cum M χειροβόλιον. ζιβύνη, ὁλοσίδηρον ἀκόντιον Suidae, & Hesychio, cui Hesychio notata quoque duobus N ζιβύννα, Σιβύνη apud Pollucem lib.7.c.32. sed significantia variata, sicut apud Suidam. At MSS. apud Pollucem Σιβύνη, & pro eodem Συβύνη per H apud Etymologum: Συβύνη, ἡ δερματίνη αὐλοθήκη, ἡ φαρέτρα. Videtis Lipsium de Militia Romana. Pacuuius: *Barbaricam pestem sibynis nostris obtulit*.

Turnebus vbique scribit *Sibynis* cum Y in medio, quae scriptio crebrior. Sed an ea & melior? Eustathius in Catalogum agnoscit ex Apollonio Σίγυνον, ex alijs Σίγυμνον. Σιγύναις ἀργυραῖς legitur apud Atheo.l.4.c.2. I ad Rigaltij Glossarium, & Etymologum. Alibi vbiq. per H, Ζηβύνη.

SIC vocali tertia vnica recte. *Seic* diphthongo vetere habet Inscriptio apud Mat. Laurel. Romae: SEIC. FLOREM. AETATIS. TENVIT. VERATIA. CASTE

SICCVS gemino CC, ex Graeco Σικχός apud Aristotelem. Detrimento afflatus Hesychius: Σίκχα, κούφη, Apud quem & Σικχὸς vide. Plut. tom.1. Οἱ δὲ σικχοὶ, καὶ νοσώδεις. Scripsere quoque *Siccaneus*. Columella l.11 c.2. *Napinae, itemque rapinae siccaneis locis per hos dies fiunt*.

SICINIVS *dentatus* Plin.l.7 c.28. Gellio l.2. c.11. Liuio, Dionysioq. trib. omnino sillabis *Siccius*. *Sittus* per T apud Fulgentium ex Varrone deprauatum est.

SICINNISTAS *litera NN geminas dixerunt, qui rectius locuti sunt: Sicinnium enim genus veteris saltationis fuit*, inquit Gellius l.20.c.2. Pollux l.4.c.14. Σικιννὶς, Σατυρικὴ, scilicet ὄρχησις. Hesychius eodem scribit modò, & talem affert Etymologiam, quam secutus scribas vnico N. cum nonnullis: Σικιννὶς, ὄρχησίς τις στρατιωτικὴ σατύρων σύντονος, ἀπὸ τοῦ σείεσθαι, καὶ κινεῖσθαι. Vide quoque Suidam, & Eustath. Athenaeum, & Etymologum, quib. N geminat, & Athenaeo quoq. ἀπὸ τῆς κινήσεως.

SICVTI recte. At dissepatantur sillabae Narbona in Tabula de marmore: SIC. VTI. DIXI

SICYONII Graecorum Y recte pingas cum Plutarcho, Pausania, Homero, Eustathio, Suida, Hesychio, Diodoro, Clemente, alijs plerisque: Deprauate in Libris Tullij de Oratore: *Sicionij calcei*. Recte in Festo ex Lucillio:

Et pedibus laeua Sicyonia demit honesta.

SIDEROPOECILOS *variantibus guttis gemma*. Plin.l.37.c.10. Oe, non Ae. Origo Ποικίλος.

SIDVS I Latiari ab *Insidendo* ortum nomen agnoscit Varro lib.6.de LL. Ita Libri veteres, Virgilius Carpensis. Ineptiunt, & acutuli esse gestiunt, qui id vocis ex Graeco *admixi torquent spumas, & inania verrunt*, ἐκ τοῦ Σωειδεῖν. Apage illud Boucherij: —— *Versus Rudentia fydus.*

SIGEBERTVS per E, ac per I *Sigibertus* notat Pontacus in Apparatu ad Eusebij Chronica.

SIGEVM sine diphthongo in penultima scribendum, monet Pintianus in l.5. Plin.cap.30. Sic Homerus, Q. Calaber, Maro, Statius, milleni alij. Metamorph.11.

Dextera Sigei, Rhoetaei laeua profundi.

Ita ex Σιγεὺς vertitur: alias decidit I dumtaxat, & E breuiatur. Prioris modi Metam.13. *Achilleos manes*, ex Ἀχίλλειος.

SIGILLATIM, *per signa a Sigillo*, non *Singillatim*, Libri veteres, & Saxa.

SINGVLATIM, *per singula*. Palladius lib. 4. tit. 9. *Singulatim manu debebis affigere*. Caecilius in Rastraria: *Hos singulatim sapere non minus arbitror.* Idem Annali 1. *Primum malo publico gratias singulatim nomina.* Pro eodem *Singillatim* Lucill. lib. 18.

Sic singillatim nostrum vnusquisque mouetur.

D. Aug. lib.2. de Peccatorum meritis & R. tom.7. *Circumcisionem respiciat, quae semel fiebat, & tamen in singulis singillatim fiebat.* Neciure Manutius repudiauit.

SILANVS, non *Sylanus*, cognomen Iuniorum, Libri, Saxa Capitolina, alia, Nummi complures.

SILARIS, SILARVS Italiae fluuius trib. sillabis Plin.lib.2. cap. 103. Maroni Georg. 3. Silio lib. 8. Prisciano:

Picentis Silari gurges ——

duabus extulit Lucan.l.2. —— *Radensque Salerni*

Tecta Siler ——

Vbi forte scribendum *Siler*, vt *Arar* pro *Araris*. Eustathius: Τοῦτο δ' ὁ γεωγράφος Σίλαριν χάριν λέγει: *Geographus hunc cum Silarim appellat*, dicit, &c.

SILIQVASTRVM vtrobique cum I apud Hyginum lib.3. *Cassiopea sedens in siliquastro.* Arnob. lib. 2. *Quid arquata si sellula, acus, strigil, pollubrum, siliquastrum?* At Varroni, ac Festo *Seliquastrum* per E. V. Antiqui LatI Orthographica.

SILONITES, a *Silo* ex lib.3. Regum c.14. recte. Praua sunt *Salonites*, *Selonites*, *Sylonites*, quae in antiquis Codicibus reperta Pontaco.

SILVA I Latino scribunt Pierius, Gifanius, Manutius, idque defendi posse Pontacus in Eusebium opinatur. Eorum ratio, quia sit a *Silendo*. Rectae scriptionis ratio inconcinna. Nam vbi sunt aues garrulae, quadrupedes clamitant, boant, rudunt, rugiunt, vbi *virgulta sonantia siluis*, vbi strepitant frondes, ventus, *silentium* tu clamas? Amat profecto, amat Aspera Accentiuncula in S demigrare Ἑλλοί, *Selli*: Ἕδος, *Sedes*: Ὗς, *Sus*, aliaque sexcenta: sic Ὕλη, *Silua* cum digammo Aeolum. Hebraei, scio חרשים *siluas*, & saltus dicunt ex חרש quid postea? Gifanius *Silua* I Latiari nunc ab omnibus scribi clamat. Vineti in Florum illa sunt: Vndeunde Originem trahat *Silua* per vocalem Latinam dicere, scribereque soleo, & inde *Siluios* illos, *Siluanum Deum*, *Siluestrem Musam*, & quaecumque alia nomina nobis *Silua* peperit primam sillabam retinentia. Sic enim illa in antiquis Exemplaribus, monumentisque Latinis scripta reperio. Sic Σιλβία, Σιλβιος, Σιλουανός scribuntur in Suida, Zonara, Plutarcho, Strabone. Apud Plut. in Sylla Σίλβιον loci nomen est. Ciofanus in 1. Metam. testatur Libris MSS. omnibus *Siluas* per I Latinum esse. Maro:

Si canimus siluas: siluae sint Consule dignae.

SILVANVS cognomen Plautiorum cum I, non cum Y. Animaduertit Sigonius in 54. Liuij epitomam veteri Libro esse *Silano*, pro letario *Syllano*.

SILVESTRIS quia vox toto corporis habitu Latina est, eorum litera scribamus fidem Codicum Maronis omnium secuti cum Pierio.

SILVIVS Albanorum rex I Larij accepta fide a Monumentis, Librisque veteribus, a Zonara, Suida, Plut. Strabone, supra, vide *Silua*. Idem notat Sigonius ex MSS. in lib.1. Decadis 1. Liuij: Sex alios MSS. in id Pontacus numerat, & Dionysium testatur lib.1. apud quem Σιλούιος, interpretatur Ὑλαῖος, non dissimulans in plurimis MSS. esse *Syluius* Y Graecanico. I Latio adsciscitur ex Festi serie.

SILVINVS perpetuo tenore apud Columellam: non per Y.

SILVS, SILO. Festus: *Silus appellatur naso sursum versus repando.* Glossarium vetus: *Silus*, Σιμός. Plin.l.11.c.12. M. Tull.lib.1.de Natura D. Fabius l.1. Glossarium: *Silo*, Σιμός. V. Nonium. Inde Arnobio l.3. *Silunculus* reddi potest Theocriti Σιμιχίδας. Aliud *Cilo*, Ἴξοργος.

SIM-

SIMBRIVIVM, SIMBRVVIVM, SYMBRVVINVM, SYMBRIVINVM, IMBRIVIVM, omnino varie. Vide, quae notamus ad lib. 8. Silij Italici. Quib. adde Lud. Aurelium ad l. 5 Annal. Taciti: Noster habet *Simbrinis*, inquit [apud Tacitum: *Simbruinis collibus deductos.*] Legerem lubenter *Simbruinis collib. deductos.* Et mihi adstipilatur Florētinus Codex, qui legit, *Sub Imbriuijs.*

SIMILLIMVS geminis LL. Sic Analogia poscit. Vide *Facillimus.* Sic antiqua Chirographa.

SIMPVLVM scribunt Varro l. 4. *a sumendo simpulum nominauere.* Plin. l. 35. c. 12. Apuleius in Apol. Cicero de Aruspicum R, Festus, Glossae. Ios. Scaliger in Appendice ad Coniectanea a Σίφων, *Simpo, Simpulum* figurat. *Simpulator amicus sponsi, qui cum eo per conuiuia ambulat,* Placiadae. Quasi *Simul epulator.* Qui etiam *Simpolones.*

SIMPVVIVM Scholia Iuuenalis Sat. 6. Varro περὶ μέθης. Cicero apud Nonium. *Simpuuium* εἶδος σκεύους ἱερατικοῦ, inquit Adamantius, *Sacrifici vasis genus. Simpiuium* per V duobus I cinctum. Ita scribitur in Cassiodoro lib. de Orthogr.

SIMPINIVM lib. 4. aduersus Gentes apud Arnobium scribitur. Vbi an eiusdem rei sit ista nominum differitas, iure mecum Steuuechius ambigit. Videtur autem efflictum ἐκ τοῦ Συμπίνειν.

SIMVL, SIMITV. Plautus Sticho: *Simitu vt ires ad se domum.*

SIMVLACRVM, vt *Lauacrum, Ambulacrum* abq. H, nisi quod Romae Inscriptio est:

ARCVM. CVM. SIMVLACRIS. EORVM. TRIVMPHISQVE V. *Pulcer.*

SIMVLAC veretur P. Victorius de possessione deturbare illud tot probatis Libris vindicantib. At MsS. Tullij. *Simul* imputat pro eo; quod & plerisque omnib. politius visum.

SIMVLATQ. vocum coitu scribitur lib. 2. de Oratore, ac paene continenter separate *Simul atque.*

SINAPI, SINAPIS Columella —— *Fletum factura sinapis. V. Ammi.*

SINCERVS I Romano, prisci Codices, Virgilius Carpensis, Etymon: est enim Donato purus putus & simplex, vt germanum mel *sine cera.* Sic enotauit ex antiquis Tullij Codicib. P. Victorius. Quam Orthographiam Vallae Scaliger eripit. At Becmanus in Originib. *Syncerus* Y Graiorum: quod fiat ex Σὺν, & κηρὸς, tota sit vt vox Graeca. Veteres Glossae: *Sincerus,* Ἁπλοῦς. Eaedem per I in finalitate: *Sinceris,* Ἀκέραιος, Εἰλικρινὴς.

SINGILLATIM. Vide *Sigillatim.*

SINGVLARITER, & extrita vocali secunda *Singlariter*, vt *Poclum, Miracla.* Ita Lucretius in 6. *Quae memorare queam inter se singlariter apta.*

SINIS monstrum hominis efferum παρὰ τὸ σίνεσθαι. Quare Dryopes dicti Ἀζᾶνες, nocere desiti. Deprauate igitur in plerisq. Libris cum C *Scinis.* Plutarchus in Theseo N simplo non est contentus: Σίννιν τὸν Πιτυοκάμπτην. Suidas correctior: Σίνις, ὄνομα λῃστοῦ βλαπτικοῦ. *Sinis, noxij latronis appellatio.* Ouid. lib. 7.

Occidit ille Sinis magnis male viribus vsus.

Pausanias in Corinthiacis, & Atticis pariter Ouidio scribit.

SINISTER, SINISTRA vtrobique per I Consuetudine corrobatur. Attamen vtrobique per E reperias in Mauricij Libris inter mandata militaria:

DEPONE. SENESTRA
CLINA. SENESTRA.

SIPARVM a *Sipo* per I, & notissima variantia *Suparum.* In Tertulliano Pamelij *Sypara illa vexillorum.* In lib. de Pallio P duplicato: *Stolam, & supparum, & crepidulam. Sipara velorum* Lucano Manil. lib. 5. —— *Non inuehet vndis*

Sipara, nec pelagus Xerxes ——

SIPHVNCVLOS a *Siphonib.* quam *Sipunculos* malim.

SIPVS, SIPVNTVM. Silius Italicus lib. 8.

Quaesiuit Calaber . . . : & terram, & litora Sipus.

Stephano Σιποῦς, πόλις Δαυνίων Ptolemaeo per H Σηποῦς. Haut mirum: nam Graecis duae istae vocales vicarias occupant sedes; atque hic subest ratio ἀπὸ τῶν σηπιῶν, teste Strabone. Mela lib. 2. cap. 4. *Sipuntum, vel vt Graij dixere, Sipyus.* An *Sipons*, an *Sipoïs*, vt *Simoïs*? An verius *Sipus*, vt *Selinus*? Liuius lib. 8. *Sipuntumque Bruttorum.*

SIQVANDO, vnico complexu, Erythraeus, Manutius. Nec male feces.

SIQVIDEM, coniugio sillabarum, Manutius. Fauet Ouidius:

Quae mihi ventura est, siquidem est ventura senectus.

Disiunge *Si*, tendetur. Disiunctim tamen inuenies vel in Tullio.

SIRI, V. *Syri.*

SIREN ex Σειρὴν. Nec monitu opus, nisi quod Graijs Musis male operati, quae Graeca

sunt ab Origine, pleraque omnia Y Graeco signanda rentur. Quos inter numerandus Nicolas, ab Orano Concione 11. quem non est puditum scribere *Syrenas* ἐκ τοῦ Σύρειν, quod *attrahant, demergantq*. Nota ex Frontino in voce *Sorrentum* : *Iter populo debetur pedibus XV. vbi Strenae. Sirenes* vbiuis. Ouidius: *Monstra maris Sirenes erant*

Apollonius 4. Argon. Σέφῆνες σίνονν' Α'χελωΐδες ——

Domitius in Statium in errorem dux isti Nicolae. Hesychius : Σέρῆνες, δὶ μὲν ἔξω γυναικὸς φασὶ μελῳδούσας.

SIRIVS, non *Syrius*, quae multos codices labes insedit. I ad Etymologicum. Pro sole posuit Orpheus in Argonauticis:

Η'μ⊕ ὅτε τριτάτην μὲν ἐλείπετο σείριος αἴγλην.

Cum sol tertiam lucem peregisset, seu, *A tertia luce relictus esset.*

SIRPE, SERPE, SILPE. Plautus: *Hoc anno multum futurum sirpe, & laserpicium.* Glossae: *Silpe*, Σίλφιον. Hesychius : Σίλφιον, σίλφιον. Veteres Σίρφι, vnde *Serpe*, ex quo *Lac serpicium*, & inde *Laserpicium*. Quare *Laserpiciferae Cyrenae* scribendum apud Catullum non per T.

SIRPICES, & *Irpices*, Varro lib.4. de LL.

SIRPVS absque C. Similiter *Sirpare* Varroni; & Arnobio, apud quem *vinctores sirpiarum* legimus. *Sirpiculae* quoque nassae piscatoriae absque vncinata ista litera.

SITTAS, SITTACE, SITACE, PSITACE, PSITTACVS. Disyllabum apud Hesychium : Σίττας, ὄρνις ποιός, ὃν καὶ ψιττακὸν λέγουσι. *Sittas, auis quaedam quam & Psittacum dicunt.* Hoc Originale nomen. *Sitace* Plinio lib.10.c.42. *Humanas voces reddunt psittaci, & quidem sermocinantes. India autem hanc mittit : Sitacem vocant viridem toto corpore, torque tantũ miniato in ceruice distinctam.* Sic & Arrianus in historia Indica. *Psitace* Aristoteles lib.8. de Animal.c.15. Τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἡ ψιττάκη. Ψίττακ⊕, *Psittacus* passim; rectaque scriptione. Nazianzenus:

Ψίττακος ἀγκυλόχειλ⊕ ἔσω πλεκτοῖο δόμοιο
Α'νδρομέην φωνῆσε, καὶ ἤπαφεν ἀνδρὸς ἰωήν.
Psittacus pandirostrus plexa in domuncula
Humana voce loquitur, fallitque hominis imaginationem.

Ouidius: *Psittacus Eois ales mihi missus ab Indis.*

SITVLA pro *Dipsade* tribus sillabis scribit Isidorus lib.12. Origin.c.4. Glossae quatuor: *Siticula*, διψάς. Fors apud Isidorum scribendum est *Siticla*, non *Situla*, quod factu procliue.

SOBRINI, CONSOBRINI palam rectum est. Verum in antiquissimis Libris *Subrini*, & *Consubrini* perpetuo leguntur, inquit Grialus in Isidori lib.9.c.6.

SOGDII, vel *Sogdi*. Coel. Rhodig.l.28. Antiq. Lection.c.33.

SOLENNIS per solo L, N comitante scribendum videtur. Analogia *Solennis* videtur probare, inquit Manutius in Orthographia : si modo a *Solo anno* deducitur, vt quidam probant, & *Perenne* dicimus, non *Peremne*, quod itidem ab *anno* componitur. Cum tamen antiquissimi Libri, & Saxa *Sollemne* praeferant, plus Antiquitati dar, quam Analogiae. Vinetus in lib.1. Flori *Solenne*, *Solempne*, *Solemne* amolitus amplectitur *Sollemne* tertia verbi litera L, quartaque, M sexta, & N septima. Tota eius ratio. Sic in antiquissimo marmore, quod omnium pedibus obteritur Burdigalae in intima sodalium Carmelitarum aede. Festus a *Sollo* Osca voce. Andreas Brabantus *Solemne*, & *Solenne* respuit. At *Solemne* cum vda solitaria, cum M, & N in Tabula Fratrum Arualium Ian. Gruterus exosculatur, animaduerso constanter ita esse veteribus Monumentis. Horum Auctoritas virorum vt apud me pondus habet magnum : sic prae D. Augustini maiestate si non vilescit, certe fit attritior. Fuit enim D. Augustinus & priscarum vir gnarus literarũ, & verborum diligentissimus. Sic igitur tom. 10. serm. 2. Fer. 2. Pentecostes : *Solennitas namque ab eo quod solet in anno nomen accepit : quomodo Perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur aestate, sed per totum annum fluit, ideo Perenne, id est, per annum : sic & Solenne, quod solet in anno celebrari.* Augustino adhaeret Isidorus l.6. Orig.c.18. quoad scriptionem: *Solennitas a Solito, id est, firmo, atque solido nominata.* Quinimo iuuat interpretatio Festi : *Sollennia sacra dicuntur, quae certis temporibus, annisque fieri solent.* Solidant D. Augustini sententiam Auctores maiorum gentium. Maro Aen. 3.

Sollennes tum forte dapes, & tristia dona
Ante vrbem in loco falsi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache ——

Atqui hae *dapes* anniuersarij sacri erant. Idem in 12.

Annua vota tamen, sollennesque ordine pompas.

In 2. *Sollennes taurum ingentem mactabat ad aras.*

Vbi

Vbi Seruius *Solennes*, *anniuersario sacro religiosas* exponit. Quibus in locis carminis lege liquidae combinantur. Tantundem insinuat Liuius lib. 42. *Eoque solenni perfecto.* Ferias Latinas loquitur quotannis agi suetas. Fusiori deinde significantia non tantum quod *solitabat annuatim*, sed quod *Solitum* significauit *Solenne*. Sic Horatius: —— *Romae*

Venari solenne viris opus, vtile famae.

Cicero 9. ad Atticum: *Tantum igitur illud nostrum solenne seruemus, vt nequem istuc euntem sine literis dimittamus*, hoc est, morem, consuetudinemque nostram seruemus. Demus etiam ortam vocem ex Osca *Solo*, eam male pronunciant, scribuntque duobus LL: huius namque caput est Ὅλος, vt Ὗς, *Sus*. Eaque re *Solitaurilia* vnica L scribuntur, quae res anxium, solicitumque habuit Verrium Flaccum. Lucillius esto, scripserit:

Suasa quoque omnino dirimit, non solla dupondi.

Versificum namque, vti prodictum, ea consuetudo. Nec recurrendum ad Becmani coniecturam vt *Solemne* sit sacrum ad *annuum factum*. Vltro quoque damus olim scriptum *Amnus* per M pro *Anno*: sed vt ea vox a seipsa mutauit, vtque in composito *Perenni* mutauit: sic in *Solenni*. Intentiore igitur cura perpensis Auctorum locis, D. Augustini ratione, aliorum Auctoritate, Euphonia, Analogia, Origine scribo *Solennis* vnico L, duob. NN, absque M. Vide *Solers*. Vide Delacerda in 8. Aeneid.

SOLDVM pro *Solidum* scripsere Martialis l. 1.

Ex insulis, fundisque tricies soldum.

Horat. lib. 2. Satyra 5. —— *Metuentis reddere solidum.*

Alibi: *Inane abscindere soldo*: alibi *Impingere soldo*. Agnoscit Priscian. lib. 2. vt *Valde* pro *Valide*. V. *Caldus*.

SOLYMVS Silij lib. 9.

Nomine Rhoetaea Solymus: nam Dardana origo.

Ouid. Fast. lib. 4. *Huius erat Solymus Phrygia comes vnus ab Ida.*

Quo loco Libri quidam *Solemus*.

SOLERS vnico L: Pandectis Florentinis est *Sollertia*, a quibus non illubens recedo, inuitior ab auctoritate Martiani, & Diomedis: cogor, cum eorum fundamentum sit futile. Volunt LL geminari: quia *Sollus* vox Osca geminet. At proxime in *Solennis* monstrauimus etiam cum *Solus* vox *Osca Totum* significat, duplicatam vdam Origini indebitam: etsi paulo metuentius in versu admisi. Quid quod *Soliferreum* apud Gellium l. 10. c. 25. Liuium lib. 4. de bello Macedonico vnicam habeat vdam? est tamen ab isto *Solo*. Sic *Solitaurilia* veterum, nouitiorumque consensu: ita vt in Festo contra Festi mentem *Sollers* opiner scribi. Ait enim: *Quod si a Solo, & tauris earum hostiarum ductum est nomen antiquae Consuetudinis per vnum L enunciari non est mirum, quia nulla tunc geminabatur litera in scribendo.* Item: *Solers enim in omni re prudens, & Solenne, quod omnib. annis praestari debet.* Vide *Solennis*. At videri possit ex Festo vetustissimis temporibus scriptum vnico L, & nouioribus suspicio sit aliter potuisse de eius mente. Quae suspicio Donati verbis in Eunuchum deijcitur: *Solers, quasi totus ex arte consistens, vt ὅλος ἀρετῆ, quod Latinis verbis, quasi solus in arte sit Huic Iners contrarium* · · · ὅλον *Solum*, vt ἕξ *Sex*, & Ὗς, *Sus dicimus.*

SOLICITARE esse *solo*, seu loco *citare*, seu mouere indubitabile est, ac proinde vnico L contentum esto. Festus: *Solicitare quidam dictum putant quasi Solo citare, id est, ex suo loco, ac sententia mutare. Solum enim quin significet locum quis dubitet, cum Exsules quoque dicantur loco patriae suae pulsi?* Donatus quoque ijsdem prope verbis in Terentij ἑαυτ. act. 3. sc. 1. Indicant Poëtae. Ouid. 4. Fastorum: *Quas* [herbas] *tellus nullo sollicitante dabat.*

Idem *Liminis adstricti sollicitare forem*. Tibullus *Sollicitare humum*, Maro *tellurem*, Claudianus Praefat. in lib. 1. de Raptu:

Et rudibus remis sollicitauit aquas.

Viuacissime iterum Ouidius *Arcu sollicitare feram*, & proprijssime. Ostentant haec omnia Originem verissimam: tamen vt tendi possit sillaba Poëtae duplicant L: nos non extra carmen. Isidorus ipse, qui duplicantium tibicen est, recte perpensus nobis fauet. Lapides obiectantur: obrui possumus; moneri non debemus.

SOLICITVS similiter loco motus, & scriptura simili: etsi aliter flagitat versus Georg. 4.

Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis.

SOLIPVNGA, SOLIPVGA, SALPVGA, SALPIGA, SALPINGA, SCALPIGA, SCALPIA, SOLIFVGA, SOLIPAGA, λογχὸς διαλέκτερον in varijs veterum Tabulis legitur. Gloss. *Solipuga*, ἡλιοκεντρίς, εἶδος μύας. Plin. lib. 29. cap. 4.

Est & genus formicarum venenatum non fere in Italia, Solipugas Cicero appellat, Salpugas Baetica Festus: *Solipunga, genus bestiolae maleficae, quod acrius, concitatiusque fit feruore solis, vnde etiam nomen traxit.* Lucanus:

Quis calcare tuas metuat salpuga tenebras.

Exemplar aliud *Solpuga latebras.* Hermolai est *Salpyga.* Defendit etiam ipse *Solpuga,* quem iterum vide posterionib. s n Plinij l.8. castigationib. Praetulerim *Solipuga,* cusum, vt *Noctipuga* Festo.

SOLISTIMVM auspicium cum sit a *solo pauito* testib. Festo, ac Tullio in Libris de Diuinatione, quasi ab ortu degeneret, geminato LL scribunt ex fide veterum Librorum, quae mihi suspecta.

SOPATRVS *implorare hominum fidem*, 4. in Verrem. Passiua scriptura *Sopater, vt Sosipater.*

SOPHISTES *temporibus illis vel maximus*, Cicero lib. 1. de Natura D. Fabius. Vulgo *Sophista.* Neutrum praue.

SOPVS absque H pro *Sophus* Antiqui Lati more in Nummis Sempronij cum Sophiae ore, ac titulo P. SEMPRON. SOPVS.
In alijs Nummis eadem cum H Inscriptio. V. *Stropus.*

SORACTE per O in principali sillaba. Silius Italicus in 8.

——— *Sacrum Phoebo Soracte frequentant.*

Maro in 11. caeteri. Vnus, quod sciam, Cato: *In Sauracte*, varietate nobili. Duo isti Poëtae *Soracte* neutraliter, cumque ijs Horatius *Candidum Soracte*: Cato apud Varronem *Sauractis.* Vti *Praeneste*, ac *Praenestis.*

SORBILO vnico L, Turneb. lib.25.cap.21. Rectius duplicabis, cum sit a *Sorbillum*, obque Similitudinem, *Cantillo, Obstrigillo, Focillo, Refocillo.* In Catullo quoque retineri potest *Conscribillo.* Imo vitiatur ex Turnebi sententia: vbique enim fit spondeus.

SORIX, aut *Saurix*, Victorinus. Posterius veterib. imputat Isidorus l.12.c.3.Orig. *Saurex* quoque scriptum pag. 393. cuius Auctoris? non adscripsi aduersarijs. Veteres Glossae: *Surix*, Μῦς Vsitatissimum *Sorex.*

SORTIOR. Olim *Sortio*, Priscian.l.8. Ennius Cresphonte: *An inter se sortiunt vrbem, atque agros.* Varro l. 20. rerum humanarum: *Cum venerint diuisores, inter se sortiant.*

SORPSI barbarismi Val. Probus arguit in Catholicis & pag. 1485. sic *Sorbes, Sorbui: quamuis & Sorbsi lectum sit.* Lucani tamen lib.4. scriptum:

Absorpsit penitus rupes ———

SOSPES Iuno, & *Sispes* per I in prima Festo. Etiam in Nomismatis Antonij Pij:

IVNO. SISPITA,

vt *Sospita* apud Silium Italicum, Ciceronem 1. de Natura D. & pro Muraena.

SPANIA. V. *Hispania.*

SPARETVS Assyriorum rex, Eusebio in Chronicis, & Iornandi. In Lemouicensi Eusebij Libro *Sparthus.* Apud Cassiodorum *Sputaethius.* Alibi *Sparachus, Sparrhetus, Sparactus, Sparethus, Speretus.*

SPATHAE cum aspero. Veget. l.2.c.15. *Gladios maiores, quos Spathas vocant, & alios minores, quos Semispathas nominant.* Reperio nihilominus in Taciti Annali 12. absque spiritu.

SPECELLATA *patina*, quam *Specillata Salmasio* in Vopiscum potior, ex Libro Palatino, Casaubonianorum Librorum imagine, veterique editione, atque Analogia. Sic *Vascellum, Locellus a Vasculo, Loculo.*

SPECVLATOR cum E *a specula, & speculando*, docet Stewechius ad lib. 1. Vegetij c.23. ad l.3.c.8. & alibi, nec *Spiculatorem* vsquam stare patitur. Similiter Lipsius ad l.1. Annal. Taciti. Item Gretserus lib.1. de Cruce cap.25. Ambo ex Stewechio, & Torrentio. Quorum probabilitatem adiutum venio. Primulum Liuij lib. 9. scribitur: *Sparsi per vias speculatores.* Vetus Epigramma apud Onuphrium lib. 2.

SCHOLA. SPECVLATORVM. LEGIONVM. I. ET. II. ADIVTRICVM

Inscriptio prope Alonam in ditione Mediolanentium:

VRB. SPECVLATOR. MILITAVIT. ANN. XXVI.

Romae in domo Antonij de Canobio:

D. M.

TI. CLAVDIO. SPECLATORI

Tarracone: SPECVLATORI LEG. VII. GEM. FEL Neq; *Speculator* Σκοπός tantum, aut κατάσκοπος; sed & armiger custos corporis Lipsio teris virib. id propugnante. Glossae Latinogr. ab H. Stephano: *Speculator,* Ἐπόπτης, κατάσκοπος, δήμιος. Item: *Speculatus,* Κατάσκοπος,

τῶ, ἢ ὁ ἀποκιφαλίζων. Vbi inepte haec confundi Notae clamant. Do vniuersa haec. Verum a *Spiculo* cur *Spiculator* esse non potest? Certe Turneb. vox ista Aduers. lib. 24. c. 41. Etsi inter *Speculatorem*, & *Spiculatorem* multum interest: tamen interdum sic mutatis elementis pronunciabant. Sic in Euangelio *Speculator* est *Spiculator*. Erasmus in Marci c. 6. *Euangelista Latinam vsurpat vocem mutata vocali.* Fauet interpretatio Suidae intendentis in hunc locum animum: Σπεκουλάτωρ, τῶ δορυφόρυ. Certe Δορυφόρος est, qui *Spiculum gerit*, *Spiculator*; vtut alio torqueant. Cur etiam Senecae lib. 1. de Ira disconueniat: *Centurio supplicio praepositus condere gladium spiculatorem iubet?* Cur in Firmico: *Spiculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputet ceruices?* Suetonius in Othone: *Descendentem spiculator impulsa turbae lancea prope vulnerauit.* D. Aug. ser. 4. de S. Stephano: *Judex iubet; spiculator occidit.* D. Hieronymus, vti de muliere septies icta: *Jam spiculator exterritus, & non credens ferro, mucronem aptabat in iugulum.* Sed & hic mauult *Speculator* Casaubonus, & Salmasius in Spartianum pag. 30. etsi aliter editio ipsa. At Cuiacij Liber in Caligula, *Monitis spiculatorib.* Eum vide Obseruat. l. 6. c. 33. & iterum Turnebum l. 27. cap. 20. Nec solum apud Solinum *Spiculata cauda* legitur: sed & verbum ipsum Plinij lib. 11. c. 2. *Telum vero perfodiendo tergori quo spiculauit ingenio?* Vtrumque ego locis commodis regnare iubeo: vt nusquam *Spiculator* per I scribatur iubent. Nefas iubent: *Sua* cuique sponsa.

SPELAEVM cum principe diphthongo. Postulat hoc Origo: Σπήλαιον. Ratio Similitudinis, *Aulaeum Hypogaeum*, *Trophaeum*. Huic tamen scriptioni Lapidum moles obijcitur, & Inscriptionum. Si Graece esset Σπήλιον, *Spelеum* recte scribi pronunciarem: at non est.

SPERES Antiquitas pro *Spes*. Ennius lib. 2.

Et semel effugit speres ita funditu' nostras.

Item —— *Si speres vnquam prodesse potissunt.*

SPEVSIPPVS Ciceroni, Senecae. Σπεύσιππος Laërtio, Eusebio de Praepar. l. 14. c. 6. Pausaniae, Plutarcho, Aristoteli. *Pseusippus* legas Apuleij lib. 2. de dogmate Platonis. Veteres item nunnunquam Ps, pro Sp scriptitasse credo exemplis a πολυμαθεστάτῳ Grutero productis in antiquis Inscriptionibus.

SPHYNX cum Y Graiorum passim obuia. Perperam. *Sphingem Verri reo oblatam* narrat Plin. l. 34. cap. 8. Dicitur enim παρὰ τὸ σφίγγειν, διὰ τὸ ἐσφιγμένα καὶ δυσνόητα λέγειν τὰ ῥήματα: *dictur a Vinciendo: sunt enim vincta, parum explicata, parum intellecta Sphingis dicta.* Statius lib. 1. Thebaidos: —— *Si Sphingis iniquae*

Callidus ambages te praemonstrante resolui.

Scribendum igitur *Sphinx* cum I ex Origine ab Etymologo praemonstrata. Extritis etiam sonoris duabus Boeoti scripsere Φίξ: & Latini *Pix*. Festus: *Picati appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem Sphingum, quod eas Dorij Phicas vocant.* Recte haec habent: sed veteris Latij more Spiritu neglecto *Picas*, & *Pix* pro *Sphinx* scriptitatum olim. Fuit Aescyli quoque Tragoedia *Sphinx*.

SPICLVM pro *Speculum*. Suidas: Σπίκλον, ὕελον, τὸ Σπίκλον. Scribe Υἅλιον, aut dialecto da locum. Lucretius lib. 3.

At contra lapidum conlectum, spiclorumq.

Ita nonnemo: ego *Spicula* reor intelligenda.

SPINTHER probius Th scribitur Σπινθήρ, quam *Spinter* absque eo. Festus: *Spinther, armillae genus, quo mulieres vtebantur brachio summo sinistro.* Plautus Menaechmis:

Haec palla, & spinther saxo vehi ferantur simul.

Iterum Plautus: *Iubeasque spinther nouum reconcinnarier.*

Priscianus l. 5. *Spinther, quod ἀκροχείριον, aut fibulam in humeros, aut armillam significat.*

SPINTVRNICEM tamen absq. illa asperitate praefert Plinius Gelenianus l. 10. c. 13. & Festus scripto Y Graiorum: *Spintyrnix, genus auis turpis figurae.* Confert ex veteri Poëta.

Occursatrix artificum, perdita spintyrnix.

Probrum iaci suetum in turpiculas, vt *Pithecium*, sic *Spinturnicium* in Milite Glorioso. Neq. ex lege, neque ex Origine dempta est Adspiratio. Nam ex Σπινθήρ, ὄρνιξ oritur. Ita enim Dores, Aeolesque pro Ὄρνις scriptitant, etiam Theocritus. Nonnemo *Spinturnicium* vult esse Σφίγγιον. Hoc a nobis facit. Alata namque priscis *Sphinx*, vt volucris videri queat, & *Ales* Senecae dicitur eiusque alae inconstantis Fortunae symbolum fuere. Quod quadrupedem, non autem iste velit, vereor, vt frustra sit. Est enim ex genere inauspicatarum auium: magis autem est, vt inauspicatae sint aues, quam quadrupedes, & ab *Auibus Auspicium*. & *Auspicari* est. *Spinturnicem*, Σπινθαρίδα dixit Santra, quod plurium *scintillarum* instar maculosa fuerit, vt quas hodie Gallinas *Pintelées* ob hoc ipsum ab hac ipsa voce dicimus. Dices, Si maculosae; decorae igitur, ac speciosae: at

Ammianus lib. 22. *Spinturnicia omni deformitate ridicula* clamat. Respondeo, etiam Plautus, & vetus ille Poëta. Nec mirum Salamandra, lacerti, crocodili varij, & maculosi sunt, nec propterea formosi. Praeterea addo ex Plinio lib. 10. c. 13. *Sed haec ipsa, quae est inter aues, qui se scirret, dicere non inuenit.* Etsi igitur ignota, opinio de aue peruagata fuit. Accessio fiat superioribus.

SPIRITALIS quatuor sillabis, non quinque *Spiritualis* veteres Libros testatus scribit Manutius. Sic *Tonitralis* a *Tonitrus*. Lucret. lib. I.

Neue ruant coeli tonitralia templa superne.

Apuleij autem lib. de Mundo editur *Tonitrualis Iupiter* vna sillaba auctius. Ita veteres Libri. *Tonitrus* autem vsurparunt Silio, Flacco, alijs. Item *Manales aquae* in Festo. At coeptum Analogiae cursum sistit *Actualis, Battualia, Bustuariae, Casualis, Palatualis, Ritualis, Manuaiis. Actualis ab Actu*, non *Actalis*. Macrob. l. 2. c. 17. in Somnium Scipionis: *Actualium vigere virtutum. Battualia*, quae vulgo *Battalia* (vnde *Battaille*, & *Batailler*) Adamantius Martyrius. *Bustuariae* moechae, vel a *Busto*, vel *Bustu* priscorum pro *Vstu*, Martiali lib. 3. Epigr. 52. *Casualis* sexcentis locis apud Priscianum, vnus de multis lib. 13. *Cum igitur omnia, quae sibi coniunguntur in diuersis posita personis casualia.* Alter lib. 15. *Quid enim est aliud participium, nisi verbum casuale.* Varro l. 9 de LL. *Prima pars casualis diuiditur in partes duas. Palatualis Flamẽ* Festo. *Manualis*. Calpurnius Ecloga 3.

Vilia cum subigit manualibus hordea saxis.

Rituales libri Festo, Prisciano, Liuio, Ciceroni I. de Diuin. Cur non similiter *Spiritualis*? Notaui in Romano Prudentij:

Rem spiritalem terrulente quaerere.

At si *Spiritualem* scripseris, Latinorum Poëtarum Consuetudine vix datum loco secundo Anapaestum posueris, nisi συνιζήσει locum dabis. Vide *Mortuale, Monstrosus*. Glossarium verus: *Saltarius*, ὀρεοφύλαξ. At in Vlpiano lege XII. D. de instr. legato: *Saltuarium autem Labeo*. Apud Spartianum Parrasius, & Salmasius *morbum lectualem* legunt Codicum consensu. Et a *Testu* apud Varronem lib. 4. de LL. *Testuaceum* a *Testu* pro *Testo*: cur non *Spiritualis* a *Spiritu*?

SPOLETIVM quatuor sillabis integratur apud Latinos, & Appianũ, Strabonem, alios. At Sigonius veteris Libri fidem testatus, & Priscianum amat tribus sillabis. Fauere *Spoletini* videntur Plin. lib. 3. cap. 14. Sed *Aretini* dicuntur ab *Aretio*. Certe fauent Sigonio nonnulli Codices prisci.

SPONGIA absque H: ψιλῶς σπόγγος, inquit Charisius, indicat etiam quibus scriptum sit *Sphingia* vel ἀπὸ τοῦ σπᾶν τὰ ὑγρά, vel ἀπὸ τοῦ σφίγγειν κατὰ τὰς ἐκθλίψεις. Homero Σπόγγοι ἐότρητοι.

SPONTINOS, quam *Spontaneos* maluere nonnulli. Ad huc exemplum scribant *Consentinum* pro *Consentaneo*.

SPOPONDI O primorem insidente sillabam in Vsu etiam doctiorum est: licet Val. Antiati scriptum sit 12. hist. lib. *Tiberius Gracchus, qui Quaestor C. Mancinio in Hispania fuerat, & caeteri, qui pacem speponderant.* Sic olim *Memordi, Peposci*, quae vide.

SQVALIDVS vnaque sillaba breuius *Squalus*. Ennius Telamone: *Strata terrae lauere lacrymis: vestem squalam, & sordidam.* Inde Accio *Squalitas*.

SQVALOR depulso altero L: *squalere enim dictum a squamarum crebritate, asperitateque quae in serpentiumque, piscimmque corijs visuntur*, inquit Gellius l. 2. c. 6. Adstruunt eandem scripturam Libri, & Lapides. Romae in foro traiani:

SORDIVM. SQVALORE. FOEDATVM. ET. MARMORVM
NVDITATE. DEFORME

Simili modo *Squaleo, Squalidus*. Ennius Telepho:

—— *Squalida saeptus stola.*

Sed & *Squaldus*, vt *Soldus*. Nonius ex Ennij Telamone:

Elauere lacrymis vestem squaldem, & sordidam.

Nonnulli vdam duplicant Origini parentes. Est enim *Squallor* a *Squalla*; hoc autem nascitur de *Squama*, quasi *Squamilla*, indicatque Gellius. Sic apud veteres *Squalitas, Squalitudo*.

SQVAMA vnico M, Libri veteres, ac Virgilius Carpensis. Alij *Squamma*, vt *Flamma* geminante tripede literula.

SQVILLA Varroni, *Scilla* Σκίλλα Dioscor. l. 2 Hippocrati lib. de Superfaetatione.

STANNEVS. Etiam per G *Stagneus*. Glossae: *Stagnea*, κασσιτερινά. *Stagneum*, Κασσιτέρινον. Scribonius Largus: *Pyxide stagnea, vase stagneo.* Priscianus medicus: *Plumbeus, Stagneus*. Pand. Florent. *nummos stagneos*, quos vt probos expendunt, probantque gemina literatorum lumina Iac. Cuiacius lib. 11. Obseruat. c. 1. & Erycius Puteanus libello nupero in Ratione pecuniae R.

STALAGMIVM per M, non per N *Stalagnium*, ἐκ τοῦ σταλάζειν, a *Stillando*: genus inauris

auris est *Stillam* referens, seu σαλαγμόν. Plautus Bacchidibus.

Pondo duum nummum stalagmia. Caecilius:
Ex aure eius stalagmium domi habeo.

STACTA, STACTE. V Volum.1. vbi de Variantia. Adde ex Theophrasto de Odoribus. Στακτὴ γὰρ καλεῖται διὰ τὸ μικρὸν στάζειν, ὃ δὴ μόνον τινές φασιν ἁπλοῦν εἶναι, καὶ ἀσύνθετον τῶν μύρων.
Columella in Horto: *Sed melior Stacte, ponatur Achaica myrrha.*
Plautus Curculione: *Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum, & casia es.*
Hesychius Στακτὴν, τὸ ἀπὸ σμύρνης γινόμενον interpretatur: *Stacten, a myrrha profluentem.*

STERCORATOS AGROS veteres dixisse, non *Stercoratos* cum E notat Cassiodorus, & Beda. licet Bedae nomine liber de Orthographia *Stercoratos agros*, non *stercoratos*, praecipiat. V. *Pigueris.*

STERCVLINIVM, quam *Sterquilinium* velim. Lexicon obsoletius: *Sterculinum*, κοπροδοχεῖον, κοπρία. Origo condocefacit, haud apertissime docet: nam veteribus fuit *Sterquus*, vt *Arquus*, a quo *morbus Arquatus*: vnde non improbabiliter fluxerit *Sterquulinium*. Postilla etiam *Sterquilinium*, & *Sterculinium*, vt *Arcitenens* pro *Arcutenens*. Ita Cato. Brissonius Παρέργων libro singulari *Sterquilinum* vulgo adsignat: Pandectis Pisanis, *Sterculinum*: Catoni de RR, c.5. Terentij Libris Victorium, Fabriciumq. testatus *Sterculinum* e variante secunda, totidemque sillabis. Et apud Catonem variant editiones.

STERCVLVS in S. Laurentio Prudentij lege metri scriptum iure admitto:

Ianum bifrontem, & Sterculum
Colit Senatus ——

Idem D. August. l.18. de Ciuit. c.15. *Sterce.* Sed cũ nomenclatio venerabilis dei sit a *Stercore*, placet *Sterculus*, quam *Sterce*, quod tamen etiam sic scriptum Augustino credo. Deinde cum Romanorum nomina fere omnia in *Ius* exeant, quod notatum ijs, qui cura impensiore Romanorum appellationes perscrutati sunt, enatum est *Sterculius* quatuor sillabarum stadio. Ita Macrob. l.1. Satur. c.7. nisi quod in editione nouissima substituitur *Stercutius* per T, totidem sillabis. Eodem modo Plin. l.17. c.9. a Gelenio. Ita legit per T in Isidoro l.17. c.1. Brissonius libro singulari Παρέργων, vbi tamen Grialus cum L reponit *Sterculius*. *Stercutus* autem tribus sillabis cum T mihi duriusculum: etsi agnoscit Pamelius.

STERILAM Antiquitas: Latium recentius *Sterilem*, Festus. Pamelius Tertulliani Codices, vti Lactantij lib. 1. cap. 20. notat variantiae. Denique loco supero ipse quoque Augustinus per T quatuor sillabis *Stercutium* ponit.

STERNVMENTVM, STERNVTAMENTVM Plinij l.25. c.5. scribitur. Rectene? Quippini? Nam a *Sternuo* prius esse potest: alterum a *Sternuto*. Legas vel hoc ipso in Plinio lib. 26. c.6. *Theophrastus senes laboriosius Sternuere dicit.* Catullus: *Dextram sternuit approbationem.*
Propertius: —— *Sternuit omen Amor.*

STESICHORVS adspirate. Codices aliquot Eusebij MSS. leuigant. quid tum? pondus eorum stipula leuius.

STHENELAVS, STHENELAS, STHENELVS, STHENELEVS prorsus varie. Vide *Archesilas*, & Pontacum in Eusebij Chronica. Spiritum respuunt Maro in 2. Aen. Pausan. 2. Corinth. Euseb. in Chronicis.

STILICO diuulgatur. In MSS. Delrl *Stilicho*. Sic opinor rectius, & formari potest e Photio Στιλιχών. In aedibus Capranicorum:

FL. STILICHONI. V. C. Item:
FL. STILICHONI. INLVSTRISSIMO. VIRO

Et cum N finali ὑστεριχώτερον Inscriptio in Hispania:

L. POSTVMIVS. STILICON

STILLIONEM *dictio ad similitudinem stillarũ*, Caper in Orthographia. Sed & per E vtrimque hoc loco scribi nil vetat: ita vt de Capri manu quisque iure ambigat, praesertim cum passim legatur *Stellio*, a *Stellis* vtique quas colore referre videtur. At Festus concordat cum Capro ex Verrio, quod *virus stillet cibo potius*. Ipse nihilominus Festus ante *Stellionem* ponit *Stellatina*, post *Stellionem*, *Stevens*, ita vt series clamet per E *Stellionem*.

STILVS. V. *Stipes.*

STINGVO cum V ante O, non *Stingo*. Hoc argumento compositi *Exstinguo*, non *Exstingo*. Sic *Restinguo*. Ita inaratum Lucretij l.1. *Ignis in coetu stingui, mutareque corpus.*
Priscian. lib. 10. —— *Nec longa vetustas. Interimet stinguens praeclara insignia coeli.*

Pinc

Puto S praeiectum esse, vt in *Strena*, *Stritano*, fierique a Graecorum πίγγω: cum namque madesit ignis, vere ac proprie *exstinguitur*. Hoc si est, S in simplici, aut compositis non erit Originale. Alij a Στίζω, ratione quidem minus commoda: non tamen literarum repraesentatione.

STIPVLIS *crepitantibus ignis*, Maroni, aut Silio, passim, & recte. Calendarium vetus:

STVPVLAE. INCENDVNT

Tam vero id ἀνάλογον, tam ἀνάλογον, quam *Obstupeo*, & *Stupidus* a *Stipes*. Neque Origo notha. Sic *Titubat* Glossae: *Titibat* Σφάλλεται, Βαμβαίνει. Item: *Titubat*, Πταίει, Σφάλλεται, Σχάζει.

STIPES I Latiari. Postulabat Origo literam Pythagorae: sunt enim Στύπη, τὰ στέλεχη, Etymologus in verbo Ὀρέστυπος. Lycophron: Στύπος δρυός. Sic hodie *Stilus* pro *Stylo* scribunt.

STLATA, STLATARIA Prisciano lib. 3. *Stlatarius*, *Stlembus*, *Stlitis* aequis literis veteres effigiarunt, redundantibus posteri. In XII.

PRAESENTI. STLITEM. ADDICITO

Val. Probus libro de Notis: STLITIBVS *pro Litib. quod inuentum est apud Ferentum in ciuitate Histriae.* Fl. Caper *Stlataris siue C litera scribendum est a Stlata rate piratica.* Confirmat vniuersa haec Festus additis *Stloco*, & *Strena*, in quo posteriore S fit additicium. Item *Stritano*. Quintilianus lib. 1. cap. 4. *Quid Stlocum, Stlitesque?* Tarracone Inscriptio:

STLITIBVS. IVDICANDIS. QVAESTORI. VRBANO

Glossae ab H. Stephano: *Stlatarius*, ἐργόμυχος. In Antonij Winghij Epigrammatis:

T. MVSSIDIO. POLLIANO
COS. PR. PRO. COS. PROVINC
GALLIAE. NARBON. TR. PLQ
X. VIR. STL. IVDIC. CVR. VIARVM
PRAEF. FRVMENTI. DANDI. EXS

STORAX, STYRAX. Hoc posteriore modo iugiter Plinius, priore Virgilius:

Et storace Idaeo vinctos persusa capillos.

Terentius in Adelphis, vbi Donatum vide.

STOREA ἐκ τοῦ στορεννύειν videtur rectius, quam per I *Storia*. V. *Calcius*, *Dolium*.

STREBLITA, placentae genus per E & *St*, ἐκ τοῦ στρεβλοῦ. At Turnebo placet l. 23. c. 10. *Scriblita* a *Scribendo*. Hausisse potuit Turnebus ex Philoxeni Glossis, in quibus *Scriblita*, Ἔγχυτον, Πλακοῦς.

STRENA vnico N: alij geminant. Vide *Stlata*. *Stinguo*. Symmachus epist. 28. *Ab exortu paene vrbis Martiae, strenarum vsus adoleuit.* Tertull. lib. de Idolol. Plaut. in Sticho.

STRENVVS vnico N Aldus, Liber Langij, Fasti Giselini. D. Aug. 4. de Ciuit. c. 11. ponit deam *Streniam*, quae *Strenuum faciat*. Nonius: *Strena dicta est a Strenuitate*. *Strenuus* forte quasi *Ternuus*, vt sit quoq. *Nauitatis* precium in *Strenuitate*. Alij *Strennuus* duplici liquida.

STREPSICEROTES rectius, quam *Sterpsicerotes*, aut *Stersicerotes*. Graeci Στρεψικέρωτες, *a cornibus rugarum ambitu contortis*, inquit Plinius.

STRITAVVS pro *Tritano* veteres scripsere, Festus.

STROPPVS, STRVPPVS. lute suo vsi Latini duplicando mutam, cum Origine simplex poscatur στρόφος. V. *Sopus*.

STRVTHEA in Duzica Plauti editione. Locus in Persa: *Commisce mulsum, struthea.* *Struthium* per I apud Macrob. lib. 3. cap. 19. Vtrumque rectum est: nam V su promiscuo Graecis Στρούθεια, & Στρούθια. Sic Athenaeus, & Dioscor. l. 2. Στρούθιον γνώριμόν ἐστι, *Struthium, nota res.* Similiter *Alexandrea*, *Alexandria*.

STRYCHNO, *quam quidam Trychnon scripsere*, Plinij manus lib. 21. cap. 31.

STVPPA duobus PP. Iosephus: Πληρώσαντες ἢ στύπης σύστροις. Virgilij Romanus Codex, alijque aliquot Antiqui:

Stuppea torquentem Balearis verbera fundae.

In 2. *Stuppea vincula collo.* Pollucis editiones locis aliquot variae sunt. Festi *Stuppa*. V postulat Origo a τύφω: vnde φύλλα στυπτικά Dioscoridi lib. 3. Sed & *Stipes* & *Stipo* Latinis inde sunt. Et correspondet quantitas syllabaria: quamuis *Stupeo*, *Stupidus* primorem contrahant. *Stupa* vnico P a *Stipando* inclinant, Iunius, alij. *Stipa*, vnde *Stipatores*, qui *Stuppa* naues firmant apud Seruium. Metaphora a nauibus, in quibus *Stuppa* interponitur vasis, quam *Stipam* dicunt.

STYLVS, στῦλος. Gifanius *Stilus* I Latiari. Itaque est plerisq. Auctorum editionib. *Peristylum* Y Graiorum in Ausonij Mediolano:

Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis.

In Prologo Andriae *Oratione*, *ac stylo* excudente R. Stephano, & apud Donatū cū Y Pythagorico.

STY-

STYRAX. Dioscor. l. 1. Στύραξ δάκρυόν ἐστι δένδρου. *Styrax, arboris lacrima.* Sic Plinius. Serenus:

Aut styracem torres, aut diri vulturis alam.

Per O *Storax* in officinis, & apud D. Ambros. lib. 2. de Jacob cap. 4. *Per storacem significatur incensum.* Jbidem: *Potaturis omibus virgam storacinam.* Maro:

Et storace Idaeo vinctos perfusa capillos.

Vide Donatum in Terentij Adelphos.

SVANI Plinio: Σόανοι Straboni lib. 11.

SVAVIOR. sed & *Suauio.* Pomponius Munda:

Ego illam non amplectar? non suauiem?

SVAVIVM cum *V* in prima quatuor sillabarum non displicet, cum sit a *Suauis.* *Sauium* tamen tribus sillabis prorsus scribendum putat Gifanius ex Libris Plauti, Terentij, Horatij, Prisciani. Jtaque scribitur in Apuleio lib. 2. de AA, edente Vulcanio; *Sauiolum,* & *Sauiari,* & Plauti sexcentis locis, ex Douzica editione. Casina:

Sauium posco ··· nec quietum dare sibi sauium me sinit.

SVBSICIVA a *Subsecando*, siue, vt priscis placuit, *Subsicando.* Jsidor. l. 15. Orig. c. 13. *Subsicina sunt proprie, quae de materia praecidens sutor* [cur non marmorarius?] *quasi supernacua abijcit. Inde & Subcisini agri, quos in pertica diuisos recusant, quasi steriles, & palustres.* Jtem *Subcisina, quae in diuisura agri non efficiunt centurias CC.* Sueton. c. 9. Domitiani: *Subsecina, quae diuisis per veteranos agris carptim superfuerunt, veteribus possessoribus, ut vsucapta concessit.* Nonius: *Subsicinum, secundum, sequens.* Lucill. lib. 28.

Praeterea haec subsicina, siquando voles operam.

Gellius eo modo lib. 13. c. 23. *Quas subcisiuo, atque tumultuario studio colo.* Prosequitur Nonius: *Subsicinum* positum pro *Succedens, succedaneum.* Confert ex Cicerone de Orat. lib. 2. *An se haec nescire, quae ego fero subsicinis operis, vt aiunt.* Sic pro *Succedente* S. Cyprianus lib. de Zelo, & Liuore: *Si hominib. laetum est, & gloriosum filios habere consimiles, & tunc magis generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus suboles subsicina respondeat.* Sic Cambronensis Liber, & Manutij *Subcisina.* C, & S de loco concedentib. At Morellius hoc loci maluit *Subcesina.* Libros alios nihil moror, quib. est *Subciditia, Succidina, Succedina.* Rhodiginus lib. 4. c. 3. scribit *agrum Subcisinum a Subsecante linea* testatus Agenium Vrbicum. Cur non igitur *Subsicinum?* Pithoeus *Subsecina* inscripsit. Veteres *Sico*, post *Seco.* Sic hi *Subsecina*, in quib. Cuiacius obseruationum Libris, alibique.

SVBIICES, OBIICES scribunt Gell. l. 4. c. 17. Sulpicius Apollinaris.

SVBICIO veteres, & Poëtae, quibus in Vsu quoque *Subijcio*; Maro:

Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus.

V. *Conijcio, Inijcio, Obijcio.*

SVBLA, Ὀπήτιον, Περόνη, Lexicum Latinogr. vetus. Martialis tribus sillabis:

—— *Tribuit subula, sica rapit.*

SVBLAQVEVM scribit Plin. lib. 3. c. 11. & Tacit. l. 14. Hist. *Sublacum* per C rescripturit Hermolaus Barbarus, & Lipsius *Sublaceum* serio scribit. Vtrique imponit Origo. Etsi enim a *Lacu*, non inde stabit C in eo composito: veteres enim, vt saepe iam monuimus, *Lacus*, *Laquus* scriptitauere. Et Barbarus dubitantius effatur: *Vt videri possit Sublaco potius, quam Sublaqueo legendum.* Quo dicto: *Ergo Sublaqueum a Lacu, & Laquearia, & verbum Ablaqueare deductum est.* Vide *Oblaqueo.* Ego vero neque Frontino *Sublacensem* villam adimo, neque Aimoino *Sublacum.* Sed *Sublaqueum* vt rectum vindico. Scio C, & Q prope eadem, & inuicem sedes migrare. Sic a *Torquendo Torcular* per C conficitur, & *Oblaqueo* scribimus a *Lacu.* Jsidorum vide lib. 17. Orig. cap. 5. Jta positius scribas: nam *Ablaqueo* proletarium, & pastorale. Jn Kalendario vetere ARBORVM. OBLAQVIATIO. Sic a *Stercus Sterquilinium*, ab *Incolendo Inquilinus*, a *Sanco Sanqualis* auis, pro *Sancalis.*

SVBLICVS, SVBLIQVVS. Vide *Antiquus.* Vetus Auctor: *Omnem autem summitatem metiendi obseruationes sunt duae enormis, & liquis, &c. Liquis quae laboris minuendi causa. & falsa rectorum ratione angulorum secundum ipsam extremitatem extenditur.* Ab eadem Origine *Obliquus.* Jtem *Sublicius.* Festus: *Sublicium* pontem quidam putant esse appellatum a *Sublicib.* Mox: Ab alijs Auctorib. *Sublices vocantur*, quod sub eis a *qua liquens* laberetur. Naeuius: *Quam liquidum sublicio tranat ponte amnem.* Glossarium Latinograecum ab H. Stephano: *Sublices*, χαρακῶγες, ἐν τῷ ποταμῷ γεφύρας ὑποβαστάζοντες. *Sublices in fluuio pontem sustinentes.*

SVBLIMIS rectissime. *Sullimis* duabus Liquidis plerique veteres Antiqui Codices habent

Georg. 1. —— *Sullimis in aethere uisu.*

SVBMITTO, SVBMOVEO cur non scribamus? Quippe vetamur satis Prisciani,

qui

qui lib.14. *Submutat B in sequentem consonantem, quando a C, vel, F, vel G, vel M, vel P incipiant ea, quibus adiungitur, vt Succumbo, Succurro, Sufficio, Suffero, Suggero, Summitto, Summoneo, Suppono, Supparo.* Tantundem Alcuinus in exitu Grammaticae. Papirianus: *Summonit, Sumministrat.* Beda: *Summittit.* An etiam *Summolestus*, non *Submolestus*? *Summisse* quoque duplicato sibilo est Pandectis Florentinis. In sepulcro Plautij: OBSIDIONE. SVMMOTO. Item in veteribus Epigrammatis.

SVBREPIT *non intellecta senectus*, in Horatio recte. *Subrideo* etiam vulgo recte. *Nec vnquam sequente R litera B corrumpitur*, inquit Papirianus.

SVBOLES per V in prima vt scribamus, propemodum vis est. Origo flagitat a *Sub*, & *Olescendo*. Vide *Adolescens*, *Etymologia*. Proportio *Subinanis, Subamarus, Suboffendor*. Libri veteres, & Virgilij Codex Romanus ibi:

Cara deum suboles ——

Lucret. in 5. *Sine virum suboles, sine est muliebris origo.*

Priscae Inscriptiones. Ad Aesculapij, vbi nunc D. Bartholomaei templum:

ET. FACIET. SVBOLES. MVLTOS. MEMORATA. PER. ANNOS

Epitaphium Sidonij:

MVNDANOS. SVBOLI. REFVNDIT. ACTVS

Auctores prisci, Festus, Adamantius, Pandectae Florentinae apud Brissonium Παρέργων Libro singulari, B. Germani Lexicon, Lucani Liber minus collegij S. Iacobi apud Leodicos, & alter Pulmani.

Vide Carrionem in lib. 3. Val. Flacci. Denique *Suborbona* a *Subole orbanda* videtur dici apud Cyprianum lib. de Vanitate Idolorum. Ita ibi scribi summa Codicum consensione testatur Pamelius doctrinae segregis vir. Frustra reponunt *Orbona*, de qua nos anterius. Lexicum Cyrillo inscriptum: Γονὴ, *Fetus, Progenies. Proles, Suboles.* Ibidem: Ἐπιγονὴ, *Suboles.* V. *Adolescens.*

SVBPLEX in Bacchidib. agnoscit Passeratius sc. *Atridae.* Non id equidem a Plauti ingenio alienum: aliter tamen est Libris meis. V. *Suppar.*

SVBSCVDES, SVSCVDES Budaeus ambifariam scribit. Alij *Sucudes.* Omnium optime *Subscus, Subscudes.* Pacuuius:

Nec vlla subscus cohibet compagem.

Plautus Adstraba: *Terebratus multum sit, & subscudes additae.* Cato c. 18. *Subscudes iligneas adindito.*

SVBTEGMEN cum G prisci, recteque moris est, vt *Fragmentum*, & *Albegmina* Festo *Subtemen* omnium veterum est testificatione Casauboni ad Capitolinum: ipse nihilominus *Subtemen* antefert, & Pierius ex Charisij lib. 1. a quibus non recedo. Seculis namque sequioribus ita visum politius. Eo fit, vt Carrion in lib. 6. Val. Flacci MSS. Libris *Subtemen* tribuat, non quidem mediae aetatis, sed vetustioribus, aitque in duobus calamo exaratis lib. 7. Papinij esse:

Et rubet imbellis Tyrio subtemine thorax.

Ita & apud Horatium Lambinus in eo:

Vnde tibi reditum certo subtemine Parcae.

Varro l. 4. de LL. absque G. B. Germani Lexicon: *Subtemen*, κρόκη ῥοδάνη. Etsi Ciofani Ouidij Liber antiquior, & Prisciani cum G. Est & *Subtegmen* pro *Subtegimen* apud D. Augustinum in Grammatica, interior pannus, quo vestis suffulta est, commodi, aut ornati causa. *Tegmen, & Subtegmen* Pandectae Fl.

SVBVRRA. Vide infra *Succurra.*

SVBVS sat crebro, & *Suibus.* Lucret. l. 6. —— *Setigeris subus acre venenum est.*

Ibidem: —— *Eadem subus haec iucunda videntur.*

Varro l. 1. de RR. *Sed etiam ad cibum, ita bubus, & subus, vt fiant pingues.* Plin. l. 11. c. 53. *Subus serpentes in pabulo sunt.* Nota V in *Subus*, non minus, quam insecuta vocali corripi.

SVCCIPIO vncinatis duobus elementis in desitorum classe esto: quamuis Vel. Longus dicat: *Aliud est enim amicum suscipere, aliud aquam succipere.* Quem sic interpretor, vt amicum *Suscipere* sit Suauiari, δεξιοῦσθαι, & fronte recta accipere. Veteres *Susum*, vnde *Suscipere* videri possit. Sed *aquam succipere a Sub, & capio,* subiecta scilicet manu. Verum & hoc est amicum suscipere, complecti, manum, brachia pectori subijcere, & sic eum *Succipere* cum Longo. Quare vox vna eademque vtroque loco. *Succipere* ergo Antiquitati condonemus, aut Bedam suspiciamus in Orthographia. *B quoque in S transire solet, inquit, multis in locis, vt Sustuli, Suscipio, Sustineo, Suspendo.*

SVCERDA vnico C. vt *Mucerda.* Persuadet sillabae modus. Lucilius:

Hic in stercore humi, fabulisque, fimo, atque sucerdis.

Quod

Quod e *fribus, maribusque* excernitur. Vulgo geminant eum Festo, etiam Adr. Iunius.

SVCVRRA olim, quae post *Suburra*, Varro lib. 1. de LL. Fabius lib. 1. c. 7. Festus. Ex eo more *Sucurrana tribus* Festo. Ibidem Auctores caninam duplam faciunt in *Suburra* cum Prisciano. Appiani lib. 1. Ciuilium vnica reperitur, Συβοῦραν ὁδόν. Festum audisse iuuerit: *Suburram Verrius alio libro a pago Succusano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritate, qui aiunt ita appellatam, & regionem vrbis, & tribum a statiuo praesidio, quod solitum sit succurrere Esquilijs, infestantibus eam partem Gabinis. Indicioque esse, quod adhuc ea tribus per C literam, non B scribatur.* Indicium facit Quintilianus compendio SVC, quod priscis *Suburram* indicabat.

SVCCIDANEAE hostiae a *Succidendo* per I, non E a *Succedendo*. Amplius Gellius l. 4. c. 6. Etiam in Plauti Epidico:

Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
Vt meum tergum stultitiae tuae sub' das succidaneum?

Manifestaria namque est ad hostias allusio. Alias *Succedaneum* suo in significatu admittendum, vti apud D. Ambrosium lib. 3. Hexaëm. c. 17. *Folia sua saepe commutant: nec ea quasi diuturna, sed quasi succedanea praetendunt suae arboris pulcritudini.*

SVCVS, non *Succus* scribendum videtur ex Analogia, inquit Andr. Brabantus, nec vllam ponit. Mart. Delrius Notis ad Nuptias Honorij loquens de Claudiani MSS, ait in omnib. eiusdem aetatis MSS. scribi vnico C. Adde Virgilij Libros antiquos. An vero Brabantus Analogiam hanc voluit vt *Lucus, Fucus, Focus, Pecus*: sic *Sucus*? Cur non reciproca vi, vt *Muccus, Soccus, Saccus, Siccus, Coccus*: ita *Succus*? Geminitudinem Consuetudo corroborat. Dicto ex Origine, aliquid dicere videri posset. Verba Donati in Eunuchum: *Succus proprie, quasi Sugus, quem sibi ex alimentis membra sugunt.* Ingenue tamen fateor Antiqui Latij scriptionem fuisse vnico C. Persuadeor, non tam Origine (nam saepiculae soboles a parente alienatur) quam veteri Consuetudine, qua Consonae non reponebantur. Sic veterib. Glossis est: *Sucidalana, Succida.* Verum Consuetudo alterum C ferruminauit. Prudentij editio nouissima Hymno V.

Succum lenteolo suggerit ebrio.

Neque rationem vllam suggerit Notarum farrago.

SVEVI populi passim recte. Nec male vetus Codex An. Senecae nobis obijcit *Suebi*. Nam apud Dionem 51. lib. Σύηβοι, & apud Ptolemaeum Σύηβοι deraso pusillo O.

SVFFENAS vnico F Inscriptiones variae. Sic & Festo *Sufes*.

SVGAMBRI in lib. 2. Taciti, & 12. perpetuo tenore a Lipsio est, qui lib. 1. c. 6. Antiq. Lect. fidem Librorum veterum implorat. Ita Ptolemaeus, & Strabo. Elias Vinetus politioris scripturae vir curiosissimus *Sicambri* in lib. 4. Flori, nec ignorat Συγάμβρους. Sic prope Budam Hungaricam Inscriptio:

LEGIO. SICAMBRORVM. HIC. PRAESIDIO
COLLOCATA. CIVITATEM. AEDIFICAVERE. QVAM. SVO
NOMINE. SICAMBRIAM. VOCAVERVNT

Sugambros alios legas Iustini lib. 12. ad oceanum Indicum.

SVGGILLO duplicato G. Ita Origo postulat. Consentius in Arte: *Interdum quasi diminutionis speciem gerunt, cum sint frequentatiua, vt Sorbeo Sorbillo; Suggero Suggillo.* Varro lege Maenia: *Contra lex Maenia est in pietate, ne filij patrib. luci claro suggillent oculos.* Alij a Συγγιλῶ, Corrideo. Iol. Scaliger a *Cinnus*, & *Cyllus*, & duplices vdas affert, & G agnoscit. Lipsius in Epist. 13. Senecae G solo, duob. LL, alijsque. Festus: *Suggillatum dici existimant ex Graeco vocabulo, quod ea pars, quae est sub collo, κύλον ab ijs dicitur.*

SVGRVNDIA Codices multi, & *Suggrundia* multi. Pandectae Florentinae *Sugrunda*. In B. Germani Lexico *Sugrunda* vna syllaba minus, & exponitur ἐκθέτης. *Suggrundae* Varroni lib. 3. de RR. c. 3. *Apes enim subter suggrundas ab initio villatico vsae tecto.*

SVLLIMEM postponit τῷ *Suslimem* I. Scaliger l. 1. de Causis LL. *At Sullimus in aëre Nisus* Georg. 1. habent plerique Codices antiqui. Veteres *Susum* pro *Sursum*, proxime dicebamus, & ἀποκοπῇ *Sus*. Hinc *Sustollo, Suslimus*. Sed haec fuere. Quis enim ille Antaeus, qui pugnet adamantinae Consuetudini? Consuetudine *Suspendas* exigitur, esto Plauti sit in Asinaria:

Suppendas potius me, quam tacita haec auferas.

Pari exemplo *Suspicio, Suslinco, Suscito*, susum eito. Naucine ergo *Sublimis* cum B? Dic ex *Super* fieri, verso P in B, & pax esto. Manifestius ita vertitur *Super* in *Suppendo*.

SVLPHVR, non *Sulfur*, vt *Triumphus*: licet per F notet Carrion io lib. 1. Val. Flacci. *Sulpur* absque H scriptionem nostram indicat. Sic autem absque H praefert Virgilius Carpensis, ac Vaticanus, & Pandectae Florentinae, similiter vetera Catonis monumenta teste Victorio. Inde *Sulpurata* in L. 55. D. de Leg. lib. 3. inquit Brissonius libro Παρέργων, & *Sulpurariae* pro *Sulphuris fodinis* in L. 52. *Si sulpurariae*, & lib. 50. iterum *Sulpurata*. Philoxeni Glossae: *Sulpor viuum*, Θεῖον ἄπυρον. Vt olim *Ebor*, post *Ebur*. Est qui *Sulpur* opinetur concretum ex Ὅλον πῦρ. Vtut sit Vsu Spiritus poscitur.

SVLPICIVS cum C, Libri veteres, Graeca Consuetudo, Lapides Capitolini, atq. alij. Ex Capitolinis:

C. SVLPICIVS. SER. F. L. N. LONGVS

Cum T Romae in S. MARIA: C. SVLPITIO. ONESIMO

Item: SVLPITIAE. OLYMPIADI

V. *Patricius*, *Propitius*.

SVMENALIA, ἱερεῖα recte Coelius, Liba farinacea. Scribunt alij per A *Sumanalia*.

SVMMANARE, non *Submanare* dixit Plautus pro *Sub manum trahere*, *furari*. B mutari in M tradit Priscianus lib. 1. prolatis exemplis *Summitto*; & *Glomus* pro *Globus*. Sic & *Summanus* Vicetiae in monte Summano:

PLVTONI. SVMMANO

ALIISQ. DIS. STYGIIS

Vide *Submitto*, & sequentia.

SVMMERSASQ. *obrue puppes* Aen. 1. Libri non pauci. Alij *Submersas*. Vide *Submotus*.

SVMMINISTRAT Vel. Longus in Orthographia. Vide *Submotus*.

SVMMVTAVIT *adiuncti verbi primam literam praepositio commutauit*, inquit in Oratore M. Tullius Cicero. Quo *Auctore* quis a superiorib. recedat? Sed anne vetustius, quam vt sequare *Sumicit* pro *Subjicit*? Magisne id ἀρχαϊκόν, an χρονικόν? Id volunt in Lucillio:

Vt veles bonu', sub vitem qui sumicit hastas.

SVMSI, SVMTVS, vtut senserit Papirianus posuimus ante. *V. Emtum*. Gifanius in epistola ob hanc scriptionem *Victorinum* nimis accuratum, & praeter aequum curiosum vocat. An ergo homines, aut mente quassa quaeritat, aut rationis expertes? Romae vetus Inscriptio ad hortos Bellaianos:

SOMNIO. MONITVS. SVM

TV. SVO. D. D.

Aliae saepissimae Inscriptiones cum P, & Beda expressim P flagitat. Recte Prudentium referunt Hymno IV.

Pastis visceribus, ciboque sumto.

Cur ementiuntur ibidem?

Quae circumfremit, ac vorare temptat?

Hoc ineptire est.

SVPELLEX duplici LL contra Lapidum fidem. Item duplici PP, inquit Beda. Affirmari potest e Celso lib. 19. Digestorum. Labeo ait Originem fuisse *Suppellectilis*, quod olim his, qui in legationem proficiscerentur, locari solerent, quae *sub pellibus* vsui forent. Si autem cum Turnebo quis sentit, vnico P; alia ab Origine. A *lectis* scilicet, vt initio conferentur ea, quae *super lectos*, vel cubiculares, vel discubitorios poni solerent. Tunc vnico P, & duob. LL, R transeunte in L prius. Certe vnicum P adhibent Poëtae. Anne voci integrae? Sic integrat Consuetudo: Adeo vt dato ex *Sub pellib.* vocem confieri, B deteri potuit, & simul non mutari.

SVPERCILIA, *Cilia* I Latinorum: etsi dicuntur Graecis Κῦλα, & Ἐπισκύνιον teste Eustathio in Odyss. Ψ. *Vnde* & Κυλοιδιᾷν.

SVPERFICIO recte pro *Superficie* Romae in aedib. Maffeiorum?

CVM. SVPERFICIO. INSVLAE. COMPARAVIT

Cur minus quam *Diluuiam* Maroni, *Diluuies* Horatio? *Praesaepes, Praesaepium*? Cur non *Superficium*, vt *Orificium*?

SVPERGREDIOR Vsu receptissimum, optimumq. est. *Supergradior* per A scribunt Apuleij *Apol.* 1. & Quintiliani lib. 6.

SVPERVACVVS, SVPERVACANEVS. Aliud est *Superuaganea*, i ad Festum. A *Vagando*, auis epithetum.

SVPPAR duplici P, Priscianus, & Competentia, *Supprimo*, *Suppromus*, mille talia. *Subpar* B sillabam primam absoluente Passeratio placuit, nec debuit.

SVPPENDAS *potius me, quam tacita haec auferas*, Plautus ἀρχαικῶς scripsit in *Asinaria*. V. *Sullimen*.

SVPRA, vel *Supera*. Vide de priscorum Orthographia.

SVPPREMVS duplici P, Saxis adstrepitantibus. Ennius:

Suppreme belli, & armorum Mauors potens.

In Legibus XII. *Sol occasus suppreme tempestas esto*. Alij Scriptores nec pauci numero, nec dignitate imi vnico P *Supremus*. Non est *Supremus* a *Superior*? Vnde istud P supernumerarium? An compositum rentur, vt *Sublime*?

SVPTER per P, non B scribendum Curtius Valerianus, & Cassiodorus praecipiunt. Haut socius adiungor.

SVPTILE veterib. Libris, ac Monumentis Becmanns arrogat. Romae ad S. Petri:

ADQVE. ARTE. SVPTILISSIMA

Sic est etiam lib. 28. D. *Suptili iuris regulae*. Vide *Optinere*. *Subtile* per B scriptione passali, & recta.

SVRDVS recte. Notissima Variantia Pandectae Pisanae lib. 28. *Sordus, mutus testamentum facere non possunt*. Ibidem sequenti L. per V.

SVRRIPIO, non *Subripio* ad exemplum *Surrepo, Surrigo, Surrectus, Surrogo*. Priscianus *Surriplo* per R geminam. *Surpio* trib. relictis sillabis scribit Horatius:

Quae me surpuerat mihi.

Alibi: *Vnum me surpite morti.*

Cur minus quam *Surgo*, ex *Surrigo*? Maro:

——— *Tot surrigit alas*. V. *Auctoritas*.

SVRRENTVM, *& pauper sulci Cerealis Anella*, Silius lib. 8.

Lib. 5. ——— *Zephyro Surrentum molle salubri*.

Per V, ac geminum RR. Quidam per I vmeo R. *Sirentum*, quod a *Sirenibus* orta sit nomenclatio. Plinius in ipso promontorio *Sirenum* sedem collocat, & Statius in *Surrento* Pollij:

Est inter notos Sirenum nomine muros.

Quid si haec dicantur adspectu nobilitatis, & famae loco per *Sirenas* additae? Quid si ἀπὸ τῶν Συῤῥεόντων ὑδάτων *Surrenti* sit vocabulum? Hic enim aquis, & amnibus omnia circumfluunt.

SVSCENSERE repraesentauit ex fide veterum Tullij Librorum Victorius, & Philoxeni Glossae: *Suscenset*, Καλεμαίνεται, Αἰτιᾶται. Μνησικακεῖ. *Desurit, Incusitat, Iniuriae meminit*. Nimis hoc a Consuetudine alienum, Faërno placuit. *Suscenturio*. Ego cum vulgo *Succenturio* praetulerim, & *Succenseo*.

SVSIS, SVSA neutrieum passim obuium. Sed & sic, & *Susae* varianter a D. Hieronymo scribitur in 8. & 9. Danielis caput.

SVSSPICIO, SVSSPICOR non scribo: & si vtrimq. a *Susum*, siue *Sursum*, Priscian. l. 1. Ab eodem *Sustineo, Suspendo, Suscito*: non a *Sub*, quod Cassiodoro sedit. V. *Susum*.

SVSVM pro *Sursum*, Priscianus lib. 1. Cato, Pandectae Flor. Amplectitur Brissonius persuasus a *Sus* ductum *Susum*. Ita fere semper in MSS.: Varronis inuenit P. Victorius: in quo tamen excudendo sui se temporis Consuetudinem secutum profitetur.

SVVERTIT, SVVOLVIT, Marius Victorinus. Nimis hoc delicatum. Aude *Subuertit*, *Subuoluit* prorsus effari.

SYCOPHANTOR quatuor omnino sillabis exaratum est in Plauti Trinummo. At Palmerius in Spicilegijs quinque *Sycophantior*.

SYDON. Errato puerili in hanc vocem inuasit Y Graecum in Eusebij Chronicis. I ad Pontacum virum agentem, quod agit, literatissime.

SYLLA. Nam *Sulla* antiquius est teste Cassiodoro, & exinde cum Romani a literis Graecis alieni, libenter V pro Y enunciabant. Itaque *Phruges, Purrus* dixere, Cicero in Oratore. *Purrum* semper

semper Enniut,nunquam Pyrrhum,Vi patefecerunt Frugis, non Phryges, ipsius antiqui declarant Libri. Ratione nititur. Nec enim Graecam literam adhibebant: nunc autem etiam duas. Suria, vt habet Inscriptio Caere: D. M. SVRIAE. SACRVM, aliae item non paucae. *Musia, Tumpanum, Assarius, Sulla, Purrhus, Polupus* Pandectae Flor. obijciunt Brissonio Παρ. lib. singulari. Nummus vetustus *Erucina, Calumna, Lacruma, Sulla, Cordula*, Hermolaus in Plin. lib. 4. c. 5. At Cicero superius significat aetate sua cum Graecae literae magno in honore esse coepissent, Graecam literam Y esse receptam, vt diceretur *Phryges, Pyrrhus*. Adde ex Similitudine *Sylla*. Verum Capitolini Lapides a Verrio scripti aduersantur. Grauis auctoritas: Ciceronis grauissima. Addo Papirianum: *Y Graecorum nos in quibusdam in V conuertimus, vt Cymas, Cumas: Cyminum, Cuminum: in quibusdam non vertimus, vt Syria, Syriacus, Symbolum, Sycophanta.* Mar. Victorinus in Orthographia: *Quae voces Z literae sonum exigunt, eas per Z sine vlla haesitatione debemus scribere: & quae per Y, potius, sicut exigit ratio, per Y, quam per V, vt Eutychus, Hylas, Sycophanta*, Festus. *Ectypae scalpturae* Plinij lib. 37. c. 10. Et in omnibus hisce Manutius mecum. *Silla* etiam I Latinorum admittit Vinetus in An. Senecae lib. 3. vt *Satira* Casaubonus ad Persium. Vide *Syllaba*. Donatus in Hecyram: *Syra: Sura veteres legerunt V pro I ponentes: vt Musia, Suria.* Atque vt haec vel auctoritate virorum tantorum, vel Consuetudine corroborata non adspernor: nescio qua lege subeuntia scribantur in Prudentio I Latiari:

——Stigio caput extulit antro.

Phisicorum dogmata, Chlamidem, Amiclis, Babylonis, Aditis Jonis, Sibilla, Charibdis, Phrix, aliaque prope infinita delicate affectata, ineptius inarata. V. *Supercilia*.

SYLLABAM, SYLLAM, MYSERAM, PROXYMVM dicebant antiqui desiderio literae, quae media esset V inter, & I, atque adeo, quae ipso I esset pinguior, & exilior V. *Sed nunc Consuetudo paucorum hominum ita loquentium euanuit, ideoque voces istas per I scribite*, inquit Mar. Victorinus. Sic *Epicides* in Verrinis I Latiari constanter, eum Graecanicum Origine reposcatur, Ἐπικύδης ex Ἐπικυδής. *Tybris* olim scriptum ex Ὕβρις teste Seruio: postea *Tibris*. Vide sparsim Volumine hoc secundo *Aemilius* ex *Aemylius*, *Allobroges*, *Satira*, *Lacrimae*, *Amintas*, *Ancile*, *Bebricium*, *Bybliotheca*, *Cataphriges*, *Clipeus*, *Silua*, *Siluius*. *Stilus*, *Stipes*, *Sylla*. *Disyllabus*, *Trisyllabus* diuertunt: quod in his Latium non variauit. *Bisyllabum* autem, quia Latini peculium suum id voluero, libentius etiam I Latiari scripserim. Quid quod Graeci ipsimet τὸ Y in I vertunt: Etymologus: Παρὰ τὸ Κρόβυ κρυβὴς, ᾗ ἀκριβὴς τροπῇ τοῦ Y εἰς Ι ὦτα, Ἀφροδίτη ex Ἀφροδύτη, *Ammodites* ex Ἀμμοδύτης. *Apud Romanos vsque ad Augusti tempora non scribebatur Y* Isidori testimonio lib. 1. Orig. c. 4. At voces, sillabaeque ante Augustum fuere. Vox Ipsa *Sillabae*, cum literae nascerentur, atque in nodos alligarentur, connata est. *Syllaba* autem primario vsu est *Comprehensio*, seu *Conuinctio*, vt in illo, Ζωνὰς τι συλλαβὰς πιχλων.

SYMAETHVM mediam occupante diphthongo ex Thucydide lib. 6. Strabone lib. 6. Scylaee Caryandeno in Periplo, Plinio lib. 33. c. 48. Deprauati sunt Silij Italici Codices plerique omnes delapsa diphthongi parte priore. In Vibio, & plerisque Latinorum Exemplaribus I Latiari scribitur, qua ratione infinitas verborum corrupta est, & in legem ijt scabies. Vibius in omnibus tribus istis sillabis a Graecis abit scripto *Simetus*: Graecis *Symaethus*, quae triplex mutatio tolerabilis nihilominus.

SYMBOLVS, SYMBOLA, SYMBOLVM, Plautus Pseudolo: *Date ergo istum symbolum.* Ibidem: *Symbolum: quem symbolum? qui a milite allatus est.* *Symbolum* Terentius Andria: *Symbolum dedit, coenauit.* Aliud longe est *Symbola*: bardis idem. Plautus Curculione: *Symbolorum collatores apud forum piscarium.* Omnia Y Graiorum. Papirianus: *In quibusdam non vertitur* [Y in V] *vt: Syria, Cyriacus, Symbolum, Sycophanta.*

SYNGRAPHVS, SYNGRAPHA, SYNGRAPHVM. *Syngraphus* Plauto in Asinaria: *Agedum istum ostende, quem conscripsisti syngraphum.* *Syngrapha*, Ciceroni de Arusp. responsis, Asconio, Senecae, vulgo. *Syngraphum* in Asinaria: *Scitum syngraphum.*

SYNODVS Y Graecanico, absque Spiritu medio. Licet enim vetustissimi scripserint χόδος, τρόδος, paria: aeuo limatiore ratio haec euanuit: quare nec a Latinis eruditis transscribi debuit. Nec Lapides pono ante mentes. Similiter *Exodus*, non *Exhodus*. Quod *Methodus* scribatur, caussa non obscura est: Adspiratio namq. T afficit, afficiebatque in primigenio Μέθοδος. Sed ijdem Graeci non scribunt Ἔξοδος, neq. Σύνοδος: cur id faciant Latini? Manutius adspirat: mirari libet, non sequi. Festus nihilominus scribit *Perihodus*. An hoc a Festi manu? Quis praestet? Laudatur & in *Tribodite* Varro: an & hoc παραγράμμα?

SYRA-

SYRACVSAE. Silius lib. 14. *Ipsa Syracusae patulos vrbs inclyta muros.*
Passim ita. *Syracusa* ἑνικῶς scripseris e Diodoro lib. 4. Διὰ τὸ συνορίζειν αὐτὰς τῇ Συρακούσῃ: *Quod ipsae finitimae essent Syracusae.* V. *Syracusius.*

SYRACVSIVS vnico S Maro Ecloga 6.

Prima Syracosio dignata est ludere versu.

Silius lib. 14. *Quique Syracosia resonant Helicona Camoena.*

Theocritus: Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμι Συρακοσίων. Idem Συρακόσσαις.

Herodianus geminat teste Etymologo Συρακούσσιος. Ipse Pindarus in primogenio Κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία: *Inclytarum Syracusarum germen Ortygia.* Nonnus lib. 9. Dionys.

Νῦν γὰρ ὅτι γλώσσῃ Συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει:
Audit enim Claudus lingua Syracosside Nysus.

Lib. 41. Aliter: —— Ὑγρὸν ἔρωτα Συρακοσίης Ἀρεθούσης.

SYROS Curtij lib. 6. legi subterraneis pro specubus, idq. Modiana in editione. Praue. Et qui in Exercitatione 31. Iulij Scaligeri scripserunt, Vbi de Tritico: *Namque in Syris stipatum non corrumpitur*, auctoris sententiam diruerunt minus adsecuti, & Columellae, Plinijq. ac aliorum, vel nescij, vel male securi. Plinius lib. 18. c. 30. per I Latij recte: *Vtilissime tamen seruantur in scrobibus, quos Siros vocant, vt in Cappadocia, & Syria.* Columella lib. 1. c. 6. *Vbi puteorum in modum, quos appellant Syros, exhausta humus editos a se fructus recipit.* Demosthenes Philippica 4. Ὑπὲρ δὲ τῶν μελινῶν, καὶ τῶν ὀλυρῶν τῶν ἐν Θρᾳκίοις σιροῖς: *Pro milinis, & olyris, quae in Thracijs siris sunt.* Rursus περὶ τῶν ἐν Χερρον: Ἐν τοῖς Θρᾳκίοις σιροῖς: In *Thracijs siris.* Vbi Scholia: Σιρὸς, ὁ λάκκος· τοὺς θησαυροὺς, καὶ τὰ ὀρύγματα, ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα, σιροὺς ἐκάλουν οἱ Θρᾷκες, καὶ οἱ Λίβυες, ἃ νῦν φοσσία ἰδιωτικῶς: *Sirus, scrobs. Thesauros, & foueas, in quibus semina deponebant Siros vocauere Thraces, & Afri, Fossas proprie nunc dicimus.* Eadem Hesychius. Scribit Ammonius Atticos I breuiare: etsi legendi Consuetudo tendat. V. Etymologicum, vbi: Εἰσὶ δὲ ὀρύγματά τινα Σιροί: *Sunt autem scrobes quaedam Siri:* Iteratque.

SAXONI FINIA
A SECRETIS.

SANCTIORIS *Concilij quod Mercurius quidam sis, animatior ad te adeo, Vir Ornatissime. Mercurij res est*, Orthographica *tractare, quorum pars tibi excutienda transmittitur, quasi politissimo viro, atque ab ipsa Pallade ad omnem literaturam, & rerum tractationem ficto: Sic ante lustra octo animo praecepi. Ac certe quantarumuis curarum capax pectus tuum indies enitescit cum totius Concilij, & virorum eminentissimorum vero iudicio. Sed praeter haec tua singularis me pridem cepit humanitas, qua illicefactus, conatus sum te meis cohonestare chartis. Te igitur ne* Taedeat *de* Taeda *disputare, quod vbi factum erit*, Tarsum *te cum Bellerophonte ablego: exinde in* Trinaciae Tauromenium. Taxica *ne attingas, nec* Telchinas, Tesca, Thensaurum, Thyasum, Tesiphonem, Tonsricem. Tharsomeno *ne* Tinguere, *nec* Thymbri. *An potior* Tigrix, *aut* Thermodoontis *vnda?* Tecolithum *perpende.* Tectosagos *si vises, cape* consertum Tegimen: *si veheris, vel quadrigis; aureo* Timone *vehi fas.* Tarentum, Terentum *dissepara.* Tera *Manutij retractanda.* Thalea *non displiceat, cuius ope per literarum* Hunc theatrum, *vel cothurnatus ambules.* Thebas *seruauit Alexandrus M: tibi* Thebe, Mycene, Thermae, Sena, Aphydna ἰχθῦς *seruentur. Venanti* Theridamas, Therimadas, Thous *seruiant. Post illa te in* Timolum, Tomarumue Trafer, *si lubet, si scandis, ne* Titiba, *neue in cacumine* Tremesce: *ibi.* Trophaeum *fige: ne* Triumpum *velis.*

TRA-

TRACTATVS DECIMVSNONVS.

T

TABLINVM Plinio, Festo, & Apuleio. Vitruuij quidam Codices l. 6. c. 4. *Tabulinum*, quod improbat Proportio ipsa Pasleratio arbitrante. Nec enim *Figulinum*, sed *Figlinum* dumtaxat dicitur. Vitruuius autem in 6. *Tabulinum*, *si latitudo atrij erit pedum viginti*. Cur minus, quam *Tabuljus ager* apud Liuium lib. 37? Certe Baldus legit, refertque ex Varrone de Vita PR: *In Tabulino, quod Menianum possumus intelligere, tabulis fabricatum.*

TAEDET cum Ae. Indicat Cicero, vbi *Pertisum* Antiquitati concedit, vt *Iniquum* ex *Aequo*. Manutius addit Libros, & Saxa. Vide *Pertaesum*, & Festi seriem in *Taedulo*. Biuocalem abolet, ridetque I. Scaliger in l. 7. de Animalib. c. 4. *Taedium* est languor animi suspensi mora, inquit. Τάλιος fuit *Longum* antiquis: vnde *Telum*, & *Tela* & *Mustela*, & *Tedium*: vt ne frustra laborent scribere cum diphthongo, inquit. Acutula diuinatio: parcior, & iniqua finitio. Est enim *Taedium* quoque cum animus non suspenditur mora. Repulsam patiuntur preces: inde *Taedium*. Tibull. l. 1. Eleg. 4.

Sed te ne capiant, primo si forte negabit, . Taedia —— Georg. 4.
Si te tanta meae ceperunt taedia laudis.

Hiecine animus mora suspenditur? Suspenditur in his Aen. 4.

Mortem orat: taedet coeli conuexa tueri.
Lib. 10. *Inde vbi tot traxisse moras, tot spicula taedet Vellere* ——

Haec omnia per *Molestum*, & *Molestiam* recte exponantur. Malo Tullianis haerere vestigijs, quam confidentis audaculam sequi diuinationem, etsi iuuare possim Proportione mutantium literarum *Deucalion, Leucarion*: sic Τῆλι, *Tedium*.

TAEDA in antiquis Libris reperias. Neque displiceet ex 4. casu Δᾷδα rectum nasci. Sic *Hybrida, Hebdomada, Cratera* quarti casus adiutante Consuetudinis patrocinio sese io rectos induunt. Iuuat & significantia. Virgilius lib. 4.

Si non pertaesum thalami, taedaeque fuisset.

TAETER diphthongo ex Virgilio Carpensi, & Saxis exscribit Manutius, & est in Nonij editione nouissima παρισώσῃ. At Aen. 7.

Qui Tetricae horrendas rupes, moremque seuerum.

Sed anne a *Taeter Taetricus*? Tum deciduam vocalem ex diphthongo factam oporteat. *Teter* autem vel absque biuocali vbique priorem tendit: *Tetricus* vbique remittit.

TALASSIO, non *Thalassio*. Plutarchus in Pompeio: Ἐβόων δέοντες ἅμα Ταλασίῳ· τῷ ἢ χαρίεντων, ᾗ γνωρίμων τις ἦν ὁ Ταλάσιος. *Clamabant inter currendum cum Talasio. Erat autem Talasius e gratiosis, & notis vnus*. Hanc Plutarchus causam probabilissimam retur. Vide Festum, vide Photium in Bibliotheca, Varronem, Seruium. Alij a Θάλασσα Spiritu indito *Thalassio*, nec inconcinne, nec inepte, & Liuij lib. 1. adspirant huic voci.

TAMDIV, QVAMDIV per M, non per N.

TAME pro *Tam*, veteres apud Festum.

TAMINIAE. Vide *Aminiae*.

TAMISIVS GEMINVS, & *Tanisius* per N ancipiti scriptura in Suetonij, ac Ciceronis Libris. Apud Senecam epist. 93. *Tanusij* per V in secunda edente Lipsio.

TAMPHILVS nomen Consulis anno V.l. quingentesimo septuagesimo tertio per T, non P inchoata prima sillaba.

TANAQVIL, Liuius, alij. *Tanaquilis* in recto Plinius lib. 8. c. 48.

TANFANA DEA, non *Tancfana*, vt vulgarijs inest Codicib. Tacit. l. 1. Volunt a *Fano* vocem ortam, & *Tan*, quod quid sit, ariolantur.

TANTO OPERE sectim e Tullianis tabulis antiqoiorib. repraesentauit. P. Victorius. Passim nec male, *Tantopere* consertim.

TAPOSIRIS Aegypti vrbs ab Osiridis τάφῳ vocata: Graecis Ταπόσιρις.

TANTVS. Vide *Quantus*.

TAPES, TAPETVM tribus sillabis, & quatuor *Tapetium* agnoscit Fl. Sosipater lib. 1. Calpurnius Ecloga 6.

—— Melior viret herba tapetis.

Maro: *—— Tapetibus altis.*

Item: *Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis.*

TAPSVS Sallustio, Silio. In Thucydide l. 6. Θάψος, & Stephano. Asperat & Caesar de bello Africano. Vide Strab. l. 17. Isidor. lib. 14. Orig. c. 6.

TARACINA ortu spectato vnico R scribetur, & Latij veteri Consuetudine C leni. Deformatum est ex Τραχεῖα. Τραχινὴ καλουμένη πρότερον. *Dicta prius Trachina*, inquit Strabo lib. 5. apud quem modo litera iriens dupla, modo simpla est. Τραχεῖα ab asperitate rupium, quibus imposita, vt in Belgio *Asprecollem* nominant. Plutarchus in Mario: Ταῤῥακίνη. Cum E *Terracina* non aeque probi commatis. Vnico R Hesychius: Ταρακῖναι, ἔθνος, ἢ πόλις: *Taracinae gens, aut opidum.*

TARAS Epiri fluuius Seqoestro: Ouidio *Tyras*:

—— Nullo tardior amne Tyras.

Item Plinio lib. 4. c. 2. Τύρης Herodoto lib. 4.

TARCHONDIMOTVS iugatis vocib. Praue diuellunt. Lucan. lib. 9.

Cum Tarchondimotus linquendi signa Catonis.

Dio lib. 41. per O tribus scriptis sillabis Ταρκονδιμότου. In decimo Geographiae Ταρκονδίμοτος, *Tarcondemotus*. In Antonio Plutarchi Ταρκόνδημος, *Tarcondemus*. Superioris Ciliciae fuit regulus.

TARDITAS, TARDITIA, TARTITVDO: Plautus Poenulo:

Podagrosi estis, ac vicistis cochleam tartitudine.

Accius Diomede: *Multa obstituntur tarditia, ac secordia.*

TARQVINIVS quatuor sillabis rectius. Aen. 6. Maro:

Vis & Tarquinios reges ——

Ouid. in Fastis: *Natus, ait, regis, Tarquiniusque vocor.*

Alij & vertunt sillabae secundae modum, & *Tarquinius* recte scribi somniant. *Tarquinius* prisce, *Tarquitius* nouiter etiam ante Ciceronem scriptum reperit varianter Vinandus Pighius Annal. lib. 2.

TARSVS, non *Tharsus*, Ciliciae opidum. Ita Graeci cuncti, & Solini Codices absque Flatu. Passim in D. Augustino asperatur, & in psalmo 47. Praue: si Iosepho credimus lib. 1. Antiq. in quo tot paene capitum dioersae sectiones, quot editiones. Θάρσος γὰρ Θαρσεῖς. οὕτω γὰρ ἐπεκαλεῖτο τὸ πάλαιον ἡ Κιλικία. Σημεῖον δέ. Ταρσὸς γὰρ παρ' αὐτοῖς τῶν πόλεων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται μητρόπολις οὖσα, τὸ τοῦ Ταῦ πρὸς τὴν κλῆσιν ἀντὶ τοῦ Θῆτα μεταβαλλόντων. Latine: *Tarsus enim Tharseis. Sic enim olim Cilicia vocabatur. Argumentum est. Tarsus enim apud eos metropolis est ciuitatium omnium memoria dignissima. Siquidem Tau pro Theta mutant.* Iosephi postrema minus adsequor, neque cum his Dionisij conueniunt,

—— Μέσσην διὰ Ταρσὸν ἰόντος,

Ταρσὸν ἐϋκτιμένην, ὅθι δή ποτε Πήγασος ἵππος

Ταρσὸν ἀφεὶς χώρῳ λίπεν οὔνομα, τῆμος ἀφ' ἵππου

Ἐκ Διὸς ἱέμενος πίσεν ἥρως Βελλεροφόντης. Latine:

Mediam per Tarsum euntis: Tarsum benestructam, vbi quondam Pegasus equus vngula amissa loco reliquit

quit nomen, quando ex equo vi Iouis incitatus cecidit heros Bellerophontes. Prior autem vocalis est E Eratostheni, alijsq. teste Stephano *Tersus*.

TARTESSVS geminante sibilo Liuius, Silius Italicus, quis non? Aristophanes in Ranis: Ταρτησία μύραινα: *Tartesia Muraena.* Appianus Ibericis: Ἣ νῦν Καρπησσὸς ὀνομάζεται, *Quae nunc Carpessus nominatur.* Appiani igitur aetate *Carpessus* per K scribebatur. Hesychius: Ταρτησσός, πόλις περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας: *Tartessus, ad Herculeas columnas urbs.*

TAVROMENIVM πεντασυλλάβως crebrius: Ταυρόμενον τετρασυλλάβως antiquius, & compositionis ratione poscitur παρὰ τὸ ἐν τῷ Ταύρῳ μένειν, siue Τὸ ἐν τῷ Ταύρῳ μένον *Tauromenon.* Non sola metri lex Ouidium ad eam scriptionem compulit, vti visum Cluuerio literatissimo. Fast. 4. *Himeraque, & Didymen, Agrigentaq. Tauromenonque.*

Silius lib. 14. *Taurominitana cernunt de sede Charybdin, a Tauromeno.*

Ea re ὀρθογραφικώτερον sit *Tauromenitana.* Ita per E Seneca epist. 78.

TAXICA, TOXICA. Plin. l. 16. c. 10. *Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quae nunc toxica dicimus.*

TEATE leniter, ac leuiter Silio:

—— Magnumque Teate trahebat. Item Plinio.

TECOLITHVM *memorem iusto cognomine dictum,*

Qui lapides renum tritus, potusque resoluit.

Priscianus Periegesi, primore non asperata. Dicitur enim παρὰ τὸ τήκειν λίθον a *Tabefaciendo lapillo.* Aëtius Τηκόλιθος, & Dioscorides. Plin. etiam lib. 37. c. 10. *Tecolithos ... calculos frangit, pellitque.* Hoc eodem Plinij capite probe scribitur altera gemma *Hexecontalithos* solo T vltimo adspirato, quod fit in *Chrysolithus* quoque.

TECTOSAGI, Geographi omnes per C: per V *Teutosagi* omnia Ausoniana Exemplaria. *Tectosages* Plinio lib. 3. c. 5. Melae lib. 2. Iustino lib. 32. Liuio l. 38. *Tectosagae* rarius Vineti testimonio. Sed nota e Stephano: Τεκτόσαξ, ὡς ἱέραξ, ἀσφάξ. Τεκτόσαγες, ἔθνος Γαλατικόν. Εὕρηται Τεκτοσάγης εὐθεῖα, καὶ Τεκτοσάγαι. ὡς γὰρ Καππάδοξ, Καππαδόκης, οὕτω Τεκτόσαξ, Τεκτοσάγης. *Tectosax, vti Hierax, Asphax. Tectosages, gens Galatica. Reperitur Tectosages rectus, & Tectosagae. Quemadmodum enim Cappadox, Cappadoces: sic Tectosax, Tectosages.*

TEGILLVM *cuculmunculum*, Festus a *Tegendo: Tigillum a Tigno*, passim.

TEGVMEN, TEGIMEN, TEGMEN, TEGVMENTVM, TEGIMENTVM, TEGMENTVM scibitur probe a probis Auctorib. Aen. 3.

Consertum tegmen spinis ——

In antiquis plerisque Codicib. *Tegimen.* Metamorph. l. 3.

—— Tegumen direpta leoni Pellis erat ——

In Longobardico, & Mediceo *Tegumen* per V. Aen. 7.

—— Lupi de pelle galeros

Tegmen habet capiti ——

Priscianus lib. 4. concisione facta agnoscit. Agnoscit & D. August. libro de Gram. *Tegimen, Subtegimen.* Vide *Subtemen.* Sic *Integumentum, Integimentum.* Festus: *Supercilium dicitur, quod supra cilium sit, id est, integimentum oculi superius.* Sic varie *Termentum* Festo, quasi *Terimentum*, cuius prior vocalis absorbetur in *Detrimento, & Intertrimento. Regimen* similiter Silio, & *Regimentum* Ammiano lib. 25. *Regimenta peritori gerendae ductori consummando iuueni porrexisti.*

TELCHIN rectissime. Ex his septem elementis praeter L, & I omnia varietatem notham admittunt *Tilchin, Thelchinus.* Noti *Telchines* e Strabone lib. 14. & Eustathio. Hesychius: Θελγῖνες, οἱ Τελχῖνες: vbi Θ in prima pro T, Γ in medio pro Ch. Alterum praestantius.

TELEBOAE absque spiritu. Apollodorus lib. 2. Τάφιος, ὃς ᾤκισε Τάφον, καὶ τοὺς λαοὺς Τηλεβόας ἐκάλεσεν ὅτι τηλοῦ τῆς πατρίδος ἔβη. *Taphius, qui Taphum condidit, & populos Teleboas dixit, qui a patria procul ierat.* Vides Originem. Sic scriptum Hesychio, Eustathio, Straboni, Silio, Maroni. Praue cum H *Theleboae* in Amphitruone recensente Duza, & Annalibus Taciti lib. 4. Item apud Statium, & Ausonium. V. Eustath. in Odyss. γ.

TELMESSVS vtraque per E Pompeio & Plinio: Graecis fere *Telmissus* tertia excunte in I. *Telemessus* quatuor sillabis Aristophani in fabula, quae τελμισσεῖς inscribitur.

TELVM. V. *Homullus.*

TEMO AVREVS, Metamorph. l. 1. Veteres Glossae per I: *Timo*, ῥυμός.

TEMPE, TEMPEA. Iul. Solinus:

Vos quoque, qui resono colitis cana tempea coetu.

Vt Ἔπεα, Μίλεα, τείχεα, quae in duas quoque sillabas contrahuntur.

TEM-

TEMPERI per E in secunda Plautus, & veteres pro *Tempori.* Ex quo *Temperius* tam scribi recte potest, quam *Temporius.* Ouid. Metam.

—— Modo surgis Eoo Temporius coelo ——

Apud Scaligerum in lib. 8. Arist. de *Animal.* c. 15. scribitur per E *Temperius.*

TEMPESTA pro *Tempestiua* scriptum abrupte, Festus.

TEMPLVM, ac immissu sonorae V *Tempulum.* Neapoli Inscriptio:

CVRATOR. TEMPVLI. Apud Plautum *Extempulo* saepius.

TEMPSA *a Graecis Temese dictum,* Plinij nota est lib. 3. c. 5. Apud Homerum:

Ἐς Ταμίσην μετὰ χαλκὸν ——

Tamesam aeris causa.

Vno loco legit Stephanus de Vrbib. per E in altero Ἐς Τεμέσην. Eadem Plinio Strabo notat lib. 6. *Tempsanus ager de Brutijs captus erat,* Liuius lib. 34. Pausanias in Eliacis saepius *os* gemino.

TEMPVS VTRVMQ. Maroni. Veteres Glossae: *Timpus,* Κρόταφος, I priorem integrante sillabam.

TENERVM, & luxatis semisonis *Terenum Sabinorum lingua Molle,* Macrob. lib. 3. c. 18. Vtique ἀπὸ τοῦ τέρενος, ex quo Τερενόχρωτος, & illud peruagatum: Τέρενι δὲ χρωτὶ ψῦχος πολεμιώτατον. *Tenero corpori frigus res inimicissima.*

TENSA inadspiratione. Diomedes lib. 1. *Tensam deorum vehiculum, non Tentum dixerunt, ne verbum turpe sonaret in sacris.* Sic Festus, sic Pedianus, Manutius, Muretus, Rhotius. *Thensam* cum H Seruius in l. 1. Aen. ἀπὸ τοῦ θεῖν, cui suffragatur I. Scaliger, is nimirum, cuius a vulgi senecta est pagina gyro. Titinnius Natiterna:

Vende thensam, atque mulos.

Hoccine a Titinnio, an a librario? Fauet Plutarch. in Coriolano: Ἵππῳ γὰρ ἑνὸς τῶν ἀγόντων τὰς χρυσωμένας Θήνσας. Male rescribunt Θήνσας: nam Graeci τὸ N ante Σ omittunt a Latinorum more alieno, Κλήμης, Οὐάλης, illi: Latini, *Clemens, Valens.* Ὀρτήσιος, *Hortensius,* talia. Neq. placet in Plutarcho ex H. Stephani editione Θήσας. Ful. Vrsinus in Ciceronem asperat, & Glossae H. Stephani: *Thensa,* ἅρμα θεῶν.

TEMPTO quibusdam in Libris, & Saxis. Orthographiae sentes. Nihilominus Faërno placuit *Temptare.*

TERAPNE ἰτικῶς spiritum desiderat asperum Θεράπνη: Sed & πληθυντικῶς Θεράπναι, vt Ἀθήνη, Ἀθῆναι. Vide *Thebae,* & Latine *Therapnae.* Videsis nostra Siliana, ac de veterum Orthographia.

TERCENTI ponit Passeratius ex Plauto, Cicerone. *Tricenti* Agroetius: *Triceni de tricentis dices,* inquit: *Trigeni de Triginta.* Quae incorrecta opinor, & castiganda ad Maronis regulam Aen. 7. *Ast Ilua trecentos*

Insula inexhaustis Chalybum generosa Metallis.

Triceni de trecentis.

TERCENTVM coibiliter aliquoties apud Maronem omnis generis, casus.

Tercentum sonat ore deos ——

Trecentum relegat in barbariam Manutius, *Trecenti* quoque recte. Plautus Milite:

Trecentae possunt causae colligi.

TEREBINTHVS τετρασυλλάβως, leui deflexu a Τέρμινθος. Corrigenda igitur omnia Latina Exemplaria, quib. est Y Graiorum, vel ipsius Maronis lib. 10.

Inclusum buxo, aut Oricia terebintho.

TERENTVS, TERENTVM Campi Martij pars est. Per E. At in Val. Flacci, Censorini, Festi, & aliorum Libris varie. Per A fere veteres Codices, & S Zosimus, quos sequi nolim. *Tarentum* aliud in extrema ora Italiae. In nouiore Papinij editione cuncti interpretes per *A.*

TERMENTVM. Plautus Bacchidib. *Non Pelides termento aeque fuit.* Festo: *Terimentum.*

TERMES, TARMES recte. sed significatu sunt admodum dissita. V. Scholia Horatij de priore. de vtroque Festum.

TERON Maronis, Silijque Codices perpauci, ijque vitiosi. Scribe cum aspero *Theron* apud Silium lib. 2. Sic Pindarus, Diodorus, Herodotus, Aelianus, Θήρων, Ouid. Metam. lib. 3. pro cane: at nomen vnum idemq. est. Rursum l. 16. Silius: Et *Theron potator aquae* —— Maro lib. 12. Macrob. lib. 1. Satur. c. 20.

TERRA

TERRA gemina litera irriente. A Latinae linguae cunabulis in hoc aeui conspirauit in eam scriptionem literatorum vniuersitas. Aldus Manutius lib. 4. vnico R a *Terendo*, Auguraliũm librorum testimonio subnixus, quorum librorum Varro meminit lib. 1. de LL. testaturque inibi scribi *Teram* cum vnico R. Iuuari potest e Festi *Terento, quod eo loco ara ditis patris in terra occultaretur*. Verum reflectere oculos debuit Aldus in veterrimum consonas non geminandi morem, cui paruerunt Augurales Libri. Productionis causa geminationem a Poetis inuectam causatur: abnuimus, & ἐυφωνίαν obtendimus. Sic *Serranus a Serendo: Sicinnistae ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι. Nummus* ἐν τοῦ νόμου*: Nummus* enim lex contractuum: *Garrio* ex Γαρύειν. *Narus* vnico R. *Narro* duobus quod ortum ex altero. Cui vero vnquam scriptum *Mediterraneum*? Omnibus *Mediterraneum* duobus RR. Sic *Terra*. Alioqui cuicui mos veterum sonoras non geminandi adlubescet, nullas vnquam, si Musis placet, sonoras componat.

TERVNCIVS recusar scribi per T. Repugnat Origo. Varro lib. 4 *Teruncius a tribus vncijs dictus, quod sit libellae quarta pars.* Festus: *Teruncium, quod vnciarum sit trium.* Tertio de Finib. Cicero: *Interit enim magnitudine maris Aegei stilla muriae, & in diuitijs Croesi terunci j accessio, non Teruntij.* Sic & *Nouuncium*.

TERTI pro *Tersi* ἀρχαϊκῶς. Cato de liberis educandis: *Circumtonsi, terti, atque vulsuli. Vti, Merto, Pulto* Comicorum.

TESQVA, TESCVA, TESCA. Postremum Varro lib. 6. de LL. scribit quasi *Tuesca a Tuendis* sacris: sunt enim *Tesca* quasi sacrorum, seu templorum nemorosa propugnacula. Sic per C Festus. *Tesqua* Libris priscis Torrentius arrogat, quibuscum vulgi Consuetudo consentit. Vide *Coquus, Sequutus, Arcuus, Tescua* praeferunt Isidori editiones. Parum plausibiliter. Non enim in talibus sic iunguntur C, & V, quemadmodum Q, & V. Acron Sabinam vocem adseuerat. *Tesqua interpretantur, alij Tuguria, alij loca praerupta, & aspera*, inquit Isidorus lib. 15. c. 12. & apud Festum M. Tullius. Glossarium: *Tesqua, siue Tesca*, χειλόκρημνοι, ϗ ῥάχεις, ϗ ἔρημοι τόποι. Interpretatio postrema Varronem tuetur. Editione in altera: *Tesqua, siue Tesena*.

TESTICVLARI, aut *Testilari*. Vide Festum.

TETRARCHA, TETRADARCHA duplieiter nomina sunt figurata a recto Τετράς, & ab obliquo Τετράδος. Ad Atticum: *Qui praedia tetrarchis dederunt*, saepiusq. & apud Lucam. Apud Demosthenem in 3. Philippica: Τετραδαρχίας καθίστησι, *Tetradarchias constituit*, indicio est alibi Τετραδάρχης scribi: eius modo exemplum mihi non suppetit.

TETRICVS nulla biuocali, quod plerique peccant. Nam Isidorus lib. 19. Etymol. a *Tetrico* monte Sabinorum oriri vult, quo biuocales absunt. Silius lib. 8.

At Tetricae comitantur rupe cohortes.

TEVCER, TEVCRVS Ioanni Mario c. 16. Vide Tractatum de Variantia.

TEVTA per T Illyrij regina. Polyb. lib. 2. Per C *Tenca* Plinio lib. 34. & Polybij interpreti Perotto. In antiquis Codicib. Plinij *Teneana* sillabis tribus. Apud Iornandem *Teutana* tribus etiam, sed per T.

TEVTONI, non *Teutones*, inquit Andreas Brabantus. In Mariano Trophaeo:

QVARTVM. CONSVL. TEVTONORVM DELEVIT

Inque Mariana historia Patereuli lib. 2. *Cimbris, ac Teutonis*, & inibi proxime: *Gensque excisa Teutonum.* Plutarchus in Mario: Τεύτονας ἐκδέχεσθαι. Item Ὀνομάζοντες τοὺς Τεύτονας, Τεύτονοι. Vtrumque igitur: & vtrumque agnoscit ad Pomponium Barbarus, addito eo in tractu *Teutonarios* esse. Et Plinius lib. 4 vtroque modo.

THALEA, THALIA permittit Origo: nam biuocalis in alterutrum Latine vertitur: in his, & his voeib. tamen sic, aut sic Vsu, Auctoritate, aut ratiuncula qua praeualente. *Thalea* est in Romano Virgilij Codice, & Seruio placet. *Thalia* per I Consuetudo sibi deposcit.

THALEM *talento non emam Milesium*, Plautus Capt. Cicero 3. de Orat. *Hi omnes praeter Milesium Thalem ciuitatibus suis praefuerunt. Thaletem* alij.

THAMYRIS, THAMARIS, THAMYRVS, THAMVRVS in alijs, atque alijs Virgilij Codicib. Θάμυρις, Hesychius.

THEATRVM ex Θέατρον. At Romanis vernacula vocabula tribuit Curius Fortunatianus lib. 3. *Hunc theatrum* (vnde scribendum sit *Theater*, aut *Theatrus*, vt *Candelaber, Candelabrus*) *hunc prodigium.*

THEBAE, THEBA, THEBE ἑνικῶς. Plautus Amphitruone:

Haec est vrbs Thebe.

Seneca: —— *Miseranda Thebe.* Priscianus Periegesi:

Qui veteris, claraeque colunt sub moenia Thebes.

Apol-

Apollonius: —— Ἀπόργυτος δ᾽ ἔτι Θήβη.

Idem: Θήβης Τριτωνίδος ἐκγεγάασιν.

Hesychius: Θῆβα, πόλις Βοιωτίας. Atque ita Thebani ipsimet. Nonnus Bassaricωn lib. 5.

Αἰγυπτίης ἐκάλεσσεν ὁμώνυμον ἄστυ Θήβης.

Alibi: Αἰγυπτίης ζτο Θήβης. Stephano Θήβη. Eustathius notat ad Catalogum: Θήβη, Θῆβαι, Κρήτη, Κρῆται, Μάλεια, Μάλειαι: *Thebe, Thebae, Crete, Cretae, Malea, Maleae.*

Statius Thebaidos 10. —— *Perituraque Thebe.*

In octauo: *Viue superstes, ait, diraeque ad moenia Thebes.*

Sic quae hodie prostant Exemplaria. Verum Aldus Manutius legit *Thebae a Theba*, quod fulcio ex 1. Oda Isthmiorum:

Μᾶτερ ἐμὰ τὸ τεὸν χρύσασπι Θήβα:

Mater mea Theba scuto aureo.

At cunctis Libris absque aperto sole litem mouere non est meditati. V. Tractatum III. de nominum Variantia. Sic Ἀθήνη, Ἀθῆναι, *Athene, Athenae*: & Palladis honori, nequa mulier, Ἀθήνη diceretur, datum scribit Eustathius. Nonnus lib. 24

—— Ναιετῆρα θεοκρηπῖδος Ἀθήνης:

Habitatorem Deo fundatae Athenes.

Neque hoc loco Sext. Empiricus praetermittendus lib. 1. aduersus Mathematicos c. 7. Ἀθῆναι γὰρ λέγονται πληθυντικῶς, ἡ μία πόλις, καὶ Πλαταιαί, καὶ πάλιν, καὶ Θήβη ἑνικῶς, καὶ Θῆβαι πληθυντικῶς, καὶ Μυκήνη, καὶ Μυκῆναι *Athenae namq. dicuntur pluratiue, ciuitas vna cum sit, & Plateae: contra Thebe singulariter, & Thebae pluratiue*: etiam *Mycene*, & *Mycenae*. Πλάταια Homer. in Catalogo, Athen. lib. 4 *Micene* Aeneid. 5.

Argolicoue mari deprensus, & vrbe Mycene.

Vbi Aldus legit *Mycena*. At Maro Homerum est secutus:

—— Πολυχρύσοιο Μυκήνης: *Opulentissimae Mycenes.*

Maronem Silius Italicus:

Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen.

Neque tamen *Mycena* dispunxero. In Priapis: *Iunoni Samos, & Mycena diues.*

Mycena diues, & Homero, Πολύχρυσος. Scribe igitur Calabri lib. 6.

—— Οἱ δὲ Μυκήνην Ω. ᾽κεον ἐυκτίμενον pro Αἰκτίμενον. Quam tamen incorrectam scriptionem olim, quod potuit, enarraui. Φρέγελλα, Φρεγέλλαι Graecis: *Phregella, Phregellae.* Solinus: *Leuctrae non obscurae.* Diodoro, ac Demostheni Λεῦκτρα. *Leuctra. Senae* passim: Polybio l. 2. Σῆνα. *Aphydna, & Aphydnae.* Notat Strabo 9. Ἀφίδναν, Ἀφίδνας per I. Stephanus, Τάφραι, Τάφρη ἑνικῶς. Idem Stephanus, *Thermae.* Silius lib. 14.

Litora Thermarum prisca dotata camoena.

Polyb. l. 1. Θέρμη. *Anagnia potens* Silio: in historia Ecclesiastica Ἀναγνίαι. V. *Mylae, Fidenae, Mycenae.* Quibus consignatis reperio apud Claudium Salmasium in historiam Augustam enotatum *Terracenam, Terracenas, Thyanam, Thyanas, Melitenam, Melitenas* ex veteri Tabula.

THEMISTOCLES. V. *Agathocles.*

THEODAS, an *Theudas* scribendum Actorum 5. c. vana est disquisitio. Vtrumque rectissime. Posterius scribitur crasi Ionica. Sic *Theognis, Theugnis.* Eius in opusculis:

Ὧδε δὲ πᾶς ἐρέει· Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη.

Sic dicet quiuis: Theugnidos haec epea.

Eadem forma *Theodosius, Theudosius*, Θεοδόσιος, Θευδόσιος, Θεόκριτος, Θεύκριτος, Θεοδώριχος, Θευδώριχος. Rectissime tamen, & Librorum consensu legas apud Claudianum, & Sidonium *Theodosius*: vbi male curiosi reponunt *Theudosius*. Si Homero, Theocrito, alijs quamplurimis Θεός, θεοὶ pro monosyllabis sunt: cur eadem συνίζησις non valebit in *Theodosio?*

Claudian. *Theodosij pacem laturi gentibus ibant.*

Etymologus: Θευδᾶς ὑποκοριστικὸν τοῦ Θεόδωρος· *Theudas diminutione Theodorus.*

THEODORICVS vero, seu Θεοδώριχος quianam per Ch, cum videatur scriptum oportuisse *Theodoricus* ex Θεοδώριχος, vt amat fieri in huiusmodi paragogis? Respondet Etymologus: Τροπῇ τοῦ Κ εἰς Χ, ὡς Ὀλυμπικός, Ὀλύμπιχος, καὶ Πατρικός, Πάτριχος. *Verso C in Ch, vt Olympicus, Olympichus, Patricus, Patrichus.*

THEODOSIVS. V. *Theodas.*

THERAMNAE, THERAMNE, THERAPNAE. Stephanus Θεράμναι. Pausanias in Laconicis Θεράπνη. Plutarchus Θεράπναι. Isocrates in Helena: Ὅτι δὲ καὶ νῦν ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς. Statius Thebaidos III. —— *Apollineasque Therapnas.*

THE-

THERIMADAS *Orestitrophus haesit in armo* lib. 3. Metam. Ouid. Vereor, vt scribendum sit *Theridamas*, vt sillabae inuicem permutent sedes, sitque *Ferarum domitor*, Cani valenti, ac generoso nomen apprime conueniens. Alterum istud *Therimadas* explicationis egentius est, abstrusius, ac paene violentam requirit expositionem: vt *Therimadas* sit, qui in feris persequendis, & fatigandis *sudat, madetq.* quod a laude canis praecellentis, quales fere omnis illa turba, quae Actaeonem discerpsit, procul abest. Exponi queat etiam *Therimadas* ab effectu, *Ferarum sudor.* Neque id alienum. Paene par digladiatio apud Plinium lib. 36. c. 20. & lib. 37. c. 10. legendum sit *Androdamas*, an *Andromadas*, quod in Indice MS. reperit Salmasius. Est cui probetur *Andromadas*? Dicat, *Virorum sudor*: quod repugnante insigni duritie eo tundendo vsque viri delassentur, & *madeant*. Et quanquam rectius est *Androdamas*: ferri tamen secunda per A scripta potest, vt sit ab Ἀνδρὸς ἀδάμας, Ἀνδροδάμας. Cum enim non sit sumpte ingenio *Adamas*, hominum imbecillitate videri potest *Adamas*, qui idcirco *Androdamas* dictus est.

THERMODOONTIS quinque sillabis apud Maronem Pontanus qui scripsit, alijq. errarunt. Est enim secunda longa. Ouid.

Et tu foeminae Thermodon cognite turmae.

Graecis Θερμώδων. Scriptum igitur oportuit *Thermodontis* quatuor sillabis, vti in Q. Calabrum monui. Vetus Liber Valerij Flacci lib. 4. praefert quatuor sillabis *Thermodoon*, & infiniti MSS. Virgilij, quos se vidisse iactat Carrion. Similiter Prisciani editio a Ceporino, item Ouidij, qui corriguntur a Ciofano Italo literatissimo. Quod si Carrion oculis vidit infinitos MSS. vidit infinitam errorum segetem. Addit Carrion: *Etsi enim Seruius ibi Synaeresin agnoscat, & Apollonius scripserit ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος, potest tamen ω μέγα corripi, si Dorum more in ο μικρὸν vertatur.* Atqui non potest in O μικρὸν verti, refragatur Consuetudo, & siquis Liber ita praefert, est ab indocti manu, ne dicam illiterati. Quasi vero ω μέγα quodlibet in ο μικρὸν vertatur. Neque quid fieri possit, sed quid factum, dispiciendum est. Neque inficior earum vocalium vicarium vsum. Papinius lib. 1.

——*Magnique Phoroneos inclyta fama.*

Quasi Φορωνέος, non Φορωνεῖος. Idem 2. Siluarum:

Longos Orpheos exuit dolores.

Flaccus in 1. *Nostrique Euryftheos haec sunt.*

Martial. lib. 14. *Flet Philomela nefas incesti Thereos. & quae.*

Scio Theocrito versos tali modo incusatiuos pluratiuos. Idem in Θερμώδων minime concedo. O maiusculo scripsere Apollonius, Apollodorus ex eo, Suidas, alij.

THERMOPYLAS P non asperato scripsere Diodorus, Thucydides, Iustinus, quis non? Iouianus lib. 2. de Adspiratione adspirat in medio *Thermophylas* absque adsensu nostro. Sic fieret a φύλη longior esset paenultima. A πύλη esse norunt omnes, qui historiam eminus salutarunt. Prima autem adspiratur orta ex Θερμῷ, & hoc ex vetere θέρω, vnde Θέρος, Θερμαίνω.

THERON. V. *Teron.*

THERSANDER, THERSANDRVS. Aen. 2.

Thersandrus, Sthenelusque ruunt ——

V. *Nicander.*

THESAVRVS, non *Thensaurus.* Flauius Caper monet absque N scribendum, quod elementum istud in locum virgulae longulae, quae vocalis tentae nota fuit, substitutum sit manu τῶ ἀμυήτω. Hac etiam macula deuenustantur Pandectae Florentinae, ac veteres Inscriptiones, Librique Manotio nominati. Adde Capro Donatum in Eunuchum Terentij, qui etiam insinuat quosdam cum N scripsisse. Origo repugnat Θησαυρός. At Origine si non spreta, certe incurata Latini multis N indidere vocabulis (V. *Sedetani*) etiam *Thensaurus* nonnullis vt scriptitatum sit; quam aeruginem politior aetas detersit.

THETIS, & *Tethys*, Θέτις, Τηθύς. Significationis Variantia scriptioni variae consequitur. *Tethys* priore T non asperato, priore vocali producta, & Y Graecanien, Oceani soror, & coniux Iliad. Ξ.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν:

Oceanum, patremque deorum, & Tethya matrem.

Valerius Flaccus lib. 2. —— *Cum palmis Tethys grandaeua, sinusq.*

Martialis: *Et quem supremae Tethyos vnda vehit.*

Thetis primo elemento Th, secundo vocali breui: secunda sillaba per T lenius, & I Latiare, Achillis mater quae Homero millenis locis Θέτις ἀργυρόπεζα, *Thetis argenteis pedib.* Catullus:

Tene Thetis tenuit pulcerrima Neptunine?

 Hesychius:

Hesychius: Θέτις, ἡ μήτηρ Ἀχιλλέως, καὶ ἡ θάλασσα· ἡ δὲ γῆ λέγεται Τηθύς: *Thetis Achillis mater, & mare: Tellus autem dicitur Tethys.* ἐπίχω.

THIASVS I Latiari, non *Thyasus*. Maro:

—— Thiasos inducere Baccho.

Eustathius in Iliada ρ: Παρὰ τὸ θεῖος γίνεται ἀποβολῇ συνήθει τοῦ Ε, ἡ παρὰ τὸν Σίον, ἤτοι θεῖον. Eapropter Etymologus: Ὤφειλε διὰ διφθόγγου γράφεσθαι: *Debuerat scribi diphthongo.* Eapropter apud Hesychium Θείασος poscit series. Hesychius: Θίασος, χοροῦ σύστασις, ἡ συλλογος, καὶ τὸ ψιλὸν πλῆθος, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ, καὶ τὸ βακχικὸν, ἢ ἑσμὸς γυναικῶν. *Thiasus chori statio, aut conuentus, & lenior multitudo, quandoque Bacchica, aut mulicrcularum agmen.* Scribendum hoc nominis per I pridem animaduersum Brodaeo in Euripidis Bacchas. Domitius per Y ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est *Impetum facere*, me non plaudente.

THOLVS. Glossae: *Tholus*, τρίπλύρ. Θόλος Hesychio, & Etymologo, qui quid sit, edocenter aperiunt. Maro in 9. *Suspendine tholo ——*

Papinius 1. Siluarum: *Quod coleris maiore tholo ——*

Martialis: *Et Cybeles picto stat Corybante tholus.*

Tolus absque H in plerisque Auctorum locis, non ratum est: ne quidem apud Isidorum lib. 19. Vide Baldum virum accuratissimum libro de Vitruuianorum vocabulorum significatione.

THORIVS eum Aspero Spiritu ex Nummorum dictamine.

THOVS Metamorphoseus lib. 3. miror, cum Origini debita videatur scriptio *Thos* ex Homerico Θῶες, neque V inserendi legitimam causam videam, commodeque versui scribi potuit:

Et Thos, & Cyprio velox cum fratre Lycisca.

Porro ab hoc genere ferae canis nomen sumi potuit, vt *Lycisca a Lyco*, siue *Lupo*. Hesychius: Θὼς, εἶδος θηρίου λύκῳ ὅμοιον. Verum apud Ouidium non est Homericum istud animal: sed ex Θοός, *Celer* (qua ex re aptissime cani nomen inditur) Θοῦς, *Thous*. Agnoscit enim Etymologus Γόος, Γοῦς, Θοὸς, Θοῦς. Talium vero finalitas apud Latinos potius pet Vs scribitur. Plinius lib. 37. c. 10. ex Πάγχροος, *Panchrus fere ex omnibus coloribus constat*, gemma est. Ibidem: *Trichrus ex Africa nigra est: sed tres succos reddit, a radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum.* Sic Aeneide secunda, *Panthus Othrades* ex Πάνθοος, ac passim *Cataplus*, ex Κατάπλοος. Quare esto *Thous* disyllabum, & *Pirithous, Hippothous* in eodem Ouidio sillabis quatuor.

THRAECES pro *Thraces* apud Festum, & *Thraecia, Thraeces* in Aemylio Probo saepissime inuentum norat Gifanius in Lucretium, & Fruterius lib. 1. Verisimilium. *Thraeces gladiatores* apud Festum, & in Philippica secunda *Thraecias sicas* reponit Salmasius notis ad Capitolinum. *Thraeces, quam Thraces*, inquit *magis frequentauerunt Auctores Latini.* V. *Thrax* post *Tranio.* Vide Etymologum in Θρᾷξ.

THVLE per V melius: est enim Dionysio, Straboni, alijs Θούλη. In Romano tamen Virgilij Codice *Thyle* reperies, apud Arnobium lib. 6. alibique. Sic *Thurij*, & *Thyrij*.

THRASYMENVS lacus Silio, Liuio, paene omnib. adspirate. Straboni lib. 5. ἡ Θρασυμένη λίμνη. Apud Orosium per V legas *Thrasumenum*, vt *Sylla, Sulla*, καὶ ψαμμαχοσιογαργαρα. *Tharsomenum*, pro *Thrasumeno multi Auctores, etiamsi est in eo transmutatio, vindicauerunt.* Quintilianus ait lib. 1. c. 5.

THVTHEMOSIS Eusebio Aegypti rex. Victorianum exemplarium *Thomosis*: Oiselinum *Tuthemosis* non adspirata prima consona: aliud *Tuthimosis*: apud Iosephum lib. 1. contra Appionem ex Manethone Τέθμωσις: quandoque Τμῶσις: Petauij Codex *Thitmosis*: in alijs *Tutmosis. Tumosis, Themosis.*

THYAS, *vbi audito stimulant trieterica Baccho*, Aen. l. 4. Est *Bacche*. Hesychius cum accessione I Θυὰς, βακχίς: vt Ἅρπυιά. Idem Θυωδὰς, μανάς. Vt in Virgilio: sic in XII. Thebaïdos Papinij:

—— Quales Bacchea ad bella vocatae Thyades amentes ——

THVNNVS Latini veteres scriptitabant, τῷ Y nondum donato iure Quiritium. Postea *Thynnus*, sexcentis Plinij locis. Gifanio etiam *Thinnus* placet manuscriptorum aduocatione.

THYMVS, THYMVM varianter. Dioscorides l. 3. Θύμος γιγνώσκεται ὑπὸ πάντων: *Thymus omnibus notus est*, & scriptio per Vs: per Vm Horatius: *Grata carpentis thyma per laborem.*

THYNVS decisum ex *Bithynus*. *Thynam mercem* sic euoluit Acron. Sequar? Cur non a *Thyino ligno*? Vide *Thyinum*.

THYI-

THYINVM, θύινον ξύλον Straboni lib. 4. & Septuaginta interpret. ex *Thyia, vt Harpyia*. Vide Plin. lib. 13. c. 16. Theophrastus lib. 5. hist. Plant. c. 5. Τὸ θύον, οἱ θύαν καλοῦσι. *Thyon aliqui, Thyan alij vocant.* Incorrectus videtur Propertius lib. 3. Eleg. 5.

Sed Thyae thalamo, aut Oricia terebintho.

Rectius *Thyiae*. Verum multis Homeri Exemplaribus Macrobij, Plinij deest τὸ I. V. Gorraei Definitiones.

THYMOETES Aen. 2. Eusebij Chronica. Peccant Libri, & Membranae, quib. subiecta: *Tymoetes, Timotes, Thymetes, Thimetes, Thimotes, Thimoetes, Timoetes, Chimoetes, Thymoetes, Timetes.*

THYBARENI non probantur, sed Hermolao Barbaro *Tibareni* I Latiari in Plin. lib. 6. c. 4. Adstrepo securus Priscianum in Periegesi.

THYBRIS. Θύμβρις, ὃς καὶ Τίβερις, Stephanus. Plin. lib. 3. c. 5. *Tiberis, antea Thybris appellatus.* Dionysius Afer:

Θύμβρις ἐϋρρείτης ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων.

Thymbris belle fluens, fluuiorum rex.

Aen. 8. Maro: —— *Immani corpore Thybris,*

A quo post Itali fluuium cognomine Thybrim Diximus ——

Quidam ipsum regem violentissimum fuisse circa fluuium illum grassatorem: vnde illi nomen ariolantur παρὰ τὴν ὕβριν, *Abiniuria*. Vnde Ouid. 2. Fast.

Tiberinus mersus Tiberinus in vnde Reddidit ——

Ergo Isidori verba sane intellige lib. 13. c. 21. Orig. *Tiberis in cotidiano sermone: Tibris in versu dicitur*, plurimum id amat in versu esse. Imo Elias Vinetus *Tibris* retur crebrius. Retrusior est Varronis mempria lib. 4. de LL. *Fuerunt, qui a vicino regulo Veientium Dehebri dixerunt appellatum primo Dehebrim.* Cui proxima est illa Stephani nota. Τίβερις ποταμὸς Ἰταλίας, ἐφ᾽ ᾧ ἡ Ῥώμη. *Tiberis Italiae fluuius, vbi Roma.* Itaque ex Vsu magis est I Latiari scribi *Tiberim, Tiberina ostia, Tiberinum, Tiberium, Tiberiadem.* Quam formam placitam video Lambino, Sigonio, Paulo Manutio in Liuio, Car. Stephano.

THYREA Achaiae locus Plin. lib. 4. c. 5. Papinio *Thyre*:

Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.

Solinus: *Vbi quondam fuere Thyrae, nunc locus dicitur.* Vtrumque agnoscit Stephanus.

THYRSVS cum H, & Y, Hesychius: Θύρσος ῥάβδος, βακτηρία βακχική. *Thyrsus, virga, baculus bacchantium.* Lucretius:

Percussit thyrso laudis spes magna, meum cor.

Inde Θυρσοπλῆγες, οἱ ἐν τοῖς βακχείοις, ἐν διαζόμενοι.

TYRRENVS vbi non? *Tarrhenus* per V. I. Scaliger c. 26. lib. 1. de Causis LL. A *Turribus* proprio inuento dictos volunt, quas Graeci Τύρσεις, & Τύρρις. Vox Pindaro bene cognita, & Hesychio. V. *Sylla, Lacrima, Clypeus*, similia prius discussa.

TIARA. Virgilio scribitur —— *sacerque tiaras*, Herodoti imitatione. Vide Hesychium.

TIBVR I Latij; ita Priscianus, & Coelius. Quibusdam libris *Tybur*, & *Tyburtum*, mendose. Ouidius: *Inde suburbano clarus Tiburte triumpho.*

Τίβουρα, Τιβουρῖνος, Stephanus, apud quem Nicanor scripsisse scribitur: Τίβυρα, Τιβυρῖνος, ὃ καὶ ἀναλογώτερον, *Tibura, Tiburinus ex Analogia, paulo magis est*, inquit. Plinius lib. 16. c. 44. *Tiburtes quoque Originem multo ante vrbem Romam habent.* Solin. c. 8. Ouid. Fast. 4.

—— *Iam moenia Tiburis vdi.*

Aeneïde 7. *Tiburtia moenia*. Aen. 11. *Tiburtus*. Gell. lib. 9. c. 14. *In Tiburti bibliotheca.*

TIFATA per F lego apud Festum, & Silium l. 12. etsi videtur a Τῖφος, quod Apollonio lib. 1. est ὁ χαθυδρος τόπος. *Tifata* Festus *Iliceta*. Vide.

TIGRIS, & *Tigrix* per X in veteri Inscriptione, vt *Pristis, Pristix*. Ὄρυις, Ὄρυξ. V. *Palmis.* Priscis quoq. scriptum Τίγρις, & Πίγρις teste in Dionysium Eustathio, qui vetera iurat Exemplaria. Origo ‏דגלת‎. Initio namque lentum est aquarum agmen, vt pigrari videatur: post fluuius celerissimus, vnde Tigri nomen paulo diuersum rei non prorsus eiusdem.

TILLIVS, Cimber Caesaris percussor, non Tullius. Libri prisci, Graeca Consuetudo, Seneca 3. de Ira.

TIMOLVS, TMOLVS. Ouid. *Deseruere sui Nymphae vineta Timoli.*

Quo loco inscite Ciofanus *Tmoli* tuetur, quem refutat

Seneca Oetaeo: *Hostes Timoli Lydiam fonit nuram.*

Neque poëtica haec est epembole: sed *Tmolus* ex poëtica caede reliquum factum est. Eustath. in Catalogo: Τίμωλον γὰρ αὐτὸν ἡ πολλὴ γλῶσσα τῶν ἐγχωρίων καλεῖ. *Timolus frequenti incolarum sermone vocatur.* Stephanus: Τύμωλος, οὕτως ὁ Τμῶλος κατὰ ποιητικὸν σχηματισμόν: *Tymolus, sic Tmolus poëticum in morem.* Y habet, poscitque series ordinata. Strabo lib. 13. c. 14. Τμῶλος concise. Validius Plin. lib. 5. c. 29. *Tmoli montis, qui ante Timolus* appellabatur; ac si Plinij acuo, quod ignorare non potuit, *Tmolus* diceretur. En quanti Ortographia Stephano, Plinioq. fuerit, vt in tanta, tamque varia scriptorum mole, non eos fugerit scribendae vocis huius accuratio. Olim quoque D capitalis fuit huius vocis litera, quam vocem nonnulli finiunt per o ποιητικώτερον, ἢ ἑλληνικώτερον? Ciofanus supra Libris quibusdam *Thimolis* cum Th arrogat.

TINGVERE Pandectae Fl. constanter cum V. Modius in lib. 14. Silij Italici, Carrion alibi; pluresque nouatores tam V cupienter amplectuntur, vt *Tingo* extinguant non sine flagitio. Nam Priscianus lib. 10. *Tingo, vel Tinguo.* Diuersius Fl. Caper: *Tingere, non Tinguere dicendum est,* inquit. Ei se iungit Beda, & Auctor incertus lib. de Orthogr. Huc nos inclinat Origo, Τέγγω, *Tingo*, E in I verso, vt olim *Teberis, Tiberis.* Velius Longus quosdam memorat *Distingo* scripsisse absque *V* quod a *Tingo* componi sint opinati: ipse interim *Distinguo* per *V* mauult. Malim quoque *Aequoris tingi* Metam. 2. Hesychius: Τέγγει, βρέχει, ὑγραίνει, στάζει: *Tingit, madidat, humigat, rorat.*

TINTINNABVLVM, Ἐξαίρεσις, Κωδώνιον. Ita per duplex NN Glossae. Ortum est ex *Tinnio* reposita prima sillaba.

TIPHERNVM quibusdam ex Codicib. vt non moueo: sic in plerisque Plinij, Liuij; Silij *Tifernum* per F mihi praestabilius. Ortum videtur ex Τῖφος, & ἕρνος.

TIPHIS cum I Latiari in vltima inecstatur. Orpheus Argonauticis:

Ἀμπυκίδην Ἴδμονά, κυβερνητῆρά τε Τῖφυν. *Val. Flaccus l. 1.*

Assidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto.

Lib. 5. —— *Fatis tibi Tiphy negatum Parthenium* ——

Hesychus: Τῖφυς . . . ὁ τῆς Ἀργοῦς κυβερνήτης: *Tiphys, Argus rector.* Seneca Medea:

Ausus Tiphys pandere vasto. Carbasa ponto.

TIPVLA in Plauti Persa: Duza in notis *Tippulae* gemino P. *Varro* Bimargo: *Vt leuis tipula Lymphon frigidos transit lacus.* Nugiuendulus eo non intellecto reposuit Praefatione mea in Silium *Stipula.* putidissime. *Vide* Festum.

TIRO. Si per Y *Tyro*, ac si a *Tyrus*, prior correpta sit: Ouidius autem protraxit in Amorib.

Multaque tironi non patienda feret.

Ita Libri, & Saxa, quibus in priori editione Manutius haesit: in altera maluit se vnius vetustae Inscriptionis angustijs circumscribere, & *Tyro* rescribere. At cum aliorsum sit voculae modulus, & Pontaci momenta ex Eusebio Petauij, & tribus MSS, & Taciti editio me diuertant a Manutio, rectius putem *I* Latinorum scribi. Ne omittam multa olim per Y exarata, postmodum I Latiari exculta: si modo illud vnquam per Y: opinor enim ab exercitatione, & fatigatione, seu ἐκ τοῦ Τείρεσθαι nomen oriri. Exercitatis enim κάματος ἀκάματος.

TISIPHONE cum I in prima, absque Dasea. Errato duplici Iouianus lib. 2. *Thesiphone.*

TITARESIVS, TITARESVS. Quinque sillabae scribuntur in Catalogo:

Οἳ δ᾽ ἀμφ᾽ ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ᾽ ἐνέμοντο.

Qui circa amabilem Titaresium posuere domos.

Hesychius: Τιταρήσιος, ποταμὸς Ἠπείρου: *Titaresius, Epiri fluuius.* Idque ἀκριβῶς Pintianus complectitur in lib. 4. Plinij c. 8. *Titaresus* 4. sillabis in 6. Lucani:

Defendit Titaresus aquas ——

TITIBAT, & *Titubat*, Philoxeni Glossae.

TITIVS cum *T*, Libri, Saxa literata, Plutarchus.

TITORNVS in vulgarijs Lexicis non placet: scriptum oportuit *Titormus* cum M ex Eustathio in Odiss. ε. & Athenaeo.

TITVLVS, non *Tutulus.* Τιτός, *Titus*, *Titulus*, Τίτυλος, Τίτλος, ex quo ἐπιτιτλοῦσθαι, pro quo barbaries inuexit *Intitulari*, qua scabie Bergagnius Minorita suam infecit Approbationem, quo sibi Reuerendissimi titulum sumeret. Hesychius: Τίτλος, πλοχίον ἐπίγραμμα ἔχον. Sed & *Tituli* quasi *Tutuli a tuendo* milites Festo. Romanorum militiam scimus honoratissimam: inde milites honorati, id est, Τιτοί, & *Tituli.* Ex quo

Ingentes trepidare Titos —— Persij Satyra.

Deinde

Deinde vetusto more *Tutuli* dicti, vt *Pessumus*, *Proxumus* Plauto, ac Prisciano. *At* pro *Inscriptione* cuiusuis rei, aut honorifica nominis accessione hautdum aliter quam *Titulus* legi, primam obtinente sedem vocali tertia. Nonnus Panopolitanus in Paraphrasi:

> Γράμμα. Ἰόπερ χιλιέσσι Λατινίδι τίτλον ἰωῆ.
> Ἦν δ' σοφῷ χαλάμῳ Ἰετυπωμένον ——

Hoc est: *Scriptum, quod Latina lingua Titulum dicunt, erat scito calamo inaratum.*

TMARVS, TOMARVS aeque recte, certe integrius Plin. lib. 4. edente Gelenio, Straboni, & Stephano τρισυλλάβως Τόμαρος. Apud Stephanum, si mendo vacat, Τμάρας etiam cum A in vltima. In Ecloga Maronis octaua quidam legunt:

> *Aut Tmarus, aut Rhodope* ——

V. Pierij notam. Hesychius: Τόμαρος, τὸ ἐν Δωδώνῃ ὄρος.

TMOLVS. V. *Timolus.*

TOLISTOBOII. Stephano Τολιςόβιοι: Eratostheni primo Galaticων Τολιςόβωγιοι.

TOLLENONES, vel *Tollones.* Pithoeus lib. 2. Subsec. c. 17.

TOLVTIM vnico L, siue quasi *Volutim*, quod visum nonnemini: siue, quod amem, cum Varrone, fit a *Tolo*, siue *Tulo*: Ita ille in Modio, & rursus apud Nonium in Gradarius:

> —— *Atqui gradu tolutili*
> *Te medius, quam tute molliter vectus cito relinquat.*

Similiter *Tolutiloquentia*, qualis Pindari, *numeris fertur lege solutis.*

TOMYRIS Massagetarum regina, omnium optime absque H, & Y. Deteriora *Thamaris, Tamiris, Tamris, Thomyris.*

TOMOS nominandi casu. Ouidius passim, & hoc loci:

> *Inde tomos dictus locus est; quia fertur in illo*
> *Membra soror fratris dissecuisse sui.*

Stephano Τομεύς.

TONDO, TVNDO diuersae rei sunt. Aen. 6.

> *Immortale iecur tondens* ——

Quod Calaber post Homerum dixiit:

> —— Κεῖρε δ' ἀεὶ αἰετὸς ἧπαρ ἀεὶν ἀεξόμενον ——

Tundo, Ferio, Quatio.

TONITRA, an *Tonitrua* dici debeant, diffident, inquit Fl. Sosipater lib. 1. Poëta nunc oblitus: —— *Tonitrua mundum Horrificant* ——

Tonitrum, Philoxeni Glossae, aliae *Tonitruum.*

TONITRV, TONITRVS. *Val.* Flaccus lib. 1.

> *Terrificique ruunt tonitrus* —— Lucret. lib. 7.
> *Seu tonitrus, ac tela Iouis, praesaga notauit.*

TONSILLAE Ciceroni de Diuinatione, & vulgo. Chac. in Isidori MSS. legisse se adseuerat absque N *Tosillas*, addito ex Festo *Tonsillam* esse palum desolatum, Deminutione scilicet a *Tonsa*. At medicorum filij, physicique norunt, quid in homine *Tonsillae*. Excerpta de Glossar. paulo diuerruntur: *Tusillae*, Παρίσθμια. *Tonsam* habes Aeneid. 5.

TONSTRIX addito T Eutychi lib. 1. Martial. Epigr. 17. lib. 2.

> *Tonstrix Suburrae faucib. sedet primis.*

Ibidem: *Sed ista Tonstrix* ——

Ex eo scribendi genere figurauit Cicero *Tonstriculas*. Romae in Museo Card. Carpensis:

SEXTIAE. L. TERTIAE
TONSTRICI

Hoc idem firmatur ex paragogo *Tonstrina*. Priscian. l. 4 *Tonstrix, tonstrina.* Item tradit scribens in Virgilium, vbi & *Defenstrix* profert e Ciceronis Timaeo. Charisius tamen l. 1. *Institut.* tollit T *Tonsrix, Fossrix, Cursrix*, cui Manutius adhaeret. Cuius ratio: quia foeminina ista accrescunt beneficio vnius consonae. Prae quib. Prisciani nota placet in Virgilium: *Debuit Tonsrina absq. R esse, nisi Sonoritas coëgisset.* Tantundem dic de *Tonstrix*. V. *Esdras, Redhalo.*

TOPAZIVS, olim *Topazius*. Stephanus: Διὰ τοῦ ξ δ' ἐχαράττο πρότερον. Est enim Troglodytica vox auctore Plinio lib. 37. c. 8. si modo non eius cortina fallax. Sic ille: *Topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quaerendi.* Vide caetera. Scribitur & sillaba minus *Pazium.* Hesychius: Πάζιον, ὃ καὶ τοπάζιον, λίθος πολύτιμος. *Pazium, quod & Topazium, lapis preciosus.* Orpheo quoque sillabis tribus: Κλείονται θνητοῖσι ἐυηπολίησι τόπαζοι.

> *Celebres sunt mortalium in sacrificijs topazi.*

TOPER, non *Topper*. Dicitur enim quasi *Toto opere*, vt *Semper*, *Semiopere*, *Nuper*, *Nono opere*. Istud alterum peccant in Fabio librarij lib. 1. c. 6. & Festo.

TORPEDO per E secunda in sede. Claudianus:

Quis non indomitam mirae torpedinis artem.

Glossae per I: *Torpido*, Νάρκη. Eedem Glossae per V: *Turpedo*, Νάρκη.

TORTORES, & *Torsóres* Priscian. lib. 9. Item lib. 10. *Torsum*, vel *Tortum*. Item lib. 11.

TORVS, a *Torto*, vnde *Toral*, herbarum congeries manu *torta*, sessui apta *Torus* erat primitus, Isidor. lib. 20. Orig. c. 1. Virgil. indicat l. 5.

—— Viridante toro consederat herbae.

Plin. l. 8. c. 48. *Antiquis enim torus e stramento erat*. Prop. l. 3. El. 13.

Altaque natiuo creuerat herba toro.

Apage asperitatem Libris, & Saxis incusam, ac Virgilio Carpensi. Varro vndeunde deducat, leuat. In primo de vita P. R. apud Nonium in *Toral* ab herba *torta*: in 4. de LL. a *Torno*. *Alij* a *Tornando* artis, quam naturae curiosiores. Alij ex Τὸροπα, Τόρος, *Torus*. Edunt nouatores apud Prudentium cum H lib 1. contra Symmachum:

Aut si nupta thorum regis conscendere iussa.

TOTIENS, QVOTIENS. Priscian. lib. 15. *Aduerbia in Ens, Totiens a Tot: Quotiens a Quot, & a Multo Multotiens, & Aliquotiens ab Aliquot*. At lego Sallust. lib. 1. histor. *Neque detrusus aliquoties terretur*. V. *Quotiens*.

TRABICVLAS ABIEGNEAS vetus Inscriptio per I: at per E Cato c. 18. de RR. *In iis trabeculis trabes*.

TRACALA *Aurel.* Victor. *Alij* Codices, ac Festus *Trachala* aspere in medio. In Festo *Ariminenses* audiunt *Trachali*.

TRADO. Vide *Traduco*. *Transdo* veterib. fuisse memorat Donatus. Sic legit Ciuacius in Accij Telepho: *Nauem in fugam transdunt*. Sic Pandectae Flor. in Caesare *Transditus* pro *Traditus* legi volunt. Intercedunt Notae ad Nonium, quibus sit *Tradunt*, quid receptius, ac ciuilius.

TRADVCO, ex quo *Traduces*. Velleij lib. 2. edente Lipsio: *Incolumique omnium, quos transduxerat numero*. *Transduco* Pandectae Flor. Sic agreste Latium cum solitaret ex integris voces conflare. Papirianus: *Trans praepositio interdum plena est: vt Transtulit, Transactum, Transeo, Transitus. Interdum minuitur, vt: Traiicit, Traducit*.

TRAFERO Ciceronem scripsisse Becmanus adserit. Fauet ei *Tralatus*. Romae iuxta palatium Bononiense:

CORPORIBVS. TRALATIS.

Id clamitant alij ἰσφαγότερον, in quibus *And*. Brabantus. Ab opinione plurium non recessero. Notat P. Victorius in Tullij epistolas ad Atticum lib. 16. *Hunc tu tralatum in macrocolum* veterib. esse Codicib. addito: *Nec tamen sic in nostro scripsimus, ne omnia velle immutare videremur. Tantum rem notasse*, inquit, *Antiquitatis causa placuit*. Superaddit in 4. epist. ad Lentulum veteres Codices praeferre: *Causam regiam alio traferebant*. Donatus in Phormionem: *Transdere veteres sonantius, quod nos lenius dicimus Tradere, vt Tralatum, quod nos Translatum econtrario*.

TRAHA bisyllabum est Columellae: Maroni augetur sillaba:

Tribulaq. traheaeque, & iniquo pondere rastri.

TRANSFERO, & deriuata integra praepositura *Trans* scribit Manutius ratione habita compositionis, veterum Librorum auctoritate, adsensu Donati in Phormionis Prologum. Sic *Transfero*, *Transfugium*, *Transfigo*, *Transfiguro*, *Transformis*. Idem enim ius τοῦ *Trans*, quod praepositionib. reliquis, quae modo integrae, modo admutilatae transeunt in alterius partis coniugium. Omnibus moderatur Vsus.

TRAIICIO tritissimum est. *Antique* legitur in Solino c. 65. *Vt transiaci ne sagittis quidem possint*. Velleij lib. 2. edente Lipsio *Transiecerat*.

TRAMEO quondam, ex quo *Trama*, quod trameat filum, & *Trames* Varroni lib. 4. de LL.

TRANO Vsu peruagatissimo. *Apud* Ciceronem, & Horatium ambitiose scribunt *Transno*, quod tam asperum Pierius in 4. Aen. iudicat, vt nunquam recipiendum sit. In ripa Danubij prope Budam:

VASTA. PROFVNDI
AEQVORA. DANVBII. CVNCTIS. TRANSNARE. SVB. ARMIS

TRAN-

TRANQVILLVM. Veteres *Trancillum*, a *Cellendo*, seu *Recellendo*. Praepositurae namq. *Cis*, & *Trans*, quia recedunt a medio, illius carentiam nonnunquam conuoluunt. Est ergo *Tranquillum*, cum mare in ita, aut reditu non *recellitur* vi, aut impetu, sed paene conquiescit. Seneca nimis hic apertus lib. 5. qq. Nat. Praefat. *Sic tranquillum mare dicitur, cum leniter commouetur, nec in vnam partem inclinatur. Itaque si legeris: Cum placidum ventis staret mare: scito illud non stare, sed succuti leniter. Et dicitur tranquillum: quia nec huc, nec illo impetum capiat.*

TRANSCENDENS *Germanice facta euorum*, Silius Italicus. Velleij Lipsiani lib. 2. *Vt ad maiora transcendam*, duobus SS. *Trascendo* reperias quandoq. *Transscribo* similiter, & *Trânscribo* pro Librorum, aut opinionum varietate.

TRANSLVCEO, vt *Transtabor*. *Tralucco*, vt *Tralatus*, ἀρχαϊκῶς.

TRANSENA videtur, vt *Antilena*, *Postilena*. Nam & *Transinunt* dixere veteres pro *Transeunt*, vt *Prodinunt* pro *Prodeunt*, Festo. *At Transennam* duob. NN Libri, editionesque paene omnes Plauti, Ciceronis. Lexicon Cyrillo inscriptum: Βρόχος ἐν ἀγρεύσεις θηρευτής, *Transenna*. *Funiculus in carcerib. tentus*.

TRANSIACI, SVPERIACI apud Solinum, & Senecam ex Libris veteribus rescribunt.

TRANSMISIT, TRANSPOSVIT: alij *Tramisit*, *Traposuit*, inquit Vel. Longus. *Tramitto*, *Trasco*, *Trasfuga* Tullij Codices prisci, Victorius. Nec damno, nec exosculor. Ea cum praepositura incolumi mihi potiora.

TRANSMOVEO in Eunucho:

Labore alieno magno partam gloriam Verbis saepe in se transmouet.

Annali Taciti 13. *Syria transmotae legiones*. Insolentius *Tramouco*, *Tramotus*.

TRANSPADVM, TRANSALPES, TRANSMARE, Onuphrius lib. de Antiq. Nominib. vniter.

TRAVIO. Lucret. lib. 6.

—— Foraminibus liquidis, qua traniat ignis.

Ita Libri prisci teste Gifanio. Antiquitatis patrem suspice Plautum in Epidico:

Tranolauerunt ad hostes.

THRAX. Casaubonus in Caligula Tranquilli ex veteribus monumentis legit *Threx*, vt antea *Threci*. Neque displicet. Nam Graeci Θρᾶξ, Θρῇξ, Θρῆξ, vnde Θρηκικά. Vide *Thraecia*.

TREMISCO media per I passim. At in Romano Virgilij Codice, in Mediceo, ac veterib. paene omnib. *Tremescunt* habetur in vndecimo. Item in Bimargo Varronis referente Nonio:

Magna vt tremescat Roma, & magnae mandonum gulae.

Glossarium Latinograecum: *Tremesco*, Τρέμω. Flagitat id Competentia *Pauesco*. *Calesco*. Dices haec nata e flexu secundo *Pauere*, *Calere*. Non a *Flacceo Flaccisco*? Pacuuius Chryse:

Fluctus flaccescunt, silescunt venti, mollitur mare.

Vetustisco vnde? Est vero Nigidij lib. 10. Grammaticae. At in Columella lib. 1. c. 6. de RR. reperio per E: *Vinacelerius vetustescunt*. *Mitisco* scribunt in lib. 4. reip. Ciceronis: ideone proijcies *Mitesco* mundo obstrepente? Item *Incurnisco* lib. 3. de Orat. & Tuscul. 1. *Macesco*, & *Macisco* probat Scaliger in lib. 3. Varron. de RR. *Lucesco* Vsus promiscui: notat P. Victorius ex vetere Tullij pagina *Lucisco*. Veteres tam *Luci*, quam *Luce* dixere. *Patisco* 4. de Finib. *Animam sui datam pro sale, ne putisceret*. Contra *Putresco* Val. Maximus post Tullium: *Nihil interest an humi, an sublime putrescam*. *Putrisco* autem, & *Putesco* nescio quomodo fiat, vt mihi minus rideant. Vide *Lucisco*, *Innenisco*.

TRESTABERNAE, TRES etiam TABERNAE iunctis, aut dispessis vocibus pro ingenio librariorum, aut lectorum legitur in Actis Apostolorum c. 28. Ammiano lib. 16. & 18. Lib. 2. ad Atticum bis. Lib. 1. ad Att. epist. 10. vbi editio a Gothofredo habet: *Vnam a M. Cornelio, quam a trib. ei Tabernis, vt opinor, dedisti*. Sic idem legit lib. 2. epist. 11. & 13. Item 27. *Emersam commode ex Antio in Appiam ad Tres Tabernas ipsis Cerialib.* Sic editio a Victorio humanissimi Gruteri iudicio emendatissima.

TRESVIRI scribitur Plauto in Amphitruone, & Asinaria, recte. Vulgatius est *Triumuiri*, vt *Duumuiri*. Sic scribunt in Tullio lib. 3. de Orat. *Pontifices veteres propter sacrorum multitudinem tresuiros epulones esse voluerunt*. Atque adeo credibile est Ciceronem a Pontificum vetere scriptura non abijsse.

TREVIRI vrbs nobilissima, ac per E *Treueri*, Vopisco, & Trebellio. Item *Triuiri* I in prima, E in secunda. Latinis, Graecisque *Auctorib*. *Treberi* Eusebij Pithoeanus Codex. Nec absque recti imagine. Quippe S. Quintino MSS. quem Petrus monachus obtulit annos ante quadringentos, habet *Trebetam* antiquissimae huius vrbis conditorem. *Treuiris* dicitur D. Hieronymo lib. de Scriptorib. Eccl. Tacito, Saluiano, Adoni, idque vsitatius. Ptolemaeo Τρίβοροι.

TRIBVNAL recte. *Tribunale* sillabis quatuor Quintilianus minus probat lib. 1. c. 6. V. *Al*, *Ale* in Variantia.

TRIBVTVS (TRIBVTVM nos dicimus) *a plerisque veterum*, inquit Gellius lib. 13. c. 9.

TRICAPITINVS, TRICIPITINVS, Glossae veteres. V. *Insapiens*. Eaedem: *Bicapites*, Δικέφαλοι.

TRICAS absque H, licet ex τῶν τριχῶν contra Originem: Vsus extorsit, & modum excessit.

TRICESIMVS per C, non per G *Trigesimus*. Cum N intercalario *Tricensimus* βαρβαρικώτερον scribitur.

TRICOSTVS per O Virginij cognomen, non *Tricastus* per *A*, Pighius *Annal*. l. 2. Diodorus Siculus lib. 11. Τρίκοςον scribit.

TRIFARIAM, TRIFARIVS. Olim cum Ph, quod Origini debitum. Herodot. lib. 3. Τριφασίας στρατιὰς, *triplicem exercitum*. Postmodum recte per F, vt infinita alia.

TRINACRIA *Mulciber antra* scribitur Silij lib. 14. *Aeneid*. 3. *Trinacria Aetna*. *Mare Trinacrium* Fast. 4. Seruius agnoscit quoque absque R posteriore *Trinaciam*. Recte. Ita Homerus Odyss. lib. 12.

Θρινακίην δ' ἐς νῆσον ——

Cointus Calaber lib. 5. *Apollonius* in *Argon*. Vtramque scripturam ponit *Tzetzes*: Τὴν Σικελίαν λέγει, ἣ καὶ Τρινακρίαν καὶ Τρινακίαν καλοῦσιν. *Siciliam dicit, quam & Trinacriam, & Trinaciam vocant*. Vtraque potius scriptura Strabo lib 6 absque R secundo putat suauius. Variat & principis literae scriptio, & Origo Etymologo ἀπὸ τριῶν ἄκρων Τρινακρία siue a *Trinacro* e Sibyllae folijs, quam laudant Suidas, atque Eustathius in Homerum Per Th, seu Θ scribunt, quibus visum est vocabulum hoc fictum ex Θρίναξ a *Tridente*. quod scriptione quoque varium discas ex Etymologo: Θρίναξ σημαίνει τριαινοειδὲς ἀργαλεῖον ἐργαλικόν. παρὰ τὸ τρία Τρίναξ, καὶ Θρίναξ. *Thrinax instrumentum operis tridentis specie, ex* Τρία *Trinax, &* Θρίναξ. Sic Θρίαμβος, *Triumphus*. Sic Suidas, atque Hesychius. Scribitur quoque Ouidio:

Trinacris a positu nomen adepta loci.

Alijs *Trinacis* absque R. Nec praetereat nos illa Hesychij nota: Θίδραξ. καὶ Θρίδαξ.

TRIOCALA per O longum Silio Italico lib. 14.

Et mox seruili vastata Triocala bello.

Plinius lib. 3. c. 8. *Triocala* per o pusillum Diodoro lib. 36 qui nomenclationis causam pulcerrimam enudat. Stephanus ex Philisto notat Τρίκαλον, καὶ Τρίκαλα οὐδετέρως, absque O. Similiter Verrina 5. *In Tricalino, quem ante fugitiui iam tenuerant*. Scriptum quoque *Triocla* reperitur errore pusillo, si modo aliquis est. Nam & *A* expungitur in *Classis*, quod ab eadem est Origine.

ex TRIPHILO Varronis aliquid referunt hi: alij ex *Trifilio*, *Tripalo*, *Triphalo*, *Trippolyto*, *Trifolio* inconstanti diuinatione.

TRIOPAS rectissime. *Tropas* in Turonensi lib. 1. c. 7. Item luxatis elementis *Troipas*. *Trispas* male. Vide Leopardum lib. 4. Emendat. c. 9.

TRIQVETRA litera T notissimi Vsus. *Triquedram* quibusdam scriptitatum index est Quintilianus lib. 1. c. 6. Scilicet vt *Quadram* a *Quatuor*.

TRISCVRIA *patriciorum* Iuuenalis Sat. 8. vulgo legunt. Ios. Scaliger in Catullum *Transcuria* sententia longe diuertente. Priscianus in 4. Aeneidem *Tricuriam* praefert, si modo editum recte.

TRIVMPHVS leuata sillaba initiali, asperata terminali: Origo licet Spiritus locos verti ostendat, quae est θρίαμβος Huius vocis triplex a Suida, & auctore Etymologico statuitur Originatio, & a qualibet trium oritur in primo elemento flatus, nisi si cum Zacharia Graeco Theocriti interprete scriptum olim est promiscue Τρίον, & Θρίον pro *ficulno folio*. Quod opiner. Nam & Θρίδαξ, Τρίδαξ, Θρινακρία, & Τρινάκρια recte scriptum non multo ante demonstrauimus.

mus. B autem Graiorum primum in P migrauit. Cicero in Oratore: *Quin ego ipse, cum scirem ita maiores locutos esse, vt nusquam nisi in vocali adspiratione vterentur, loquebar sic, vt Pulcros, Cetegos, Triumpos, Cartaginem dicerem.* Quibus verbis mutata Consuetudine subindicat *Triumphum* cum Ph dixisse se, aliter autem aliquando. Dicere autem adspirationem a prima sillaba in vltimam sillabam transire, haut placet. Quasi hae notulae auicularum instar de ramo in ramum desiliant. Docere porro *Triumphum* a Θρίαμβος fieri, & subtexere rationem de adscensione Capitolij, deque acclamationib. Romanorum est suam *Triumpho* Originem vna, atque antiquitatem inuidere, aut profiteri nescire. Nam & viri non Romani, & nationes aliae ante Romanos triumphauere, & ante Capitolij adscensum *Triumphi* nomen, & res fuit, quae alij veteres aliter, quam Andr, Brabantus tradidere. Claret quoque de Ciceronis mente *Triumphum* per F, non scribendum: cui sollenne fuerit *Triumpum* absque H scribere. Quarta Originatio si admittetur ἐκ τριῶν ὀμφῶν, dubitabilis non erit huius vocis scriptura. Scriptioni tamen per F non deest color. Sic in Pandectis Flor. esse *Triumfator* testis est Carrion in lib. 1. Val. Flacci. Sic apud Goltzium in Nummo Constantij vltimo TRIVMFATORI. In Valentiniani, Valentis, Gratiani TRIVMFANTI. Ac ita paene semper insecutis reip. Romanae deflorescentis temporib. Sic scribi volunt *Triumfus* Silburgius, Frischlinus, Melissus: quibus in opposita statiõne satis fuerit vnus Manutius.

TROIA, non *Troea* (etsi Τροία) non *Troiia*, neque *Troiiia*, quae nunc Consuetudo valentior deiecit. V. *Maiia*. Quaerit Priscianus in lib. 1. Aen. *Cur Troia, cum apud Graecos diphthongum Oe in priore habeat sillaba, non seruat etiam apud nos?* Respondet: *Quia in dissillabis, in quibus Ai, vel Oi diphthongi antecedunt, apud Graecos sequente vocali diaeresim solent facere Latini plerumque, & pro consonante duplici accipere I, & eam a priori subtrahere sillaba, & adiungere sequenti. Quamuis antiqui solebant duo II scribere, & alterum priori subiungere, alterum praeponere sequenti, vt Troiia, Maiia, Aiiax. Hanc tamen Consuetudinem habuerunt Aeoles imitantes, qui* Κοῖλοι *per diuisionem dicunt* Κόϊλον, *& multa similiter diuidunt.* Nec omittendus Vel. Longus in Orthographia: *Qui Troiam, & Maiam per vnum I scribunt, negant onerandam pluribus literis scriptionem, cum sonus ipse sufficiebat: hanc enim naturam esse quarundam literarum, vt morentur, & enunciatione sonum detineant, quod accidit & in eo, quod dicimus.* Post pauca: *Cum appareat per vnum I Troiam scribi apud Graecos, & Maiam, non est nobis altera I necessaria: cum in nomine non scriptio immutetur, sed sola enunciatio.* Vide Isidorum l. 1. Orig. c. 4. & 26.

TROIVGENA, & *Graiugena* cur cum V perscribuntur? Quia ex *Troiia*, & *Graiius* vertunt I posterius in V. Ita Priscianus scriptis ad Aeneidem duodecimam.

TROPAEVM, non *Trophaeum*, Libri veteres assentiente etiam ratione Graeca. Graeci namque Τρόπαιον. Haec verbatim Andr. Brabantus. Verumenimuero *Tropaeum* maiorib. suis arrogat in Oratore Tullius, ac suae Consuetudini iam desitae, vt indicant verba. Quare rectius *Trophaeum* per Ph: idq. non tam ex vniuersae Graeciae, quã ex Atheniensium plebiscito, quibus scriptum Τρόφαιον: Aeoles deinde primi, quibus ius est non adspirare consonas, inuidere spiritum, haesitque alijs ab Aeolib. exemplum forte & Romanis. Tullius expressim, quem vide in *Triumpho*. Certe in Maronis Romano Codice, & antiquioribus aliquot non inesse adspirationem Pierius adstruit. Velle suum cuique est: ego non facilis a recepta scribendi abire ratione. Existimo autem eum Atticismum, aut non considerasse, aut nescisse, qui *Tropaeum* pro oraculo venditant. Addo quod etsi Τρόπαιον tota scripsisset Graecia, potuisse ab ea diuerti Latium: diuertitur enim cum scribit *Rhiphaeos montes*, quos illi scribunt Ῥιπαῖα ὄρη. Vide *Apua*, *Asparagus*, *Enipeus*. Nec abs re notauit Tzetzes in Hesiodi Ἔργα· Δασυντικοὶ γάρ εἰ Ἀττικοὶ τοὺς Λίσπους, Λισφους λέγοντες, καὶ τὰ Σπίλα, Σφίλα, καὶ Ἀμφίχει, καὶ Ἐφίσης: *Adspirant enim Attici Lispons dicentes Lisphons, & Sphetla pro Spetlis, & Amphechei, & Ephises*, quae communiter Ἀμπίχει, Ἐπίσης. Sic illi Τρόφαιον, quod alijs τρόπαιον. Sic apud Homerum Καθαλλομένη, & Ἐπάλμενος. Mecum πολυμαθέστατος Bulengerus Eclogis ad Arnobium, cui Τροπαιοῦχος vertitur *Trophaea habens*. Deliberate sic ille scripsit, cuius oculis Graeca vox obuersabatur. Atticismum quoque Vulcanius in his ex H. Stephani Glossario agnoscit: *Conspector*, Ἐφόπτης: alioqui rescribatur Ἐπόπτης. Similiter Hesychius: Ἐφόπτης, θεατής. Scio Philoxeni Glossas demere Spiritum: sed & illud scio, easdem diphthongum minuere. Licuit illis bis peccare. Pollux lib. 10. c. 26. Πατὸς μέντοι, καὶ φανὸς, ἡ λαμπάς. *Siphunculus, & Sipunculus* admittit Barbarus in Indice. *Zophyrus* pro *Zopyro* vett. MSS. Iustini lib. 1. *Rapum* vnde? Veteres Graeci dixere Ῥάπυν, alij Ῥάφυν. Athen. lib. 9. Τὴν δὲ ῥάφυν γλαῦκος ἐν τῷ ὀψαρτυτικῷ διὰ τοῦ π ψιλῶς καλεῖ ῥάπυν. *Raphyn Glaucus in opere de Condimentis per P tenue vacat Rapyn.* Ἀμφὶ, Aeolice Ἀμπὶ: vnde Ἀμπεχόνη. Etymologus

mologus: Κυλὴ Κυφὸς, ἢ Κυπῶ. Prior ſcriptio Atticorum eſt. Sic apud Silium *Camphaſus* equi vocabulum: licet παρὰ τὸ κάμπτειν *Campaſus* videbatur poſci, vt *Campae*.

TVCETAQVE *craſſa* Perſij Satyra 2. vnico C. Ita Callimachus Piſacis:

—— Ambroſio redolent tuceta ſapore.

Verum Perſij vetus Interpres ex eo retur Maronis amicum *Tuccam* appellatum. An ergo *Tucceta* C repoſito? Audi Philoxeni Gloſſas: *Tucca*, κατάχυμα ζωμοῦ. Item: *Tuccetum*, ζωμὸς παχύς. Melius igitur *Tucceta* geminante C, vel apud Arnobium lib. 2. *Glaciali conditione tucceta.*

TVDER, TVDERTVM, TVDERTA πληθυντικῶς, Stephanus.

TVLI in ore omnium, & calamo. Antiquitas *Tetuli*. Lucret. lib. 6.

—— Se tetulerunt ſemina aquarum

Terentius in Andria.

TVMVLTVO, TVMVLTVOR Priſcianus ſeribit lib. 8.

TVRBO, TVRBEN. Tibull. lib. 1. *Namque agor vt per plana citus ſola verbere turben.* Sic legit Chariſius, ſic Seruius: niſi quod vacillante memoriola Catullo id tribuit, quod Tibullo debuit.

TVRDETANI Liuius: per I Stephanus Τυρδιτανία. Artemidorus & per T Τυρτιτανία.

TVRRANIVS duplicato R, Saxa Manutij.

TVRSIONES quinta vocali primam conſtituente ſillabam lego apud Plinium lib. 9. c. 9. Theodorus *Tyrſiones*: alij *Torſiones* varietate iactiſſima.

TVS abſque adſpiratione ſcribunt, & a *Tundendo* declinant Varro, Priſcianus, Seruius in l. 1. Georg. *Sane Tus ſine adſpiratione dicimus*, inquit: *nam antiqui Thus dicebant* ἀπὸ τοῦ θύειν, *quod diſplicuit. Tura enim a Tundendo dicta eſſe voluerunt, a glaebis tunſis, cum quibus dicitur fluens de arboribus coaleſcere.* Accedit Soſipater lib. 1. Inſtit. Apud Briſſonium in Parergis, B. Germani Lexicon, & Pandectae Fl. eodem modo, quibus adhaeret Carrion Notis ad lib. 1. Val. Flacci: *Tura* ſcribo, non *Thura*, inquit: ſuffragantibus veteribus Codicibus & Grammaticis. Cum his I. Scaliger ad Theophraſtum. Virgilius Carpenſis Manutio, & Longobardicus Pierio teſtibus, qui ambo ſic praeſcribunt. Res paene in aequipondio: aliorſum enim paria ſunt momenta. *Thus* ἀπὸ τοῦ θύειν cum ſpiritu antiquos ſcripſiſſe vides e Seruij dictione. Ita Iulius Modeſtus, & Porphyrio in Od. 30. l. 1. Horatij: *Dicitur Thus*, inquit, ἀπὸ τοῦ θύειν, *id eſt, Sacrificare: vnde adſpiratur Th.* Hanc opinionem probabiliorem clamat Pontanus lib. 2. de Adſpir. Erythraeus in Virgilium. Adducuntur Inſcriptiones. Romae in aedibus Caroli Aſtalli Marmor:

THVRE. ET. VINO. GENII. EORVM. INVITENTVR

Narbone par Tabula:

THVS. ET. VINVM. DE. SVO

Schidae Roſcij:

ITEM. THVS. VINVM. FAR. E
OLEVM. AD. SACRA. PRIVATA

Andr. Brabantus priorem opinionem Iſidoro adſcribit. Laudat eum lib. 16. cap. 8. at eo loco ne γρῦ quidem Iſidorus. Libro autem 9. cap. 2. firmat ſecundam opinionem his: *Thuſci Italiae gens eſt a frequentia ſacrorum, & thuris vocata, id eſt,* ἀπὸ τοῦ θύειν. Sed recinit Iſidorus lib. 17. cap. 8.

TVSCIA a *Tuſco* rege, non a *Thure*: eſtque ſine afflatu in Libris, in Saxis. Ita placitum Erythraeo, Anton. Auguſt. Dial. X Antiq. Manutio, Pontano, Andr. Brabanto, Giſanio, Carrioni. Plinio vero longe aliter placitum l. 3. c. 5. *Lydi, a quorum rege Tyrrheni, mox a ſacrifico ritu lingua Graecorum Thuſci ſunt cognominati*: ſunt enim Θύσκοι veluti Θυοσκόοι. Dionyſius l. 1. Antiq. Rom. Ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας τῆς περὶ τὰ θεῖα σεβάσματα λειτουργιῶν διαφέροντας εἰς αὐτὴν ἑτέρων, νῦν μέντοι ἀσαφέστερον, πρότερον δὲ ἀκριβοῦντες ὄνομα, ὥσπερ Ἕλληνες, Θυοσκόους ἐκάλουν. *Ab experientia miniſteriorum circa diuinum cultum, qua alijs praeminebant, nunc quidem obſcurius, olim cum accuratione maiori Graeci, Thuſcos appellitabant.* Feſtus eadem prope eum Plinio. Verum exſtincto Spiritu in Romanorum triumphis:

DE. TVSCEIS. PRIDIE. NON. MAI

Romae ad S. Baſilium aliter:

CONSVLARI. THVSCIAE. ET. VMB....
...... THVSCI. ET. VMBRI

Ita raro quidquam certi exſculpas ex priſcis ἐπιγραφαῖς. Bernardinus Baldus, cui ſero incidi, abſque Spiritu, ducitque ab Etruſco verbo T E S, quo rei exſiſtentia declaratur.

TVSCV-

TVSCVLVM prouenit ex δυσχόλῳ, Festo quod credimus: nam *aditum difficilem habet*, id est δύσκολον. Iterato ponit verbo *Maniliorum*. Ergo caret adspiratione. At *Thusculum*, pusillum thus. Plautus Aulularia:

Nunc thusculum emi hoc, & coronas floreas.

TVTELARIVS per solo L, Manutius ex Lapidibus *Tutelaris?*

TVTVNVS, vt *Neptunus*, *Portunus*, *Mutunus* melius, quam *Tutunnus* gemino NN. Per A *Tutanus* apud Arnob. lib. 4. non male.

TYANA, TVANA. Ante etiam *Thoana* per o, & θ. Arrianus in Periplo Euxini: Τὰ Τύανα, τὰ ἐν τοῖς Καππαδόκαις, Θόανα λέγουσιν, ὅτι ὠνομάζετο ἐπὶ Θόαντι τῷ βασιλεῖ τῶν Ταύρων. *Tuana in Cappadocia, Thoana dicunt: sic enim denominantur Thoantis, Taurorum regis causa.* Inde Ἀπολλώνιος Τυανεύς.

TYPHOEVS, Τυφωεύς. Lucanus lib. 2.

——— *Aeterna mole Typhoeus.*

Non *Typhoeus* secundam inuadente biuocali, vt male praecipit Tortellius.

TYRANNVS Y Graecorum. Haec eorum Consuetudo. Ita Libri, & Saxa. A *Tyrrheno* duce Lydorum dictos tradit Festus: alij a *Tyro*, vt Coelius Rhodiginus: alij quod Τύρσεις male consiliatam dynastarum potentiam munirent. Festo Stephanus accedit: Ἀφ' οὗ κατὰ ἀφαίρεσιν, καὶ γράμματος πρόσθεσιν Τύραννος ἐκλήθη. *A quo literae detractione* [R] *& alterius accessione* [N] *Tyrannus dictus est. Thyrses* autem, *Turres*, castella, & loca munitiora sunt Dionysio lib. 1. Antiq. Rom. Lucanus:

Tetrarchae, regesque tenent, magnique tyranni.

TYRVS, TYROS, TYLOS. Stephanus: Ἣν Ἀρτεμίδωρος τύλον διὰ τοῦ λ καλεῖ. *Tyros* Aen. 4.

Aut si antiqua Tyros ——— Παλαίτυρος.

TYTIDES, TYDEIDES, TIDIDES, inconstanter Aldus.

PHI.

PHILIPPO MEYERO
PHILOLOGO.

MAECENAS atauis editu' regibus *miris scriptorum laudibus tollitur: tu literatis auis, atauisque procreatus non minoris mihi es: quippe doctrinam pono ante natales. Ea re non tacitus nobis relinqueris. Tu Mahometi Arabis praestigias, ementita fatiloquia, cloacariam spurcitiem nobili carmine per vniuersi theatrum traduxisti, & colluuiaris vitae eius infamia demonstrata, splendor vitae, morumque tuorum, ac doctrinae feliciter emicat. At parte ex alia Alexandri Farnesij Epicedium cum adornasti, quanti patria tibi esset, eo dilaudato, qui Belgicae orae arma victricia, vitamque deuouisset, demonstrasti. Tu Atrebatum, & Artesiae ornamentum singulare primus omnium annos ante duodecim* Orthographica *nostra perlustrasti, atque cum humano genere, vt communicarem cohortatus es,* — ἀγαθὴ ἡ παραίφασίς ἐστι ἑταίρου. *Pareo: inq. laboris partem te voco, Dispice, amabo rectene* Vagitanus *diuertente Viue scribatur ille, penes quem essent humanae vocis initia:* Batillum, Vepicus, Vertagus, Vesaeuus, Vettonica, an Bettonica, Vindemiator, an Vintemiator, *an aliter. De* Virgilio *familiari tuo vetus est disputatio: Operis integritas omitti vetuit. Vide etiam* Vlysses, *an* Vlixes, *& opus eius* Vlyssiponem*: Opus, inquam, hoc vrbis sit, an equilis, dispice.* Vnguere, & Vrguere *probas? Reliqua huius commatis, & vniuersam* Orthographicorum *tractationem tibi amicissimo capiti transmitto, & submitto.*

TRA-

TRACTATVS VIGESIMVS.

V

VACCINIA duobus CC, Pierius in Eclogam Maronis secundam, & Adamantius, vbi quaerit *Vaccinium*, an *Baccinium*, *Vacca* bos, an *Bacca* scribendum. Scribe igitur:

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Sic in Virgilio Carpensi, ac Vaticano fide Manutij.

VACVVS cur non per Q? Quia V sillaba vocem auget, non autem coit cum C, Ratio est Cornuti apud Casiodorum. Perpende. Plautus saepius I immisit in ventrem, scripsitq. *Vacinas aedes aurium* in Pseudolo, & Casina. Prisci *Vacus*: ex quo *Vaccfit*. Monitum alibi.

VAESCVS cum Ae biuocali, vt *Vacionis*. Gellius lib. 5. cap. 12. si modo recte habet: *Ve enim particula, quae in alijs, atque alijs vocabulis variatim per has duas literas cum A litera media immissa dicitur in duplicem significatum, eundemque inter se diuersum cadit.* Post pauca: *Vaescum, Vaehemens, & Vaegrande.* Tum absque biuocali producit *Vesanos*, *Vecordes*, *Veiouem*, quae tria postrema pura sonora scribenda sunt. Eccur non similiter tria prima? *Vehemens* quaere in sua serie. Omnia vniformiter pura videntur absoluenda vocali in Lucretio, Marone, Ouidio. Dispice, Lector, qui possit hic Gellius emendari, & an lib. 16. cap. 5. sui corrigendi viamne nullam aperit. V. *Vepicus.*

VAGOR, & *Vago.* Serenus: *Rure puella vagat arido.* Prudent. hymno 6.
Liber vagat per auras. Priscian. lib. 8.

VAGITANVS per G in secunda male dispungitur a Viue ex lib. 4. D. Aug. de Ciuit. cap. 8. Idem namque repetit cap. 21. Male subijcitur *Vaticanus*. Gell. lib. 16. cap. 17. *Vagitanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanae initia: quoniam pueri simulatque parti sunt, eam primam vocem edunt, quae prima in Vagitano sillaba est.* Fit autem a *Vagito*. Papinius:

——— *Vagitet tertius infans.*

VAH. Vide cap. 14. de Spiritu. Priscianum lib. 1. Polae Inscriptio:

VAH. QVID. LOQVOR.

Vach nihili est.

VALDE, VALIDE. Priscian. lib. 15. *Hoc quoque notandum quod a Valide Valde pro Valide per syncopam profertur.* Verum in L. 27. D. testam. q. facere p. *Valide*

Valide stultam Celsus dixit, vt *Valide sapientem* Vlpianus in L. 4. §. idem Pomponius D. de edili, Vide *Caldus*, *Soldum*.

VALETVDO, VALITVDO. Rhotius, Andr. Brabantus contenti Manutij recalcasse vestigia, iudicij nullam conferunt symbolam. Dicunt isti treſuiri *Valetudo* per E scribendum contra Analogiam. Ecquam illam? Nam *Valetudo* per E stat hac Analogia, *Torpedo*, *Flauedo*, *Rubedo*, *Nigredo*, *Albedo*, *Mucedo* Apuleio. Neque huius Competentiae vim frangunt illa: *Aritudo*, *Vanitudo*, *Aptitudo*, *Lentitudo*, quae omnia ex nominibus oriuntur: superiora ex Verbis eiusdemmodi cum *Valeo*. Ergo pro ipso E pugnat Analogia & quidem ab eodem genere *Valetudinarium*. Senecae. Promunt ex Horatio *Dura valetudo* Amplector. At cum prope infinita varient in Orthographia, cum *Genitrix* scribatur per I, ac per E *Genetrix*. Cur non etiam *Valitudo*? Certe supinum est *Valitum*, vnde *Valiturus* Liuio lib. 35. nequod aliud per somnium nobis objiciant. Et obseruaui Vulcanium edere semper in Apuleio *Valitudo* per I, Lipsium scribere, itaque esse correctissimae Iustini editioni Parisinae.

VANDALI apud Orosium, Vopiscum, Saluianum, alios. Graeci Βανδάλυς, & Βανδίλυς dicunt. Aethici Liber MS. *Vanduli*.

VAPPA, *an* VAPA? Cassiodorus lib. de Orthographia: *Vappa*, Υδαρής. Glossarium: *Vappa*, Ο'ξίνης. In Onomastico: *Vappa*, Ε'κτροπίας. Plinij lib. 14. cap. 6. *Surrentinum* viuum C. Caesar *nobilem Vappam* dictitabat. Horat. Sat. 5.

Multa prolutus vappa nauta, atque viator.

Peccant Exemplaria, quibus alterum P desit. Neque quenquam moueat, quod apud Suetonium Augustus dicat *Vapide se habere*: hoc enim est a *Vapor*.

VASCONES, *vt fama est* —— Silius, alij quammulti. Apud Max. Victorinum Commentario de Metrorum ratione nescio ex quo vetere Poëta: *Bascones armipotentes* cum B.

VASTITIES. Plautus Pseudolo: *Distractio, discidium, vastities venit. Vastitudo*, Cato, Gellius. *Vastitas* passim scribitur.

VARVS vnico R, Saxa, Nummi.

VAS. At Plautus in Truculento *Vasum*.

VASATAE Paulino, ac Marcellino: Sidonio Apollinari *Vasates*: etiam cum primam extrahit.

VASCVLVM. Lexicum Graecol. Σκευάριον, *Vascellum* sillaba auctius.

VATILLVM scribit in Horatium Torrentius, & Andr. Brabantus nouitatis aucupio, *Batillo* valere iusso. Pro ratione valide vallata ijs est Origo ex *Vase*. Quam Originem primum notham persenero. Fit enim *Batillum* a *Patulo* vna, alteraue deminutione, vt *Quasillum* a *Qualus*. Significantias omnes excute, mecum eris. Deinde rata sit Origo ista, quantumuis commenticia: Origini derogare non potest Consuetudo robustior? Non Antiquitatis, & omnis aeui consensus in *Batillum*? Scio Antiquitati placuisse *Vaiolat* & *Vidunm* pro *Biduo* & *Baiulat*: *Vatilli* pro *Batillo*, fugit me memoria. *Vatillum* qui scribet, νὴ τὰς Μούσας διαιρεβαλόντας βαβιεῖ.

VATTIVS duobus TT de Victorini sensu.

VBER leuatum tuetur Eutyches lib. de Adspiratione, & Consuetudo. Natales varie adsignantur, & ex ijs fata scriptioni dictantur. Alij asperant ab *Humeo*, vt Iouianus lib. I. de Adspiratione. Sed veteres *Humus* scripsere leniter *Vmus*. Alij ab Υ'ω Υ'δωρ. Sed ab eodem nihilominus est *Vdus*, vnde *Sudus*. Alij ab Υ'ειν. Friuolariam isti agunt.

VBERTAS in lib. 15. §. Papinianus D. locati, idque vsitatissimum est. At in Goltzij Nummo: HVBERITAS. In altero: HVBERITAS. AVGVSTA. Sic *Venteralis* pro *Ventralis* in rescripto Adriani D. de bonis damnatorum. Alibi *Apiasterum* legi pro *Apiastro*. Malim absque Spiritu *Vbertas*, *Vber*, totamque cognationem.

VBI-

VBIQVVMQVE, & *Quoquumque* scribit Cassiodorus, V. *Cum*, *Cur*. Aliter fert Vsus.

VDVS ab Ὕδωρ proxime dicebamus, qua Origine Spiritus procrearetur, ni refragetur Consuetudo, cuius Pontanus securus asperat, scilicet vt libellus de Adspiratione turgescat. Mecum Erythraeus: tu vide.

VE VICTIS absque diphthongo, Festus scribit, scribique series postulat. Haut probo.

VECORS, VEPICVS, VESANVS, VESTIBVLVM, VETVS, *quaeque sunt hoc genus composita, absque diphthongo conscribenda sunt*, Gellius lib. 16. c. 5. Macrob. lib. 6. c. 8. Ouid. in Fast. Cicero 1. Tuscul. Vide *Vaesanus*, *Vepicus*. Adamantius Martyrius cum biuocali *Vaesanus*, quod subiectioribus pagellis vide.

VEGITATVR *mobilis aër* qui in Prudentio scripturiunt, minime prudentes videntur. Iidem modo Antiquitatem, modo Nouitatem absque Gratijs affectant.

VEHEMENS, VEMENS extrito H elegantioribus arrogat Vel. Longus in Orthogr. & Ter. Scaurus. Cum autem a *Vi mentis* dicatur, vitiosi spiritus accessione scribitur. Cornutus apud Cassiodorum *Vehemens*, & *Vemens* apud Antiquos, & apud Ciceronem legit, in quo Consuetudinis, quam rationis vires agnoscit potiores.

VELITRAE per V consonam, Silio lib. 8. Sueton. Augusti principio bis, Dioni lib. 45. Οὐελίτραι. Stephanus: Βέλιτρα, πόλις Ἰταλίας, οὐ πόῤῥω ἀπωτέρω: *Belitra Italiae ciuitas, non procul Roma.*

VELLAEVS cum diphthongo Saxa vetera docuere Manutium.

VELLO geminante liquida ex Consuetudine probissima: veteres licet videantur vnica scriptitasse more consonas non geminandi. Origo ex Ἕλω spiritu in V execunte: quod enim vellitur, etiam trahitur, & capitur.

VELLOCASSES in Gallia Lugdunensi ponit Plin. lib. 4. c. 18. Caesar *Bellocassos*, & *Vellocassos* Librariorum inconstantia. Pithoeus lib. 1. Subsec. c. 3. *Et vt Baiocasses eos esse concedamus, qui apud Caesarem Velocassis, Veliocasses, & Bellocasses.*

VENEO, vendor, expuncta parte diphthongi primariae. Ita Pandectae Flor. Lapides prisci. Tullius epist. 37. ad Attic. lib. 12. *Sin venibunt: quid fieri possit, videbimus.* Est autem conflatum ex *Venum ibunt*, *Venum eo*. At *Veneor* etiam scripsere. Plautus memorante Diomede lib. 1. *Egone illi venear?*

VENRABILIS. Abrupte petrones.

VENSICA *cum N: quia non est sine vento*, inquit Fl. Caper. Ὀ'νσικα. Adamantius Martyrius cum B *Besica*, & Cassiodorus. Auersatur vtrumque Consuetudo, qua *Vesica* scribitur, & Persius. Glossae *Vesica*, φύσα.

VENTRALE, VENTRILE, Glossae veteres.

VENTROSVS sillabis tribus. Plin. lib. 14. c. 21. *Ventrosa, ac patula minus vtilia.* Sequitur in Emblematis Alciatus:

Tum ventrosa premunt dolia, praela vomunt.

Plauto sillaba auctius scribitur *Ventriosus* in Rudente:

Recaluum, ac silonem senem, statutum, ventriosum.

Auctius literula *Ventricosus*. At vbi legerim, fugit me memoria. Sic *Arcadius*, *Arcadicus*, aliaque non pauca.

VERATA *pila dicuntur, quod veluti verna habent praefixa*, Festus. Cur non ergo *Vernata*? Et vero ita flagitat Festi series. Praeit enim *Vernacem*. Passeratius vindicat *Verata*. Non agam seditiosius. *Verna*: ergo scribi potest *Vernatus*, vt *Arcuatus* ab *Arcu*, & a *Dorso Exdorsuare*. Potuit & A deciso *Verutus*, quod vsitauit Consuetudo. Cur non & V deputato *Veratus*, vt *Senatus*?

*V*ERCINGENTORIX, *V*ERGINGETORIX, *V*ERGINGENTORIS varie. Apud Strabonem Ο᾿υερκιγγετόριξ. Plutarchus in Caesare sillaba vna minus Ο᾿υεργετόριξ. Serarius in S. Kiliano *Vuircetorix*.

*V*EPICVS *quondam nomen memorabile ab alto*

Saturno, Fatui genitor, quem carmine Circe

Exutum forma volitare per aethera iussit,

Et sparsit plumis croceum fugientis honorem.

Silius lib. 8. Consentiunt in hanc scripturam Codices vniuersi. Festus *Vegrande frumentum*, paruum intelligit. Item Ouid. 3. Fastor. —— *Vegrandia farra coloni*

Quae male creuerunt, vescaque parua putant.

Vis ea sit verbi est, cur non ego Veiouis aedem

Aedem non magni suspicer esse Iouis?

Ecquid aliud *Vestibulum* quam *Stabulum pusillum*? Sic pro *Pico* blandius *Vepicus* scripsit Silius. Adde Colonienses membranas Carrioni laudatas, & Oxonienses Barthio, quibus sit *Vopicus*, cui in hac historia nihil loci; *Vepicus* scripturiebant. Vbi sit *Vepici* mentio curiosule quaeritat Barthius? Respondeo hoc loco Silij lib. 8. Dico etiam ex Barthi folijs lib. 9. *Multa sunt in Lucretio, quae alibi frustra quaeras*: iam vicissim scitor: Cur non in Silio pauca, *quae alibi frustra quaeras*? Ipse nulla sententia rescribit: *Vos Picus*.

VEREDICVS, vt *Maledicus*, opinio est Eutychis. Alij per I. Lucretius:

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

VERISIMILE *tamen, & Sui simile genitiuo casu, nec aliter dicitur. Nam verosimile Latinum non est*, *Charisij* iudicium est lib 1. Dissepárauit Cornelius Celsus medicinae Latiae Tulliolus in Praefatione: *Veriquesimile est Hippocratem, & Erasistratum*. Ianus autem Guilielmius scripsit, & inscripsit *Verosimilium* libros.

VERITAS vero certius cum V. At quaestio est Adamantij, cur non *Beritas*? Respondet insulse.

VERMIS vulgo, & recte. Glossis: Σκώληξ, *Vermis, Vermex*. Iisdem *Pulnix pro Puluis*.

VERNA. Vide *Berna*.

VERNALITER, VERNILITER Glossae veteres. Vide *Iuuenalis*.

VERRVCOSVS geminatis RR. vnico S μυρμηκιῶντι. Obstrepitant Saxa Capitolij, quibus duo sigmata *Verrucossus*. Similiter in Fabio Plutarchi.

VERTAGVS forcillis exigit Turneb. lib. 18. cap. 1. Quis obsecro vos apud Martialem iste *Vertagus* est, & vnde dictus. Mihi quidem *Vertrahus*, inquit, legendum prope videtur, veluti *Fertrahus* a *Fera* scilicet *Trahenda* ad dominum. Neutrum volo. Et firmandi conatus vanus est. Nam *Vertagus* est canis promtissimus, expeditissimusque, qui se *Vertit agit* quoquo versum. Scribatur igitur vti semper ante Turnebum lib. 14. Martialis:

Non sibi, sed domino venatur vertagus acer,
Intactum leporem qui tibi dente refert.

Quod si mihi par cum Nouatoribus audacia, rescripserim *Fertagus*, pro eo, qui *Fert agit* ex formula vetere *Ferre agere*. Neque proprium est, vt illa Ouidij Metamorph. lib. 3.

Et Dromas, & Canache, Stacteque, & Tigris, & Alce.

Neque a natione, vt *Lacon* Ouidio, & *Belgicus* Silio: sed quod diximus, *Vertere agere* potens: aut *Ferre agere*. Vnde sequitur:

Illaesum leporem qui tibi dente feret.

Fertrahus autem, & *Vertrahus* duriora sunt, & alieniora *Illaeso lepori*: in *Vertago* autem, & *Fertago* omnia insunt. Verum mutationem omnem omittamus, meritoque receptam lectionem retineamus.

VER-

VERTEX, VORTEX. Futili discrimine Caper capitis *Verticem* dicit per E, fluuij *Vorticem*. Cui tamen opinioni lib. t. Sosipater insistit: *Vertex a Vertendo: Vortex a Vorando*, inquit. Potest eo iuuari:

Rapidus vorat aequore vortex.

Sed & venti *Vortex* dicitur: nec a *Vorando* tamen. Rectius Cornutus apud Cassiodorum Antiquitati *Verticem* adsignat, & Adamantius. Et vero non aliter prisci ante Scipionem Africanum, quam *Vortex*, etiam capitis. Vide Quintilianum lib. 1. cap. de Orthogr. Aurelianus quoque Messus non aliter dici retur *Vertex, Vortex*, quam *Voltus, Vultus, Volnus, Vulnus*. Aptiora poni poterant exempla de Festo: *Homo, Hemo: Holus, Helus*. Dorib. Α'νδρεφόνος, Α'ντίμαν, quam vulgo per O, & prisco in Latio reperit *Apollinem* Festus. Vide priscorum Orthogr. Priscis *Vorto* scriptum: & Plauto in Sticho:

Bene re gesta saluos conuortor domum:

posteris *Verto*.

VERTVMNVS cum MN, siue a *Verso amne*, siue a *Vertente amno*, quod olim pro *Anno* scriptum. Propertius lib. 4.

Accipe Vertumni signa paterna Dei.

Sic *Vertumnalia*. Alij *Vortumnus*. Quidam *Vertumus*. Vide *Portunnus*. Apud Donatum in Adelphos Vda repetita *Vertunnus*.

VERVEX recte. Veteres Glossae: *Berbix*, Πρόβατον.

VERVMETIAM, composito Verrina 4. saepius legit Hotomanus.

VESAEVVS Campaniae mons horrendis flammarum vomitarijs nobilis. Recte ex *Ve* &ἀυξητικῷ μορίῳ, & *Sacuus*. Ex hac parente multiplex, nec illegitima suboles nata. *Vesuuus* triplici *VVV* ex opinione Cisanij apud Statium, & *Val*. Flaccum. At Gifanium id moliri vociferatur Carrion tam contra veteres, quam contra melioris notae vulgatos Libros. *Vesuuius* tritissima ratione scribitur Plinio, Seneeae, Liuio, Tacito creberrime, vt ex *Milno Miluius*. *Vesuius* τρισυλλάβως, Columella:

Fontibus & Stabiae dulces, & Vesuia rura.

Iterum lib. 10. Val. Flacc. lib. 3.

Vesuius attonitas acer cum suscitat vrbes.

Sic ibi veteres Codices, inquit Carrion, cum vulgatis sit *Vesbius* nota transgressione V in B. Statius lib. 4. Syluarum:

—— Prastas vbi Vesbius egerit iras;

Vesubius etiam, ac *Vesenius* annotat Vinetus. Ausonius in Mosella:

Perque vaporiferi graditur vineta Veseni.

Βεσούβιν legas apud Strabonem lib. 1. Multiplicem denique variantiam docet Pontacus *Bibius, Bebyus, Baebius* quae tria titiuillitij facio. Addit non adspernanda: *Besbius; Vesubius*. Plutarcho namque tom. 2. libello de Sera Numinis V. Περὶ τὸ Βέσβιον ὄρος.

VESPILLO cum V, & geminante LL. Haec scribendi ratio inueterauit: *Vispillo*, & *Vispilo* alias leguntur.

VESPER, VESPERVS, HESPERVS: etiam *Hesperos* proprium. Testimonia passim obuia. Silius lib. 16. *Hesperos, & prima stringit vestigia planta.*

VESPERTILIO vnico L, quasi *Vespertinio*, Festus.

VESTIARIVM. Seneca de Tranquillitate: *Familia vestiarium petit, victumque. Bestiarium*, seu *Bistiarium*. Hesychius: Βιστιάριον, τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τιθέντες, ἢ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. *V. Bestia*.

VETTIVS duplici TT Saxis, ac Nummis Manutius arrogat, & Lipsius ad 15. Taciti An.

VETTONES duabus insonis ijsdem, non *Vectones*, Sil. Italicus lib. 3. Strabo lib. 3. Plin. lib. 25. cap. 8. Perusiae in aede D. Angeli: VETTONENSIVM. IVDICI. *V. Vettonica*.

VETTONICAE *manfus ficcabit lumina fuccus*, Sammonicus Serenus. Plinius lib. 25. cap. 8. *Vettones in Hispania eam, quae Vettonica dicitur in Gallia.* Plinij lib.25. cap.13. *Vettonicae farina conuenict.* Dioscorides lib. 4. Βετταινικὴ, ἢ Βεττονικὴ. Vulgo nostrati *Bettoine.* Ibidem cap. 1. Βετονικὴ solo T.

VETVRIVS Virgioij Cos. collega passim io historia Liuij: Fenestellae *Vetusius* per S. Sic olim *Fusij, Valesij* pro *Furijs, Valerijs* Quintiliano, & Festo.

VEXORIS Aegypti rex Iustini lib. 2. in proletarijs Exemplarib. Alijs in Libris bonae notae *Vixoris* per I in primore sillaba, & quibusdam per B *Bexoris*: vtriusque nota e priore tomo Variantia.

VFENS, VFENTINA TRIB. Verum & *Oufentina cohors* olim scriptitatum Festus testatur: Lapidum quoque momcotis impulsus Delrius io Epitomam Liuij 9. sic scribendum censet. Lucillius:

Priuerno Oufentina venit, fluuioque Oufente.

Ad iuuandum, opinor, pleniorem literae enuociationem. Boeoti in crasso nati aëre sic extulere Κοῦνς, Κοῦμα pro Κύνς, Κῦμα.

VICESIMVS E secundam perficiente sillabam. Meminit Ant. Augustious aereae tabulae, quae Genuae fuerit ante Ciceronis aetatem iocisa, in qua sit VICENSVMVM. Idipsum reperias in Pandectis Fl. recte Brissonio in Parergis. Fefellit sic scribentes oota productae sillabae (*E. Vigesimus* autem per G, reijculum videtur.

VICETIA, VINCENTIA. Strabo Οὐικετία. D. Hieron. Chronicorum lib. 2. *Palaemon Vicetinus insignis Grammaticus.* Libri alij, & Saxa. Vetusti Lapidis imagioem denuo fingit Hermolaus in 18. c. Plin. lib. 3. (qui cap. 19. *Veronam, Vicetiam Opitergium*)

SEX. ATTILIVS. M. F. SERANVS. PROCONSS. EX
SENATI. CONSVLTO. INTER. ATTESTINOS
ET. VICETINOS. FINIS. TERMINOSQ. STATVIT

In thesauro Gruteri pag. 198. paulum differenter haec expressa: *Atilius* voieo T, *Serranus* duplici R, *Atestinos* T solitario, quae omnia correctiora iudicamus. Item pro *Statuit*, *Statui iussit*: hic discrimen haeret in re. Lapis aliter apud Fregellas:

M. ENNIVS. MV. F. MEN. VICETINVS. SCR. AED.
CVRVLIVM. ARMAMENTARIVS. DE. CVRIA. Q. DECVRIO
VICETIAE

VICENTIA, VICENTINI oihilominus apud Tacitum, & Suetoo. lib. de Illustr. Gram. *Vicentinorum* saepius io epistolis Plinius, & lib. 3. cap. 19. quibusdam editionibus alterius Plinij sic est.

VICIA per I in medio: etsi lectum ex Inscriptionibus *Vicea* per E. Per C, non T. Varro lib. 1. cap. 31. de RR. *Vicia dicta a Vinciendo.* Ao a Graeco Galeni Βικίον? Tunc eadem fuerit consona.

VILLICVS LL combinatis, Libri, Saxa. Inscriptio vetus:

SILVANO. SACRVM
ONESIMVS
VILICVS
L. V. P

Et Pandectis Fl. *Vilicus, Vilica* priscom referentibus morem. Meursius in Catonis contextu duplicat: io Notis simpla vtitur vda. Origine videtur vnicum L posci: Homero enim Ἰλη est manipulus: vnde praefixo digammo *Vila*. Pleraque enim militiae nomina rure petita sunt, & *Cohors* ipsa. Vsus tamen duplicat Vdam. Sic quae Plinio, Melae, Silio, Maroni est *Ilua*, scribitur in Solini cap 8. *Vilba.*

VINDE-

VINDEMIA in Georgicis Maronis. Deteriores Glossae, quibus est *Vindimia*, τρυγητός. Oritur namque a *Vino demendo*, quod proxime e collectis, pressisque vuis diffluit.

VINDEMITOR πετρασλωλάβως. Apud Senecam:

Carpebat raras serus vindemitor vuas.

Ouid. Fastor. 3. *At non effugiet vindemitor: hoc quoque causam.*

At hoc concisum.

VINDEMIATOR sillabis quinque: etiam in versu Horatij lib. 1. Sat. 7.

Vindemiator & inuictus, cui saepe viator.

Secunda namque tenditur conuenientibus tertia, quartaque sillabis in vnum Συνιζήσεως ope. *Vindemiator* Origini conformius a *Vindemiando*. Varro lib. 4. de LL. *Vindemiator*, vt *Vestigator*, *& Venator*. Columella lib. 11. cap. 2. *Vindemiator apparet, quem Graeci τρυγητῆρα dicunt.* Originem propius refert scriptio eum T loco B. in Cyrilli Lexico: *Vintemiator*, *Vintemialis*, *Vintemia*. *Vindemitor*, *& Vindemiator* lib. 18. Plinij a Gelenio eodem capite tricesimo primo.

VINDICO per I in *vtraque significatione*, inquit Priscian. lib. 18. non *Vendico* per E, Libri veteres, Pandectae Fl. Competentia: nam per I dicimus *Vindex*, *Vindiciae*, *Vindicta*. Aggere Lapides.

VINEAS agrestres a castrensibus scriptura secernere vanissimum Cassiodorus iudicat, Mar. Victorinus, & Cornutus: adhaereo: nam hae ex illarum similitudine sunt appellatae. Per I vocem hanc ostentat Roma in aedibus Gentilis Delphinij:

LOCVM. VINIAE. PVPLICAE

Festus per E, & communis Vsus.

VINICIANVS Coeliorum cognomen Libri veteres, & Nummi. Pro quo male lib. 8. ad Familiares scribitur *Vinitianus*, vt in Caesare *Vintianus*.

VINVLAM orationem in Plauti Asinaria scribo cum Festo vnica semisona N. Nugantur qui ex Nonio eam duplicant.

VIPSANVS Tacito lib. 4. Annal. In editione Lipsiana auctius sillaba *Vipsanius*. At Fuluij Nummi *Vipsanus*. Item in Tabula Fratrum Arualium cum PST: itaque Tacitum censet emendandum Gruterus in torrentissimo illo Antiquitatis oceano. Iisdem literis Tabula alia in Vaticano.

VIRBIVS ex meliori, & plurium Consuetudine, atque Analogia. Eum enim Adamantius *virum bis* factum memorat: inde nomen. Nec desunt Libris, quibus sit *Verbius*. Verum Adamantium audite iuuerit ob multiiugam eruditionem: *Virbius, quoniam virum bis factum esse memorant tanquam sit* Ἥρως ἀναβεβιωκώς. Quidam *Virum bonum*. Alij deum, qui *viribus* praesit, interpretantur. Maro lib. 7.

—— *Versoque ibi nomine Virbius esset.*

Quem locum illustrat Adamantius.

VITTA, ταινία: *Vita*, ζωή. Animi causa.

VIRDOMARVS, VIRDVMARVS, VIRTOMARVS notissima mutatione O, & V, T, & D scribuntur recte. Primum occursu obuio in Propertij libro extremo. *Virdumarus* per V in Romanis triumphis pag. 297.

M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS

. . . .

. . . .

DVCE. HOSTIVM. VIRDVMARO. AD. CLASTI

DIVM. INFERFECTO

Propertij Liber Ios. Scaligero lectus per *T Virtomari*. *Viridomarus* quinque sillabis explodit Manutius. Non ausim, qui sciam, nimium in talibus luxuriare Orthographiam: praesertim

cum

cum Eutropij Breuiarium sex sillabis praeferat *Viriodomarus*, quod ego quoque exosculor. V. *Audomarus*.

VIRETVM absque C. Aen. 6. *Amoena vireta.* Ita depostulat Competentia: *Rosetum, Pinetum, Palmetum, Quercetum, Virgetum.* Siqua C admittunt; illa fere sunt, quae ex casu curtato proueniunt: *Carex, caricis, caricetum, carectum. Salix, salicis, salicetum, salictum.* Sed & alij propterea *Virectum* scribunt a *Virice* (quam vocem Politianus vsurpat) detorquentes. Implorant ijdem veterum Codicum opem. Simili adiuuantur. Festus enim auctor est veteres *Dumecta* scripsisse, quasi a *Dumiceto*, & *Dumice* inclinata voce. Certe Claudiani Oda 2. in Plantiniana editione legi *Decorent virecta Baetim.*

VIRGILIAE, Πλειάδες Glossae veteres sic per I. Alij per E, *Vergiliae.*

VIRIATHVS aspere, non *Viriatus*, Libri, & Monumenta. Appiano in Hispania Οὐρίαθος, Diodoro Οὐρίαρθος, F. Fabricius obseruauit Notis ad lib. 2. Othc. Ciceronis. Straboni Οὐριάθος absque T. Silius lib. 3.

> *Hos Viriathus agit, Lusitanumque remotis*
> *Extractum lustris primo Viriathus in anno.*

VIRGILIVS per *I*, an per E *Vergilius*? Posterius scribit Politianus, ac praescripsit Miscellan. c. 77. epist. 2. & 3. lib. 5. Inuenit ipse Volsinis mensam quampiam marmoream vetustissimis, paeneque exoletis character. intra aedem Christianae Virginis, quae pro ara est Apostoli Petri, vbi VERGILI legitur. Sutrij similiter in altera lapidea mensa idem scribendi genus non sine arbitris inspexit. Tum Pandectarum Flor. aduocatione vtitur, & Libri archetypi Iustiniani principis, Donati Commentariorum a Landino characteribus vetustis, & Augustini, ac Columellae Libris Longobardicis exaratis literis nititur. Sic esse in volumine Maroniano literis maioribus perarato, qui Romae in intima Vaticana Bibliotheca mire vetus est, testificatur. Vocat in partes Senecae epistolarum Librum peruetere in. In id promit Inscriptiones marmorum, & Originem. Nam vt a *Vere Vergiliae, sic a Vergilijs Vergilius*, aut etiam ab ipso *Vere*. Oriri nomen a *Virga Virgilij* pro nugamento ducit. Abeunt a Politiano quasi coniuratione facta, Musarum ὄζοι, Coel. Rhodiginus lib. 7. Lect. Antiq. c. 4. Manutius in Orthogr. Pierium, & Caluum secutus, addito: *Quanquam crediderim non fuisse proprium hoc nomen Poëtae: sed ortum esse ex Virgilia familia satis nota, omnesque maiores eius Virgilios fuisse.* Ethnicographus *Virgilium* maluit, & Epigrammata Graeca. Nam Collectaneorum lib. 2. apud Graecos, item in rusticis praeceptis sic annotatum. Βιργίλιος. quisquis auctor fuit semina intro conspersa laudat, & aqua insuper. In fragmentis Caecilij Minutiani veteris Grammatici Coelius annotatum reperit *Virgilium a Virgis* cognominatum, inter quas sit natus: propterea primam habere I, non E, cui suffragatur illud Calui:

> *Et vatei, cui virga dedit memorabile nomen*
> *Laurea* ——

Huic sententiae Priscianus succinit. Pontaci symbola haec est summa cum accuratione: *Vergilius* L. Petauij, & 3. MSS. Fab. Gellius, Plin. lib. 5 Epist. & de Illustr. Grammaticis, Seneca passim, & Victor in Epitome. Priorem tamen Orthographiam, inquit, sequuntur Hieronymus, Augustinus, & literatorum vulgus. Nihilominus video vtrumque in Vsu apud bonos Auctores. Nam qui dictum putant a *Virendo*, vel a *Virga laurea*, probant *Virgilius*: qui a *Verendo*, vnde dictus est *Parthenias*, vel a *Vergilijs* stellis, *Vergilius*. Pierius in quartum librum Georg. armatissimas educit copias, quas nos de Manutij exemplo in campi patentia producere non pigrabimur. Non inficiatur Pierius in Romano Codice passim VERGILIVM, & VERGILI per E vocalem secundam scribi. Sed enim id ea de causa factum credit, quod mutatio literae I in E, atque itidem E in I, sit toto eo Codice frequentissima, vt *Sublimes in aethere Nisus*, pro *Sublimis*. *Quique nonas alites* pro *Alitis*: *aut Phyllides ignes* pro *Phyllidis*. *Tum regidas motare cacumina quercus* pro *Rigidas*. Fuerunt enim secula, quae I literam proferre mallent. Hinc MIRCIRIVS ab antiquis dictus teste *Varrone*, qui nunc *Mercurius*, & ex eadem originatione *Commircia* illi per I secunda sillaba, quod nos *Commercia* per E lubentius enunciare voluimus. Quid quod ELIGANTER secunda sillaba per I scribendum praecipit Caper, quod ab *Eligo* descendat? Nemo vnus tamen dictionem ita proferre auderet. Pari modo idem auctor EXINTERAVIT, quod ex *Interioribus* verbum emanarit, & scribendum, & pronunciandum

ciandum monet, cum nos tamen τὰ ἴτηρα dictionem agnoscamus, vnde verbum illud conformauerimus. Vt minus Pierium moueat, quod in Pandectis quoque illis, quae nunc publice Florentiae adseruantur, libro illo Iustiniani principis, vt creditur archetypo, non aliter quam per E nomen id notetur. Sint commentaria Tiberij Donati grandioribus notata characteribus: sint Codices alij, atque alij huius, vel illius auctoris, in quibus *Vergilius* per E scriptum inueniatur. Aetatis quippe id Consuetudine, non ratione, factum contendit, tot alijs nominibus quod ad has literas pertinet pro temporum varietate variantibus. Quod si aliqua reperiantur monumenta, in quibus *Vergilij* nomen per E notatum sit: certe longe plura sunt, in quibus *Virgilius* per I legitur. Et, ne de Marone dictum dubitemus, visebatur in foro Traiani, proximis his, inquit, annis monumentum id, quod Honorij Impp. in Claudiani Poëtae luculentissimi memoriam erexerant, in quo praeter Latinam Inscriptionem, quae facti consilium, & Claudiani meritum indicaret, Graece insuper κατ' ἐπιτομὴν incisum distichum legebatur huiusmodi:

ΕΙΝ. ΕΝΙ. ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ. ΝΟΟΝ. ΚΑΙ. ΜΟΥϹΑΝ. ΟΜΗΡΟΥ

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ. ΡΩΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑΚΙΛΕΙϹΕΘΕϹΑΝ.

Ex quo manifestum est *Virgilij* Maronis nomen per I in publicis monumentis notatum fuisse. Apud Stephanum in voce Μαντούα nomen hoc per Ἰῶτα legitur, non per E ψιλόν. Ἐξ αὐτῆς ἦν Βιργίλιος ὁ ποιητὴς Μαντούτης χρηματίζων. *Ex ea Virgilius Poëta Mantuanus audiuit.* Obijcient in Suidae Collectaneis *Virgilij* Maronis nomen per E legi in dictione Ἀφριανός, qui Georgicon *Virgilij* metaphrasin fecit. Sed id magis absurdum, quod in eodem loco *Vergillius* LL geminato legitur Βεργίλλιος, vti etiam in antiquis aliquot monumentis non negarim inueniri: quanquam id ea ratione factum est (de vocali tantum loquor) quod *Virgilium a Virga* plerique dictum agnoscebant, id scilicet a matris somnio desumtum. *Virgam* vero recentiora illa tempora per E, vt nunc quoque vulgo dicitur VERGAM primo dicere, inde *Vergilium* eadem stribligine dicere coeperunt. Sed enim si ab Etymo nominis huius rationem petamus, *Virgilio* nomen a *Virginali facie*, *vel modestia* inditum interpretes affirmant, & in veterum scriptis, ac Inscriptionibus Librorum eius esse

P. PARTHENIATIS. VIRGILII. MARONIS

Accedit huc Epigramma Graecum, quo Dido queri videtur alienum quid *Virgilium* a sui nominis significatione fecisse, cum pudicissimae foeminae tam foedas impudicitiae notas inussit: ad id enim alludit finis ille:

Πιερίδες τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσασθε Μάρωνα;
Τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

In me Pierides cur castum armastis, Maronem?
Talia me castam contra mendacia fudit.

Quare siue Etymon a *Virga*, siue a *Virginali specie*, vndeunde illi tam celebre, *Virgilius* per I scribi debere videtur. Quod vero apud Romanos in antiquorum monumentis nomen id per E nonnunquam notatum inueniatur, vt apud Angelum Colotium in eius hortis:

C. VERGILIVS. MARTANVS. COLONVS.

Hos aequo aliquo dato iudice pereunctari velim, si tantum illis monumentis tribuunt, vt quidquid in illis inspexerint pro lege habeant: cur non & reliqua eodem modo scribenda censent, quo singula eodem marmore scripta sunt? Quippe *Vergillius* LL geminato, & *Bone*; & *Care* absque diphthongo in acquisitiuo casu. Cur quia in alio marmore peruetusto Romae Q. BERGILIVS legitur, non itidem praecipiunt BERGILIVS per B mutam, non per V digammon scribendum esse? Nam quod alibi legatur:

M. VERGILIVS. NARCISSVS. VIXIT. ANN. XIIII

non magis me mouerit, quam *Verginia*, & *Verginius* praeter Analogiae rationem per E quodam in monumento scriptum. Pari sententia hodie haudquaquam ego DEANA scripserim, quod ad D. Eustachij legerium: DEANAE. D. D. Neque MENERVA, LEBER, & MA-

& MAGESTER, quae per E protulisse veteres Fabius testatur. Neque *Ioue* datiuo casu: tametsi Aquileiae intra aedem S. Secundi notatum sit:

IOVE. OPTVMO. MAXVMO. T. PETTIVS. T. F.

Neque itidem DIE, & VICTORE pro *Dij*, *& Victori*, quae itidem apud veteres Quintilianus agnoscit. Has mihi Pierius suppetias impedimentis abesse iussis.

*V*IRIDARIVM Suetonius in Tiberio: *Surreptum in viridario p anoncm. Virdarium* sillaba minus fuit in Lampridij Codice Palatino, & Pandectis Florentinis.

*V*ITIVM cum T, non C, quod satis, superque monstratur ex Catonis *Vitiligatoribus, quos Cato eleganter ex Vitijs, & Litigatorib. composuit*, inquit in Praefatione Plinius. Vide *Conuicium*, *& Conuitium*, ex *Vitio* coalitum.

*V*IVISCI, *V*IBISCI, BIBISCI, BIVISCI solenni elementi istius versione. Plinio *Vbisci*: Straboni Ἰοσκοί: Ptolemaeo Οὐίβισκοί.

*V*IVESCO scribo, inquit Pintianus in lib. Plin. 9. c. 51. seu vt alij malunt, inquit, enunciare *Vinifcunt*. Hoc est, ambigo. Certe per I apud Priscianum, vt *Capisco*. *Vide Tremisco*.

VLVLA leniter: Pontanus aspere contra fidem Librorum Maronis in Pharmaceutria. Cuius ratio si vires haberet, etiam ex ea consequnm esset *Oiolygones* asperari rursus contra fidem Plinianorum Codicum lib. 11. c. 37. Redi ad caput 13. de Spiritu Vol. 1.

*V*LTROTRIBVTA vocis coagmenratione apud Senecam lib. 4. c. 1. de Beneficijs. Varr. lib. 5. de LL. Liuium lib. 39. *M. Porcius Cato, & L. Valerius censores vectigalia summis precijs, vltrotributa infimis locauerunt.* Turneb. lib. 1. Aduers. c. 25.

*V*LYSSES. At in Ausonij Periochis, Apuleij Apol. 1. alibique per X *Vlyxes*, quod inueni in Plutarchi Marcello disertim consignatum: Κράνη χαλκᾶ τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου, τὰ δὲ Οὐλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως. *Ex aere galeae, quaedam Merionis, quaedam Oulyxis, hoc est, Vlyssis inscriptae nomine.* Aequipollet enim duplex duobus sigmatibus. Hanc scriptionem Gifanio placitam video epistola ante Lucretium, & Prudentium renouantib. lib. 2.

—— *Aeris Vlyxi Castra* ——

Ego trita feror orbita, non oppugnandi furore Plutarchi; sed quod ab vnius pictoris manu profectum est, non arbitror in communem scribendi legem trahendum. Plutarcho etiam dico factum recte, & cum fede ita narratum, vti reperit. Mecum nominis Etymologia ἐκ τοῦ ὀδύσσασθαι. Auctores sexcenti, editiones μυριογράφοι. Quod autem ex Graeco δ fiat λ, habes in *Lacrima* exemplum ἐκ τοῦ δακρύου. Sic Πολυδεύκης, *Poldux*, *Pollux*. Ciofanus in Metam. Ouidij perpetuo renore *Vlyxes*, & Pierius saxum producit, in quo duplex, ac Gelenius prisca Plinij testatur Exemplaria. Cur autem per V? Aeoles Οὐδυσσεία dicunt, Fabius lib. 1. c. 4.

VLYSSIPO, OLYSSIPO Plinio *Vlyssis opus*, Ὀδυσσέως πόνον sonare videtur vox ista. At Mariana vir aeui nostri maximus in conditu historiae lib. 1. Rerum Hispanicarum ex antiquis Monumentis, & Lapidum Inscriptionib. statuit scribendum *Olisipo* simplo sigmate, I Latiari duobus in locis sito. De duobus I facilis concesserim: siquidem Y in I extenuari haut nouum est. Sigma non geminari inimicum est Codicibus multis. Quod si diuinationi habenas in antiquissima nomenclatione vestiganda laxare conceditur, vt *Hippones* in Africa duo Straboni lib. 17. cur non in Hispania *Hippo Vlyssis*: vt vbi eqnile habuerit iste πολύτροπος ἀνήρ, ibi nomen sortiatur *Vlisippo*, Ὀδυσσέως ἱππών. *Cato*, *Plato* Latini dicunt pulso N finali Graecorum. Tamque caducum est Π alterum, quam Σ. Libris Solini omnibus *Olisipone* ἄκλιτον Salmasius arrogat. Fauet coniecturae insignis ille Plinij locus e lib. 8. c. 42. *Constat in Lusitania circa Olyssiponem oppidum, & Tagum amnem equas Fauonio flante obuersas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, & gigni pernicissimum ita, sed triennium vitae non excedere.*

VMBRI *Italiae gens est: sed Gallorum veterum propago, qui Apenninum montem incolunt. De quibus historiae perhibent, quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerint, & ob hoc* Ὀμβρίους *cognominatos*. Plin. lib. 3. cap. 14. Cur non ergo *Ombrij* per O? cur non *Vmbru* τρισυλλάβως? Haec *mutare* elementa *valet longinqua vetustas*. Nota ex Stephano: Ὀμβρικοὶ ἔθνος Ἰταλικὸν περὶ τὸν Ἀδρίαν.

Α'δριατικὸν κόλπον· λέγονται Ο'μβροὶ παρὰ τοῖς Ι'ταλικοῖς συγγραφεῦσι: *Umbrici gens Italica circa sinum Adriaticum. Vmbri dicuntur apud Italicos scriptores.*

VMMILICVS, VMBILICVS, VMMO, VMBO veteres Glossae.

VMQVAM apud Papirianum legitur, ac paene semper in editione Nouij nouissima. Rectius per N. V. *Quanquam, Tanquam, Eandem.*

VNA passim: Lucret. lib. 3. —— *Consistimus uniter apti.*

VNDIQVAQVE per I praeferunt οἱ ὀρθογραφικώτεροι apud Liuium, Suetonium, alios. Alij per E *Vndequaque.*

VNGVENTARIVS, Libri, & Saxa. Inscriptionibus pauculis absque V, *Vngentarius.* Vide *Vngo.*

VNGVENTVM. Vide *Vngo.* Cassiodoro tamen placuit absque V *Vngentum.*

VNGVIS. Veteres Glossae: *Unex*, ὄνυξ. Ex hac glossa discimus ex Ο'νυξ, ὄνυχος fieri *Vnguis.*

VNGO cum V probat Priscianus: exsibilat Papirianus apud Cassiodorum de Orthographia. Prisciano Probum improuide sociat Brissonius libro Παρέργων. Valerij Probi manus in Catholicis: *Vngo, vngis, vnxi: nam Vnguo non legi*, inquit. Quo admisso, scribesne in secunda *Vnguis?* Seruius idem Papiriano in eum lib. 9. locum:

Vngere tela manu ——

Sane nec Vngo, nec Vngentum V recipit, excepto vno nomine, vt Vnguen Vnde est:

—— *Et pingues vnguine ceras.*

Velius Longus in Orthographia: Sine V item:

Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.

Tum eandem Papiriano rationem confert: *Nullum enim verbum est Vo terminatum sine inuctim, sine solute, vt non eandem V seruet in praeterito*, Item Vel. Longus sic in *Vnguine*, V insertum ait, cuilli vt non posit. Addit *Consuetudine Vnguentum vsurpari*, & Papirianus; quod tamen *sine V debet scribi*, inquit. Scilicet Consuetudini imperet Originatio. Denique Vel. Longus: *Vrgeo, & Vngo hanc non desiderant literam* [V] *vt apparet ex scriptis antiquorum, quorum elegantiam, & auctoritatem sequendam supra diximus.*

VNGVI non minus, quam *Vnxi* ab *Vnguo* scribunt in praeterito Nisus, Papirianus, Probus: Charisius vero *Vnxi* tantum, inquit Priscianus in decimo.

VNIVIRA (Suidae Μόνανδρος) sillabis omnino quatuor integrauit Tertull. l. de Monogamia. Vbi Passeratius scribit per E: *Vninera*, nec id rectum putamus. Verum prisca Inscriptio in silice ad D. Stephani litera est auctior *Vniviria*:

VOLVSIAE. IVSTAE. MATRI

. . . . . SIMAE. OMNIVM. FEMINAE

. . . . . TIORI. VNIVIRIAE. QVAE. V. MEC

VNOCVLVS recte apud Plautum, recte apud Solinum cap. 25. *Vniocului* tamen quinque sillabis amplectitur Passeratius. Quo Auctore?

VOLCANVS cum O, Libri prisci, Virgilius Carpensis, & Vaticanus. Vnde & in Lapidibus Capitolinis VOLCANALIA. Adsentit Kalendarium vetus Romanum, & Lapides alij. Sic Etymologia exigi testatur Pierius in 4. Georg. quam sic exprimit *Volo canus*, quod ignis in aëre albicet, aut quod ignes, & flammae bellum istum ab incude opificem depilauerint, & sic cranij vestis *canuerit.* Varro autem lib. 4. de LL. a *Fulgore*, quasi *Fulganus.* Nam digammum quandoque ipsum F est: G autem prisci non norant. *Vulcanus* tamen per digammum & V nemo non rectum putat praeter Manutium. Neque mirum *Volcanalia* per O scribi: perennauit ea vox in Latio: mutauit altera, olim *Volcanus*, postilla aliter.

VOLCENS, quam *Volscens* cum S in medio scribi amat Pierius, Romano, Mediceo, Porcioque Virgilii Libris auctoribus.

VOLE-

VOLESVS, VOLVSVS. Per E scriptum est in Silij, ac Liuij exemplaribus. Item in fragmento marmoris Romae apud Maffeios:

P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICOLA

Per V Sozimus lib. 2. Histor. *Volusum* nominat, & ara Terentina:

P. VALESIVS. VOLVSI. F. POPLICOLA.

VOLOGESVS extra diphthongum melius. Ita Eusebij MSS. multi, Cassiodorus in Chronicis, Oros. lib. 7. cap. 15. Aur. Victor de Caesarib. Iul. Capitolinus, Zonaras tom. 2. Plin. lib. 6. cap. 26. Sueton. in Vespasiano. *Vologaesus* cum biuocali in pauculis, in Xiphilino Silburgij, in Petauiano Eusebij Codice *Vologuesus*, quae scriptura vocalem quoque puram ostentat. *Vologeses* cum E in quarta sede non male apud Vopiscum, Tacitum lib. 15.

VOLSCI per O vbi non ? Ita vero recte: quamuis in membraneis Vineti Codicibus, & duobus Eusebij MSS. ac in Bussidiano Liuij Codice per V semper occurrat *Vulsci*. Apud Paeanium Βολῦσκοι, & Βυλῦσκοι, apud Dionysium Οὐολῦσκοι, & Plutarchum in Coriolano, in Camillo. Testatur & Cato in Originibus *Voloscos* prius dictos Latinis etiam. *Volscis* perperam legitur Liuij lib. 20. cum *Volcis* scribendum sit, quorum meminit Plin. l. 3. c. 5. Silius in 3.

Volcarum populatur iter ——

Tertij sunt *Volci* Ptolemaeo, Plinioque in Italia. Diuersarum gentium nomina paene eadem, & confusioni prona Orthographiae negligentioribus.

VOLSCINII. Vide *Vulsinienses*.

VOLSELLAE in Plinio, ac Martiale per O: etsi sciam apud alios *Vulsellas* scribi a *Vulsum*.

VOLTA pro *Vultus* Ennio ἀρχαϊκῶς ex causa duplici.

VOLTVRCIVS, Lapides.

VOLTVRNVS, Lapides prisci, Kalendarium Romanum. Et *Volturnalia* Festo. Passim tamen *Vulturnus*. idque lege.

VOLVP, FACVL pro *Volupe* & *Facile* scriptum veteribus affirmat in Phormionem Donatus, & Festus.

VOLVPTARIOS ACTVS scribitur in Apuleio de Philosophia, atque in Plauti Menaechmis: *Voluptarij, atque potatores maximi*. Alij immittunt V *Voluptuarij*. minus recte.

VOLVSENVS, non *Volusienus* quinque syllabis, Lapis antiquus. Eodem modo *Salaidenus*, *Postumulenus*, absque I.

VOMITARIA *in spectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt*, Verba sunt Macrob. lib. 6. cap. 4. Scribit Passeratius *Vomitoria* per O in tertia. Haut probo. Analogia, *Plantaria, Vinaria, Roboraria, Aestuaria*: ergo & *Vomitaria*.

VPILIO. Vide *Opilio*.

VRGVERE cum V est Pandectis Flor. & recipit ad Digesta Taurellius. Est in B. Germani Lexico, vbi vertitur Ἐπείγει, χαταστέλλει, ἐπείγεται, in antiquis plerisque Virgilij Codicib.

In breuia, & Syrtis vrguet —— In Parmensi Inscriptione:

PRVNA. IN. PENSILI. POSITA. VRGVENTE. FATO

SANVM. IPSE. NECAVIT. SE.

In Corippo MS. Ruizij fide. Aliter statuit Vel. Longus in Orthographia: *Animaduertimus tamen quibusdam partibus orationis V literam vitiose insertam, vt in eo, quod est Vrguere*. Itaque testis in vtroque est Virgilius:

—— *Quibus ue Vrguentur poenis* ——

Longum sequitur Papirianus, Cassiodorus, Beda: quos ego. Adiuuat Origo ex Ὀργῶ. Analogia, *Turgeo*.

VRPS,

VRPS, TRAPS *per P debent scribi: licet Varro per B scribendum putet, quod in reliquis casibus B habeant,* ait Papirianus. Nos Varronem sequimur, Vsumque scripto *Vrbs.* Sic *Vrbanus, Vrbici.* Iuuat Etymologia ab *Vruando* apud Festum. At mendosus alterutro loco videtur Papirianus. Cui enim *Vrpes, Trapes* scriptae sunt?

VSIPETES passim. Dioni lib. 54. Οὐσιπέται, *Usipetae.*

VSVVENIT κολλητῶς. Tull. Offic. l. 3. *Quod idem in poëmatis, in picturis vsuuenit.* Idem in libro de Oratore diuellit: *Vsu memoria patrum venit.*

VTRIMQ. per M, quam per N mauelim. Sic *Utramque, Vtrumque.*

VTROBI castigatius: quamuis V in medio Pandectis Flor. adscribat Brissonius in Parergis, & *Utrubique.*

VTROQVEVERSVM complexu. Griphiana Gellij editio lib. 9. c. 13.

VVLCANALIA recte. Vide *Volcanus.*

VVLPECVLA per E secunda sillaba. Veteres Glossae: Θήλεια ἀλώπηξ, *Volpicula.*

VVLSINIENSES cum V, Fasti Capitolini, Lapidesque nonnulli. *Volsinienses* per O Plinij lib. 3. c. 5. Item *Volsini* tribus dumtaxat sillabis apud vtrumque Plinium, pro quibus Straboni, ac Ptolemaeo Οὐολσίνιον. *Volsinij* τετρασυλλάβως etiam apud Liuium.

VVLSO, non *Volso,* Maniliorum cognomen, Fasti Capitolini.

VXOR, VNXOR, OXOR, OCXOR in Antiquitate, non vsque retrorsa reperias.

TRACTATVS VIGESIMVSPRIMVS.

X, Z.

XANTHIPPE, XANTHIPPVS asperata media a Ξανθὸς. *Xantippe* Lapidibus congruenter, & Tullio. *Xanthippus* Appiano, Historiae, Poëtis. Silius Italicus lib. 6.

Xanthippus digni pendebat in aequore leti.

Ξάνθιππος Zonarae, Polybio.

XANCTVS nonnulli Codices praeferunt in illo loco Aeneidos 8.

Tuque o Tybri tuo genitor cum flumine Xancto, pro *Sancto*, quod alijs est. Sic veterum Monimenta:

CASSIVS. XECVNDVS

Pro *Secundus*.

XYSTVS. Pontacus in Eusebium: *Procul dubio scribendum Xystus* more Graecorum, aut *Sixtus*, aut etiam *Sistus* voce Latina, seu ad similitudinem vocum Latinarum detorta. Eum vide p. 534. & 651. Ac prae caeteris D. Hieronymum ad Ctesiphontem aduersus Pelagium: *Illam autem temeritatem, imo insaniam eius, quis digno possit explicare sermone, quod librum decimum sextum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque ethnici immutato nomine Syxti Martyris, & Romanae Ecclesiae Episcopi praenotauit?* Apsis S. Mariae in Esquilijs:

XYSTVS. EPISCOPVS. PLEBI. DEI

Z

ZABVLVS pro *Diabolus* Aeolum imitati non pauci scripserunt. Aeoles namque Z ἀντὶ τοῦ Δι posuere. Ζάπλυτος, Ζαβάλλω, pro Διάπλυτος, Διαβάλλω ex eo sunt apud Hesychium. S. Cyprianus tom. 3. lib. de Aleatoribus: *Instinctu solius Zabuli, qui eum artibus suis repleuerat*, saepius. Alij Cypriani auctoritatem libro derogant: non tamen hoc scribendi genus. S. Paulinus epist. 2. *Zabulicis praetenta retibus*. S. Hilarius in Matthaeum c. 3. legit: *Ut tentaretur a Zabulo.* Alibi: *Contusam a se in tentatione prima omnem Zaboli indicat potestatem.* Iterum c. 26. in Matth. *Furem enim esse ostendit Zabulum ad detrahenda ex nobis spolia peruigilem.* Isidorus Hispalensis Exhortatione ad Poenitentiam:

Zabulo ne me coniungas

Ad mortem cum impijs.

D. Ambrof. lib. 5. de Fide c. 9. *Zabulus enim verum Dei Filium fatebatur.* D. Augustin. in Actis Pelagij: *Zabulus, atque Angeli eius.* Platonis regula in Cratylo: Ἀντὶ δὲ Δ, Ζῆτα. Olim Δυγὸν, post Ζυγὸν, inquit Etymologus: Οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸ Δ εἰς Ζ τρέπουσιν. Ideo addit Δογὸς, καὶ Ζυγός. Ac viciſſim Z pro Δ. Sic pro *Zabuleno*, ſeu *Iabuleno* in Palatinae Bibliothecae Codice *Diabolenus*. Rurſum *Diarritum*, *Zarritum*: Διάῤῥα, Ζάῤῥα. *Zeta* pro *Diaeta* apud Plinium nonnullis placet; non ἀπὸ τοῦ Ζῆν, quae parum ominata coniectura eſt. Similiter Ζόρκες pro Δόρκες. Strabo lib. 12. Γίνονται δὲ ζόρκες, ὧν ἀλλαχοῦ σπάνις ἐστιν. Aelian. lib 7. de Animalib. c. 47. Ζορκάδες pro Δορκάδες. Herodotus lib. 14. Item apud Theocritum, vbi eſt:

—— Καλὸν πόλις ἁ Ζάκυνθος,

alij malunt Ἁ Δάκυνθος. Iſidorus *Zanium* pro *Dianium*: apud Oroſium, modo hoc, modo illud. Ζεύς, Δεύς. Ζηνός, Διός. Item in Nummis veteribus:

ΣΔΕΥΣ. ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ

ZACHARVM. V. *Sacarum.*

ZAMOLXIS Herodoto lib. 4. Iuſtino, paſſim: aliubi *Samolxis*.

ZANGAE Acroni, Ζάγγαι Graecis. In Codice Theodoſiano de Habitu intra vrbem Lege II. *Tzangae*: in III. *Iſangae*. *Tzangia* in Faſtis Graecis de rege Lazorum: Τὰ Τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ Ῥούσαια Περσικῷ σχήματι ἔχοντα μαργαρίτας: *Tzangia ipſius erant, ab ipſius regione Perſico habitu margaritis ornata Ruſaea.*

ZERETHRA pro *Barathris* ſcriptum quandoque obſeruo ex Heſychio: Ζέρεθρα, βάραθρα. Adde hoc *Barathro* ſua in ſerie, neque Graecis inuide.

ZIBVNA. V. *Sibuna.*

ZINZANIA, Aldus Manutius lib. 1. Gram. Verum Euangeliſtis, ac Interpretibus deſit N, neque Origine poſcitur. Etymologicus: Ζιζάνιον τὸ ἄγριο σπορᾶς συμπαραφυόμενον τῷ σίτῳ: *Zizanium, quod abſque ſemine tritico ſimul adnaſcitur.*

ZMARAGDVS, SMARAGDVS, MARAGDVS, SMARAGVS. Apud Veientes in arca Caſtri noui Vrna vetus:

DIS. MANIBVS

OSSVIS

ZMARAGDI

Antiquiſſimus item Lapis in Foro Traiani:

M. AEMILIVS. ZMARAGDVS

Vſitatam, rectamque ſcriptionem banc cum Z firmat Lucianus; apud quem Sigma patientiam, atque animi ſui fortitudinem ita palam facit: Ὅτι καὶ ἀνεξικακόν εἰμι γράμμα, μαρτυρεῖ τί μοι καὶ αὐτὸς μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ Ζῆτα, Σμάραγδον ἀποσπάσαντι: *Quod patientiſſima ſim litera, teſtatur hoc, quod Zeta de me queri cum nihil habeat, Smaragdum mihi abſtraxerit*, effeceritque ſcilicet *Zmaragdum*. Sic vſitate: vſitatius, ac magis ex Conſuetudine *Smaragdus*, S poſtliminio ſuam in ſedem, & regna reſtituto. Ouidius ad pſittacum:

Tu poteras virides oculis hebetare ſmaragdos.

Nihilominus Σ adſciticium docet Etymologus in Σμαραγῶ: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σμαραγῶ, καὶ σημαίνει τὸ λάμπω· ἐξ οὗ, καὶ Σμάραγδος, ὁ λαμπρότατος λίθος· παρὰ τὸ Μαίρω, τὸ λάμπω, ὁ μέλλων, μαρῶ κατὰ παραγωγὴν, Μαράσω, καὶ πλεονασμῷ τοῦ Σ, Σμαράσω· καὶ ῥηματικὸν ὄνομα Σμάραγος, καὶ Σμάραγδος. Haec ſunt: *Eſt & alterum verbum Smarago, & ſignificat Splendeo: ex quo verbo Smaragdus eſt, ſplendidiſſimus lapillus, qui ortum habet ex Maire, quod eſt Luceo, cuius futurum Maro, & acceſſione noua Maraſo, & cum S pleonaſmo Smaraſo: tum verbalia nomina Smaragus, & Smaragdus.* Clarius ille profecto, aptiuſque, quam Athenaeus, cuius haec ſunt

sunt lib. 3. Ἄνευ δὲ τοῦ Σ λεκτέον: *Absque S dicendum Maragdus.* Ita Silentiarius:

Πῆ μὲν ἅλις χλοάοντα, καὶ οὐ μάλα τῆλε μαράγδου:

Quamuis satis virens, neque admodum longe abit a marago.

Athenaei ratio: Παρὰ γὰρ τὸ μαρμαίρειν ὠνομάσθαι, τῷ διαυγὴς ὑπάρχειν: *Namque a Marmairein nominatur, quod splendeat.* Calaber lib. 7.

Μαρμαίρει περὶ νῆα πυρὸς σέλας ——

Atque ex eodem verbo Μάραγδον figurat Eustathius in Homerum. Menandrus in Pedio:

Εἶναι Μαράγδους ταῦτ' ἔδει, καὶ σάρδια:

Maragdos haec esse oportebat, & sardia.

Verum bona Athenaei pace, sicut Μίλαξ adsumit Σ, idem potuit & *Maragdus* obliuione generis inducta. Neque enim idcirco Latij iura vertuntur. Latini namque scripsere *Scrutum* ex Γρυτόν: *Sculpo* ex Γλύφω: *Scrinium* ex Γράνιον: cur consimiliter non potuerunt praeposuisse S, vel Z *Maragdo?* Disquirendum super, vnde D in mediam vocem correpserit? Neque enim videtur in Martiale scribendum: nam durissime colliditur hoc in versu par mutarum:

Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas vno
Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Hoc ille, qui se iactat Musas colere seueriores? Redi ad Etymologicum, & in Epigrammatographo rescribe *Sardonychas, smaragos.* Commentarij in Martialem in luce meridiana suffimi tenebras hinc non dispulere. V. *Zmyrnaei, Mallius, P.rserna.*

ZMYRNAEI, SDMYRNAEI, SMYRNAEI, MYRRHAEI. Per Z Libri, & Lapides complures, ex quibus pauculi cum D. Obstrepit Priscianus lib. 1. *Smyrna, Smaragdus. Vitium faciunt,* inquit, *qui Z ante M scribunt. Nunquam enim, duplex in capite syllabae posita potest cum alia iungi consonante.* Deturbat de statione Priscianum Eustathius: Ὅτι δὲ τὸ Σμῶδιξ, καθὰ καὶ τὸ Σμερδαλέον διὰ τοῦ Ζ εἶχον τὴν προφορικὴν ἀρχὴν πάλαι ποτὲ διὰ τὸ παρεοικὸς τοῦ ἤχου δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. *Quod Smodix, quemadmodum & Smerdaleon per Z in principio olim aliquando prolata fuerint ob soni similitudinem notum ex vetustioribus.* Idque ab Atticis etiam factitatum testatur, ne Priscianus nobis rus, & faeces obijciat. Hermolaus *Zmyrna* quoque amplectitur in lib. 5. Plinij c. 20. vti *Zagunthus,* & *Zimyra.* Rursus apud Lucianum Σ dequeritur se parte regni priuari, dum *Smyrna* priuatur ab ijs, qui *Zmyrnam* scriptitant. Addit superioribus Eustathius: Ὧν ἐν ῥητορικοῖς λεξικοῖς τοῖς κατὰ στοιχεῖον κεῖται, καὶ ταῦτα ἐν τῷ Ζ στοιχείῳ· Ζμηκτόν, ὅτι τὸ σμηκτόν, ὅτι ἀξινάριον, οἱ δὲ δίκελλαν, καὶ ζβέσαι τὸ παῦσαι λῆξαι, κοιμίσαι, καὶ ζβεννυμενάων ἀιγῶν, ληγουσῶν, καὶ Ζμῶσαι, τὸ πατάξαι Αἴλιος δὲ Διονύσιός φησι, ὅτι Ζμικρόν, καὶ Μικρὸν οἱ Ἀττικοί μικκὸν δὲ Ἴωνες. Οὕτω δὲ χαρασσι, καὶ τὸ Ζμῆγμα, καὶ τὴν Ζμινύλην. Idem in Iliados H concile pro Συριγγόλμβολον scriptum tradit Τζιρέμβολον, quod magis Priscianum commoueat. Ex his constituitur recte, atque ex Vsu scriptum fuisse *Zmyrna, Zmaragdus.* Goupylus in Alexandrum Trallianum: Graeci *Smyrna,* & *Zmyrna* ἀδιαφόρως proferunt, quorum imitatione M. Cato, & Plinius *Smurnam* scripserunt, vt in vetustis Codicibus legimus. Quare cum rei medicae scriptores verbo Ζμύρνης frequentissime vterentur, Librarij huius notam compendiariam ζζ excogitarunt, cuius vim ignorantes hi, qui nostros codices descripserunt, Ζιγζίβερι pro Ζμύρνα scripserunt, qui error inualit etiam in codices Aëtij. *Haec ille.* Aut hanc vsurpauere notam pro eodem ZZ. Hermolaus iterum in librum Dioscoridis primum. Σμύρναν Graeci: Hippocrates Μύραν. Athenaei fragmentum: Μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι. Vide Sextum Empiricum (vt in eum a quo sumus exorsi, desinamus) lib. 1. c. 19. aduersus Mathematicos, item Etymologum, vbi Σμύρνα, μύρνα, addito: Τὸ δὲ ὄνομα νύμφης Σμύρνη: vnde *Smyrnacum conuentum* legas Plinij lib. 5. c. 39.

ZOILVS vnico L optime. Martial. lib. 2. Epig. 14. *Zoïlus aegrotat.* Aelian. 2. Var. hist. c. 10. Ζωΐλος ὁ Ἀμφιπολίτης, ὁ καὶ εἰς τὸν Ὅμηρον γράψας, καὶ εἰς Πλάτωνα, καὶ εἰς ἄλλους: *Zoïlus Amphipolites, qui in Homerum, Platonem, aliosque calamum distrinxit.* Huius imago Marchantius Minorita per Belgium. Apud Hesychium geminatur liquida: Ζωΐλλος, ὄνομα κύριον.

ZOROASTER passim: *Zoroastres* Eusebij lib. 10. de Praeparatione c. 3. Ζωροάστρης δὲ ὁ μάγος. Plutarchus in Numa, in Alcibiade. Ex Apuleij Apologia, & lib. 21. D. August. de Ciuit. c. 14. idem conficias.

ZVMVM, ZEMA, ZEMAE. Glossae MSS. *Zemae, ollae.* Pollio: *Zuma pondo vndecim a Zumum.* Orta sunt ex ζέω, ζύω, V. Etymologum, & Isidorum.

ZYTHVM, ZYTHVS, ZYTHOS. Plin. l. 22. c. 25. *Ex iisdem fiunt & potus. Zythum in Aegypto, caelia, & ceria in Hispania, ceruisia, & plura genera in Gallia.* Hesychius: ζῦθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος: *Zythus, Vinum ex hordeo factum.* Dioscorides lib. 2. c. σϛζ ζῦθος σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς· ἔστι δὲ διουρητικός: *Zythos ex hordeo conficitur, habetque vim vrinae ciendae.* Potus hic elephantorum deliciae. Strabo lib. 3. de Hispanis: χρῶνται δὲ καὶ ζύθει. Vide Dioscoridem lib. 3. lib. 2. c. 17. vbi τὸ δὲ ζῦθος … κοινὸν δ᾽ ἐστὶ πολλοῖς, Eustathium in Dionysium. A patria gratiam inibo, si Isidorum Hispalensem lib. 20. Orig. c. 3. attexuero: *Sicera est omnis potio, quae extra vinum inebriare potest. Sonat pro eo, quod ex succo frumenti, vel pomorum conficiatur.* Proxime: *Cerenisia a Cerere, id est, fruge vocata. Est enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta.* Ibidem: *Celia a calefaciendo appellata. Est enim potio ex succo tritici per artem confecta. Suscitatur enim igne illa vis germinis madefactae frugis, ac deinde siccatur, & post in farinam redacta, molli succo admiscetur, quo fermentato sapor est austeritatis, & calor ebrietatis adiicitur, quae fit in iis partibus Hispaniae, cuius ferax vini locus non est.* Plinij *Coelium* Isidori *Celiae* praetulerim, & quisquis vel ζυθιψης, vel ζυθοπότης amat fieri.

HERODOTVS LIB. VII.

Τῷ δὲ εὖ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ, ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι.

FINIS.

Rescribe.

PAG. 1. Congerminet. Persolo. aut F. 3 διορυχὴ. Scindo. Perutilis. 6 ἄδος. 8 iudicium. 11 Euscheme. 14 Sporadas. 16 repraesentent. 19 diphthongo, defectu commatis striblligo nascitur. 27 Allobrox. execudi. Sed &. 34 Anteus. Antisto. augendi. 40 λαὸς ἀπεσκύλευσε. 47 eam. 48 auctionis. 51 ξυρῷ. 72 callet. 77 χάζω. 81 Chersonesus. 91 manus. 94 consenuisse. 96 κυρᾶς. 108 districte. 109 pristini. 111 disspicio. 116 Promiscue. eburata, lamentis. 121 picta. 122 Erinnyas. 131 solennis. 133 περὶ κρανίον. 139 gesos. 140 nauibus. 143 SuetonI. Ἰοὺς. 148 ἐνδόντες. 155 Hoce. aut dele. 158 Crounoe. Helusa. 178 probabilius. 179 Λάμψακος. Naenia. 181 Δαρτών. 182 pluria absque eo, & Cons. 201 ipsi se. 217 obbrutuit. 218 obstendit. 220 δίσυχος. 223 renident. 235 periurior. 241 promserint. 248 O'. 260 M. 268 quisque. 278 Samarobrini. 286 Σελὶς. 289 .Per. 291 SIMVLACHRIS. 292 luco. 295 vbi. 305 Συρακοσίης. Siros. 309 Tecolithos. 331 libri. 332 nitro. 342 Caeliam.

& MAGESTER, quae per E protulisse veteres Fabius testatur. Neque *Ione* datiuo casu: tametsi Aquileiae intra aedem S. Secundi notatum sit:

IOVE. OPTVMO. MAXVMO. T. PETTIVS. T. F.

Neque itidem DIE, & VICTORE pro *Dij*, *& Victori*, quae itidem apud veteres Quintilianus agnoscit. Has mihi Pierius suppetias impedimentis abesse iussis.

VIRIDARIVM Suetonius in Tiberio: *Surreptum in viridario p anonem. Virdarium* sillaba minus fuit in Lampridij Codice Palatino, & Pandectis Florentinis.

VITIVM cum T, non C, quod satis, superque monstratur ex Catonis *Vitiligatoribus, quos Cato eleganter ex Vitijs, & Litigatorib. composuit*, inquit in Praefatione Plinius. Vide *Conuicium, & Conuitium*, ex *Vitio* coalitum.

VIVISCI, VIBISCI, BIBISCI, BIVISCI solenni elementi istius versione. Plinio *Vbisci*: Straboni Ἰουσκοί: Ptolemaeo Οὐίβισκοι.

VIVESCO scribo, inquit Pintianus in lib. Plin. 9. c. 51. seu vt alij malunt, inquit, enunciare *Vinistunt*. Hoc est, ambigo. Certe per I apud Priscianum, vt *Capisco*. Vide *Tremisco*.

VLVLA leniter: Pontanus aspere contra fidem Librorum Maronis in Pharmaceutria. Cuius ratio si vires haberet, etiam ex ea consequum esset *Ololygones* asperari rursus contra fidem Plinianorum Codicum lib. 11. c. 37. Redi ad caput 13. de Spiritu Vol. 1.

VLTROTRIBVTA vocis coagmentatione apud Senecam lib. 4. c. 1. de Beneficijs. Varr. lib. 5. de LL. Liuium lib. 39. *M. Porcius Cato, & L. Valerius censores vectigalia summis precijs, vltrotributa infimis locauerunt*. Turneb. lib. 1. Aduers. c. 25.

VLYSSES. At in Ausonij Periochis, Apuleij Apol. 1. alibique per X *Vlyxes*, quod inueni in Plutarchi Marcello disertim consignatum: Κράνη χαλκᾶ τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου, τὰ δὲ Οὐλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως. *Ex aere galeae, quaedam Merionis, quaedam Oulyxis, hoc est, Vlyssis inscriptae nomine*. Aequipollet enim duplex duobus sigmatibus. Hanc scriptionem Gifanio placitam video epistola ante Lucretium, & Prudentium renouantib. lib. 2.

—— *Acris Vlyxi Castra* ——

Ego trita feror orbita, non oppugnandi furore Plutarchi; sed quod ab vnius pictoris manu profectum est, non arbitror in communem scribendi legem trahendum. Plutarcho etiam dico factum recte, & eum sede ita narratum, vti reperit. Mecum nominis Etymologia ἐκ τοῦ ὀδύσσασθαι. Auctores sexcenti, editiones μυριογράφοι. Quod autem ex Graeco δ fiat λ, habes in *Lacrima* exemplum ἐκ τοῦ δακρύου. Sic Πολυδεύκης, *Poldux*, *Pollux*. Ciofanus in Metam. Ouidij perpetuo tenore *Vlyxes*, & Pierius saxum producit, in quo duplex, ac Gelenius prisca Plinij testatur Exemplaria. Cur au[illegible] per V? Aeoles Οὐδυσσία dicunt, Fabius lib. 1. c. 4.

VLYSSIPO, OLYSSIPO Plinio *Vlyssis opus*, Ὀδυσσέως πόνος sonare videtur vox ista. At Mariana vir aeui nostri maximus in conditu historiae lib. 1. Rerum Hispanicarum ex antiquis Monumentis, & Lapidum Inscriptionib. statuit scribendum *Olisipo* simplo sigmate, I Latiari duobus in locis sito. De duobus I facilis concesserim: liquidem Y in I extenuari haut nouum est. Sigma non geminari inimicum est Codicibus multis. Quod si diulnationi habenas in antiquissima nomenclatione vestiganda laxare conceditur, vt *Hippones* in Africa duo Straboni lib. 17. cur non in Hispania *Hippo Vlyssis*: vt vbi equile habuerit iste πολύτροπος ἀνήρ, ibi nomen sortiatur *Vlisippo*, Ὀδυσσέως ἱππών. *Cato*, *Plato* Latini dicunt pulso N finali Graecorum. Tamque caducum est Π alterum, quam Σ. Libris Solini omnibus *Olisipone* ἀκλιτον Salmasius arrogat. Fauet coniecturae insignis ille Plinij locus e lib. 8. c. 42. *Constat in Lusitania circa Olysiponem oppidum, & Tagum amnem equas Fauonio flante obuersas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, & gigni pernicissimum ita, sed triennium vitae non excedere*.

VMBRI *Italiae gens est: sed Gallorum veterum propago, qui Apenninum montem incolunt. De quibus historiae perhibent, quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerint, & ob hoc Ὄμβριος cognominatos*, Plin. lib. 3. cap. 14. Cur non ergo *Ombrij* per O? cur non *Vmbru* τρισυλλάβως? Haec *mutare* elementa *valet longinqua vetustas*. Nota ex Stephano: Ὀμβρικοὶ ἔθνος Ἰταλικὸν περὶ τὴν Ἀδρία.

Ἀδριατικὸν κόλπον· λέγονται Ὄμβροι παρὰ τοῖς Ἰταλικοῖς συγγραφεῦσι: *Umbrici gens Italica circa sinum Adriaticum. Vmbri dicuntur apud Italicos scriptores.*

VMMILICVS, VMBILICVS, VMMO, VMBO veteres Glossae.

VMQVAM apud Papirianum legitur, ac paene semper in editione Nonij nouissima. Rectius per N. V. *Quanquam, Tanquam, Eandem.*

VNA passim: Lucret. lib. 3. —— *Consistimus vniter apti.*

VNDIQVAQVE per I praeferunt οἱ ὀρθογραφικώτεροι apud Liuium, Suetonium, alios. Alij per E *Vndequaque.*

VNGVENTARIVS, Libri, & Saxa. Inscriptionibus pauculis absque V, *Vngentarius.* Vide *Vnguo.*

VNGVENTVM. Vide *Vngo.* Cassiodoro tamen placuit absque V *Vngentum.*

VNGVIS. Veteres Glossae: *Vnex*, ὄνυξ. Ex hac glossa discimus ex Ὄνυξ, ὄνυχος fieri *Vnguis.*

VNGO cum V probat Priscianus: exsibilat Papirianus apud Cassiodorum de Orthographia. Prisciano Probum improuide sociat Brissonius libro Παρέργων. Valerij Probi manus in Catholicis: *Vngo, vngis, vnxi: nam Vnguo non legi*, inquit. Quo admisso, scribesne in secunda *Vnguis?* Seruius idem Papiriano in eum lib. 9. locum:

Vngere tela manu —— ——

Sane nec Vngo, nec Vngentum V recipit, excepto vno nomine, vt Vnguen Vnde est:

—— *Et pingues vnguine ceras.*

Velius Longus in Orthographia: Sine V item:

Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.

Tum eandem Papiriano rationem confert: *Nullum enim verbum est Vo terminatum sine instinctu, sine solute, vt non eandem V seruet in praeterito*, Item Vel. Longus sic in *Vnguine*, V insertum ait, cui lli vt non posit. Addit *Consuetudine Vnguentum vsurpari*, & Papirianus; quod tamen *sine V debet scribi*, inquit. Scilicet Consuetudini imperet Originatio. Denique Vel. Longus: *Vrgeo, & Vngo hanc non desiderant literam* [V] *vt apparet ex scriptis antiquorum, quorum elegantiam, & auctoritatem sequendam supra diximus.*

VNGVI non minus, quam *Vnxi* ab *Vnguo* scribunt in praeterito Nisus, Papirianus, Probus: Charisius vero *Vnxi* tantum, inquit Priscianus in decimo.

VNIVIRA (Suidae Μόνανδρος) sillabis omnino quatuor integrauit Tertull. l. de Monogamia. Vbi Passeratius scribit per E: *Vniuera*, nec id rectum putamus. Verum prisca Inscriptio in silice ad D. Stephani litera est auctior *Vniuiria*:

VOLVSIAE. IVSTAE. MATRI

. . . . . SIMAE. OMNIVM. FEMINAE

. . . . TIORI. VNIVIRIAE. QVAE. V. MEC

VNOCVLVS recte apud Plautum, recte apud Solinum cap. 25. *Vniocnlus* tamen quinque sillabis amplectitur Passeratius. Quo Auctore?

VOLCANVS cum O, Libri prisci, Virgilius Carpensis, & Vaticanus. Vnde & in Lapidibus Capitolinis VOLCANALIA. Adsentit Kalendarium vetus Romanum, & Lapides alij. Sic Etymologia exigi testatur Pierius in 4. Georg. quam sic exprimũt *Volo canus*, quod ignis in aere albicet, aut quod ignes, & flammae bellum istum ab incude opificem depilauerint, & sic cranij vestis *canuerit*. Varro autem lib. 4. de LL. a *Fulgore*, quasi *Fulganus*. Nam digammum quandoque ipsum F est: G autem prisci non norant. *Vulcanus* tamen per digammum & V nemo non rectum putat praeter Manutium. Neque mirum *Volcanalia* per O scribi: perennauit ea vox in Latio: mutauit altera, olim *Volcanus*, postilla aliter.

VOLCENS, quam *Volscens* cum S in medio scribi amat Pierius, Romano, Mediceo, Porcioque Virgilij Libris auctoribus.

VOLE-

VOLESVS, VOLVSVS. Per E ſcriptum eſt in Silij, ac Liuij exemplaribus. Item in fragmento marmoris Romae apud Maffeios:

P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICOLA

Per V Sozimus lib. 2. Hiſtor. *Voluſum* nominat, & ara Terentina:

P. VALESIVS. VOLVSI. F. POPLICOLA.

VOLOGESVS extra diphthongum melius. Ita Euſebij MSS. multi, Caſſiodorus in Chronicis, Oroſ. lib. 7. cap. 15. Aur. Victor de Caeſarib. Iul. Capitolinus, Zonaras tom. 2. Plin. lib. 6. cap. 26. Sueton. in Veſpaſiano. *Vologaeſus* cum biuocali in pauculis, in Xipbilino Silburgij, in Petauiano Euſebij Codice *Vologeſus*, quae ſcriptura vocalem quoque puram oſtentat. *Vologeſes* cum E in quarta ſede non male apud Vopiſcum, Tacitum lib. 15.

VOLSCI per O vbi non? Ita vero recte: quamuis in membraneis Vineti Codicibus, & duobus Euſebij MSS. ac in Buſſidiano Liuij Codice per V ſemper occurrat *Vulſci*. Apud Paeanium Βολοῦσκοι, & Βουλοῦσκοι, apud Dionyſium Οὐολοῦσκοι, & Plutarchum in Coriolano, in Camillo. Teſtatur & Cato in Originibus *Voloſcos* prius dictos Latinis etiam. *Volſcis* perperam legitur Liuij lib. 20. cum *Volcis* ſcribendum ſit, quorum meminit Plin. l. 3. c. 5. Silius in 3.

Volcarum populatur iter ——

Tertij ſunt *Volci* Ptolemaeo, Plinioque in Italia. Diuerſarum gentium nomina paene eadem, & confuſioni prona Orthographiae negligentioribus.

VOLSCINII. Vide *Vulſinienſes*.

VOLSELLAE in Plinio, ac Martiale per O: etſi ſciam apud alios *Vulſellas* ſcribi a *Vulſum*.

VOLTA pro *Vultus* Ennio ἀρχαϊκῶς ex cauſa duplici.

VOLTVRCIVS, Lapides.

VOLTVRNVS, Lapides priſci, Kalendarium Romanum. Et *Volturnalia* Feſto. Paſſim tamen *Vulturnus*. idque lege.

VOLVP, FACVL pro *Volupe & Facile* ſcriptum veteribus affirmat in Phormionem Donatus, & Feſtus.

VOLVPTARIOS ACTVS ſcribitur in Apuleio de Philoſophia, atque in Plauti Menaechmis: *Voluptarij, atque potatores maximi*. Alij immittunt V *Voluptuarij*. minus recte.

VOLVSENVS, non *Voluſienus* quinque ſyllabis, Lapis antiquus. Eodem modo *Saluidenus*, *Poſtumulenus*, abſque I.

VOMITARIA *in ſpectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundunt*, Verba ſunt Macrob. lib. 6. cap. 4. Scribit Paſſeratius *Vomitoria* per O in tertia. Haut probo. Analogia, *Plantaria*, *Vinaria*, *Roboraria*, *Aeſtuaria*: ergo & *Vomitaria*.

VPILIO. Vide *Opilio*.

VRGVERE cum V eſt Pandectis Flor. & recipit ad Digeſta Taurellius. Eſt in B. Germani Lexico, vbi vertitur Ἐπείγει, κατασπεύδει, ἐπείγεται, in antiquis pleriſque Virgilij Codicib.

In breuia, & Syrtis vrguet —— In Parmenſi Inſcriptione:

PRVNA. IN. PENSILI. POSITA. VRGVENTE. FATO
SANVM. IPSE. NECAVIT. SE.

In Corippo MS. Ruizij fide. Aliter ſtatuit Vel. Longus in Orthographia: *Animaduertimus tamen quibuſdam partibus orationis V literam vitioſe inſertam, vt in eo, quod eſt Vrguere*. Itaque teſtis in vtroque eſt Virgilius:

—— *Quibuſue Vrgentur poenis* ——

Longum ſequitur Papirianus, Caſſiodorus, Beda: quos ego. Adiuuat Origo ex Ὀργᾶν. Analogia, *Turgeo*.

VRPS,

VRPS, TRAPS *per P debent ſcribi: licet Varro per B ſcribendum putet, quod in reliquis caſibus B habeant*, ait Papirianus. Nos Varronem ſequimur, Vſumque ſcripto *Vrbs*. Sic *Vrbanus, Vrbici*. Iuuat Etymologia ab *Vruando* apud Feſtum. At mendoſus alterutro loco videtur Papirianus. Cui enim *Vrpes, Trapes* ſcriptae ſunt?

VSIPETES paſſim. Dioni lib. 54. Οὐσιπέται, *Vſipetae*.

VSVVENIT κολλητῶς. Tull. Offic. l. 3. *Quod idem in poëmatis, in picturis vſuuenit*. Idem in libro de Oratore diuellit: *Vſu memoria patrum venit*.

VTRIMQ. per M, quam per N mauelim. Sic *Vtramque, Vtrumque*.

VTROBI caſtigatius: quamuis V in medio Pandectis Flor. adſcribat Briſſonius in Parergis, & *Vtrubique*.

VTROQVEVERSVM complexu. Griphiana Gellij editio lib. 9. c. 13.

VVLCANALIA recte. Vide *Volcanus*.

VVLPECVLA per E ſecunda ſillaba. Veteres Gloſſae: Θήλεια ἀλώπηξ, *Volpicula*.

VVLSINIENSES cum V, Faſti Capitolini, Lapideſque nonnulli. *Volſinienſes* per O Plinij lib. 3. c. 5. Item *Volſini* tribus dumtaxat ſillabis apud vtrumque Plinium, pro quibus Straboni, ac Ptolemaeo Οὐολσίνιον. *Volſinij* τετρασυλλάβως etiam apud Liuium.

VVLSO, non *Volſo*, Maniliorum cognomen, Faſti Capitolini.

VXOR, VNXOR, OXOR, OCXOR in Antiquitate, non vſque retrorſa reperias.

TRACTATVS VIGESIMVSPRIMVS.

X, Z.

XANTHIPPE, XANTHIPPVS asperata media a Ξανθός. *Xantippe* Lapidibus congruenter, & Tullio. *Xanthippus* Appiano, Historiae, Poëtis. Silius Italicus lib. 6.

Xanthippus digni pendebat in aequore leti.

Ξάνθιππος Zonarae, Polybio.

XANCTVS nonnulli Codices praeferunt in illo loco Aeneidos 8.

Tuque o Tybri tuo genitor cum flumine Xancto, pro *Sancto*, quod alijs est. Sic veterum Monimenta :

CASSIVS. XECVNDVS

Pro *Secundus*.

XYSTVS. Pontacus in Eusebium : *Procul dubio scribendum Xystus* more Graecorum, aut *Sixtus*, aut etiam *Sistus* voce Latina, seu ad similitudinem vocum Latinarum detorta. Eum vide p. 534. & 651. Ac prae caeteris D. Hieronymum ad Ctesiphontem aduersus Pelagium: *Illam autem temeritatem, imo insaniam eius, quis digno possit explicare sermone, quod librum decimum sextum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque ethnici immutato nomine Syxti Martyris, & Romanae Ecclesiae Episcopi praenotauit?* Apsis S. Mariae in Esquilijs:

XYSTVS. EPISCOPVS. PLEBI. DEI

Z

ZABVLVS pro *Diabolus* Aeolum imitatu non pauci scripserunt. Aeoles namque Z ἀντὶ τοῦ Δι posuere. Ζάπλυτος, Ζαβάλλω, pro Διάπλυτος, Διαβάλλω ex eo sunt apud Hesychium. S. Cyprianus tom. 3. lib. de Aleatoribus : *Instinctu solius Zabuli, qui eum artibus suis repleuerat*, saepius. Alij Cypriani auctoritatem libro derogant : non tamen hoc scribendi genus. S. Paulinus epist. 2. *Zabulicis praetentaretibus*. S. Hilarius in Matthaeum c. 3. legit : *Vt tentaretur a Zabulo*. Alibi : *Contusam a se in tentatione prima omnem Zaboli indicat potestatem*. Iterum c. 26. in Matth. *Furem enim esse ostendit Zabulum ad detrahenda ex nobis spolia peruigilem*. Isidorus Hispalensis Exhortatione ad Poenitentiam :

Zabulo ne me coniungas

Ad mortem cum impys.

D. Ambros. lib. 5. de Fide c. 9. *Zabulus enim verum Dei Filium fatebatur.* D. Augustin. in Actis Pelagij: *Zabulus, atque Angeli eius.* Platonis regula in Cratylo: Α'ντὶ δὲ Δ, Ζῆτα. Olim Δυγὸν, post Ζυγὸν, inquit Etymologus: Οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸ Δ εἰς Ζ τρέπουσι. Ideo addit Δογὸς, καὶ Ζυγός. Ac vicissim Ζ pro Δ. Sic pro *Zaboleno*, seu *Iaboleno* in Palatinae Bibliothecae Codice *Diabolenus.* Rursum *Diarritum*, *Zarritum*: Διάῤῥα, Ζάῤῥα. *Zeta* pro *Diaeta* apud Plinium nonnullis placet: non ἀπὸ τοῦ Ζῆν, quae parum ominata coniectura est. Similiter Ζόρκες pro Δόρκες. Strabo lib. 12. Γίνονται δὲ ζόρκες, ὧν ἀλλαχοῦ σπάνις ἐστιν. Aelian. lib 7. de Animalib. c. 47. Ζορκάδες pro Δορκάδες. Herodotus lib. 14. item apud Theocritum, vbi est:

—— Καλὸν πόλις ἁ Ζάγκλωνος,

alij malunt Α' Δάγκλωνος. Isidorus *Zanium* pro *Dianium*: apud Orosium, modo hoc, modo illud. Ζεὺς, Διός. Ζηνὸς, Διός. Item in Nummis veteribus:

ΣΔΕΥΣ. ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ

ZACHARVM. V. *Sacarum.*

ZAMOLXIS Herodoto lib. 4. Iustino, passim: aliubi *Samolxis.*

ZANGAE Acroni, Ζάγγαι Graecis. In Codice Theodosiano de Habitu intra vrbem Lege II. *Tzangae*: in III. *Ijangae. Tzangia* in Fastis Craecis de rege Lazorum: Τὰ Τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ Ῥούσαμα Περσικῷ σχήματι ἔχοντα μαργαρίτας: *Tzangia ipsius erant, ab ipsius regione Persico habitu margaritis ornata Rusaea.*

ZERETHRA pro *Barathris* scriptum quandoque obseruo ex Hesychio: Ζέρεθρα, βάραθρα. Adde hoc *Barathro* sua in serie, neque Graecis inuide.

ZIBVNA. V. *Sibuna.*

ZINZANIA, Aldus Manutius lib. 1. Gram. Verum Euangelistis, ac Interpretibus desit N, neque Origine poscitur. Etymologicus: Ζιζάνιον τὸ ἄγευ σπορᾶς συμπαραφυόμενον τῷ σίτῳ: *Zizaniam, quod absque semine tritico simul adnascitur.*

ZMARAGDVS, SMARAGDVS, MARAGDVS, SMARAGVS. Apud Veientes in arca Castri noui Vrna vetus:

DIS. MANIBVS

OSSVIS

ZMARAGDI

Antiquissimus item Lapis in Foro Traiani:

M. AEMILIVS. ZMARAGDVS

Vsitatam, rectamque scriptionem hanc cum Z firmat Lucianus; apud quem Sigma patientiam, atque animi sui fortitudinem ita palam facit: Ὅτι καὶ ἀνεξικακόν εἰμι γράμμα, μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ αὐτὸς μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ Ζῆτα, Σμάραγδον ἀποσπάσαντι: *Quod patientissima sim litera, testatur hoc, quod Zeta de me queri cum nihil habeat, Smaragdum mihi abstraxerit,* effeceritque scilicet *Zmaragdum.* Sic vsitate: vsitatius, ac magis ex Consuetudine *Smaragdus*, S postliminio suam in sedem, & regna restituto. Ouidius ad psittacum:

Tu poteras virides oculis hebetare smaragdos.

Nihilominus Σ adscitiçium docet Etymologus in Σμαραγῶ: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σμαραγῶ, καὶ σημαίνει τὸ λάμπω. Ἐξ οὗ, καὶ Σμάραγδος, ὁ λαμπρότατος λίθος· παρὰ τὸ Μαίρω, τὸ Λάμπω, ὁ μέλλων, μαρῶ κατὰ παραγωγὴν, Μαράσσω, καὶ πλεονασμῷ τοῦ Σ, Σμαράσσω· καὶ ῥηματικὸν ὄνομα Σμάραγοι, καὶ Σμάραγδος. Haec sunt: *Est & alterum verbum Smarago, & significat Splendeo: ex quo verbo Smaragdus est, splendidissimus lapillus, qui ortum habet ex Mairo, quod est Luceo, cuius futurum Maro, & accessione noua Maraßo, & cum S pleonasmo Smaraßo: tum verbalia nomina Smaragus, & Smaragdus.* Clarius ille profecto, aptiusque, quam Athenaeus, cuius haec sunt

sunt lib. 3. Ἄνευ δὲ τοῦ Σ λεκτέον: *Absque S dicendum Maragdus.* Ita Silentiarius:

Πῆ μὲν ἅλις χλοάοντα, καὶ οὐ μάλα τηλε μαράγδου:

Quamuis satis virent, neque admodum longe abit a maragdo.

Athenaei ratio: Παρὰ γὰρ τὸ μαρμαίρειν ὠνομάσθαι, τῷ διαυγὴς ὑπάρχειν: *Namque a Marmairein nominatur, quod splendeat.* Calaber lib. 7.

Μαρμαίρει περὶ τοῖα πυρὸς ὕλαις ——

Atque ex eodem verbo Μάραγδον figurat Eustathius in Homerum. Menandrus in Pedio:

Εἶναι Μαράγδους ταῦτ' ἔδει, καὶ Σάρδια.

Maragdos haec esse oportebat, & sardia.

Verum bona Athenaei pace, sicut Μίλαξ adsumit Σ, idem potuit & *Maragdus* obliuione generis inducta. Neque enim idcirco Latij iura vertuntur. Latini namque scripsere *Scrutum* ex Γρυτόν: *Sculpo* ex Γλύφω: *Scrinium* ex Γράφιον: cur consimiliter non potuerunt praeposuisse S, vel Z *Maragdo*? Disquirendum super, vnde D in mediam vocem correpserit? Neque enim videtur in Martiale scribendum: nam durissime colliditur hoc in versu par mutarum:

Sardonychas, smaragdos; adamantas, iaspidas vno

Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Hoc ille, qui se iactat Musas colere seueriores? Redi ad Etymologicum, & in Epigrammatographo rescribe *Sardonychas, smaragos.* Commentarij in Martialem in luce meridiana fusissimi tenebras hinc non dispulere. V. *Zmyrnaei. Mallius, Perperna.*

ZMYRNAEI, SDMYRNAEI, SMYRNAEI, MYRRHAEI. Per Z Libri, & Lapides complures, ex quibus pauculi cum D. Obstrepit Priscianus lib. 1. *Smyrna, Smaragdus. Vitium faciunt,* inquit, *qui Z ante M scribunt. Nunquam enim, duplex in capite syllabae posita potest cum alia inugi consonante.* Deturbat de statione Priscianum Eustathius: Ὅτι δὲ τὸ Σμάραγδος καὶ τὸ Σμερδαλέον διὰ τοῦ Ζ ἔχον τὴν προφορικὴν ἀρχὴν πάλαι ποτὲ διὰ τὸ παρεοικὸς τοῦ ἤχου δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. *Quod Smodix, quemadmodum & Smerdaleon per Z in principio olim aliquando prolata fuerint ob soni similitudinem notum ex vetustioribus.* Idque ab Atticis etiam factitatum testatur, ne Priscianus nobis tus, & faeces obijciat. Hermolaus *Zmyrna* quoque amplectitur in lib. 5. Plinij c. 20. vti *Zagunthus,* & *Zimyra.* Rursus apud Lucianum Σ dequeritur se parte regni priuari, dum *Smyrna* priuatur ab ijs, qui *Zmyrnam* scriptitant. Addit superioribus Eustathius: Ἐν δὲ ῥητορικοῖς λεξικοῖς τοῖς κατὰ στοιχεῖον κεῖται, καὶ ταῦτα ἐν τῷ Ζ στοιχείῳ· Ζμηνύειν, ὅτι δὲ Ζμαφεῖον, ὅτε ἀξινάριον, διὸ δὲ ζίκελλαν, καὶ ζβέσαι, δὲ παῦσαι λέξαι, πειμίσαι, καὶ ζβιννυμεκάκων ἄγων, λαγνεῦσιν, καὶ Ζμῶσαι, δὲ πατάξαι Αἰλιος δὲ Διονύσιος φησι, ὅτι Ζμικρὸν, καὶ Μικρὸν δὲ Ἀττικοὶ μικκὸν δὲ Ἴωνες. Οὕτω δὲ ζάραγος, καὶ τὸ Ζμῆγμα, καὶ τὸ Ζμινύω. Idem in Iliados H conciese pro Συριγγοίμβολον scriptum tradit Τζίριμβολον, quod magis Priscianum commoueat. Ex his conficitur recte, atque ex Vsu scriptum fuisse *Zmyrna, Zmaragdus.* Goupylus in Alexandrum Trallianum: Graeci *Smyrna,* & *Zmyrna* ἀδιαφόρως proferunt, quorum imitatione M. Cato, & Plinius *Smurnam* scripserunt, vt in vetustis Codicibus legimus. Quare cum rei medicae scriptores verbo Ζμύρνης frequentissime vterentur, Librarij huius notam compendiariam ζζ excogitarunt, cuius vim ignorantes hi, qui nostros codices descripserunt, Ζιζίβερι pro Ζμύρνα scripserunt, qui error inualuit etiam in codices Aëtij. *Haec ille.* Aut hanc vtut pauere notam pro eodem ZZ. Hermolaus iterum in librum Dioscoridis primum: Σμύρναν Graeci: Hippocrates Μύρων. Athenaei fragmentum: μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι. Vide Sextum Empiricum (vt in cum a quo sumus exorsi, detinamus) lib. 1. c. 19. aduersus Mathematicos, item Etymologum, vbi Σμύρνα, μύρνα, addito: Τὸ δὲ ὄνομα τῆς Σμύρνης: vnde *Smyrnaeum conuentum* legas Plinij lib. 5. c. 39.

ZOILVS vnico L optime. Martial. lib. 2. Epig. 14. *Zoilus aegrotat.* Aelian. 2. Var. hist. c. 10. Ζωΐλος ὁ Ἀμφιπολίτης, ὁ καὶ εἰς τὸν Ὅμηρον γράψας, καὶ εἰς Πλάτωνα, καὶ εἰς ἄλλους: *Zoilus Amphipolites, qui in Homerum, Platonem, aliosque calamum distrinxit.* Huius imago Marchantius Minorita per Belgium. Apud Hesychium geminatur liquida: Ζωΐλλος, ὄνομα κύριον.

ZOROASTER passim: *Zoroastres* Eusebij lib. 10. de Praeparatione c. 3. Ζωροάστρης ὁ μάγος. Plutarchus in Numa, in Alcibiade. Ex Apuleij Apologia, & lib. 21. D. August. de Ciuit. c. 14. idem conficias.

ZVMVM, ZEMA, ZEMAE. Gloſſae MSS. *Zemae, ollae.* Pollio: *Zuma pondo vndecim a Zumum.* Orta ſunt ex ζέω, ζύω, V. Etymologum, & Iſidorum.

ZYTHVM, ZYTHVS, ZYTHOS. Plin. l. 22. c. 25. *Ex iiſdem fiunt & potus. Zythum in Aegypto, caelia, & ceria in Hiſpania, ceruiſia, & plura genera in Gallia.* Heſychius: Ζῦθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος: *Zythus, Vinum ex hordeo factum.* Dioſcorides lib. 2. c. σϛζ Ζῦθος σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς· ἔστι δὲ διουρητικός: *Zythos ex hordeo conficitur, habetque vim vrinae ciendae.* Potus hic elephantorum deliciae. Strabo lib. 3. de Hiſpanis: χρῶνται δὲ καὶ ζύθει. Vide Dioſcoridem lib. 3. lib. 2. c. 17. vbi τὸ δὲ ζῦθος ... κοινὸν δ' ἐστὶ πολλοῖς, Euſtathium in Dionyſium. A patria gratiam inibo, ſi Iſidorum Hiſpalenſem lib. 20. Orig. c. 3. attexuero: *Sicera eſt omnis potio, quae extra vinum inebriare poteſt. Sonat pro eo, quod ex ſucco frumenti, vel pomorum conficiatur.* Proxime: *Cereuiſia a Cerere, id eſt, fruge vocata. Eſt enim potio ex ſeminibus frumenti vario modo confecta.* Ibidem: *Celia a calefaciendo appellata. Eſt enim potio ex ſucco tritici per artem confecta. Suſcitatur enim igne illa vis germinis madefactae frugis, ac deinde ſiccatur, & poſt in farinam redacta, molli ſucco admiſcetur, quo fermentato ſapor eſt auſteritatis, & calor ebrietatis adiicitur, quae fit in iis partibus Hiſpaniae, cuius ferax vini locus non eſt.* Plinij *Coelium* Iſidori *Celiae* praetulerim, & quiſquis vel ζυθέψης, vel ζυθοπότης amat fieri.

HERODOTVS LIB. VII.

Τῷ δ' ἐυ βυληθέντι πρήγματι τελευτὴ, ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι.

FINIS.

Reſcribe.

PAG. 1. Congerminet. Perſolo. aut F. 3 διορυχϑ. Seindo. Perutilis. 6 ὕδος. 8 iudicium. 11 Euſcheme. 14 Sporadas. 16 repraeſentent. 19 diphthongo, defectu commatis ſtribligo naſcitur. 27 Allobrox. exeudi. Sed &. 34 Anteus. Antiſto. augendi. 40 λαός ἀπεσκύλευσε. 47 eam. 48 auctionis. 51 ξυρῦ. 72 callet. 77 κάζω. 81 Cherſoneſus. 91 manus. 94 conſenuiſſe. 96 χυρᾶς. 108 diſtricte. 109 priſtini. 111 diſſpicio. 116 Promiſcue. eburata, lamentis. 121 picta. 122 Erinnyas. 131 ſolennis. 133 περὶ κρανίον. 139 geſos. 140 nauibus. 143 Suetonl. Ἰοὺς. 148 ἐνδόντες. 155 Hoce. aut dele. 158 Crounoe. Heluſa. 178 probabilius. 179 Λάμψακος. Naenia. 181 Δαφνών. 182 pluria abſque eo, & Conſ. 201 ipſi ſe. 217 obbrutuit. 218 obſtendit. 220 ὀίσυπος. 223 renident. 235 periurior. 241 promſerint. 248 O'. 260 M. 268 quiſque. 278 Samarobrini. 286 Σελὶς. 289 .Per. 291 SIMVLACHRIS. 292 luco. 295 vbi. 305 Συρακοσίης. Siros. 309 Tecolithos. 331 libri. 332 nitro. 342 Caeliam.

A01
A64221

VOLESVS, VOLVSVS. Per E scriptum est in Silij, ac Liuij exemplaribus. Item in fragmento marmoris Romae apud Maffeios:

P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICOLA

Per V Sozimus lib. 2. Histor. *Volusum* nominat, & ara Terentina:

P. VALESIVS. VOLVSI. F. POPLICOLA.

VOLOGESVS extra diphthongum melius. Ita Eusebij MSS. multi, Cassiodorus in Chronicis, Otos. lib. 7. cap. 15. Aur. Victor de Caesarib. Iul. Capitolinus, Zonaras tom. 2. Plin. lib. 6. cap. 26. Sueton. in Vespasiano. *Vologaesus* cum biuocali in pauculis, in Xiphilino Sylburgij, in Petauiano Eusebij Codice *Vologaesus*, quae scriptura vocalem quoque puram ostentat. *Vologeses* cum E in quarta sede non male apud Vopiscum, Tacitum lib. 15.

VOLSCI per O vbi non? Ita vero recte: quamuis in membranceis Vineti Codicibus, & duobus Eusebij MSS. ac in Buslidiano Liuij Codice per V semper occurrat *Vulsci*. Apud Paeanium Βολῦσκοι, & Βυλῦσκοι, apud Dionysium Οὐολῦσκοι, & Plutarchum in Coriolano, in Camillo. Testatur & Cato in Originibus *Volscos* prius dictos Larinis etiam. *Volsceis* perperam legitur Liuij lib. 20. eum *Voleis* scribendum sit, quorum meminit Plin. l. 3. c. 5. Silius in 3.

Volcarum populatur iter ——

Tertij sunt *Volci* Ptolemaeo, Plinioque in Italia. Diuersarum gentium nomina paene eadem, & confusioni prona Orthographiae negligentioribus.

VOLSCINII. Vide *Vulsinienses*.

VOLSELLAE in Plinio, ac Martiale per O: etsi sciam apud alios *Vulsellas* scribi a *Vulsum*.

VOLTA pro *Vultus* Ennio ἀρχαϊκῶς ex causa duplici.

VOLTVRCIVS, Lapides.

VOLTVRNVS, Lapides prisci, Kalendarium Romanum. Et *Volturnalia* Festo. Passim tamen *Vulturnus*. idque lege.

VOLVP, FACVL pro *Volupe & Facile* scriptum veteribus affirmat in Phormionem Donatus, & Festus.

VOLVPTARIOS ACTVS scribitur in Apuleio de Philosophia, atque in Plauti Menaechmis: *Voluptarij, atque potatores maximi*. Alij immittunt V *Voluptuarij*. minus recte.

VOLVSENVS, non *Volusienus* quinque syllabis, Lapis antiquus. Eodem modo *Salvidenus*, *Postumulenus*, absque I.

VOMITARIA *in spectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt*, Verba sunt Macrob. lib. 6. cap. 4. Scribit Passeratius *Vomitoria* per O in tertia. Haut probo. Analogia, *Plantaria*, *Vinaria*, *Roboraria*, *Aestuaria*: ergo & *Vomitaria*.

VPILIO. Vide *Opilio*.

VRGVERE cum V est Pandectis Flor. & recipit ad Digesta Taurellius. Est in B. Germani Lexico, vbi vertitur Ε'πείγει, κατασπεύδει, ἐπείγεται, in antiquis plerisque Virgilij Codicib.

In breuia, & Syrtis vrguet —— In Parmensi Inscriptione:

PRVNA. IN. PENSILI. POSITA. VRGVENTE. FATO
SANVM. IPSE. NECAVIT. SE.

In Corippo MS. Ruizij fide, Aliter statuit Vel. Longus in Orthographia: *Animaduertimus tamen quibusdam partibus orationis V literam vitiose insertam, vt in eo, quod est Vrguere*. Itaque testis in vtroque est Virgilius:

—— *Quibusue Vrgentur poenis* ——

Longum sequitur Papirianus, Cassiodorus, Beda: quos ego. Adiuuat Origo ex Ο'ργᾷν. Analogia, *Turgeo*.

VRPS,

VRPS, TRAPS *per P debent ſcribi: licet Varro per B ſcribendum putet, quod in reliquis caſibus B habeant*, ait Papirianus. Nos Varronem ſequimur, Vſumque ſcripto *Vrbs*. Sic *Vrbanus, Vrbici*. Iuuat Etymologia ab *Vruando* apud Feſtum. At mendoſus alterutro loco videtur Papirianus. Cui enim *Vrpes, Trapes* ſcriptae ſunt?

VSIPETES paſſim. Dioni lib. 54. Οὐσιπέται, *Uſipetae*.

VSVVENIT χολλητῶς. Tull. Offic. l. 3. *Quod idem in poëmatis, in picturis vſuuenit*. Idem in libro de Oratore diuellit: *Vſu memoria patrum venit*.

VTRIMQ. per M, quam per N mauelim. Sic *Utramque, Vtrumque*.

VTROBI caſtigatius: quamuis V in medio Pandectis Flor. adſcribat Briſſonius in Parergis, & *Utrubique*.

VTROQVEVERSVM complexu. Griphiana Gellij editio lib. 9. c. 13.

VVLCANALIA recte. Vide *Uolcanus*.

VVLPECVLA per E ſecunda ſillaba. Veteres Gloſſae: Θήλεια ἀλώπηξ, *Uolpicula*.

VVLSINIENSES eum V, Faſti Capitolini, Lapideſque nonnulli. *Uolſinienſes* per O Plinij lib. 3. c. 5. Item *Uolſini* tribus dumtaxat ſillabis apud vtrumque Plinium, pro quibus Straboni, ac Ptolemaeo Οὐολσίνιον. *Uolſinij* τετρασυλλάβως etiam apud Liuium.

VVLSO, non *Uolſo*, Maniliorum cognomen, Faſti Capitolini.

VXOR, VNXOR, OXOR, OCXOR in Antiquitate, non vſque retrorſa reperias.

PETRO CASTELLANO
VIRO ACADEMICO.

TENE, *vir Humanissime, non honestem, quem Deus ipse ingenio, valetudine, varia rerum, linguarumque cognitione tantopere admirabilem fouet?* Χαῖρε φίλη κεφαλή· *Festorum Graeciae enarrator, ac suo modo conditor: salue Graecae literaturae, & Latiaris decus. Ad Nestorem tendatur aetas tua: quid non perficies? Et quo magis aetate procedes, tanto copiosiores eruditionis tuae opes Belgium exspectat, atq. orbis literatorum vniuersus tantis iampridem tuarum amoenitatum delicijs imbutus, atque inuitatus. Quippe Belgicam, exteramque adolescentiam ad omnem morum, ac literaturae perfectionem excolis, qui in varias sparsi oras nomen nobilitabunt Castellani. Arctior, spero, nos inter olim erit familiaritas, si ad Academicos veteres dies vlla me referet. Nec beniuolentia in te mea claudet vnquam: tuo namque merito maximo pectus hoc possedisti. Hoc ex pectore tibi promo. Manutij consilium ex nudis Inscriptionibus praeceptiones mundo praescribere absque iudicio, aut animi disputatione, nunquam placuit. Quasi vel Pythagoras renatus sit, vel significum praecipitantia, ignauia, aut ignorantia bonis mentibus legem figat. Hanc igitur supremam* Orthographicorum *meorum tabulam nomini tuo deuoueo. Tu me, vt soles, foue, ama.*

TRACTATVS
VIGESIMVSPRIMVS.
X, Z.

XANTHIPPE, XANTHIPPVS asperata media a Ξανθός. *Xantippe* Lapidibus congruenter, & Tullio. *Xanthippus* Appiano, Historiae, Poëtis. Silius Italicus lib. 6.

Xanthippus digni pendebat in aequore leti.

Ξάνθιππος Zonarae, Polybio.

XANCTVS nonnulli Codices praeferunt in illo loco Aeneidos 8.

Tuque o Tybri tuo genitor cum flumine Xancto, pro *Sancto*,

quod alijs est. Sic veterum Monimenta:

CASSIVS. XECVNDVS

Pro *Secundus*.

XYSTVS. Pontacus in Eusebium: *Procul dubio scribendum Xystus* more Graecorum, aut *Sixtus*, aut etiam *Sistus* voce Latina, seu ad similitudinem vocum Latinarum detorta. Eum vide p. 534. & 651. Ac prae caeteris D. Hieronymum ad Ctesiphontem aduersus Pelagium: *Illam autem temeritatem, imo insaniam eius, quis digno possit explicare sermone, quod librum decimum sextum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque ethnici immutato nomine Syxti Martyris, & Romanae Ecclesiae Episcopi praenotauit?* Apsis S. Mariae in Esquilijs:

XYSTVS. EPISCOPVS. PLEBI. DEI

Z

ZABVLVS pro *Diabolus* Aeolum imitatu non pauci scripserunt. Aeoles namque Ζ ἀντὶ τοῦ Δ posuere. Ζάπλυτος, Ζαβάλλω, pro Διάπλυτος, Διαβάλλω ex eo sunt apud Hesychium. S. Cyprianus tom. 3. lib. de Aleatoribus: *Instinctu solius Zabuli, qui eum artibus suis repleuerat*, Gepius. Alij Cypriani auctoritatem libro derogant: non tamen hoc scribendi genus. S. Paulinus epist. 2. *Zabulicis praetentatibus.* S. Hilarius in Matthaeum c. 3. legit: *Vt tentaretur a Zabulo.* Alibi: *Contusam a se in tentatione prima omnem Zaboli indicat potestatem.* Iterum c. 26. in Matth. *Furem enim esse ostendit Zabulum ad detrahenda ex nobis spolia peruigilem.* Isidorus Hispalensis Exhortatione ad Poenitentiam:

Zabulo ne me coniungas

Ad mortem cum impijs.

D. Ambros. lib. 5. de Fide c. 9. *Zabulus enim verum Dei Filium fatebatur.* D. Augustin. in Actis Pelagij: *Zabulus, atque Angeli eius.* Platonis regula in Cratylo: Ἀντὶ δὲ Δ, Ζῆτα. Olim Δυγὸν, post Ζυγὸν, inquit Etymologus: Οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸ Δ εἰς Ζ τρέπουσιν. Ideo addit Δυγὸς καὶ Ζυγός. Ac vicissim Z pro Δ. Sic pro *Zabolenus*, seu *Iabolenus* in Palatinae Bibliothecae Codice *Diabolenus*. Rursum *Diarritum*, *Zarritum*: Διάῤῥα, Ζόῤῥα. *Zeta* pro *Diaeta* apud Plinium nonnullis placet: non ἀπὸ τοῦ Ζῆν, quae parum ominata coniectura est. Similiter Ζόρκες pro Δόρκες. Strabo lib. 12. Γίνονται δὲ ζόρκες, ὧν ἀλλαχοῦ σπάνις ἐστιν. Aelian. lib 7. de Animalib. c. 47. Ζορκάδες pro Δορκάδες. Herodotus lib 14. item apud Theocritum, vbi est:

—— Καλὸν πόλις ἁ Ζάκυνθος,

alij malunt Αἱ Διάκυνθος. Isidorus *Zanium* pro *Dianium*: apud Orosium, modo hoc, modo illud. Ζεύς, Δεύς. Ζηνός, Διός. Item in Nummis veteribus:

ΣΔΕΥΣ. ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ

ZACHARVM. V. *Sacarum.*

ZAMOLXIS Herodoto lib. 4. Iustino, passim: aliubi *Samolxis*.

ZANGAE Acroni, Ζάγγαι Graecis. In Codice Theodosiano de Habitu intra vrbem Lege II. *Tzangae*: in III. *Ijangae*. *Tzangia* in Fastis Craecis de rege Lazorum: Τὰ Τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ Ῥούσαια Περσικῷ σχήματι ἔχοντα μαργαρίτας: *Tzangia ipsius erant, ab ipsius regione Persico habitu margaritis ornata Rusaea.*

ZERETHRA pro *Barathris* scriptum quandoque obseruo ex Hesychio: Ζέρεθρα, βάραθρα. Adde hoc *Barathro* sua in serie, neque Graecis inuide.

ZIBVNA. V. *Sibuna.*

ZINZANIA, Aldus Manutius lib. 1. Gram. Verum Euangelistis, ac Interpretibus desit N, neque Origine poscitur. Etymologicus: Ζιζάνιον τὸ ἄνευ σπορᾶς συμπαραφυόμενον τῷ σίτῳ: *Zizaniam, quod absque semine tritico simul adnascitur.*

ZMARAGDVS, SMARAGDVS, MARAGDVS, SMARAGVS. Apud Veientes in arca Castri noui Vrna vetus:

DIS. MANIBVS

OSSVIS

ZMARAGDI

Antiquissimus item Lapis in Foro Traiani:

M. AEMILIVS. ZMARAGDVS

Vsitatam, rectamque scriptionem hanc cum Z firmat Lucianus; apud quem Sigma patientiam, atque animi sui fortitudinem ita palam facit: Ὅτι καὶ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμμα, μαρτυρεῖ τέ μοι καὶ αὐτὸς μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ Ζῆτα, Σμάραγδον ἀποσπάσαντι: *Quod patientissima sim litera, testatur hoc, quod Zeta de me queri cum nihil habeat, Smaragdum mihi abstraxerit*, effeceritque scilicet *Zmaragdum*. Sic vsitate: vsitatius, ac magis ex Consuetudine *Smaragdus*, S postliminio suam in sedem, & regna restituto. Ouidius ad psittacum:

Tu poteras virides oculis hebetare smaragdos.

Nihilominus Σ adscititium docet Etymologus in Σμαραγῶ: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σμαραγῶ, καὶ σημαίνει τὸ λάμπω· ἐξ οὗ, καὶ Σμάραγδος, ὁ λαμπρότατος λίθος· παρὰ τὸ Μαίρω, τὸ Λάμπω, ὁ μέλλων, μαρῶ κατὰ παραγωγὴν, Μαράσσω, καὶ πλεονασμῷ τοῦ Σ, Σμαράσσω, καὶ ῥηματικὸν ὄνομα Σμάραγος, καὶ Σμάραγδος. Haec sunt. *Est & alterum verbum Smarago, & significat Splendeo: ex quo verbo Smaragdus est, splendidissimus lapillus, qui ortum habet ex Mairo, quod est Luceo, cuius futurum Maro, & accessione nona Maraso, & cum S pleonasmo Smaraso: tum verbalia nomina Smaragus, & Smaragdus.* Clarius ille profecto, aptiusque, quam Athenaeus, cuius haec sunt

sunt lib. 3. Ἄνευ δὲ τοῦ Σ λεκτέον: *Absque S dicendum Maragdus*. Ita Silentiarius:

Πᾶ μὲν ἐλιχλοάοντα, καὶ οὐ μάλα τῆλε μαράγδου:

Quamuis satis virens, neque admodum longe abit a marago.

Athenaei ratio: Παρὰ γὰρ τὸ μαρμαίρειν διομάσθαι, τῷ διαυγὴς ὑπάρχειν: *Namque a Marmairein nominatur, quod splendeat.* Calaber lib. 7.

Μαρμαίρει περὶ τῇσι πυρὸς σέλας ——

Atque ex eodem verbo Μάραγδον figurat Eustathius in Homerum. Menandrus in Pedio:

Εἶναι Μαράγδους ταῦτ' ἔδει, καὶ σάρδια.

Maragdos haec esse oportebat, & sardia.

Verum bona Athenaei pace, sicut Μίλαξ adsumit Σ, idem potuit & *Maragdus* obliuione generis inducta. Neque enim idcirco Latij iura vertuntur. Latini namque scripsere *Scrutum* ex Γρυτόν: *Sculpo* ex Γλύφω: *Scrinium* ex Γράνιον: cur consimiliter non potuerunt praeposuisse S, vel Z *Maragdo*? Disquirendum super, vnde D in mediam vocem correpserit? Neque enim videtur in Martiale scribendum: nam durissime colliditur hoc in versu par mutarum:

Sardonychas, smaragdos; adamantas, iaspidas vno
Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Hoc ille, qui se iactat Musas colere seueriores? Redi ad Etymologicum, & in Epigrammatographo rescribe *Sardonychas, smaragos*. Commentarij in Martialem in luce meridiana fuliffimi tenebras hinc non dispulere. V. *Zmyrnaei, Mallius, P.rjerna.*

ZMYRNAEI, SDMYRNAEI, SMYRNAEI; MYRRHAEI. Per Z Libri, & Lapides complures, ex quibus pauculi cum D. Obstrepit Priscianus lib. 1. *Smyrna, Smaragdus. Vitium faciunt*, inquit, *qui Z ante M scribunt. Nunquam enim, duplex in capite syllabae posita potestatem alia iungi consonante*. Deturbat de statione Priscianum Eustathius: Ὅτι δὲ τὸ Σμῶδιξ, καθὰ καὶ τὸ Σμερδαλέον διὰ τοῦ Ζ εἶχον τὴν προφορικὴν ἀρχὴν πάλαι ποτὲ διὰ τὸ παρόμοιος τοῦ ἤχου δηλοῦσιν οἱ παλαιοί: *Quod Smodix, quemadmodum & Smerdaleon per Z in principio olim aliquando prolata fuerint ob soni similitudinem notum ex vetustioribus.* Idque ab Atticis etiam factitatum testatur, ne Priscianus nobis rus, & faeces obijciat. Hermolaus *Zmyrna* quoque amplectitur in lib. 5. Plinij c. 20. vti *Zagunthus*, & *Zmyra*. Rursus apud Lucianum Σ dequeritur se parte regni priuari, dum *Smyrna* priuatur ab ijs, qui *Zmyrnam* scriptitant. Addit superioribus Eustathius: Ὅτι ἐν ῥητορικοῖς λεξικοῖς τοῖς κατὰ στοιχεῖον κεῖται, καὶ ταῦτα ἐν τῷ Ζ στοιχείῳ· Ζιμηνόν, ὅτι τὸ Σχαφεῖον, ὅτι δὲ ξιφάριον, δι δὲ ξίκελλαν, καὶ ζβέσαι τὸ παῦσαι λῆξαι, σειμίσαι, καὶ ζβεννυμενάων ἀιγῶν, λιγυσσων, καὶ Ζμῶσαι, τὸ πατάξαι Αἰλιος δὲ Διονύσιος φησὶ, ὅτι Ζμικρὸν, καὶ Μικρὸν δι' Ἀττικοὶ μικκὸν δ' Ἴωνες. Οὕτω δὲ γράφουσι, καὶ τὸ Ζμῆγμα, καὶ τὴν Ζμινύην. Idem in Iliados H concise pro Συριγγοίμβολον scriptum tradit Τζίρίμβολον, quod magis Priscianum commoueat. Ex his conseruntur recte, atque ex Vsu scriptum fuisse *Zmyrna, Zmaragdus*. Goupylus in Alexandrum Trallianum: Graeci *Smyrna*, & *Zmyrna* ἀδιαφόρως proferunt, quorum imitatione M. Cato, & Plinius *Smurnam* scripserunt, vt in vetustis Codicibus legimus. Quare cum rei medicae scriptores verbo Ζμύρνης frequentissime viterentur, Librarij huius notam compendiariam ζζ exeogitarunt, cuius vim ignorantes hi, qui nostros codices descripserunt, Ζιζίβερι pro Ζμύρνα scripserunt, qui error inualit etiam in codices Aërij. *Haec ille*. Aut hanc vtiurpauere notam pro eodem ZZ? Hermolaus iterum in librum Dioscoridis primum: Σμύρναν Graeci: Hippocrates Μύραν. Athenaei fragmentum: Μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι. Vide Sextum Empiricum (vt in eum a quo sumus exorsi, desinamus) lib. 1. c. 19. aduersus Mathematicos, item Etymologum, vbi Σμύρνα, μύρνα, addito: Τὸ δὲ ὄνομα παρὰ Σμύρνη: vnde *Smyrnaeum conuentum* legas Plinij lib. 5. c. 39.

ZOILVS vnico L optime. Martial. lib. 2. Epig. 14. *Zoilus aegrotat.* Aelian. 2. Var. hist. c. 10. Ζωΐλος ὁ Ἀμφιπολίτης, ὁ καὶ εἰς τὸν Ὅμηρον γράψας, καὶ εἰς Πλάτωνα, καὶ εἰς ἄλλους: *Zoilus Amphipolites, qui in Homerum, Platonem, aliosque calamum distrinxit.* Huius imago Marchanrius Minorita per Belgium. Apud Hesychium geminatur liquida: Ζωΐλλος, ὄνομα κύριον.

ZOROASTER passim: *Zoroastres* Eusebij lib. 10. de Praeparatione c. 3. Ζωροάστρης δὲ ὁ μάγος. Plutarchus in Numa, in Alcibiade. Ex Apuleij Apologia, & lib. 21. D. August. de Ciuit. c. 14. idem conficias.

ZVMVM, ZEMA, ZEMAE. Glossae MSS. *Zemae, ollae.* Pollio: *Zema pondo vndecim a Zumum.* Orta sunt ex ζέω, ζύω, V. Etymologum, & Isidorum.

ZYTHVM, ZYTHVS, ZYTHOS. Plin. l. 22. c. 25. *Ex iisdem fiunt & potus. Zythum in Aegypto, caelia, & ceria in Hispania, ceruisia, & plura genera in Gallia.* Hesychius: Ζῦθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς γενόμενος: *Zythus, Vinum ex hordeo factum.* Dioscorides lib. 2. c. ρκζ. Ζῦθος σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς· ἔστι δὲ οὐρητικός: *Zythos ex hordeo conficitur, habetque vim vrinae ciendae.* Potus hic elephantorum deliciae. Strabo lib. 3. de Hispanis: Χρῶνται δὲ καὶ ζύθει. Vide Dioscoridem lib. 3. lib. 2. c. 17. vbi τὸ δὲ ζῦθος ... κοινὸν δ' ἐστι πολλοῖς, Eustathium in Dionysium. A patria gratiam inibo, si Isidorum Hispalensem lib. 20. Orig. c. 3. attexuero: *Siccra est omnis potio, quae extra vinum inebriare potest. Sonat pro eo, quod ex succo frumenti, vel pomorum conficiatur.* Proxime: *Cereuisia a Cerere, id est, fruge vocata. Est enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta.* Ibidem: *Celia a calefaciendo appellata. Est enim potio ex succo tritici per artem confecta. Suscitatur enim igne illa vis germinis madefactae frugis, ac deinde siccatur, & post in farinam redacta, molli succo admiscetur, quo fermentato sapor est austeritatis, & calor ebrietatis adiicitur, quae fit in iis partibus Hispaniae, cuius ferax vini locus non est.* Plinij *Coelium* Isidori *Celiae* praetulerim, & quisquis vel ζυθοψης, vel ζυθοπότης amat fieri.

HERODOTVS LIB. VII.

Τῷ δὲ εὖ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ, ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι.

FINIS.

Rescribe.

PAG. 1. Congerminet. Persolo. aut F. 3 διορυχθ. Scindo. Perutilis. 6 ἄδος. 8 iudicium. 11 Euscheme. 14 Sporadas. 16 repraesentent. 19 diphthongo, defectu commatis striblìgo nascitur. 27 Allobrox. exeudi. Sed &. 34 Anteus. Antisto. augendi. 40 λαός ἀπεσκύλευσε. 47 eam. 48 auctionis. 51 ξυρῦ. 72 callet. 77 χάζω. 81 Chersonesus. 91 manus. 94 consenuisse. 96 κυρᾶς. 108 districte. 109 pristini. 111 dispicio. 116 Promiscue. eburata, lamentis. 121 picta. 122 Erinnyas. 131 solennis. 133 περὶ κρανίον. 139 gesos. 140 nauibus. 143 SuetonI. Ἰοὺς. 148 ὀδόντες. 155 Hocc. aut dele. 158 Crounoe. Helusa. 178 probabilius. 179 Λάμψακος. Naenia. 181 Δαφνών. 182 pluria absque eo, & Cons. 201 ipsi se. 217 obbrutuit. 218 obstendit. 220 ὀίσυπος. 223 renident. 235 periurior. 241 promserint. 248 O. 260 M. 268 quisque. 278 Samarobrini. 286 Σελίς. 289 .Per. 291 SIMVLACHRIS. 292 luco. 295 vbi. 305 Συρακοσίης. Siros. 309 Tecolithos. 331 libri. 332 nitro. 342 Caeliam.

Valide stultam Celsus dixit, vt *Valide sapientem* Vlpianus in L. 4. §. idem Pomponius D. de edili. Vide *Caldus*, *Soldum*.

VALETVDO, VALITVDO. Rhotius, Andr. Brabantus contenti Manutij te calcasse vestigia, iudicij nullam conferunt symbolam. Dicunt isti tresuiri *Valetudo* per E scribendum contra Analogiam. Ecquam illam? Nam *Valetudo* per E stat hac Analogia, *Torpedo*, *Flauedo*, *Rubedo*, *Nigredo*, *Albedo*, *Mucedo* Apuleio. Neque huius Competentiae vim frangunt illa: *Aritudo*, *Vanitudo*, *Aptitudo*, *Lentitudo*, quae omnia ex nominibus oriuntur: superiora ex Verbis eiusdemmodi cum *Valeo*. Ergo pro ipso E pugnat Analogia & quidem ab eodem genere *Valetudinarium*. Senecae. Promunt ex Horatio *Dura valetudo* Amplector. At cum prope infinita varient in Orthographia, cum *Genitrix* scribatur per I, ac per E *Genetrix*. Cur non etiam *Valitudo*? Certe supinum est *Valitum*, vnde *Valiturus* Liuio lib. 35. nequod aliud per somnium nobis obijciant. Et obseruaui Vulcanium edere semper in Apuleio *Valitudo* per I, Lipsium scribere, itaque esse correctissimae Iustini editioni Parisinae.

VANDALI apud Orosium, Vopiscum, Saluianum, alios. Graeci Βανδάλους, & Βανδίλους dicunt. Aethici Liber MS. *Vanduli*.

VAPPA, *an* VAPA? Cassiodorus lib. de Orthographia: *Vappa*, Ὑδαρής. Glossarium: *Vappa*, Ὀξίνας. In Onomastico: *Vappa*, Ἐκτροπίας. Plinij lib. 14. cap. 6. *Surrentinum* vinum C. Caesar *nobilem Vappam* dictitabat. Horat. Sat. 5.

Multa prolutus vappa nauta, atque viator.

Peccant Exemplaria, quibus alterum P desit. Neque quenquam moueat, quod apud Suetonium Augustus dicat *Vapide se habere*: hoc enim est a *Vapor*.

VASCONES, *vt fama est* —— Silius, alij quammulti. Apud Max. Victorinum Commentario de Metrorum ratione nescio ex quo vetere Poëta: *Bascones armipotentes* cum B.

VASTITIES. Plautus Pseudolo: *Distractio, discidium, vastities venit*. *Vastitudo*, Cato, Gellius. *Vastitas* passim scribitur.

VARVS vnico R, Saxa, Nummi.

VAS. At Plautus in Truculento *Vasum*.

VASATAE Paulino, ac Marcellino: Sidonio Apollinari *Vasates*: etiam cum primam extrahit.

VASCVLVM. Lexicum Graecol. Σκευάριον, *Vascellum* sillaba auctius.

VATILLVM scribit in Horatium Torrentius, & Andr. Brabantus nouitatis aucupio, *Batillo* valere iusso. Pro ratione valide vallata ijs est Origo ex *Vase*. Quam Originem primum notham persenero. Fit enim *Batillum* a *Patulo* vna, alteraue deminutione, vt *Quasillum* a *Qualus*. Significantias omnes excute, mecum eris. Deinde rata sit Origo ista, quantumuis commenticia: Origini derogare non potest Consuetudo robustior? Non Antiquitatis, & omnis aeui consensus in *Batillum*? Scio Antiquitati placuisse *Vaiolat* & *Viduum* pro *Biduo* & *Baiulat*: *Vatilli* pro *Batillo*, fugit me memoria. *Vatillum* qui scribet, νὴ τὰς Μούσας ὑπερβαλλόντως βαττιεῖ.

VATTIVS duobus TT de Victorini sensu.

VBER leuatum tuetur Eutyches lib. de Adspiratione, & Consuetudo. Natales varie adsignantur, & ex ijs fata scriptioni dictantur. Alij asperant ab *Humeo*, vt Iouianus lib. 1. de Adspiratione. Sed veteres *Humus* scripsere leniter *Umus*. Alij ab Ὕω Ὕδωρ. Sed ab eodem nihilominus est *Udus*, vnde *Sudus*. Alij ab Ὑ-ϑαρ Fribolariam isti agunt.

VBERTAS in lib. 15. §. Papinianus D. locati, idque vsitatissimum est. At in Goltzij Nummo: HVBERITAS. In altero: HVBERITAS. AVGVSTA. Sic *Venteralis* pro *Ventralis* in rescripto Adriani D. de bonis damnatorum. Alibi *Apiastrum* legi pro *Apiastro*. Malim absque Spiritu *Vbertas*, *Vber*, totamque cognationem.

VBI-

VBIQVVMQVE, & *Quoquumque* scribit Cassiodorus, V. *Cum*, *Cur*. Aliter fert Vsus.

VDVS ab ὕδωρ proxime dicebamus, qua Origine Spiritus procrearetur, ni refragetur Consuetudo, cuius Pontanus securus asperat, scilicet vt libellus de Adspiratione turgescat. Mecum Erythraeus: tu vide.

VE VICTIS absque diphthongo, Festus scribit, scribique series postulat. Haut probo.

VECORS, VEPICVS, VESANVS, VESTIBVLVM, VETVS, *quaeque sunt hoc genus composita, absque diphthongo conscribenda sunt*, Gellius lib. 16. c. 5. Macrob. lib. 6. c. 8. Ouid. in Fast. Cicero 1. Tuscul. Vide *Vaesens*, *Vepicus*. Adamantius Martyrius cum biuocali *Vaesenus*, quod subiectioribus pagellis vide.

VEGITATVR *mobilis aër* qui in Prudentio scripturiunt, minime prudentes videntur. Iidem modo Antiquitatem, modo Nouitatem absque Gratijs affectant.

VEHEMENS, VEMENS extrito H elegantioribus arrogat Vel. Longus in Orthogr. & Ter. Scaurus. Cum autem a *Vi mentis* dicatur, vitiosi spiritus accessione scribitur. Cornutus apud Cassiodorum *Vehemens*, & *Vemens* apud Antiquos, & apud Ciceronem legit, in quo Consuetudinis, quam rationis vires agnoscit potiores.

VELITRAE per V consonam, Silio lib. 8. Sueton. Augusti principio bis, Dioni lib. 45. Οὐελίτραι. Stephanus: *Βέλιτρα, πόλις Ἰταλίας, οὐ ῥώμης ἀπωτέρω*: *Belitra Italiae ciuitas, non procul Roma.*

VELLAEVS cum diphthongo Saxa vetera docuere Manutium.

VELLO geminante liquida ex Consuetudine probissima: veteres licet videantur vnica scriptitasse more consonas non geminandi. Origo ex Ἕλω spiritu in V exeunte: quod enim vellitur, etiam trahitur, & capitur.

VELLOCASSES in Gallia Lugdunensi ponit Plin. lib. 4. c. 18. Caesar *Bellocassos*, & *Vellocassos* Librariorum inconstantia. Pithoeus lib. 1. Sublec. c. 3. *Et vt Baiocasses eos esse concedamus, qui apud Caesarem Velocass*:*s*, *Veliocasses*, & *Bellocasses*.

VENEO, vendor, expuncta parte diphthongi primariae. Ita Pandectae Flor. Lapides prisci. Tullius epist 37. ad Attic. lib. 12. *Sin venibunt*: *quid fieri possit*, *videbimus*. Est autem conflatum ex *Venum ibunt*, *Venum eo*. At *Veneor* etiam scripsere. Plautus memorante Diomede lib. 1. *Egone illi venear?*

VENRABILIS. Abrupte petrones.

VENSICA *cum N*: *quia non est sine vento*, inquit Fl. Caper. Οὐησίκα. Adamantius Martyrius cum B *Besica*, & Cassiodorus. Auersatur vtrumque Consuetudo, qua *Vesica* scribitur, & Persius. Glossae *Vesica*, φῦσα.

VENTRALE, VENTRILE, Glossae veteres.

VENTROSVS sillabis tribus. Plin. lib. 14. c. 21. *Ventrosa*, *ac patula minus vtilia*. Sequitur in Emblematis Alciatus:

Tum ventrosa premant dolia, praela vomant.

Plauto sillaba auctius scribitur *Ventriosus* in Rudente:

Recaluum, ac silonem senem, statutum, ventriosum.

Auctius literula *Ventricosus*. At vbi legerim, fugit me memoria. Sic *Arcadius*, *Arcadicus*, aliaque non pauca.

VERATA *pila dicuntur*, *quod veluti verna habent praefixa*, Festus. Cur non ergo *Vernata?* Et vero ita flagitat Festi series. Praeit enim *Vernaceus*. Passeratius vindicat *Verata*. Non agam seditiosius. *Verna*: ergo scribi potest *Vernatus*, vt *Arcuatus* ab *Arcu*, & a *Dorso Exdorsuare*. Potuit & A deciso *Veratus*, quod vsitauit Consuetudo. Cur non & V deputato *Veratus*, vt *Senatus?*

VERCINGENTORIX, VERGINGETORIX, VERGINGENTORIS varie. Apud Strabonem Οὐιρκιγγιτόριξ. Plutarchus in Caesare fillaba vna minus Οὐεργεντόριξ. Serarius in S. Kiliano *Vuirectorix*.

VEPICVS *quondam nomen memorabile ab alto*

Saturno, Fatui genitor, quem carmine Circe

Exutum forma volitare per aethera iussit,

Et sparsit plumis croceum fugientis honorem.

Silius lib. 8. Consentiunt in hanc scripturam Codices vniuersi. Festus *Vegrande frumentum*, paruum intelligit. Item Ouid. 3. Fastor. —— *Vegrandia farra coloni*

Quae male creuerunt, vescaque parua putant.

Vis ea sit verbi est, cur non ego Veionis aedem'

Aedem non magni suspicer esse Iouis?

Ecquid aliud *Vestibulum* quam *Stabulum pusillum*? Sic pro *Pico* blandius *Vepicus* scripsit Silius. Adde Colonienses membranas Carrioni laudatas, & Oxonienses Barthio, quibus sit *Vopicus*, cui in hac historia nihil loci; *Vepicus* scripturiebant. Vbi sit *Vepici* mentio curiosule quaeritat Barthius? Respondeo hoc loco Silij lib. 8. Dico etiam ex Barthi folijs lib. 9. *Multa sunt in Lucretio, quae alibi frustra quaeras*: iam vicissim scitor: Cur non in Silio pauca, *quae alibi frustra quaeras*? Ipse nulla sententia rescribit: *Vos Picus*.

VEREDICVS, vt *Maledicus*, opinio est Eutychis. Alij per I. Lucretius:

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

VERISIMILE *tamen, & Sui simile genitiuo casu, nec aliter dicitur. Nam vero simile Latinum non est*, *Charisij* iudicium est lib. 1. Dissparauit Cornelius Celsus medicinae Latiae Tulliolus in Praefatione: *Veri que simile est Hippocratem, & Erasistratum*. Ianus autem Guilielmius scripsit, & inscripsit *Verosimilium* libros.

VERITAS vero certius cum V. At quaestio est Adamantij, cur non *Beritas*? Respondet insulse.

VERMIS vulgo, & recte. Glossis: Σκώληξ, *Vermis, Vermex*. Iisdem *Puluix* pro *Puluis*.

VERNA. Vide *Berna*.

VERNALITER, VERNILITER Glossae veteres. Vide *Iuuenalis*.

VERRVCOSVS geminatis RR, vnico S μετόωπτι. Obstrepitant Saxa Capitolij, quibus duo sigmata *Verrucossus*. Similiter in Fabio Plutarchi.

VERTAGVS furcillis exigit Turneb. lib. 18. cap. 1. Quis obsecro vos apud Martialem iste *Vertagus* est, & vnde dictus. Mihi quidem *Vertrahus*, inquit, legendum prope videtur, veluti *Fertrahus* a *Fera* scilicet *Trahenda* ad dominum. Neutrum volo. Et firmandi conatus vanus est. Nam *Vertagus* est canis promtissimus, expeditissimusque, qui se *Vertit agit* quoquo versum. Scribatur igitur vti semper ante Turnebum lib. 14. Martialis:

Non sibi, sed domino venatur vertagus acer,
Intactum leporem qui tibi dente refert.

Quod si mihi par cum Nouatoribus audacia, rescripserim *Fertagus*, pro eo, qui *Fert agit* ex formula vetere *Ferre agere*. Neque proprium est, vt illa Ouidij Metamorph. lib. 3.

Et Dromas, & Canache, Sticteque, & Tigris, & Alce.

Neque a natione, vt *Lacon* Ouidio, & *Belgicus* Silio: sed quod diximus, *Vertere agere* potens: aut *Ferre agere*. Vnde sequitur:

Illaesum leporem qui tibi dente feret.

Fertrahus autem, & *Vertrahus* duriora sunt, & alieniora *Illaeso lepori*: in *Vertago* autem, & *Fertago* omnia insunt. Verum mutationem omnem omittamus, meritoque receptam lectionem retineamus.

VER-

VERTEX, VORTEX. Futili discrimine Caper capitis *Verticem* dicit per E, fluuij *Vorticem*. Cui tamen opinioni lib. 1. Sosipater insistit: *Vertex a Vertendo: Vortex a Vorando*, inquit. Potest eo iuuari:

Rapidus vorat aequore vortex.

Sed & venti *Vortex* dicitur: nec a *Vorando* tamen. Rectius Cornutus apud Cassiodorum Antiquitati *Vorticem* adsignat, & Adamantius. Et vero non aliter prisci ante Scipionem Africanum, quam *Vortex*, etiam capitis. Vide Quintilianum lib. 1. cap. de Orthogr. Aurusianus quoque Messus non aliter diceretur *Vertex, Vortex*, quam *Voltus, Vultus, Volnus, Vulnus*. Aptiora poni poterant exempla de Festo: *Homo, Hemo: Holus, Helus*. Dorib. Ἀ'νδρεφόνος, Ἀ'πόλλων, quam vulgo per O, & prisco in Latio reperit *Apellinem* Festus. Vide priscorum Orthogr. Priscis *Vorto* scriptum: & Plauto in Sticho:

Bene re gesta saluos conuortor domum:

posteris *Verto*.

VERTVMNVS cum MN, siue a *Verso amne*, siue a *Vertente anno*, quod olim pro *Anno* scriptum. Propertius lib. 4.

Accipe Vertumni signa paterna Dei.

Sic *Vertumnalia*. Alij *Vortumnus*. Quidam *Vertumnus*. Vide *Portunnus*. Apud Donatum in Adelphos Vda repetita *Vertunnus*.

VERVEX recte. Veteres Glossae: *Berbix*, Πρόβατον.

VERVMETIAM, composito Verrina 4. saepius legit Hotomanus.

VESAEVVS. Campaniae mons horrendis flammarum vomitarijs nobilis. Recte ex *Ve* διαιρετικῷ μορίῳ, & *Sacaus*. Ex hac parente multiplex, nec illegitima suboles nata. *Vesuuus* triplici *VVV* ex opinione Cifanij apud Statium, & Val. Flaccum. At Gifanium id moliri vociferatur Carrion tam contra veteres, quam contra melioris notae vulgatos Libros. *Vesuuius* tritissima ratione scribitur Plinio, Senecae, Liuio, Tacito creberrime, vt ex *Miluo Miluius*. *Vesuius* τρισυλλάβως, Columella:

Fontibus & Stabiae dulces, & Vesuia rura.

Iterum lib. 10. Val. Flacc. lib. 3.

Vesuius attonitas acer cum suscitat vrbes.

Sic ibi veteres Codices, inquit Carrion, cum vulgatis sit *Vesbius* nota transgressione V in B. Statius lib. 4. Syluarum:

—— *Fractas vbi Vesbius egerit iras;*

Vesubius etiam, ac *Vesenius* annotat Vinetus. Ausonius in Mosella:

Perque vaporiferi graditur vineta Veseui.

Βεσουβία legas apud Strabonem lib. 1. Multiplicem denique variantiam docet Pontacus *Bibius, Bebyus, Bacbius* quae tria titiuillitij facio. Addit non adspernanda: *Besbius; Vesubius*. Plutarcho namque tom. 2. libello de Sera Numinis V. περὶ τὸ Βέσβιον ὄρος.

VESPILLO cum V, & geminante LL. Haec scribendi ratio inueterauit: *Vispillo*, & *Vispilo* alias leguntur.

VESPER, VESPERVS, HESPERVS: etiam *Hesperos* proprium. Testimonia passim obuia. Silius lib. 16. *Hesperos, & prima stringit vestigia planta.*

VESPERTILIO vnico L, quasi *Vespertinio*, Festus.

VESTIARIVM. Seneca de Tranquillitate: *Familia vestiarium petit, victumque. Bestiarium*, vel *Bistiarium*. Hesychius: Βιστιάριον, τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τιθέντας, καὶ τὰ ἱμάτια τῶ κοινῶ. V. *Bestia*.

VETTIVS dupliei TT Saxis, ac Nummis Manutius arrogat, & Lipsius ad 15. Taciti An.

VETTONES duabus insonis ijsdem, non *Vectones*, Sil. Italicus lib. 3. Strabo lib. 3. Plin. lib. 25. cap. 8. Perusiae in aede D. Angeli: VETTONENSIVM. IVDICI. V. *Vettonica*.

VETTONICAE *manfus ficcabit lumina fuccus*, Sammonicus Serenus. Plinius lib. 25. cap. 8. *Vettones in Hiſpania eam, quae Vettonica dicitur in Gallia.* Plinij lib. 25. cap. 13. *Vettonicae farina conueniet.* Dioſcorides lib. 4. Βετρονικὴ, ἢ Βετ]ονικὴ, Vulgo noſtrati *Bettoine.* Ibidem cap. 1. Βετονικὴ ſolo T.

VETVRIVS Virginij Coſ. collega paſſim in hiſtoria Liuij: Feneſtellae *Vetuſius* per S. Sic olim *Fuſij, Ualeſij* pro *Furijs, Ualerijs* Quintiliano, & Feſto.

VEXORIS Aegypti rex Iuſtini lib. 2. in proletarijs Exemplarib. Alijs in Libris bonae notae *Uixoris* per I in primore ſillaba, & quibuſdam per B *Bexoris*: vtriuſque nota e priore tomo Variantia.

VFENS, VFENTINA TRIB. Verum & *Oufentina cohors* olim ſcriptitatum Feſtus teſtatur: Lapidum quoque momentis impulſus Delrius in Epitomam Liuij 9. ſic ſcribendum cenſet. Lucillius:

Priuerno Oufentina venit, fluuioque Oufente.

Ad iuuandum, opinor, pleniorem literae enunciationem. Boeoti in craſſo nati aëre ſic extulere Κοῦνες, Κῦμα pro Κύνες, Κῦμα.

VICESIMVS E ſecundam perficiente ſillabam. Meminit Ant. Auguſtinus aereae tabulae, quae Genuae fuerit ante Ciceronis aetatem inciſa, in qua ſit VICENSVMVM. Idipſum reperias in Pandectis Fl. teſte Briſſonio in Patergis. Fefellit ſic ſcribentes nota productae ſillabae Cf. *Vigeſimus* autem per G, reijculum videtur.

VICETIA, VINCENTIA. Strabo Οὐικετία. D. Hieron. Chronicorum lib. 2. *Palaemon Vicetinus inſignis Grammaticus.* Libri alij, & Saxa. Vetuſti Lapidis imaginem denuo fingit Hermolaus in 18. c. Plin. lib. 3. (qui cap. 19. *Veronam, Vicetiam Opitergium*)

SEX. ATTILIVS. M. F. SERANVS. PROCONSS. EX
SENATI. CONSVLTO. INTER. ATTESTINOS
ET. VICETINOS. FINIS. TERMINOSQ. STATVIT

In theſauro Gruteri pag. 198. paulum differenter haec expreſſa: *Atilius* vnico T, *Serranus* duplici R, *Ateſtinos* T ſolitario, quae omnia correctiora iudicamus. Item pro *Statuit*, *Statui iuſſit*: hic diſcrimen haeret in re. Lapis aliter apud Fregellas:

M. ENNIVS. MV. F. MEN. VICETINVS. SCR. AED.
CVRVLIVM. ARMAMENTARIVS. DE. CVRIA. Q. DECVRIO
VICETIAE

VICENTIA, VICENTINI nihilominus apud Tacitum, & Sueton. lib. de Illuſtr. Gram. *Vicentinorum* ſaepius in epiſtolis Plinius, & lib. 3. cap. 19. quibuſdam editionibus alterius Plinij ſic eſt.

VICIA per I in medio: etſi lectum ex Inſcriptionibus *Vicea* per E. Per C, non T. Varro lib. 1. cap. 31. de RR. *Vicia dicta a Vinciendo.* An a Graeco Galeni Βικίον? Tunc eadem fuerit conſona.

VILLICVS LL combinatis, Libri, Saxa. Inſcriptio vetus:

SILVANO. SACRVM
ONESIMVS
VILICVS
L. V. P

Et Pandectis Fl. *Vilicus, Vilica* priſcum referentibus morem. Meurſius in Catonis contextu duplicat: in Notis ſimpla vtitur vda. Origine videtur vnicum L poſci: Homero enim ἴλη eſt manipulus: vnde praefixo digammo *Vila*. Pleraque enim militiae nomina rure petita ſunt, & *Cohors* ipſa. Vſus tamen duplicat Vdam. Sic quae Plinio, Melae, Silio, Maronieſt *Ilua*, ſcribitur in Solini cap 8. *Vilba.*

VINDE-

VINDEMIA in Georgicis Maronis. Deteriores Glossae, quibus est *Vindimia*, τρυγητός Oritur namque a *Vino demendo*, quod proxime e collectis, pressisque vuis diffluit.

VINDEMITOR πιεσοκολλάβος. Apud Senecam:

Carpebat raras serus vindemitor vuas.

Ouid. Fastor. 3. *At non effugiet vindemitor: hoc quoque causam.*
At hoc conecisum.

VINDEMIATOR sillabis quinque: etiam in versu Horatij lib. 1. Sat. 7.

Vindemiator & inuictus, cui saepe viator.

Secunda namque tenditur conuenientibus tertia, quartaque sillabis in vnum Συνιζήσεως ope. *Vindemiator* Origini conformius a *Vindemiando*. Varro lib. 4. de LL. *Vindemiator*, vt *Vestigator*, *& Venator*. Columella lib. 11. cap. 2. *Vindemiator apparet, quem Graeci τρυγητῆρα* dicunt. Originem propius refert scriptio cum T loco B. in Cyrilli Lexico: *Vintemiator*, *Vintemialis*, *Vintemia*. *Vindemitor*, *& Vindemiator* lib. 18. Plinij a Gelenio eodem capite tricesimo primo.

VINDICO per I in *vtraque significatione*, inquit Priscian. lib. 18. non *Vendico* per E, Libri veteres, Pandectae Fl. Competentia: nam per I dicimus *Vindex*, *Vindiciae*, *Vindicta*. Aggere Lapides.

VINEAS agrestres a castrensibus scriptura secernere vanissimum Cassiodorus iudicat, Mar. Victorinus, & Cornutus: adhaereo: nam hae ex illarum similitudine sunt appellatae. Per I vocem hanc ostentat Roma in aedibus Gentilis Delphinij:

LOCVM. VINIAE. PVPLICAE

Festus per E, & communis Vsus.

VINICIANVS Coeliorum cognomen Libri veteres, & Nummi. Pro quo male lib. 8. ad Familiares scribitur *Vinitianus*, vti in Caesare *Vintianus*.

VINVLAM orationem in Plauti Asinaria scribo cum Festo vnica semisona N. Nugantur qui ex Nonio eam duplicant.

VIPSANVS Tacito lib. 4. Annal. In editione Lipsiana auctius sillaba *Vipsanias*. At Fuluij Nummi *Vipsanus*. Item in Tabula Fratrum Arualium cum PST: itaque Tacitum censet emendandum Gruterus in torrentissimo illo Antiquitatis oceano. Iisdem literis Tabula alia in Vaticano.

VIRBIVS ex meliori, & plurium Consuetudine, atque Analogia. Eum enim Adamantius *virum bis* factum memorat: inde nomen. Nec desunt Libris, quibus sit *Verbius*. Verum Adamantium audire iuuerit ob multiiugam eruditionem: *Virbius, quoniam virum bis factum esse memorant tanquam sit* Ἥρως ἀναβεβιωκώς. Quidam *Virum bonum*. Alij deum, qui *viribus* praesit, interpretantur. Mato lib. 7.

—— Versoque ibi nomine Virbius esset.

Quem locum illustrat Adamantius.

VITTA, ταινία: *Vita*, Ζωή. Animi causa.

VIRDOMARVS, VIRDVMARVS, VIRTOMARVS notissima mutatione O, & V, T, & D scribuntur recte. Primum occursu obuio in Propertij libro extremo. *Virdumarus* per V in Romanis triumphis pag. 297.

M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS

. . . .

. . . .

DVCE. HOSTIVM. VIRDVMARO. AD. CLASTI
DIVM. INFERFECTO

Propertij Liber Ios. Scaligero lectus per *T Virtomari*. *Viridomarus* quinque sillabis explodit Manutius. Non ausim, qui sciam, nimium in talibus luxuriare Orthographiam: praesertim

cum Eutropij Breuiarium sex sillabis praeferat *Viriodomarus*, quod ego quoque exosculor. V. *Audomarus*.

VIRETVM absque C. Aen. 6. *Amoena vireta*. Ita depostulat Competentia: *Rosetum, Pinetum, Palmetum, Quercetum, Virgetum*. Siqua C admittunt, illa fere sunt, quae ex casu curtato proueniunt: *Carex, caricis, carictum, carectum. Salix, salicis, salictum, salictum*. Sed & alij propterea *Virectum* scribunt a *Virice* (quam vocem Politianus vsurpat) detorquentes. Implorant ijdem veterum Codicum opem. Simili adiuuantur. Festus enim auctor est veteres *Dumecta* scripsisse, quasi a *Dumiceto*, & *Dumice* inclinata voce. Certe Claudiani Oda 2. in Plantiniana editione legi *Decorent virecta Baetim*.

VIRGILIAE, Πλειάδες Glossae veteres sic per I. Alij per E, *Vergiliae*.

VIRIATHVS aspere, non *Viriatus*, Libri, & Monumenta. Appiano in Hispania Οὐίριαθος, Diodoro Οὐρίαθος, F. Fabricius obseruauit Notis ad lib. 2. Offic. Ciceronis. Straboni Οὐριάθος absque T. Silius lib. 3.

Hos Viriathus agit, Lusitanumque remotis
Extractum lustris primo Viriathus in aeuo.

VIRGILIVS per I, an per E *Vergilius*? Posterius scribit Politianus, ac praescripsit Miscellan. c. 77. epist. 2. & 3. lib. 5. Inuenit ipse Volsinis mensam quampiam marmoream vetustissimis, pacheque exoletis character ib. intra aedem Christianae Virginis, quae pro ara est Apostoli Petri, vbi VERGILI legitur. Sutrij similiter in altera lapidea mensa idem scribendi genus non sine arbitris inspexit. Tum Pandectarum Flor. aduocatione vtitur, & Libri archetypi Iustiniani principis, Donati Commentariorum a Landino characteribus vetustis, & Augustini, ac Columellae Libris Longobardicis exaratis literis nititur. Sic esse in volumine Maroniano literis maioribus perarato, qui Romae in intima Vaticana Bibliotheca mire vetus est, testificatur. Vocat in partes Senecae epistolarum Librum peruetere m. In id promit Inscriptiones marmorum, & Originem. Nam vt a *Vere Vergiliae*, sic a *Vergilijs Vergilius*, aut etiam ab ipso *Vere*. Oriri nomen a *Virga Virgilij* pro nugamento ducit. Abeunt a Politiano quasi coniuratione facta, Musarum ἑζοι, Coel. Rhodiginus lib. 7. Lect. Antiq. c. 4. Manutius in Orthogr. Pierium, & Caluum secutus, addito: *Quanquam crediderim non fuisse proprium hoc nomen Poëtae: sed ortum esse ex Virgilia familia satis nota, omnesque maiores eius Virgillos fuisse*. Ethnicographus *Virgilium* maluit, & Epigrammata Graeca. Nam Collectaneorum lib. 2. apud Graecos, item in rusticis praeceptis sic annotatum. Βιργίλιος. quisquis auctor fuit semina intro conspersa laudat, & aqua insuper. In fragmentis Caecilij Minutiani veteris Grammatici Coelius annotatum reperit *Virgilium a Virgis* cognominatum, inter quas sit natus: propterea primam habere I, non E, cui suffragatur illud Calui:

Et vates, cui virga dedit memorabile nomen
Laurea ——

Huic sententiae Priscianus succinit. Ponrani symbola haec est summa cum accuratione: *Vergilius* L. Petauij, & 3. MSS. Fab. Gellius, Plin. lib. 5 Epist. & de Illustr. Grammaticis, Seneca passim, & Victor in Epitome. Priorem tamen Orthographiam, inquit, sequuntur Hieronymus, Augustinus, & literatorum vulgus. Nihilominus video vtrumque in Vsu apud bonos Auctores. Nam qui dictum putant a *Virendo*, vel a *Virga laurea*, probant *Virgilius*: qui a *Verendo*, vnde dictus est *Parthenias*, vel a *Vergilijs* stellis, *Vergilius*. Pierius in quartum librum Georg. armatissimas educit copias, quas nos de Manutij exemplo in campi patentia producere non pigrabimur. Non inficiatur Pierius in Romano Codice passim VERGILIVM, & VERGILI per E vocalem secundam scribi, Sed enim id ea de causa factum credit, quod mutatio literae I in E, atque itidem E in I, fit toto eo Codice frequentissima, vt *Sublimes in aethere Nisus*, pro *Sublimis*. *Quique nonas alites* pro *Alitis*. *ant Phyllides ignes* pro *Phyllidis*. *Tum regidas motare cacumina quercus* pro *Rigidas*. Fuerunt enim secula, quae I literam proferre mallent. Hinc MIRCIRIVS ab antiquis dictus teste Varrone, qui nunc *Mercurius*, & ex eadem originatione *Commircia* illi per I secunda sillaba, quod nos *Commercia* per E lubentius enunciare volumus. Quid quod ELIGANTER secunda sillaba per I scribendum praecipit Caper, quod ab *Eligo* descendat? Nemo vnus tamen dictionem ita proferre auderet. Pari modo idem auctor EXINTERAVIT, quod ex *Interioribus* verbum emanarit, & scribendum, & pronunciandum

ciandum monet, cum nos tamen τὰ ἔντερα dictionem agnoſcamus, vnde verbum illud conformauerimus. Vt minus Pierium moueat, quod in Pandectis quoque illis, quae nunc publice Florentiae adſeruantur, libro illo Iuſtiniani principis, vt creditur archetypo, non aliter quam per E nomen id notetur. Sint commentaria Tiberij Donati grandioribus notata characteribus: ſint Codices alij, atque alij huius, vel illius auctoris, in quibus *Vergilius* per E ſcriptum inueniatur. Aetatis quippe id Conſuetudine, non ratione, factum contendit, tot alijs nominibus quod ad has literas pertinet pro temporum varietate variantibus. Quod ſi aliqua reperiantur monumenta, in quibus *Vergilij* nomen per E notatum ſit: certe longe plura ſunt, in quibus *Virgilius* per I legitur. Et, ne de Marone dictum dubitemus, viſebatur in foro Traiani, proximis his, inquit, annis monumentum id, quod Honorij Impp. in Claudiani Poëtae luculentiſſimi memoriam erexerant, in quo praeter Latinam Inſcriptionem, quae facti conſilium, & Claudiani meritum indicaret, Graece inſuper καθ' ἐπιτομὴν inciſum diſtichum legebatur huiuſmodi:

ΕΙΝ. ΕΝΙ. ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ. ΝΟΟΝ. ΚΑΙ. ΜΟΥϹΑΝ. ΟΜΗΡΟΥ

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ. ΡΩΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑϹΙΛΕΙϹΕΘΕϹΑΝ.

Ex quo manifeſtum eſt *Virgilij* Maronis nomen per I in publicis monumentis notatum fuiſſe. Apud Stephanum in voce Μαντούα nomen hoc per Ἰῶτα legitur, non per E ψιλόν. Ἐξ αὐτῆς ἦν Βιργίλιος ὁ ποιητὴς Μαντούτης χρηματίζων. *Ex ea Virgilius Poëta Mantuanus audiuit.* Obijcient in Suidae Collectaneis *Virgilij* Maronis nomen per E legi in dictione Ἀφριανός, qui Georgicon *Virgilij* metaphraſin fecit. Sed id magis abſurdum, quod in eodem loco *Vergillius* LL geminato legitur Βεργίλλιος, vti etiam in antiquis aliquot monumentis non negarim inueniri: quanquam id ea ratione factum eſt (de vocali tantum loquor) quod *Virgilium a Virga* plerique dictum agnoſcebant, id ſcilicet a matris ſomnio deſumtum. *Virgam* vero recentiora illa tempora per E, vt nunc quoque vulgo dicitur *V*ERGAM primo dicere, inde *Vergilium* eadem ſtribligine dicere coeperunt. Sed enim ſi ab Etymo nominis huius rationem petamus, *Virgilio* nomen a *Virginali facie, vel modeſtia* inditum interpretes affirmant, & in veterum ſcriptis, ac Inſcriptionibus Librorum eius eſſe

P. PARTHENIAT*I*S. VIRGILII. MARON*I*S

Accedit huc Epigramma Graecum, quo Dido queri videtur alienum quid *Virgilium* a ſui nominis ſignificatione feciſſe, cum pudiciſſimae foeminae tam foedas impudicitiae notas inuſſit: ad id enim alludit finis ille:

Πιερίδες τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα;
Τοῖα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

In me Pierides cur caſtum armaſtis Maronem?
Talia me caſtam contra mendacia fudit.

Quare ſiue Etymon a *Virga*, ſiue a *Virginali ſpecie*, vndeunde illi tam celebre, *Virgilius* per I ſcribi debere videtur. Quod vero apud Romanos in antiquorum monumentis nomen id per E nonnunquam notatum inueniatur, vt apud Angelum Colotium in eius hortis:

C. *V*ERGILIVS. MARTAN*V*S. COLON*V*S.

Hos aequo aliquo dato iudice percunctari velim, ſi tantum illis monumentis tribuunt, vt quidquid in illis inſpexerint pro lege habeant: cur non & reliqua eodem modo ſcribenda cenſent, quo ſingula eodem marmore ſcripta ſunt? Quippe *Vergillius* LL geminato, & *Bone*; & *Care* abſque diphthongo in acquiſitiuo caſu. Cur quia in alio marmore peruetuſto Romae Q. BERGILIVS legitur, non itidem praecipiunt BERGILIV*S* per B mutam, non per V digammon ſcribendum eſſe? Nam quod alibi legatur:

M. VERGILIV*S*. NARCISSVS. VIXIT. ANN. XIIII

non magis me mouerit, quam *Verginia*, & *Verginius* praeter Analogiae rationem per E quodam in monumento ſcriptum. Pari ſententia hodie haudquaquam ego DEANA ſcripſerim, quod ad D. Euſtachij legerim: DEANAE. D. D. Neque MENERVA, LEBER, & MA-

& MAGESTER, quae per E protulisse veteres Fabius testatur. Neque *Ione* datiuo casu: tametsi Aquileiae intra aedem S. Secundi notatum sit:

IOVE. OPTVMO. MAXVMO. T. PETTIVS. T. F.

Neque itidem DIE, & VICTORE pro *Dij*, *& Victori*, quae itidem apud veteres Quintilianus agnoscit. Has mihi Pierius suppetias impedimentis abesse iussis.

VIRIDARIVM Suetonius in Tiberio: *Surreptum in viridario p anonem. Virdarium* silaba minus fuit in Lampridij Codice Palatino, & Pandectis Florentinis.

VITIVM cum T, non C, quod satis, superque monstratur ex Catonis *Vitiligatoribus, quos Cato eleganter ex Vitijs, & Litigatorib. composuit*, inquit in Praefatione Plinius. Vide *Conuicium, & Conuitium*, ex *Vitio* coalitum.

VIVISCI, *VIBISCI*, BIBISCI, BIVISCI solenni elementi istius versione. Plinio *Vbisci*: Straboni Ἰοσκοί: Ptolemaeo Οὐϊβισκοί.

VIVESCO scribo, inquit Pintianus in lib. Plin. 9. c. 51. seu vt alij malunt, inquit, enunciare *Viuiscunt*. Hoc est, ambigo. Certe per I apud Priscianum, vt *Capisco*. Vide *Tremisco*.

VLVLA leniter: Pontanus aspere contra fidem Librorum Maronis in Pharmaceutria. Cuius ratio si vires haberet, etiam ex ea consequum esset *Ololygones* asperari rursus contra fidem Plinianorum Codicum lib. 11. c. 37. Redi ad caput 13. de Spiritu Vol. 1.

VLTROTRIBVTA vocis coagmentatione apud Senecam lib. 4. c. 1. de Beneficijs. Varr. lib. 5. de LL. Liuium lib. 39. *M. Porcius Cato, & L. Valerius censores vectigalia summis precijs, vltrotributa infimis locauerunt*. Turneb. lib. 1. Aduers. c. 25.

VLYSSES. At in Ausonij Periochis, Apuleij Apol. 1. alibique per X *Vlyxes*, quod inueni in Plutarchi Marcello disertim consignatum: Κράνη χαλκᾶ τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου, τὰ δὲ Οὐλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως. *Ex aere galeae, quaedam Merionis, quaedam Oulyxis, hoc est, Vlyssis inscriptae nomine*. Aequipollet enim duplex duobus sigmatibus. Hanc scriptionem Gifanio placitam video epistola ante Lucretium, & Prudentium renouantib. lib. 2.

—— *Acris Vlyxi Castra* ——

Ego trita feror orbita, non oppugnandi furore Plutarchi; sed quod ab vnius pictoris manu profectum est, non arbitror in communem scribendi legem trahendum. Plutarcho etiam dico factum recte, & eum sede ita narratum, vti reperit. Mecum nominis Etymologia ἐκ τοῦ ὀδύσσασθαι. Auctores sexcenti, editiones μυριογράφοι. Quod autem ex Graeco δ fiat λ, habes in *Lacrima* exemplum ἐκ τοῦ δακρύω. Sic Πολυδεύκης, *Poldux, Pollux*. Ciofanus in Metam. Ouidij perpetuo tenore *Vlyxes*, & Pierius saxum producit, in quo duplex, ac Gelenius prisca Plinij testatur Exemplaria. Cur autem per V? Acoles Οὐδυσσεία dicunt, Fabius lib. 1. c. 4.

VLYSSIPO, OLYSSIPO Plinio *Vlyssis opus*, Ὀδυσσέως πόνον sonare videtur vox ista. At Mariana vir aeui nostri maximus in conditu historiae lib. 1. Rerum Hispanicarum ex antiquis Monumentis, & Lapidum Inscriptionib. statuit scribendum *Olisipo* simplo sigmate, l Latiari duobus in locis sito. De duobus l facilis concesserim: liquidem Y in I extenuari haut nouum est. Sigma non geminari inimicum est Codicibus multis. Quod si diuinationi habenas in antiquissima nomenclatione vestiganda laxare conceditur, vt *Hippones* in Africa duo Straboni lib. 17. cur non in Hispania *Hippo Vlyssis*: vt vbi equile habuerit iste πολύτροπος ἀνήρ, ibi nomen sortiatur *Vlisippo*, Ὀδυσσέως ἵππων. *Cato, Plato* Latini dicunt pulso N finali Graecorum. Tamque caducum est Π alterum, quam Σ. Libris Solini omnibus *Olisipone* dextrum Salmasius arrogat. Fauet coniecturae insignis ille Plinij locus e lib. 8. c. 42. *Constat in Lusitania circa Olyssiponem oppidum, & Tagum amnem equas Fauonio flante obuersas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, & gigni pernicissimum ita, sed triennium vitae non excedere.*

VMBRI *Italiae gens est: sed Gallorum veterum propago, qui Apenninum montem incolunt. De quibus historiae perhibent, quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerint, & ob hoc* Ὄμβριοι *cognominatos*, Plin. lib. 3. cap. 14. Cur non ergo *Ombrij* per O? cur non *Vmbri* τριασυλλάβως? Haec *mutare* elementa *valet longinqua vetustas*. Nota ex Stephano: Ὄμβρικοὶ ἔθνος Ἰταλικὸν περὶ τὴν Ἀδρία.

Α'δριατικὸν κόλπον· λέγονται Ο'ύμβροὶ παρὰ τοῖς Ι'ταλικοῖς συγγραφεῦσι: *Vmbrici gens Italica circa sinum Adriaticum. Vmbri dicuntur apud Italicos scriptores.*

VMMILICVS, VMBILICVS, VMMO, VMBO veteres Glossae.

VMQVAM apud Papirianum legitur, ac paene semper in editione Nonij nouissima. Rectius per N. V. *Quanquam, Tanquam, Eandem.*

VNA passim: Lucret. lib. 3. ——— *Consistimus vniter apti.*

VNDIQVAQVE per I praeferunt οἱ ὀρθογραφικώτεροι apud Liuium, Suetonium, alios. Alij per E *Vndequaque.*

VNGVENTARIVS, Libri, & Saxa. Inscriptionibus pauculis absque V, *Vngentarius.* Vide *Vngno.*

VNGVENTVM. Vide *Vngo.* Cassiodoro tamen placuit absque V *Vngentum.*

VNGVIS. Veteres Glossae: *Vnex*, ὄνυξ. Ex hac glossa discimus ex Ο'νυξ, ὄνυχος fieri *Vnguis.*

VNGO cum V probat Priscianus: exsibilat Papirianus apud Cassiodorum de Orthographia. Prisciano Probum improuide sociat Brissonius libro Παρέργων. Valerij Probi manus in Catholicis: *Vngo, vngit, vnxi: nam Vnguo non legi*, inquit. Quo admisso, scribesne in secunda *Vnguis?* Seruius idem Papiriano in eum lib. 9. locum:

Vngere tela manu ———

Sane nec Vngo, nec Vngentum V recipit, excepto vno nomine, vt Vnguen Vnde est:

——— *Et pingues vnguine ceras.*

Velius Longus in Orthographia: Sine V item:

Vngere tela manu, ferrumque armare veneno.

Tum eandem Papiriano rationem confert: *Nullum enim verbum est Vo terminatum sine instinctim, sine soluta, vt non eandem* V *seruet in praeterito*, Item Vel. Longus sic in *Vnguine*, V insertum ait, cuilli vt non possit. Addit *Consuetudine Vnguentum vsurpari*, & Papirianus; quod tamen *sine V debet scribi*, inquit. Scilicet Consuetudini imperet Originatio. Denique Vel. Longus: *Vrgeo, & Vngo hanc non desiderant literam* [V] *vt apparet ex scriptis antiquorum, quorum elegantiam, & auctoritatem sequendam supra diximus.*

VNGVI non minus, quam *Vnxi* ab *Vnguo* scribunt in praeterito Nisus, Papirianus, Probus: Charisius vero *Vnxi* tantum, inquit Priscianus in decimo.

VNIVIRA (Suidas Μόνανδρος) sillabis omnino quatuor integrauit Tertull. l. de Monogamia. Vbi Passeratius scribit per E: *Vniuera*, nec id rectum putamus. Verum prisca Inscriptio in silice ad D. Stephani liteta est auctior *Viniria*:

VOLVSIAE. IVSTAE. MATRI

. . . . . SIMAE. OMNIVM. FEMINAE

. . . . TIORI. VNIVIRIAE. QVAE. V. MEC

VNOCVLVS recte apud Plautum, recte apud Solinum cap. 25. *Vnioculus* tamen quinque sillabis amplectitur Passeratius. Quo Auctore?

VOLCANVS cum O, Libri prisci, Virgilius Carpensis, & Vaticanus. Vnde & in Lapidibus Capitolinis VOLCANALIA. Adsentit Kalendarium vetus Romanum, & Lapides alij. Sic Etymologia exigi testatur Pierius in 4. Georg. quam sic exprimūt *Volo canus*, quod ignis in aëre albicet, aut quod ignes, & flammae bellum istum ab incude opificem depilauerint, & sic cranij vestis canuerit. Varro autem lib. 4. de LL. a *Fulgore*, quasi *Fulganus*. Nam digammum quandoque ipsum F est: G autem prisci non norant. *Vulcanus* tamen per digammum & V nemo non rectum putat praeter Manutium. Neque mirum *Volcanalia* per O scribi: perennauit ea vox in Latio: mutauit altera, olim *Volcanus*, postilla aliter.

VOLCENS, quam *Volscens* cum S in medio scribi amat Pierius, Romano, Mediceo, Porcioque Virgilij Libris auctoribus.

VOLE-

VOLESVS, VOLVSVS. Per E scriptum est in Silij, ac Liuij exemplaribus. Item in fragmento marmoris Romae apud Maffeios:

P. VALESIVS. VOLESI. F. POPLICOLA

Per V Sozimus lib. 2. Histor. *Volusum* nominat, & ara Terentina:

P. VALESIVS. VOLVSI. F. POPLICOLA.

VOLOGESVS extra diphthongum melius. Ita Eusebij MSS. multi, Cassiodorus in Chronicis, Otos. lib. 7. cap. 15. Aur. Victor de Caesarib. Iul. Capitolinus, Zonaras tom. 2. Plin. lib. 6. cap. 26. Sueton. in Vespasiano. *Vologaesus* cum biuocali in pauculis, in Xiphilino Silburgij, in Petauiano Eusebij Codice *Vologaesus*, quae scriptura vocalem quoque puram ostentat. *Vologeses* cum E in quarta sede non male apud Vopiscum, Tacitum lib. 15.

VOLSCI per O vbi non? Ita vero recte: quamuis in membraneis Vineti Codicibus, & duobus Eusebij MSS. ac in Buslidiano Liuij Codice per V semper occurrat *Vulsci*. Apud Paeanium Βολοῦσκοι, & Βυλοῦσκοι, apud Dionysium Οὐολοῦσκοι, & Plutarchum in Coriolano, in Camillo. Testatur & Cato in Originibus *Voloscos* prius dictos Latinis etiam. *Volscis* perperam legitur Liuij lib. 20. cum *Voleis* scribendum sit, quorum meminit Plin. l. 3. c. 5. Silius in 3.

Volcarum populatur iter ——

Tertij sunt *Volci* Ptolemaeo, Plinioque in Italia. Diuersarum gentium nomina paene eadem, & confusioni prona Orthographiae negligentioribus.

VOLSCINII. Vide *Vulsinienses*.

VOLSELLAE in Plinio, ac Martiale per O: etsi sciam apud alios *Vulsellas* scribi a *Vulsum*.

VOLTA pro *Vultus* Ennio ἀρχαϊκῶς ex causa duplici.

VOLTVRCIVS, Lapides.

VOLTVRNVS, Lapides prisci, Kalendarium Romanum. Et *Volturnalia* Festo. Passim tamen *Vulturnus*. idque lege.

VOLVP, FACVL pro *Volupe & Facile* scriptum veteribus affirmat in Phormionem Donatus, & Festus.

VOLVPTARIOS ACTVS scribitur in Apuleio de Philosophia, atque in Plauti Menaechmis: *Voluptarij, atque potatores maximi*. Alij immittunt V *Voluptuarij*. minus recte.

VOLVSENVS, non *Volusienus* quinque syllabis, Lapis antiquus. Eodem modo *Saluidenus*, *Postumulenus*, absque I.

VOMITARIA *in spectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt*, Verba sunt Macrob. lib. 6. cap. 4. Scribit Passeratius *Vomitoria* per O in tertia. Haut probo. Analogia, *Plantaria*, *Vinaria*, *Roboraria*, *Aestuaria*: ergo & *Vomitaria*.

VPILIO. Vide *Opilio*.

VRGVERE cum V est Pandectis Flor. & recipit ad Digesta Taurellius. Est in B. Germani Lexico, vbi vertitur Ἐπείγει, χαταπιέζει, ἐπείγεται, in antiquis plerisque Virgilij Codicib.

In breuia, & Syrtis vrguet —— In Parmensi Inscriptione:

PRVNA. IN. PENSILI. POSITA. VRGVENTE. FATO. SANVM. IPSE. NECAVIT. SE.

In Corippo MS. Ruizij fide. Aliter statuit Vel. Longus in Orthographia: *Animaduertimus tamen quibusdam partibus orationis V literam vitiose insertam, vt in eo, quod est Vrguere*. Itaque testis in vtroque est Virgilius:

—— *Quibusue Vrgentur poenis* ——

Longum sequitur Papirianus, Cassiodorus, Beda: quos ego. Adiuuat Origo ex Ὀργᾷν. Analogia, *Turgeo*.

VRPS,

VRPS, TRAPS *per P debent ſcribi: licet Varro per B ſcribendum putet, quod in reliquis caſibus B habeant*, ait Papirianus. Nos Varronem ſequimur, Vſumque ſcripto *Vrbs*. Sic *Vrbanus, Vrbici*. Iuuat Etymologia ab *Vruando* apud Feſtum. At mendoſus alterutro loco videtur Papirianus. Cui enim *Vrpes, Trapes* ſcriptae ſunt?

VSIPETES paſſim. Dioni lib. 54. Οὐσιπέται, *Vſipetae*.

VSVVENIT χολλητῶς. Tull. Offic. l. 3. *Quod idem in poëmatis, in picturis vſuuenit*. Idem in libro de Oratore diuellit: *Vſu memoria patrum venit*.

VTRIMQ. per M, quam per N mauelim. Sic *Vtramque, Vtrumque*.

VTROBI caſtigatius: quamuis V in medio Pandectis Flor. adſcribat Briſſonius in Parergis, & *Vtrubique*.

VTROQVEVERSVM complexu. Griphiana Gellij editio lib. 9. c. 13.

VVLCANALIA recte. Vide *Volcanus*.

VVLPECVLA per E ſecunda ſillaba. Veteres Gloſſae: Θήλεια ἀλώπηξ, *Volpicula*.

VVLSINIENSES cum V, Faſti Capitolini, Lapideſque nonnulli. *Volſinienſes* per O Plinij lib. 3. c. 5. Item *Volſini* tribus dumtaxat ſillabis apud vtrumque Plinium, pro quibus Straboni, ac Ptolemaeo Οὐολσίνιον. *Volſinij* τετρασυλλάβως etiam apud Liuium.

VVLSO, non *Volſo*, Maniliorum cognomen, Faſti Capitolini.

VXOR, VNXOR, OXOR, OCXOR in Antiquitate, non vſque retrorſa reperias.

TRACTATVS VIGESIMVS PRIMVS.

X, Z.

XANTHIPPE, XANTHIPPVS asperata media a Ξανθός. *Xantippe* Lapidibus congruenter, & Tullio. *Xanthippus* Appiano, Historiae, Poëtis. Silius Italicus lib. 6.

Xanthippus digni pendebat in aequore leti.

Ξάνθιππος Zonarae, Polybio.

XANCTVS nonnulli Codices praeferunt in illo loco Aeneidos 8.

Tuque o Tybri tuo genitor cum flumine Xancto, pro *Sancto*,

quod alijs est. Sic veterum Monimenta:

CASSIVS. XECVNDVS

Pro *Secundus*.

XYSTVS. Pontacus in Eusebium: *Procul dubio scribendum Xystus* more Graecorum, aut *Sixtus*, aut etiam *Sistus* voce Latina, seu ad similitudinem vocum Latinarum detorta. Eum vide p. 534. & 651. Ac prae caeteris D. Hieronymum ad Ctesiphontem aduersus Pelagium: *Illam autem temeritatem, imo insaniam eius, quis digno possit explicare sermone, quod librum decimum sextum Xysti Pythagorei, hominis absque Christo, atque ethnici immutato nomine Syxti Martyris, & Romanae Ecclesiae Episcopi praenotauit?* Apsis S. Mariae in Esquilijs:

XYSTVS. EPISCOPVS. PLEBI. DEI

Z

ZABVLVS pro *Diabolus* Aeolum imitatu non pauci scripserunt. Aeoles namque Z ἀντὶ τοῦ Δι posuere. Ζάπλυτος, Ζαβάλλω, pro Διάπλυτος, Διαβάλλω ex eo sunt apud Hesychium. S. Cyprianus tom. 3. lib. de Aleatoribus: *Instinctu solius Zabuli, qui eum artibus suis repleuerat*, Gepius. Alij Cypriani auctoritatem libro derogant: non tamen hoc scribendi genus. S. Paulinus epist. 2. *Zabulicis praetenta retibus*. S. Hilarius in Matthaeum c. 3. legit: *Vt tentaretur a Zabulo.* Alibi: *Contusam a se in tentatione prima omnem Zaboli indicat potestatem.* Iterum c. 26. in Matth. *Furem enim esse ostendit Zabulum ad detrahenda ex nobis spolia peruigilem.* Isidorus Hispalensis Exhortatione ad Poenitentiam:

Zabulo ne me coniungas

Ad mortem cum impijs.

D. Ambrof. lib. 5. de Fide c. 9. *Zabulus enim verum Dei Filium fatebatur.* D. Auguftin. in Actis Pelagij: *Zabulus, atque Angeli eius.* Platonis regula in Cratylo: Ἀντὶ δὲ Δ, Ζῆτα. Olim Δυγόν, poft Ζυγόν, inquit Etymologus: Οἱ γὰρ Δωριεῖς τὸ Δ εἰς Ζ τρέπουσιν. Ideo addit Δογός. καὶ Ζυγός. Ac viciffim Z pro Δ. Sic pro *Zaboleno*, feu *Iaboleno* in Palatinae Bibliothecae Codice *Diaboleuus*. Rurfum *Diarritum*, *Zarritum*: Διώρρα, Ζώρρα. *Zeta* pro *Diaeta* apud Plinium nonnullis placet: non ἀπὸ τοῦ Ζῆν, quae paruin ominata coniectura eft. Similitee Ζόρκες pro Δόρκες. Strabo lib. 12. Γίνονται δὲ ζόρκες, ὧν ἀλλαχοῦ σπάνις ἐστιν. Aelian. lib 7. de Animalib. c. 47. Ζορκάδες pro Δορκάδες. Herodotus lib. 14. Item apud Theocritum, vbi eft:

—— Καλὸν πόλις ἁ Ζάκυνθος,

alij malunt ἁ Διάκυνθος. Ifidorus *Zanium* pro *Dianium*: apud Orofium, modo hoc, modo illud. Ζεύς, Δεύς. Ζηνός, Διός. Item in Nummis veteribus:

ΣΔΕΥΣ. ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ

ZACHARVM. V. *Sacarum.*

ZAMOLXIS Herodoto lib. 4. Iuftino, paffim: aliubi *Samolxis.*

ZANGAE Acroni, Ζάγγαι Graecis. In Codice Theodofiano de Habitu intra vrbem Lege II. *Tzangae*: in III. *Iſangae.* *Tzangia* in Faftis Graecis de rege Lazorum: Τὰ Τζαγγία αὐτοῦ ἦν ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ Ρουσαῖα Περσικῷ σχήματι ἔχοντα μαργαρίτας: *Tzangia ipfius erant, ab ipfius regione Perfico habitu margaritis ornata Rufaea.*

ZERETHRA pro *Barathris* fcriptum quandoque obferuo ex Hefychio: Ζέρεθρα, βάραθρα. Adde hoc *Barathro* fua in ferie, neque Graecis inuide.

ZIBVNA. V. *Sibuna.*

ZINZANIA, Aldus Manutius lib. 1. Gram. Verum Euangeliftis, ac Interpretibus deeft N, neque Origine pofcitur. Etymologicus: Ζιζάνιον τὸ ἄνευ σπορᾶς συμπαραφυόμενον τῷ σίτῳ: *Zizanium, quod abfque femine tritico fimul adnafcitur.*

ZMARAGDVS, SMARAGDVS, MARAGDVS, SMARAGVS. Apud Veientes in arca Caftri noui Vrna vetus:

DIS. MANIBVS

OSSVIS

ZMARAGDI

Antiquiffimus item Lapis in Foro Traiani:

M. AEMILIVS. ZMARAGDVS

Vfitatam, rectamque fcriptionem hanc cum Z firmat Lucianus; apud quem Sigma patientiam, atque animi fui fortitudinem ita palam facit: Ὅτι καὶ ἀνεξικακὸν εἰμὶ γράμμα, μαρτυρεῖ μοι καὶ αὐτὸς μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ Ζῆτα, Σμάραγδον ἀποσπάσαντι: *Quod patientiffima fim litera, teftatur hoc, quod Zeta de me queri cum nihil habeat, Smaragdum mihi abftraxerit*, effeceritque fcilicet *Zmaragdum.* Sic vfitate: vfitatius, ac magis ex Confuetudine *Smaragdus*, S poftliminio fuam in fedem, & regna reftituto. Ouidius ad pfittacum:

Tu poteras virides oculis hebetare fmaragdos.

Nihilominus Σ adfeiticium docet Etymologus in Σμαραγῶ: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σμαραγῶ, καὶ σημαίνει τὸ λάμπω· ἐξ οὗ, καὶ Σμάραγδος, ὁ λαμπρότατος λίθος· παρὰ τὸ Μαίρω, τὸ λάμπω, ὁ μέλλων, μαρῶ κατὰ παραγωγὴν, Μαράσσω, καὶ πλεονασμῷ τοῦ Σ, Σμαράσσω· καὶ ῥηματικὸν ὄνομα Σμάραγος, καὶ Σμάραγδος. Haec funt. *Eft & alterum verbum Smarago, & fignificat Splendeo: ex quo verbo Smaragdus eft, fplendidiffimus lapillus, qui ortum habet ex Mairo, quod eft Luceo, cuius futurum Maro, & acceffione noua Maraffo, & cum S pleonafmo Smaraffo: tum verbalia nomina Smaragus, & Smaragdus.* Clarius ille profecto, aptiufque, quam Athenaeus, cuius haec funt

sunt lib. 3. Ἄνευ δὲ τοῦ Σ λεκτέον: *Absque S dicendum Maragdus.* Ita Silentiarius:

Πῆ μὲν ἀλιςχλοάοντα, καὶ οὐ μάλα τῆλε μαράγδου:

Quandoq. satis viret, neque admodum longe abit a marago.

Athenaei ratio: Παρὰ γὰρ τὸ μαρμαίρειν ὠνομάσθαι, τῷ διαυγὴς ὑπάρχειν: *Namque a Marmairein nominatur, quod splendeat.* Calaber lib. 7.

Μαρμαίρει περὶ νῆα πυρὸς σέλας ——

Atque ex eodem verbo Μάραγδον figurat Eustathius in Homerum. Menandrus in Pedio:

Εἶναι Μαράγδους ταῦτ' ἔδει, καὶ Σάρδια:
Maragdos haec esse oportebat, & sardia.

Verum bona Athenaei pace, sicut Μίλαξ adsumit Σ, idem potuit & *Maragdus* obliuione generis inducta. Neque enim idcirco Latij iura vertuntur. Latini namque scripsere *Scrutum* ex Γρυτόν: *Sculpo* ex Γλύφω: *Scrinium* ex Γράνιον: cur consimiliter non potuerunt praeposuisse S, vel Z *Maragdo?* Disquirendum super, vnde D in mediam vocem correpserit? Neque enim videtur in Martiale scribendum: nam durissime colliditur hoc in versu par mutarum:

Sardonychas, smaragdos; adamantas, iaspidas vno
Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Hoc ille, qui se iactat Musas colere seueriores? Redi ad Etymologicum, & in Epigrammatographo rescribe *Sardonychas, smaragos.* Commentarij in Martialem in luce meridiana fusissimi tenebras hinc non dispulere. V. *Zmyrnaei. Mallius, Perperna.*

ZMYRNAEI, SDMYRNAEI, SMYRNAEI, MYRRHAEI. Per Z Libri, & Lapides complures, ex quibus pauculi cum D. Obstrepit Priscianus lib. 1. *Smyrna, Smaragdus. Vitium faciunt,* inquit, *qui Z ante M scribunt. Nunquam enim, duplex in capite sillabae posita potest cum alia iungi consonante.* Deturbat de statione Priscianum Eustathius: Ὅτι δὲ τὸ Σμῶδιξ, καθὰ καὶ τὸ Σμεράλιον διὰ τοῦ Ζ ἔχον τὴν προφορικὴν ἀρχὴν πάλαι ποτὲ διὰ τὸ παρόμοιος τοῦ ἤχου δηλοῦσιν οἱ παλαιοί *Quod Smodix, quemadmodum & Smerdaicon per Z in principio olim aliquando prolata fuerint ob soni similitudinem notum ex vetustioribus.* Idque ab Atticis etiam factitatum testatur, ne Priscianus nobis rus, & faeces obijciat. Hermolaus *Zmyrna* quoque amplectitur in lib. 5. Plinij c. 20. vti *Zagunthus, & Zimyra.* Rursus apud Lucianum Σ dequeritur se parte regni priuari, dum *Smyrna* priuatur ab ijs, qui *Zmyrnam* scriptitant. Addit superioribus Eustathius: ὅτι ἐν ῥητορικοῖς λεξικοῖς τοῖς κατὰ στοιχεῖον κεῖται, καὶ ταῦτα ἐν τῷ Ζ στοιχείῳ· Ζιμικόν, ὅτι τὸ Σκαφεῖον. ὅτι ἀξινάριον, οἱ δὲ δίκελλαν, καὶ ζβέσαι τὸ παῦσαι λῆξαι, κοιμίσαι. καὶ ζβεννυμενάων ἀιγῶν, ληγουσῶν, καὶ Ζμῶσαι, τὸ πατάξαι ἄλλιος δὲ Διονύσιός φησιν, ὅτι Ζμικρὸν, καὶ Μικρὸν οἱ Ἀττικοί μικκὸν δὲ Ἴωνες. Οὕτω δὲ χαράττουσι, καὶ τὸ Ζμῆγμα, καὶ τὴν Ζμινύλην. Idem in Iliados H concise pro Συριγγοίμβολον scriptum tradit Τζιρίμβολον, quod magis Priscianum commoueat. Ex his constituitur recte, atque ex Vsu scriptum fuisse *Zmyrna, Zmaragdus.* Goupylus in Alexandrum Trallianum: Graeci *Smyrna, & Zmyrna* ἀδιαφόρως proferunt, quorum imitatione M. Cato, & Plinius *Smyrnam* scripserunt, vt in vetustis Codicibus legimus. Quare cum rei medicae scriptores verbo Ζμύρνης frequentissime vterentur, Librarij huius notam compendiariam ζζ excogitarunt, cuius vim ignorantes hi, qui nostros codices descripserunt, Ζινζίβερι pro Ζμύρνα scripserunt, qui error innatit etiam in codices Aetij. *Haec ille.* Aut hanc vsurpauere notam pro eodem ZZ. Hermolaus iterum in librum Dioscoridis primum. Σμύρναν Graeci: Hippocrates Μύρραν. Athenaei fragmentum: μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι. Vide Sextum Empiricum (vt in eum a quo sumus exorsi, desinamus) lib. 1. c. 19. aduersus Mathematicos, item Etymologum, vbi Σμύρνα, μύρνα, addito: Τὸ δὲ ὄνομα πόλεως Σμύρνη: vnde *Smyrniacum conuentum* legas Plinij lib. 5. c. 39.

ZOILVS vnico L optime. Martial. lib. 2. Epig. 14. *Zoilus aegrotat.* Aelian. 2. Var. hist. c. 10. Ζωΐλος ὁ Ἀμφιπολίτης, ὁ καὶ εἰς τὸν Ὅμηρον γράψας, καὶ εἰς Πλάτωνα, καὶ εἰς ἄλλους: *Zoilus Amphipolites, qui in Homerum, Platonem, aliosque calamum distrinxit.* Huius imago Marchantius Minorita per Belgium. Apud Hesychium geminatur liquida: Ζωΐλλος, ὄνομα κύριον.

ZOROASTER passim: *Zoroastres* Eusebij lib. 10. de Praeparatione c. 3. Ζωροάστρης δὲ ὁ μάγος. Plutarchus in Numa, in Alcibiade. Ex Apuleij Apologia, & lib. 21. D. August. de Ciuit. c. 14. idem conficias.

ZVMVM, ZEMA, ZEMAE. Glossae MSS. *Zemae, ollae.* Pollio: *Zuma pondo undecim a Zumum.* Orta sunt ex ζέω, ζύω, V. Etymologum, & Isidorum.

ZYTHVM, ZYTHVS, ZYTHOS. Plin. l. 22. c. 25. *Ex iisdem fiunt & potus. Zythum in Aegypto, caelia, & ceria in Hispania, cervisia, & plura genera in Gallia.* Hesychius: ζῦθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος: *Zythus, Vinum ex hordeo factum.* Dioscorides lib. 2. c. σϛζ Ζῦθος σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς· ἔστι δὲ διουρητικός: *Zythos ex hordeo conficitur, habetque vim urinae ciendae.* Potus hic elephantorum deliciae. Strabo lib. 3. de Hispanis: χρῶνται δὲ καὶ ζύθει. Vide Dioscoridem lib. 3. lib. 2. c. 17. vbi τὸ δὲ ζῦθος ... κοινὸν δέ ἐστι πολλοῖς, Eustathium in Dionysium. A patria gratiam inibo, si Isidorum Hispalensem lib. 20. Orig. c. 3. attexuero: *Sicera est omnis potio, quae extra vinum inebriare potest. Sonat pro eo, quod ex succo frumenti, vel pomorum conficiatur.* Proxime: *Cerevisia a Cerere, id est, fruge vocata. Est enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta.* Ibidem: *Celia a calefaciendo appellata. Est enim potio ex succo tritici per artem confecta. Suscitatur enim igne illa vis germinis madefactae frugis, ac deinde siccatur, & post in farinam redacta, molli succo admiscetur, quo fermentato sapor est austeritatis, & calor ebrietatis adiicitur, quae fit in iis partibus Hispaniae, cuius ferax vini locus non est.* Plinij *Coelium* Isidori *Celiae* praetulerim, & quisquis vel ζυθίψης, vel ζυθοπότης amat fieri.

HERODOTVS LIB. VII.

Τῷ δ' εὖ βȣλευθέντι πρήγματι τελευτὴ, ὡς τοἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι.

FINIS.

Rescribe.

PAG. 1. Congerminet. Persolo. aut F. 3 διορυχϑ. Scindo. Perutilis. 6 ἄδος. 8 iudicium. 11 Euscheme. 14 Sporadas. 16 repraesentent. 19 diphthongo, defectu commatis striblígo nascitur. 27 Allobrox. excudi. Sed &. 34 Anteus. Antisto. augendi. 40 λαός ἀπεσκόλευσε. 47 eam. 48 auctionis. 51 ξυρῦ. 72 callet. 77 κάζω. 81 Chersonesus. 91 manus. 94 consenuisse. 96 κυρᾶς. 108 districte. 109 pristini. 111 dispicio. 116 Promiscue. eburata, lamentis. 121 picta. 122 Erinnyas. 131 solennis. 133 περὶ κρανίον. 139 gesoi. 140 nauibus. 143 Suetonl. Ἰούς. 148 ὀδόντες. 155 Hocc. aut dele. 158 Crounoe. Helusa. 178 probabilius. 179 Λάμψακος. Nacnia. 181 Δαφνών. 182 pluria absque eo, & Conf. 201 ipsi se. 217 obbrutuit. 218 obstendit. 220 δίσυπος. 223 renident. 235 periurior. 241 promserint. 248 O'. 260 M. 268 quisque. 278 Samarobrini. 286 Σελίς. 289 .Per. 291 SIMVLACHRIS. 292 luco. 295 vbi. 305 Συρακοσίης. Siros. 309 Tecolithos. 331 libri. 332 nitro. 342 Caeliam.

K. 28.

Digitized by